PRo euidentia totius tituli præmittendũ eſt, ꝙ in iſto volumine, & Decretaliũ habem⁹ iſtã rub. & rub. de priuileg. & rub. de donatio. harũ materia, & ſubiectũ ſunt ſuper liberalitate, & beneficio concedentiũ: nã cõceſſio principis bñficiũ appellat. & ſub verbo [beneficiũ] priuilegiũ, reſcriptũ, & donatio cõtinent. † Eſt em̃ bñficiũ a beni
1 a uola actio, gaudiũ tribues capiẽti, vt in 10. coll. in qui. cau.
2 feudũ amit: ca. 1. ad fi. ¶ † Eſt ergo videndũ, qd differãt inter ſe reſcriptũ, priuilegiũ, & donatio. & ſic dico, ꝙ reſcriptũ eſt bona actio, ſm̃ quã cõcedit ad iuris obſeruãtiã, vt impetrãti fiat iuſtitia. & hæc reſcripta non valent contra ius elicita. 25. q. 2. c. reſcripta. & in iſtis fit ſtricta interpretatio. tũ qa detrahit iuriſdictioni ordinarij: tũ quia cõſueuerunt impetrantes illis abuti: tum quia imputandũ eſt illi, qui potuit legem apertius dicere, vt in reg. cõtra eum. ff. de re. iur. & hoc modo ſumitur iſto titulo. &. ſ. eo. de diuer. reſcrip. in rub. & nigro. Priuilegiũ verò dicitur lex priuata, quaſi priuans legẽ: quia eſt contra ius cõe. 4. di. c. priuilegia. ff. de verb. ſig. c. abbatẽ. Dicitur ergo beniuola actio cõtra ius. & ſic ſumit̃ de priuile. p totũ. & in talibus contra cõcedentẽ fit larga interpretatio, vt in d. reg bñficiũ. Contra alios verò ſtricta, dũmodo aliqd cõferatur, vt no. Inn. in c. cũ dilectus. de do. & iſta. ſ. priuilegiũ, & reſcriptũ emanãt a principe: inferiores aũt liberalitates appellantur cõceſſiones, & donationes, vt patet. ſ. de dona. p totũ.

ADDITIO.

a ¶ Bñficiũ. Adde tñ, ꝙ beneficij appellatione nõ cõtinetur pbenda. Ludo. ĩ cõſi. 247. Card. in Cle. 2. de cau. poſ. & p. & in Cle. 1. de præb. dignitas & minora beneficia in c. 1. de renun. infra. Car. in Cle. 1. de ſe. queſt.

SVMMAE.

1 *Reſcriptum efficitur nullum per impetrantis excommunicationem.*
2 *Reſcriptum an ſit de proceſſu.*
3 *Reſcriptum ab excommunicato impetratum ipſo iure non valet.*
4 *Excommunicatus impetrans cum non excommunicato an valeat.*
5 *Excommunicati impetratio ſuper non conſecutiuis an valeat.*
6 *Reus excõmunicatus an admittatur ad conuentionem iudicum.*
7 *Promotor inquiſitionis ſi eſt excõicatus, an vigore eius reſcripti ſuper inquiſitione impetrati poterit iudex ex officio procedere.*
8 *Procurator excõicati an admittatur ad procurationem faciendam.*

CAP. I.

1 a IPſo iure. ¶ Breue eſt, & ponit dictum, à quo excipit duos caſus. † ¶ No. ꝙ ipſo iure reddit reſcriptũ a nullum excõicatio impetrãtis. alibi p exceptionẽ eliditur. ſ. de reſcrip. c. ſuper literis. Et ex hoc reſultat differentia magna: quia primo caſu per ipſum non cõfertur iuriſdictio. & ideò nõ valet ſententia, vel proceſſus, ſicut nec lata vigore falſi reſcripti. Secundo verò caſu. ſ. cum per exceptionẽ eliditur, iam proceſſus & ſententia tenet, ſi non fuerit oppoſita excõmunicatio. ad hoc facit quod not. Inno. in c. ſuper literis. de reſcri. & c. ſuper eo. de cri. fal. Sed hic inciderit quæritur, quare valet ſententia, ſi actum eſt de facto, & ſine actione, vt l. cũ putarẽ. famili. hercĩſ. & l. Iulian⁹. §. quantum. ff. ad exhibendum. & non valet, vbi reſcriptum eſt ipſo iure nullũ, vt hic? Rñde, vt no. Inno. ſubtiliter in d. c. ſuper literis. In ſimili etiam materia habetur iſta conſideratio, quã do quis opponit de iure tertij. diſtinguimus enim, vtrũm talis exceptio ſit expulſiua iuris agentis per exceptionem, an ipſo iure. exemplum poteritis colligere ex notatis per Inno. in c. potuit. de loca. In pænis etiam, quæ imponuntur à iure, conſideramus an ipſo iure, an per ſententiam quò ad tranſmiſſionem contra heredes. quod dic per Bart. in l. 1. ff. de priuatis delic. & qualiter cognoſcatur, vtrũm ipſo iure, an per ſententiam, vide glo. in l. in criminali. C. de iuriſdi. om. iudi. & quod no. Barto. in l. Imperator. ff. de iure fiſci. vnũ circa hoc ſcias, quòd quando eſt dubium, an ipſo iure, an per ſententiam pẽna infligatur à iure, ſemper debet intelligi per ſententiam, vt no. Cy. in d. l. in criminali. & Io. An. in c. 2. de hæret. ĩ. eo. li. fa
2 cit quod no. in l. eum qui. ff. de ver. obli. ¶ † Item no. quòd in ter reſcriptum, & proceſſum cadit alternatiua, vel: & ſic argue, quòd reſcriptum nõ ſit de proceſſu: quod poteſt eſſe verum ante præſentationẽm, ſecũdùm opi. Hoſt. ſ. de reſti. ſpo. c. ex conqueſtione. poſt præſentationem verò eſt de actis, & proceſſu: ſicut alia, quæ in iudicio producuntur hincinde, vt l. is apud quẽ. C. de eden. & c. Albericus. de teſti. & per Inno. in c. quoniã contra. de proba. ¶ Item no. ꝙ dicit [ipſo iure nõ valeat] innuit enim, ꝙ cum ad irritationem actus apponitur iſtud verbum [non valeat] non denotat ipſo iure, ſed ope exceptionis: quod quãdo verum ſit, vel non, not. Bar. in l. cũ lex ff. de fideiuſ, vbi per eum vide. Et quid iuris: ſi lex, vel ſtatutũ dicit [non audiatur petitio, vel actio non detur] vtrũm impor
3 tent, ipſo iure, an per exceptionẽ? dic, vt ibi. ¶ † Item ꝙ reſcriptum impetratum ab excommunicato non valet. quid ſi ad excommunicatum? remittit Io. An. ad no. per eum poſt gloſ. in c. dilectus. li. 2. de præben. ¶ Item ꝙ in cauſa appellationis, & excõmunicationis poteſt excõicatus impetrare. Et eſt ratio; quia iura ſibi permittunt his caſibus ſtare in iudicio, vt c. intelleximus. de iudi. ergo videntur permittere omnia, quæ ad defenſionem pertinent, vt c. præterea. de offic. dele. & l. 2. ff. de iuriſdi. om. iudi. Et per hoc. ſ. ꝙ impetrare poteſt, puto verum qd̃ no. hic Archi. poſt Vin. Io. Phi. & Go. qui tenent, ꝙ ſiue defenſio deſcendat à iure naturali: puta. occidi hominẽ ad meã defenſionẽ: vel fuit factum mihi pactum de non petẽdo: vel ſolui, vt l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. & l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſoluti. ſiue deſcendat à iure poſitiuo, vt exceptio rei iudicatæ, præſcriptionis, vel ſimilis, omnibus iſtis exceptionibus poterit excõicatus ſe defendere, per rationẽ c. cũ inter. de excep. & per Hoſt. in ſumma de excep. §. & quando. verſi. tanta ergo. vbi idem tenet, licèt Hug. notet contrarium, & dicat, ꝙ defenſiones, quæ deſcendunt à iure poſitiuo, non competunt excõicato, qui eſt extra eccleſiã; ideò non debet vti iuris potentia. 8. diſt. c. quo iure. & ita no. 4. q. 1. c. quidã. Sed quod ſupra dixi verius eſt, per rationem. d. cap. cum inter. & circa excõicatos procedit qd̃ dictũ eſt. Circa alios verò, quib⁹ qñq; à iure, quãdoq; à ſtatutis defenſio denegat̃, de qua debet intelligi: cõſiderat̃, ꝙ triplex eſt defenſio. Quædam eſt, in qua nihil ponitur, ſed ſimpliciter factũ negatur: & iſta non poteſt auferri, vt. C. de edendo. l. qui accuſare. Quædam eſt, in qua aliquid ponitur, ad meam tũ defenſionem: & tunc aut talis defenſio eſt de iure gentiũ, vt in præfatis exemplis. & talis exceptio non debet reſpui, vt d. l. vt vim. Aut talis defenſio oritur de iure ciuili, vt præſcriptionis, rei iudicatæ, & ſimilis: & tunc talis defenſio bene poteſt tolli per legẽ, vel ſtatutum perſonis odioſis, vt contumacibus, & bannitis, vt l. quoniã Alexandrũ. C. de adul. Hinc dicitur, ꝙ fruſtra legis auxilium inuocat. & c. vt in c. quia fruſtra. de vſuris. Ratio prædictorum eſt, quia ciuilis ratio ciuilia iura tollere poteſt, naturalia non, vt Inſti. de iure natu. gen. & ciui. §. ſed naturalia. & hoc verum in mera defenſione. Sed quãdoq; contingit, ꝙ defenſio habet naturam impugnationis, vt eſt beneficium ceſſionis, & reconuentionis, ſiue compenſationis: & iſta excõmunicato non competunt, vt d. c. cum interpriorẽ. & hac ratione lex denegat doloſo beneficium ceſſionis, ſed non beneficium diuiſionis: quia primum tendit ad impugnationem, ſed ſecundùm ad meram defenſionem, vt l. 1. §. nũc tractemus. ff. de tute. & rationibus diſtra. Contumaci etiam audientia denegatur, & clauditur iudiciorum copia, vt l. ſed & ſi per prætorẽ. §. ſed & ſi dũ decreto. ff. ex qui. cau. maio. & l. ſanci-

mus. C. de iudi. & hæc dicta ſint de articulo defenſionis. ¶ Circa impetrationem ſuper appellatione reuocat Ioã. And. in dubiũ, vtrum ſit iſtud verum in actore appellante, tenet, ꝙ ſic per. c. ſignificauerunt. de excep. Et quid ſi non per viã appellationis, ſed nullitatis, vult excõmunicat⁹ impugnare ſententiam, an poterit impetrare? Hoſt. ꝙ ſic. Ioan. An. tenet contrarium in d. c. ſignificauerunt. & quid iuris de reſtitutione in integrum contra ſententiam, vtrũ excommunicatus admittatur, & etiã impetrare poſſit? dic, vt ibi. ¶ Venio ad dicta Docto. & deinde ad gloſ. cum ſuppletionibus neceſſarijs. Et primò quæro, vtrũ qd̃ hic dĩ, quòd reſcriptum impetratũ ab excõmunicato ipſo iure non valet, habeat locum in excõmunicato publicè, & etiam in occulto? Archi. tenet, quòd in publico tantùm. & in hoc ſequitur Hoſt. allegat qd̃ no. de excep. c. exceptionẽ. in fin. & de re iudi. c. ad probandum. de oc culto alias de ſenten. excommu. c. ſignificauit. ff. de offi. pro. l. Barbarius. Sed Io. Mona. tenet, ꝙ idem in occulto: quia litera iſta loquitur indiſtinctè, ar. 31. diſt. c. omnino. & de coniugio lepro. c. quoniã. & hanc opi. tenet Ioã. An. qui remittit ad not. per eum. ſ. de procur. c. fin. diſtinctio enim de publico, & occulto habet locũ in actibus, qui geruntur ratione publici officij, & agitantur cum alijs: vt ſententiæ, teſtimonia, inſtrumenta, exercitium iuriſdictionis, & ſimilia. iſta enim geſta ab occulto inhabili propter communem errorem, & publicum bonum tolerantur, & valent, quæ alias non valerent, vt d. l. Barbarius. Quædam verò ſunt, quæ non explicantur per modũ auctoritatis, vt d. l. Barbarius licèt ab illis, qui habent publicum officiũ, vt ſunt electiones, procurationes, & ſtatuta: q̃ potius reſpiciunt honorem facientiũ, quã vtilitatem aliorũ: in quibus actibus illi, qui ipſos agunt, conſiderantur vt priuati: & ideò quò ad eos, & in actibus priuatorum reprobatis à iure non diſtinguimus excõmunicatum publicum ab occulto. nec etiã vtrũm à canone, vel ab homine, vt d. c. fi. in nouella. & eſt ſingulare dictum. ¶ Quæro. dicitur hic [excõmunicationis] quid ſi excõmunicatus vult impetrare pro excõmunicatione, vel appellatione alterius? dicit Ioã. And. quòd non poteſt: & reſpondet ad iſtum tex. [excõmunicationis, vel appellationis] propriæ, & non alienæ. Ratio differẽtię patet: qa ad proſecutionem propriæ excõmunicationis, vel appellationis quis neceſſariò pronocatur, & trahitur: ſed ad proſecutionẽ alienæ voluntariè ducitur. & iſta ſunt diuerſa in hac materia, neceſſariò & coactè ad iudiciũ trahi, & vltrò ſe offerre. ad hoc facit quod not. Inno. de reo voluntario, & neceſſario. ſ. de exc. c. cũ inter priorẽ. & l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda. cog. ¶ Quæro. pone, ꝙ excõmunicatus non appellat: ſed quia ſua defenſio per iudicem non recipitur, (forte ex ceptio pacti de non petendo, & ſimilis) vadit ad curiã, & ſup hoc impetrauit reſcriptum, an valeat? Quidam ꝙ ſic; quia ois ſpẽs defenſionis ſibi conceditur, vt prædixi in quinto notabili, & iſta impetratio ad hoc tendit. Io. And. dicit hoc verum, quando impetrat ad eundem, qui de cauſa cognoſcebat: qa per tale reſcriptum ille iudex non recipit nouam iuriſdictionem, ſed excitatur antiqua, vt c. licèt. de offi. ordi. ſed ſi impetraret ad alium iudicem, vel eundem in forma noua, putat falſam prædictorum opi. & ſequeretur, quòd excõmunicatus ſpoliatus à iudice poſſet impetrare, & ſimiliter ſuper iniuria prohibenda, vel ꝙ de carcere relaxaretur, & his ſimilibus: & ſic multos caſus haberemus, vltra iſtos hic expreſſos contra mentem huius. c. obtineat ergo abſolutionem, vel exprimat excõmunicationem, vel in primo caſu appellet: & tũc licitè impetrat, vt hic, ſecundùm Ioã. And. quĩper iſta ſentit, ꝙ excõicatus pro iniuria ſibi illata, (puta turbatione, & ſpoliatione) non poſſit agere: & ſic conſuluit in iniuria D. Federi. de Senis conſilio 110. & probat de excõmunicato expoliato, ꝙ petens reſtitutionem repellitur per exceptionem excommunicationis, vt no. 23. diſt. c. 1. iu fi. & ſupra de procur. c. ex inſinuatione. in ver. canonicum. ¶ Nunquid ergo ꝙ hoc
remanebit oppreſſo iniuria talis, & violentia impunita: an verò iudex poterit ex officio ſuper talibus procedere? Diſputauit Iac. But. quòd in bannito iniuriato, qui prohibente ſtatuto, non debet audiri in cauſa ciuili, vel criminali agendo, vel defendendo: ꝙ iudex, qui habet arbitrium, aliàs inquirendi, non poterit ſuper tali iniuria inquirere. & incipit diſputatio. ꝙ ſi aliquis &c. ſtatuto cauetur &c. ſentit etiam Ioã. And. ꝙ licèt ſuper articulo excõ. vel appel. poſſit excõmunicatus impetrare: tamẽ ſuper articulo alterius defenſionis à prædictis impetrare non poterit. Sentit etiam, ꝙ per viam querelæ non poſſit excõmunicatus grauatus à iudice cauſam deducere corã Papa, niſi cauſam excõmunicationis, & appellationis: licèt regulariter omnis cauſa poſſit ad eum deuolui per viam querelæ, vt in c. Romana. 2. q. 6. Strictè ergo intelligit iſtud c. in ſuis caſibus: nec per ſimilitudinem rationis extendit ad alios: ꝙ tamen excommunicatus poſſit, cum ſuſcipit iuſtam defenſionem, impetrare, & etiam querelam coram Papa deducere. facit. c. dilecti. de excep. Sed per appellationem fuit deuoluta ad Papam. facit etiam per hoc quod dixi qd̃ not. hic Ioã. Andr. de reo excõmunicato, qui non admittitur ad conuentionem iudicum: & tamen illa admiſſio tendit ad defenſionem, & non ſuper conſecutiuis cauſæ principalis. Sed quæritur ad idem, vtrũm poterit impetrare ſuper renouanda poſſeſſione prædiali? tenẽt, ꝙ non; quia excõmunicatio eũ repelleret à petẽdo talem renouationem, vt no. Hoſt. de ver. ſig. c. dilecto. fortius ergo diceretur reſcriptum non valere. & de iſta renouatione tenutæ per excõmunicatum vide per Io. And. in c. quoniam frequenter. §. in alijs. ſ. vt lite non conteſtata. & c. qua fronte. de appella. & Bart. in l. de pupillo. §. fin.
4 ff. de ope. no. nuncia. ¶ † Subdit circa dubitationes impetratas ab excommunicato, quid iuris, ſi excõmunicatus impetrat reſcriptum cum non excommunicato, vtrũm valeat? Di
5 ſtingue, vt no. Io. An. in reg. vtiliter. in Mercuria. vbi † quærit, an valeat impetratio excõmunicati ſuper conſecutiuis iudicij: puta ſuper receptione teſtium. & vbi loqueremur in caſibus in hoc. c. exceptis, quæſtio nõ habet dubitationem: quia ſicut impetrat ſuper tota lite. ita ſuper conſecutiuis eiuſdem: vt ſic eadem ſit ratio de toto ad partem, vt l. quæ de tota. ff. de rei ven. procedit ergo dubium queſtionis, cum excõmunicatus agit coram ordinario: quo caſu valet iudicium, ſi excõmunicatio non opponitur, vt hic no. vtrũm ergo valebit impetratio ſuper vno, vel pluribus articulis dictæ cauſæ, quæ coram ordinario agitur? Ioã. And. in d. c. vtile. tenet, ꝙ ſic, per c. ex parte Decani. ſ. eo. vbi ſecundùm eum reſcripta impetrata ſuper conſecutiuis iudicij diſtinguuntur ab his, quæ ſunt principaliter impetrata. poſſet tamen contra eum obijci excõmunicatio, cum reſcriptum producit, ſicut cum proſequeretur coram ipſo ordinario, vt in c. pia. de excepti. ita dicit in prædicta reg. vt le. contra quem facit iſte tex. vbi ſimpliciter dicitur, reſcriptum, vel proceſſum non valere. & eſt contra deciſionem cuiuſdam alterius ſimilis quæſtionis, quam Cyformat in l. ſi cuiuſdam. C. de accu. & l. pe. §. ad crimẽ. de pu. iudi. vtrũ. f. ſicut non poteſt ad cauſam principalis iudicij interuenire procurator, ita non poſſit ſuper conſecutiuis. & tenet, ꝙ eadem eſt prohibitio in parte, quæ in toto: nã per partes deuenimus ad totum. & à quo remouetur genus, remoue
6 tur quælibet eius ſpẽs. facit l. ſi chorus. ff. de lega. 3. † Quærit etiam, vtrũm ad conuentionem iudicum admittatur reꝰ excõmunicatus. tenet circa hoc, ꝙ nõ. nã de ſtilo curiæ actor petit vnum, reus alium, & iudex dat tertium. vbi ergo reꝰ excõmunicatus dat vnum nomine ſuo, illum dicitur impetrare: qd̃ nõ põt, niſi in caſibus hic exceptis. Quærit etiam, vtrũm excõmunicatus ſuper vna cauſa propter aliam repellatur? videtur, quòd ſic, per illa, quæ no. Inno. in c. ſacro. deſen. excõ. contrarium tenet hic Io. And. qui ſubdit, ꝙ ſi tu es excõmunicatus propter cauſam meam, & impetras contra aliũ, ego non poſſum te exceptione repellere. ff. de excep. l. 2. ar. cõtra

ſ. de appel. c. cum parati. ¶ Venio ad glo. & omiſſa prima, capio ſecundã & 4. principaliter, quærens ſi reus repulit actorem impetrantem prætextu excõmunicationis, an vigore illius reſcripti poſſit eundem reconuenire? videt q̃ ſic: quia in odium impetrantis reſcriptum excõmunicati non tenebat. ſi ergo reconueniri non poſſet, redundaret in eius fauorẽ, contra l. relegatorum. §. fi. ff. de inter. & rele. præterea in ſimili habemus, q̃ contractus per dolum alterius contrahentis valet in ſui præiudicium, ſi ſecũ contrahens voluerit, vt not. l. eleganter. in prin. ff. de dolo. Goffre. hic tenet contrarium. idem Archi. Non obſtat q̃d no. in d. l. eleganter. quia id verum, vbi actus non deficit ipſo iure, ſed ope exceptionis propter dolum. ſed in caſu noſtro reſcriptum eſt nullum ipſo iure; ergo non poteſt validari conſenſu etiã non doloſi; quia reſcriptũ tale reprobatur per legem, vt hic. & ita dicit glo. no. in ſimili in l. à diuo. ff. de ritu nup. contra quam theoricã opponi poſſet de teſtamento, in quo filius eſt præteritus, q̃d eſt ipſo iure nullum, vt l. inter cetera. ff. de liberis & poſt. & tamen voluntate filij confirmatur, vt l. filiõ præterito. ff. de iniuſto teſta. ſed ſpeciale eſt ibi de æquitate prætoria. vt dicit tex. ibi [licèt ſubtilitas refragari videatur,] &c. omnino tamẽ ad hunc articulum vide q̃d no. Bar. in l. 1. ff. de lega. 3. Concludo ergo in quæſtione prædicta cũ Goffredo, q̃ ceſſet reconuentio. per reſcriptum impetratum ab excõmunicato, & hoc verum, q̃ſi exceptio tangit reſcriptũ, ſiue iuriſdictionem, vt in caſu huius c. ſecus ſecundùm D. Palmeriũ, ſi exceptio excõmunicationis non inficit reſcriptum, ſed perſonam impetrãtis: puta excipitur de excõmunication e lata poſt impetrationem. allegat de offic. dele. c. cũ olim. & c. P. & G. iſto ergo caſu actor excluſus per exceptionem excõmunicationis à conuentione tenebitur reſpondere reo ſuper reconuentione, ne de dolo ſuo reportet cõmodum. ſ. de iudi. c. intelleximus. ſecundùm eum: refert tamẽ contrarium tenuiſſe in ſimili Doctorẽ ſuũ in legibus, videlicet quãdo actor conueniens reum, ex eo q̃ reconuenitur, deſiſtere vult. dixit ille, q̃ reconuẽtio non procedat iſto caſu. Non obſtat Auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. quæ prohibet actorem deſiſtere: quia loquit, vbi reus inſtat, vt ſuper cauſa conuentionis procedatur, non vt poſſit reconuenire. Specu. contra in titulo de reconuen. in fin. quem ſequitur Cy. etiam in delegato, corã quo reus vult reconuenire actorem deſiſtere volentem: quia per præſentationem eſt ſibi ius queſitum, q̃d eo inuito non poteſt auferri, quantumcũq; ex perſona aduerſarij ipſum conſecutus fuerit, vt l. poſt mortem. §. fi. ff. de cõtratabu. & c. ab eo. ſ. de ele. & Clem. conſtitutionem. eo. titu. & per prædicta ſentit Ioã. And. q̃ iſtud c. non debet intelligi de excõmunicato poſt impetrationem, ſed tempore impetrationis. quod patet, cũ dicit, ab excõmunicato. & ſic qualitas iuncta verbo, debet intelligi ſecundũ tẽpus verbi, vt l. Titius. ff. de teſta. mili. & l. in delictis. §. ſi extraneus. ſt. de noxa. Prædicta locum habent, cũ quis obijcit contra actorem, vel reſcriptum de excõmunicatione, & obtinet, quòd reconuenire poſſit, prout dixi. Quid ſi ſuccumbat ſuper dicta exceptione excõmunicationis, an poterit reconuenire? videtur q̃ non, poſtquã reſcriptum impugnauerit, vt in reg. ex eo. ſ. de regu. iur. ſicut in ſimilibus videmus, quòd non põt quis inniti inſtrumento, q̃d impugnare niſus eſt: nec teſtibus talibus vti, contra quos excepit, vt in c. cũ olim. de cen. & 4. q. 3. c. ſi quis teſtibus. Io. An. remittit ad notata in Spec. de recon. §. 1. in fin. vbi tenet primò, quòd poſſit: deinde diſtinguit, aut hæc fecit iuſto errore: & poſſit, aliàs nõ, per iura ibi allegata. Ego credo, quòd, poſtquã exceptiones oppoſitæ ſunt per ſententiam reprobatæ, poſſit redire ad id, quod impugnauit: ſicut iſto caſu poſſet contra propriam confeſſionem venire, vt c. mulieri. de iureiur. & ad materiam quæſtionis vide q̃d plenè no. Inno. de exc. c. cum venerabilis. & Bart. in l. poſt legatum. ff. de his, qui. vt indi. ¶ Diſtingue ergo ex prædictis, q̃ quãdo q; ſuper conuentione non procedi

tur; quia reſcriptum eſt nullũ: & ceſſat reconuentio. Quãdoq; non proceditur; quia actor reſcripto non vtitur, & nõ vult vti: & tunc aut ante præſentationem: & eſt dubiũ propter no. contraria per Inn. & Hoſt. in c. ex cõqueſtione. de reſtit. ſpol. Quãdoq; poſt præſentationem ab vſu deſiſtit, & hoc duplici ter, vel differendo, vel renunciando. & loquitur Cy. & Specu. contra D. Io. An. ¶ Quintò quæro hic principaliter poſt gl: [nunquid ergo] &c. vtrũ iſtud. c. ſit correctum per c. pia. de excep. ſ. eo. li. Io. An. dicit, q̃ non, & diſtinguit. tres caſus. nã aut loquimur in ordinario: & valet iudicium cum actore excõmunicato, ſi non fuerit oppoſita exceptio, vt ibi; Aut loquimur in delegato: & tunc aut exceptio excommunicationis inducit reſcriptum nullum: & non tenet ſententia, vel proceſſus, vt hic, intantum q̃ licèt fuerit abſolutus, non tamẽ conualeſceret tale reſcriptum, ſicut nec inſtitutio pro non ſcripta, licèt ſuperueniat habilitas in herede inſtituto, vt l. ſi alienũ. §. in extraneis. ff. de here. inſti. & optimè. ſ. eo. c. ſi eo tẽpore. vi de tamẽ ad hoc q̃d no. Bar. ff. de iniuſto teſta. in l. filio præterito. in quæſtione teſtamenti vſurarij manifeſti, an reconuale ſcat per ſuperuenientem præſtationem cautionis. de quo etiã in c. quãq̃. de vſur. ſ. eo. li. Quandoq; tempore impetrationis impetrans non erat excõmunicatus, poſtea ſuperuenit: & tũc valet reſcriptum, & proceſſus, ſi contra perſonam exceptio nõ opponitur, vel etiam eo abſoluto; quia tenuit à principio; q̃a c. iſtud reſiſtit initio, ſicut in ſimili. l. ſi minor. ff. de ſer. expor. facilius ergo reuiuiſcit, quò ad exercitium, quod à princi
7 pio tenuit, q̃ quod nullum fuit, ar. l. ſi teſtamentum. ff. de teſta mentis. ¶ † Quæro, quid iuris, ſi promotor inquiſitionis eſt excommunicatus, vtrũm vigore eiuſdem reſcripti ſuper inquſitione impetrati iudex poterit ex officio procedere? Goffredus, & Spec. q̃ ſic, per rationes, & iura hic allegata in glo. quę tamen hic contrarium tenet, & cũ ea Archi. hic, & ſ. de accu. c. 2. & de iſto promotore inquiſitionis not. in c. cum clamor. ſ. de teſt. & æquiparationem, quam facit iſta glo. de iſto promotore ad procurat orem, bonam credo; quia vtrunq; interuenit ad vtilitatem alterius, non propriam. promotor enim iſte proſequitur vindictam publicam, procurator intereſſe priuati: & quia quæritur ius ex proceſſu, ex eo q̃ efficiuntur dñi litis; ideò ipſorũ excõicatio credo, q̃ reddat reſcriptũ nullũ. facit tamẽ ꝓ opi. Spec. quia alibi ſubmoto de medio accuſatore, vel per mortẽ, vel quia nõ proſequit, iudex ex officio procedit ſuper accuſatione, vt l. pe. ff. de pu. in. & l. liberorũ. §. 1. ff. de accu. idem ergo, ſi remoueatur per excõicationẽ, vt iudex ſuppleat eius defectũ: ſed ibi iuriſdictio iudicis, q̃ proceſſum aſſumpſit, erat ordinaria, & fundata: hic verò ſumebat initiũ ab infecta radice. ſ. excõicat. vñ q̃d nõ põt pro ſe, non debet poſſe pro alio, vt in reg. q̃d alicui. de reg. iur. Præterea ibi loquitur, ſi poſt fundatum iudicium per receptionem rei inter reos accuſator de medio ſubmouetur. Sed nos loq̃mur, cũ à principio ſpetrator ab ſpetratione repellit: quo caſu nõ dicit lex, iudicẽ accuſationẽ talẽ hẽre proſeq̃, ſed illum debere repellere, vt l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff. de adul. &. c. licèt in beato. de accu. circa illum tñ, qui venit nomine alieno ad impetrandũ, & eſt excõmunicatus: (licèt Io. An. teneat hic in glo. q̃ non valeat reſcriptum:) tamẽ in nouella latius illum articulum proſequit dicẽs, q̃ Io. Mo. idẽ tenet. ſ. q̃ nõ valeat reſcriptũ impetratum à procuratore excõmunicato: q̃a quod non poteſt ſuo nomine, nõ debet poſſe nomine alieno, vt in reg. quod alicui. & de qua re prohibita eſt petitio, de ea dẽ eſt prohibita impetratio, vt C. ſi ſæpi' in inte. reſti. poſtu. l. 3. & hoc tenet Io. Mo. ſiue dño nota fuerit excõicatio ꝓcu. ſiue nõ: ſiue excõicatus fuerit publicè, ſiue occultè. Archi. tenet cõtrariũ, & dicit, reſcriptũ valere impetratũ à procuratore excõicato, ſi nõ fuit exceptũ. nã ſcẽm eũ, iſta inhabilitas medij nõ debet attẽdi: ſed ille, cui quæritˇ, & perſona concedẽtis. ſicut alibi dicit lex, remota interpoſiti capientis perſona ſpecteť, vt l. cũ dotem. ff. ad leg. falſci. & l. cogi. §. hi qui, ad Tre-

ad Treb. & q̃d no. pro & contra in Cle. ſi religioſus. de proc. Non obſtant allegata in contrarium; quia locum habẽt ante impetrationem: nam ſi excipitur, bene repelleretur, etiam in caſibus expreſsis, ſecundùm eum. Ad c. 2. §. ad hæc. de hęre. reſpondet, q̃ loquitur de dignitate eccleſiaſtica data ad preces hæretici: ſed excommunicatus non eſt hæreticus verè, ſed interpretatiuè. ſic intelligitur. c. q̃ aũt. 4. q. 1. & ita refert hic Io. An. iſtarum opi. ego credo veriorem opinionem, quę ponitur in gl. q̃ illam contrariam Archid. recitatam in nouella, & primò probo per iſtum tex. qui indiſtinctè loquitur, & annullat reſcriptum ab excõmunicato impetratum: nec diſtinguit, vtrum impetrauit nomine proprio, an alieno. Præterea maior eſt ratio irritandi, ſi alieno nomine ſit impetratio, q̃ ſi proprio; quia quandoque admittitur excommunicatus nomine proprio, vt ad defenſionem cauſæ ſuæ, qui non tũ admittitur ad defenſionẽ cauſæ alienæ, vt in ca. poſt ceſſionem. ſ. de proba. vnde ſi non poteſt ſuſcipere defenſionem cauſæ alterius; ergo nec alieno nomine impetrare, per d. l. 3. ſi ſæpi. in integ. reſt. poſtu. Præterea prout dixi. ſ. in princ. huius ſextæ quæſtionis. ſi excommunicatus impetrat reſcriptum ſup inquiſitione, non valet reſcriptum, vt ipſe Arch. tenet hic. Sed vt ſ. dixi, promotor inquiſitionis eſt quodammodo procurator iuriſdictionis publicæ, cuius impetratio ſi non tenet propter excommunicationem: multò minus debet valere impetratio procuratoris priuatæ perſonæ; quia ibi verſatur publica vtilitas. In hac verò quæſtione ſequor opi. Io. Mo. poſt glo. non obſtat. quia delictum procuratoris non debet nocere domino, vt l. 1. §. ſi quis procura. ff. ſi quis ius di. non obtemp. nam ſi dominus ſciuit eum excommunicatum, imputet ſibi, qui talem conſtituit, vt in l. mandari. C. man. Si verò ignorauit, agat contra procur. ſi ex hoc fuerit dãnum paſſus. facit quod no. ſ. de appel. c. ſignificante. ¶ Septimò iuxta prædicta quęro. dixi. ſ. quòd ſi dominus eſt excommunicatus, procur. ipſius non poteſt impetrare, vel agere in iudicio, ſicut nec ipſe dominus: vtrum iſtud habeat locum in omnibus adminiſtratoribus, qui agunt nomine alieno; vt ſi ſit dominus excommunicatus, ipſi adminiſtratores repellantur ab agendo, & impetrando? Iona. An. primò iſtum articulum ſub tiliter examinat in c. conſulti. ſ. de procura. vbi dicit, q̃ quidam ſunt adminiſtratores, qui aſſequuntur exercitium à conſtitutione, vt procura. conſtitutus à prælato, vel priuata perſona: & iſto caſu ſi repellitur prælatus, repellitur conſtitutus ab eo. Quando que procurator, poſtq̃ eſt creatus, non recipit poteſtatem adminiſtrandi à cõſtituente, ſed à canone, vel à lege: vel eſt vicedominus, vel ſyndicus conſtitutus ab vniuerſitate, qui poſtq̃ creati ſunt, recipiunt poteſtatem à canone. c. quoniam in quibuſdam. 89. diſt. & iſto caſu ſubdiſtingue: quia aut conſtituens erat excommunicatus tempore cõſtitutionis: aut excommunicatio poſtea ſuperuenit. Primo caſu non tenet conſtitutio, & per conſequens agere non poterit. In ſecundo tenet, & agere poterit, non obſtante conſtituẽ tis excommunicatione; quia nõ eorum nomine agit, ſed eccleſię, vel vniuerſitatis, quę excõmunicata nõ eſt. 2. q. 3. c. habet. & hoc verum in officiali, & adminiſtratore perpetuo: ſed in temporali videtur diſtinguendum, vtrũ agat nomine ꝓprio, vt coadiutor, & viſitator, qui agunt nomine eccleſiarum non conſtituentium: an verò agat nomine alieno, vt in vicario epiſcopi. Primo caſu excommunicatio principalis non noceret ſibi. Secũdo ſic, vt c. Romana. ſ. eo. lib. de offi. vicar. & no. iſta faciunt, vtrum excommunicato tutore, actor conſtitutus ab eo poſſit agere, vel impetrare: & vtrum excommunicato pupillo, doli capace, vel adulto, poſſit agere tutor, vel curator, vel procurator ad rem ſuam, domino excõmunicato. ſol. col lige ex prædictis no. ſ. & c. conſulti. ¶ Octauò, & vltimò q̃rit Io. An. vtrum procurator excommunicati admittatur ad impetrationem faciendam in caſibus hic expreſsis ex generali mandato dato ad impetrandum, tenet poſt Archi. q̃ requiratur ſpeciale ad hos actus, niſi in tali generali mandato exprimeretur, q̃ omnia poſſet procurator, quę conſtituẽs in perſona ſua poterat, vel tenebatur facere, allegat de dila. c. fin. facit ca. qui ad agendum. de procu. ſ. e. li. Et iſta ſufficiãt, inquantum quæritur de impetratione reſcriptorum ab excõmunicatis prohibita, vel conceſſa: quantùm ad alia excommunicatis prohibita, vel permiſſa recurre ad notata in c. veritatis. de do. & contuma. & c. decernimus. de ſenten. excõmuni. ſ. eod. & c. cum inter. ſ. de exc.

ADDITIO.

a ¶ Reſcriptũ. Adde contra Hoſt. in c. quod ad cõſultationẽ. de re iu. Et pro opinione Petri adde tex. in l. ſed ſi hac. §. patronum. cum gl. de in ius vocan. Io. An. in add. ad Spe. in tit. de cau. poſ. & proprie.

SVMMÆ.

1 *Infinitas euitanda eſt.*

2 *Nomina incluſorum ſub prima citatione debent exprimi ſub clauſula generali.*

3 *Declaratio perſonarum incertarum pertinet ad impetrantem nomina incluſorum, quando citantur ſpecialiter nominati, an in reſcripto debeant declarari.*

CAP II.

CVm in multis. Sunt quatuor dicta, præmittit enim conſtitutionis cauſam. ſecundò ipſam conſtitutionem. Tertiò ipſius conſtitutionis modificationem. Quartò modificationis rationem. Secunda ibi. [prouide] Tertia ibi [quo
1 rũ.] Quarta ibi. [ne locus.] No. † q̃ infinitas a in multis iu
a ris articulis euitatur, quaſi dicat tex. non in omnibus. In quibus autem euitetur, vide hic glo. 2. & alios aliquos in nouella, vbi remittit ad Dy. & Cy. qui parum dicunt. Sed Bar. plenè diſtinguit in l. ſi finita. in prin. ff. de damno infect. quæ diſtinctio hic cadit. ¶ Item no. clauſula generalis, & indefinita relata ad perſonas reſtringitur ad tres, vel quatuor. & quare ita ſtrictè, vide rationẽ in glo. 3. Et quia text. dicit 3. vel 4. in cidenter quæritur, cuius ſit electio. Io. An. dicit, q̃ impetrantis. quod credo verum; quia ad eum verba executiua referũ tur, dum dicit [trahantur.] In alijs diſpoſitionibus (puta vltimis voluntatibus, contractibus, & pœnis alternatiuè conceptis) cuius ſit electio, an debitoris, vel creditoris. dic per
2 Bar. poſt gl. in l. Lucio. ff. de leg. 2. ¶ † Item not. quòd in prima citatione debent exprimi nomina incluſorum ſub clauſula generali. Si ergo fiant tres citationes, ſatis erit hanc expreſſionem factam eſſe in prima, ſecundùm Inn. Hoſt. Fran. & Compo. & dum dicit text. [nomina exprimant] &c. ſupplet gl. cognomina, vel circũlocutiones. Io. An. poſt Fran. dicit, q̃ in odium reſcriptorum circũlocutiones etiam certas ſine nominibus non ſufficeret exprimere: quod dictum ratione caret; quia in odioſiſimis videtur talis locutio indubitata ſufficere, vt l. 3. ff. de lib. & poſthu. † Itẽ q̃ declaratio perſonarũ
3 incertarum in reſcripto pertinet ad impetrantem: ſimiliter declaratio libelli ad actorem, vt l. ſi quis intentione. ff. de iudi. ſecus in declaratione dictorum teſtium, vt in c. in præſentia. de proba. & per hoc, quòd dicit [exprimat] &c. infertur, quòd valet reſcriptum impetratum cõtra perſonas incertas: vtrum idem ſit in libello? videtur, q̃ ſic; quia procedit, nõ ſpecificatis rebus, vel etiam minus clarè: licèt declaratio peti poſſit, vt c. 2. de libe. ob. & l. fi. C. de anna. excep. Et per Inn. in c. certificati. de ſepul. Io. An. dicit hic in no. reſcriptum nõ vitiari propter generalitatem rerum, vel perſonarum, non ſi ctam in fraudem, dummodo in libello ſpecificentur. in renuocatorijs autem dicit ſpecificationem neceſſariam, de dolo & contu. c. 2. & de confir. vti. vel inuti. c. bo næ vbi talis declaratio non poſſet fieri per procuratorem. ¶ Quintò no. q̃ dicit litera [impetrator.] de herede eſſet magis dubiũ, ad quẽ tamen non tranſit declaratio, vel interpretatio verbi ambigui in libello prolati, vt eſt gl. notabilis in l. Pomponius ſcribit ſi frumentum. ff. de rei vend. In iure verò eligendi, an ſuccedat

cedat hȓs, vel posit quis eligere per procuratorem, vide plenè per Bar. in l. si stipulatus fuero. de verb. obli. & in materia canonica in c. quia propter. s̄. de elec. & c. si quis iusto. eo. tit. ỹ. eod. lib. Et adde ad prædicta quod no. Bart. in l. si inter stipulantem. § si Stichum. de verb. obli. vbi dicit, q̄ licèt in electione posit quandoque eligens variare: tamen declarās dubiam voluntatem suam, variare non poterit, vt l. quicquid astringendę. ff. de verb. obli. quod verbum no. ¶ Venio ad gl. & dicta Doc. & quæro primò, vtrum ista constitutio vēdicet sibi locum in rescriptis Episcoporum, & Legatorum, vt ista clausula, & [quidam alij] referatur ad quatuor. gl. [quid de literis] &c. tenet, q̄ non. in nouella distinguit; q̄ aut præiudicatur solum concedenti literas: & complectitur vltra quatuor. Aut alij præiudicatur: & restringitur ad 4. & sic habebit hæc Decre. locum in literis Legatorum, non in literis Episcoporum, secundùm eum. de hoc in Spe. de cita. §. 1. ver. quid in literis Legati. ¶ Secundò quæro de intellectu huius clausulę [& quidam alij.] Circa quam est sciendum, q̄ quandoque dicta clausula refertur ad personas, vt in isto c. quandoque ad res: quandoque apponitur in rescriptis: quandoque in alijs dispositionibus, puta procuratoribus, & similibus. ¶ Primo casu quando posita in rescriptis refertur ad p̄sonas. aut in rescriptis Episcoporum: & vltra quatuor cōplectitur, vt prædixi. ratio; quia citò potest haberi recursus: & etiam quia largius contra Episcopos interpretamur eorū rescripta. s̄. de consue. c. cum dilectus. Aut ponitur in literis Papæ, vel Legatorum: & complectitur quatuor, & nō vltra: nisi quando conueniretur super re indiuisibili: vel quādo ali qui venirent pro suo interesse ex trāsuerso, agēdo, vel defendendo, vt in gl. [olim] &c. vbi Io. An. Inno. ponit exemplum in Episcopo conuento vt vno de quatuor super habitatione. Et aduerte quia rescriptum bene trahitur ad istos, quorum interest, licèt non fuerint nominati in rescripto, agendo, vel defendēdo, vt dicit gl. & hoc procedit ex dispositione iuris. Ex prorogatione verò hominis ad personas non expressas in rescripto non trahitur, etiam de expresso consensu, vt c. P. & G. de offi. deleg. Sed vtrum si impetrans rescriptum cedit Titio iura sua, potuit Titius agere vigore rescripti: & vtrum ex presse posit ius competens ex rescripto cedi vnà cum actione competenti? Sentit hic Io. An. q̄ ius vni competens ex rescripto non posit cedi, etiam cum ipsa actione principali. ita no. in c. quia nonnulli. s̄. eod. super verbo. [per eaſdem] Et intellige quatuor, non maiores expresso: sed similes in minore, vt s̄. de rescrip. c. sedes. & ibi no. qualiter consideratur ista similitudo, & æqualitas, an respectu diuitiarum, an secundum nobilitatem dignitatis, vel potentiæ: dic vt ibi. & facit quod no. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. vtrùm autem comprehendat fœminas, Io. An. tenet, q̄ sic, & allegat Vin. qui tenet contrarium in c. significauit. s̄. eod. & remittit ad Spe. de rescriptis. §. fi. post princ. versi. sed quęritur vtrum. & quod ibi per eum. ¶ Secundo casu, quando ista clausula refertur ad res. puta cōmitto causam super summa cētum lib. & super alijs rebus: tunc ista clausula non restringitur, nec ad numerū rerū, nec ad earum qualitatem, vt l. si pariter. ff. de lib. causa. poterit tamen reus petere, vt actor declaret, super quibus rebus agere velit, secundùm Host. qui remittit ad summam. eo. tit. §. qđ continet ius commune. ver. non solum. rationem differentiæ, quare magis restringitur in personis, quàm in rebus, colligo ex dicta l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pet. & hæc vera, q̄n dicta clausula ponitur in rescriptis: quando verò ponitur in alijs dispositionibus (puta constituo procu. Titium cōtrà Petrum debitorem in centum, & contra alios, qui mihi in alijs tenerentur) adhuc non restringitur ad personas, nec ad earū qualitates, sed complectitur generaliter omnes, vt verba sonant, vt no. in c. sedes. s̄. eo. vide tū quod circa hoc glo. subtiliter no. in Cle. 2. de procu. super ver. grauiora. ¶ Tertiò quæro. hic loquitur de clausula, [& quidam alij] quid si clausula ponatur per alia verba, q̄ ista, puta cites omnes, quos talis nominauerit: vel illos, qui tali eōtradixerint: vel oēs, qui molestabunt eum super re. Io. An. in nouella ponit opin. dic, vt in ea. vbi etiam tangitur, quid iuris in illa clausula. [quicqd post iter arreptum] &c. & in forma [ea, quæ de bonis.] & in illa [nonnulli iniquitatis filij.] per istas enim tres vltimas vltra. 4. conueniri poterunt, secundùm eum. ¶ Quartò quęro de practica citationis, & expressionis istorum quatuor inclusorum sub clausula generali [quidam alij.] de hoc in glo. pe. & quod super ea no. Io. An. Primò vtrū sufficiat expressio, si ue declaratio in actis, licèt non in citatorio. † Secundò vtrū, quando citantur specialiter nominati in rescripto, debeant declarari nomina inclusorum. Tertiò quid iuris, si non fuerint declarata. Quartò vtrùm in citatiōe vnius ex declaratis, debeant declarari, & exprimi aliorum nomina. Quintò vtrū declarator possit mutare: vel si vnum expressit, & alterū conuenit, vtrū valeat iudiciū, si exceptio non opponitur? ¶ Quantùm ad primum glo. ponit vnam opi. Inn. aliam Host. & Bar. vnam videlicet, q̄ sufficit, q̄ in actis specificentur. hanc tenēt Io. An. Archi. & Host. fatetur hoc esse de mente, & sufficere videtur scriptura tabellionis; quia pro ea præsumitur, de p̄scrip. c. ad audientiam. sufficit enim seruare mentem legis, etiam offendendo verba, vt l. scrire oportet. de excus. tu. ad quod vide etiam no. in c. si postquā. ỹ. eo. li. de elec. ¶ Ad secundum dubium respondit, q̄ dicta expressio fieri potest in citatione, quę fit de expressis in rescripto. ¶ Circa hoc incidenter quęrit, vtrùm expressus in rescripto citatus sine expressione aliorum possit excipere, q̄ conueniendi per clausulam non fuerunt expressi. tenet Ioā. An. q̄ non, si impetrans dicit se nolle alios vigore dictæ clausulæ conuenire. Aduerte, sentit enim ex hoc Ioā. An. q̄ per citationem expressi in rescripto clausula [quidam alij] non perdit vires, quin sub ea inclusi possint postea citari: sed citatio expressi non teneat, nisi impetrans dixerit se nolle alios conuenire. Ego credo, q̄ valeat citatio de expresso: licèt in citatione eius non sint alij inclusi sub clausula declarati. tex. enim iste exigit expressionem inclusorum sub clausula in prima citatione fienda de ipsis inclusis. ibi [quorum nomina in primo citatorio]. s. eorūdem inclusorum. s. vt sic referatur ad totum tex. qui nihil constituit de expressis: sed totus debet intelligi de exclusis. pro isto intellectu facit ratio sequens [ne locus] &c. quæ refertur ad illos inclusos, &c. in eorum citatorio exprimendos. nā circa expressos non cadit variatio, contra quā prouidet tex. Si ergo in primo citatorio de eis fiendo exprimo vnum, vel duos, & non alios, quò ad eos rescriptum perdit vires, vt sentit glo. illorum, & c. circa fin. Item quò ad nominatum in rescripto expresio aliorum in sua citatione: formam igit hic traditam de inclusis intelligo: qua omissa, quò ad ipsos clausula perdit vires: sed tenere debet citatio de inclusis in tali citatorio declaratis. Ista scribo titubās; quia Io. An. velut alius sic pertransit cum glo. ¶ Quintò quæro post glo. fi. si vigore literarum Apostolicarum generalium [ad prębendas, quas duxerit acceptandas] &c. quis acceptauerit aliquod beneficium, quod de iure non poterat, an poterit aliud acceptare? arguit, q̄ non, & demum remittit. Host. dicit, q̄ si acceptatio non tenuit, variare potest: aliàs secus. ff. de opt. & leg. l. 2. §. 1. & 2. Incidenter circa hoc reuocat in dubium Io. An. Vtrū super hoc. s. quòd acceptatio non valuerit, debet expectare sniam, qua declaretur acceptatio nulla? videtur quòd sit necessaria, sicut emptori, à quo res euincitur: nam aliàs sine sententia componendo, vel compromittendo non habet recursum de euictione, vt l. si demum. §. si compromisero. ff. de euict. cōtrarium tenet ipse, & aliud in emptore, quàm in isto casu, in quo commendandus est, qui sniam non expectat, sed bonam fidem agnoscit, vt in c. si beneficia. de præben. ỹ. eo. lib. Similis est quæstio in compromissore, siue executore, qui prouidit in vna ecclesia, & aliqua ratione non fuit sortita effectum sua prouisio: an poterit in alia prouidere? videtur, q̄ non; quia functus est officio suo, vt l. si proponis. C. quomodo, & quando iud. Inno. dixit, q̄ ante receptionem potest variare re integra, postquàm verò receptus est, subdistingue, vtrùm tenuit: & non potest prouidere in alia ecclesia, quantuncunque de facto molestetur. Aut nō tenuit: & tunc potest, de quo per eum. s̄. de of. deleg. c. in literis, & ista faciunt, quando duo permutant sua beneficia, ab vno quorum euincitur beneficium permutatum, an posit ad suū habere recursum. Dic, vt s̄. de præben. c. inter cetera. In alia materia si cui non completur contractus incommutabiliter, vtrum posit redire ad veterem actionem, vel ad quid agere debeat: dic, vt s̄. de elect. c. cum inter. & in l. cum mota. C. de transſ. Faciunt etiam prædicta ad quæstionē de illo, cui data est potestas eligendi: an posit alium eligere, si electio prima non fuit fortita effectum; vel quia non tenuit; vel quia voluit, & morte præuentus non potuit acceptare. Dic vt not. in c. si electio. & c. si compromissarius. de elect. ỹ. eo. & p Dy. in l. serui electione. de leg. 1. & per Cy. in l. post aditam. C. de impube. & alijs substi.

S V M M Æ.

1 *Processus aliquando est nullus, & tamen sit expensarū cōdēnatio.*
2 *Officium iudicis mercenarium aliquando durat, finita instantia cau se principalis.*
3 *Habens debitorem obnoxiū ex pluribus causis, an coram diuersis iudicibus eum trahere possit.*
4 *Actor an possit reconuenire reum coram diuersis ordinarijs.*
5 *Actiones dupliciter diuiduntur.*
6 *Iudicium diuersum contra formam huius ca. an valeat, si non fuerit exceptum.*

CAP. III.

DIspendia. Diuiditur in duas. In prima ponitur cōstitutionis cā. In secunda constitutio, ibi. [decernimus.] hæc secunda duo facit. Primò, puidet de actore, & contrafacienti triplicē pœnā imponit. Secundò de reo, in quo vnū casum excipiens pœnam prædictam repetit, ibi [reus quoq;.] Nota quia ad iu dicem spectat dispendia litium omni industria coarctare. & hoc est, quod dicit tex. q̄ boni prætoris est dirimere lites, vt l. quidam estimauerunt. ff. si cer. pet. super prosecutione igitur litis iudicis officium est latissimum, vt in l. properādum. in prin. C. de iud. & ad hoc vide quod no. Inn. s̄. de test. c. vltra tertiam. & c. post electionem. de concess. præb. Item q̄ plures qōnes inter eosdem debent coram eisdem iudicibus agitari, & in reo, ne posit actorem coram alio iudice trahere, prouisum est. C. de sen. & interlo. om. iu. Auth. cōsequenter. in actore verò, q̄ non posset trahere reum coram diuersis iudicibus super diuersis actibus, non erat prouisum, nisi in certis casibus, vt in petitorio, & possessorio, per l. nulli. C. de iudi. & in alijs, de quibus in l. 1. & 2. ff. de quibus re. apud eundem iudi. ea. Iure verò canonico est prouisum hic. & s̄. eo. c. fi. quæ capitula loquuntur in diuersis delegatis: an idem in ordinarijs. ỹ. subdam. Et aduerte, q̄ iste tex. debet intelligi non solū in delegatis à Papa, sed etiam in delegatis ab alio ordinario inferiore, vt no. Spec. in tit. de rescrip. præsenta. §. fi. ver. item q̄ ad diuersos. & ibi vide alias quęstiones ad materiam, secūdùm Io. An. Item no. pœnam impetrantis contra eundem literas ad diuersos iudices super pluribus actionibus, & multò magis si super eadem re. nam alibi dicit lex, q̄ si quis reū traxerit coram alio iudice super re in vno iudicio iam deducta, perdit causam, vt est casus notabilis in l. fi. in fin. C. de asser. tol. Qđ tamen est speciale fauore libertatis, vt no. Bar. s̄. e. c. ex tenore. & Io. An. in d. c. si super in gl. planum. In alijs verò causis dic, vt no. Inn. s̄. de consti. c. cum tu. & c. si duob. de appel. & vtrobique de ista exceptione litis pendentiæ. & p Bar. de eadem quò ad causas criminales, in l. 1. ff. de sepul. viola.

1 ¶ † Item no. in versi. aliàs. quòd quandoq; processus est nullus, & tamen in eo fit condemnatio expensarum. Incidenter quæro. detecta nullitate processus propter defectum carētiæ iurisdictionis, quis facit istam condemnationem expen. Nun quid iudex impetratus? videtur q̄ non; quia detegit non valere quod fecit. dic contra; quia fuit competens super isto articulo, licèt non super causa principali, & hoc no. Ioan. An. post Bar. s̄. c. fi. & est tex. in Cle. 1. in fi. ỹ. eo. & est vtile hoc scire, etiam qñ iudex est competens: sed non potest super principali procedere; quia instantia est perempta. An super præteritis expensis factis in illa instātia posit pronunciare in cā principali? dic per Cy. in l. properādum. §. fi. C. de iudi. in cā appellationis videtur tex. q̄ etiam deserta appellatione, posfit fieri condemnatio expen. vt in c. ex parte. S. s̄. eod. & in c. cum olim propter. de priuile. Ex quibus infero, q̄ est dare ca
2 sus, in quibus durat officium † iudicis mercenarium, finita instantia principalis causæ, contra reg. l. 4. C. de posi. ad quod vide no. in l. non vtique. & l. item si verberatum. ff. de rei vēdi. Et aduerte, q̄ tex. iste loquitur in condemnatione expē. Vtrū autem hoc casu veniat refectio damnorum? glo. super verbo [expensis] dicit, q̄ sic: quæ autem sit differentia inter dāna, & expensas, est tex. in c. in nostra. de iniur. & hoc verum. s. q̄ damnorum habetur ratio hic, & vbicunq; petuntur propter temerariam tractionem ad iudicium, vt l. eum qui temere. ff. de iud. Si verò petātur ratione victorię, sentit gl. q̄ habeatur ratio expen. non damnorum, vt l. 1. in fi. ff. de alie. iud. de quo per Cy. in l. sancimus. ff. de iudi. Si verò expensæ petantur ratione victoriæ, vtrum veniant tunc damna? glo. notabilis sentit, q̄ non. in l. 1. in fi. ff. de alie. iudi. mu. cā fa. de quo per Cy. in l. sancimus. C. de iudi. & plenius dixi in repe. c. finem litib'. de do. & cōtu. ¶ Expeditis notabilibus restāt etiā multa spar sim hic notata per Io. An. quæ ad tres quæstiones ordinatè redigam. Prima enim de quibus iudicibus diuersis loquitur tex. iste. Secundò de quibus actionibus. Tertiò, si ista exceptio nō fuerit opposita, an valeat snia, & processus. Quātùm
3 ad primam de iudicibus dic: cum quæritur, vtrum habēs † debitorem suum obnoxium ex vna, vel pluribus causis, siue actiōibus, an posit eum trahere coram diuersis iudicibus? Sic distingue. Aut vult eum sic trahere super vna causa: & nō potest, obstante exceptione litis pendentiæ, vt dixi & remisi supra in 3. not. Aut vult eum sic trahere coram diuersis iudicibus, & corā vnoquoq; sup diuersis actionib. siue reb' agere. Et tunc aut coram diuersis ordinarijs: aut coram diuersis delegatis: aut coram vno delegato, & vno ordinario: aut coram iudice principalis causæ, & coram iudice appellationis: aut coram ordinario, siue delegato, & coram conseruatore, siue executore. omnibus enim istis membris dubitari potest, an vendicet sibi locum prouisio huius. c. Primo ergo casu, cū coram diuersis ordinarijs. pone exemplum in scholari ex pluribus causis mihi obligato, qui habet tres iudices ordinarios, vt in Aut. habita. C. ne fi. pro pa. an coram vno quoq; potero ipsum trahere super vna causa? Ber. tenet, q̄ non posse: sicut nec coram diuersis delegatis, vt hic. Idem Io. Mo. Archi. contra, vt refert hic Io. An. super glo. [quid si coram] qui remittit ad id, quod ipse no. super glo. quinta. vbi dicit in simili. q. q̄ propter identitatem rationis, quæ hic ponitur, de dispendijs litis vitandis. & per id, quod habetur in d. c. fi. ibi [cōmodius] &c. habet locum quod hic dicitur, vt coram eodem de omnibus sit agendum: non tamen habeat locum pœna hui' c. vltra casum suum, arg. c. in pœnis. ỹ. de reg. iur. dubia est mihi ista decisio propter id, quod ỹ. dicam post eum in delegato, & ordinario. Secundo casu principali, quando vult trahere coram diuersis delegatis, & non potest, vt in isto text. siue sint delegati Papæ, siue ordinariorum, vt dixi in 3. no. & intellige, q̄ non potest, durante iudicio coram altero ex iudicibus per diuersas literas impetratas. eo verò finito, an posit alijs vti. Ber. tenet, q̄ non. Alij contra, vt Vin. Host. & Spec. Archi.

2 sed aliunde, vt no. in l. si eadem. ff. de of. asse. † Cũ vero actor & reus sunt eiusdem diœcesis, cogitur actor impetrare in eadem, ex eo q vtriq; iudex delegatus pariter pſumit notus, & paris cãæ rõ circa duos remouet suſpicionẽ, vt l. nõ solũ. §. 1. ff. de ritu nup. istã rationẽ differẽtiæ assigno inter hũc. §. & p. cedẽtẽ. Et aduerte, quia tex. dicit [habere recu.] sed gl. expo nit, habere. i. impetrare, quasi velit, q sine allegatiõe suſpicionis cõtra iudicẽ ipsius rei, vel eius ꝓbatione posit. x. ciuitatẽ, & diœcesim impetrari: qđ verũ credo rõne ꝓdicta. ¶ Itẽ no. q actor nõ põt impetrare in sua ciuitate, vel diœcesi cõtra reũ alterius ciuitatis, vel diœcesis: qua eñ rõne non astringitur litigare in diœcesi, vel ciuitate rei: (de qua. x. dixi.) eadẽ rõne non põt actor reũ trahere ad suã, vt sic qđ nõ licet vni, nõ licet alteri, vt in reg. nõ licet. impetret ergo in tertia, puta Bononiensis cõtra Imolensem eſm Fauentinum. & sic de si.
3 ¶ † Itẽ no. in ver. dũmodo. q reus nõ põt trahi ꝓ literas Apostolicas vltra dictã à fine suæ diœcesis: à qua aũt parte metiemur istũ finẽ, vtrũ à parte magis prope domiciliũ ipsius rei, quæ fortè à confinibus parũ distat, vel ab alia parte diœcesis, à qua multũ distat, ꝓpter latã eius diœcesim? Io. And. x. c. non nulli. tenet, q non à limite habitationis, vel ciuitatis, quę terminatur murorũ ambitu. ỹ. de sen. exc. c. si ciuitas. sed à finibus diœcesis fiat cõputatio. & dicit ipse, hoc est æquũ: quia per totã suã diœcesim nõ videtur grauari, qui trahitur ꝓ eã, cũ ibi corã ordinario possit trahi, vt ỹ. đ offi. or. c. cũ eps. à qua cunq; ergo parte finis suæ diœcesis põt iudex in casibus. x. exceptis, & in casu huius. § reũ citare, & de causa cognoscere, dũmodo infra dictã, à finibus diœcesis cõputandã per quãlibet eius partẽ. ¶ Itẽ no. q dicit [in ciuitate, vel diœcesi] q iste tex. nõ astringit impetrãtẽ magis impetrare in ciuitate, quã in diœcesi: licèt ergo reus sit de ciuitate, poterit contra eũ impetrari in diœcesi, & ecõtra: & idẽ si actor, & reus sunt de eadẽ ciuitate, poterit impetrari in diœcesi, & econtra. qđ tenet & bene probat Archi. in §. cũ verò. in prin. qui etiã hic tangit, vtrũ reus alterius ciuitatis, & diœcesis poterit trahi infra vnã dictã, si locus talis, ad quẽ trahitur, sit extra suã prouinciam: videtur q nõ possit; quia ius hoc prohibet, vt x. de dol. & cõtu. c. cũ olim. vbi de hoc. & 3. q. 6. c. neminẽ. Archi. tenet contrariũ per c. vltimũ. de iudi. x. in subscriptione ipsius. & ỹ. de iureiu. c. olim. remittit etiã ad notata per Hosti. in summa de reſcri. § hæc pũt obijci. & de hoc Io. An. super ver. sed in alia. qui de hoc no. in d. c. significauerunt. & est circa legũ, siue cõstitutionũ limitationẽ vtilis ista iuestigatio. nã canõ dicit [nullum extra suã prouinciã trahendũ.] vt d. c. neminẽ. capitulũ istud dicit posse trahi infra vnã dictã in casibus hic expressis. Ista ergo noua prouisio, q possit sic trahi, vtrũ habeat locum in casu, quo locus infra dictã sit extra prouinciã. Nam cũ vna lex trahat ad aliã, vt l. sed & posteriores. ff. de legi. quã ex istis dicemus ꝓ aliã limitari? Et similis quæstio est, quã habui de facto. Ducalis constitutio viget Teruisij, qua cauet, q nullus forensis possit ibi quærere immobilia. aliud est ibi statutum, q bona mulieris cõmittẽtis adulteriũ applicentẽ viro: vtrũ ergo forensis, vxore sua Triuisina ibi adulteriũ cõmittente, possit petere eius bona; ita q à statuto prohibente forẽses acquirere videant excepti maritii? vel econuerso statutũ ꝓhibẽs acquisitionẽ non includat eos, qui ab acquisitione gñaliter sunt excluſi? Circa istũ notabilẽ passum, cũ est dubiũ, qñ vna cõstitutio limitat aliã: vel ab alia limitet. vide ꝓ Bar. in extrauag. ad reprimẽdã. sup gl. nõ obstãtibus. ¶ Quærit Io. An. de causa appellationis, in qua diœcesi, vel ciuitate cõmitteda sit, & si actor, & reus sunt eiusdẽ, nõ est dubium, q quicunque appellet, est cõmittenda in eadem. Si verò de diuersis, & appellet actor: similiter & in eadẽ; quia in ea debet reus trahi in cã appellationis, sicut in principali; quia actor sequitur forũ rei, siue corã ordinario, siue corã alio iudicẽ impetrare velit, vt in hoc. c. restat ergo dubiũ, qñ Venetus conuenit Bononiensem, & ipse Bononiensis appellat: an impetrabit in hac sua ciuitate, an Venetijs; quia in causa appellationis ipse censetur actor, ar. not. in c. in præsentia. x. de renun. Io. An. tenet, q in causa appellatiõis debet semp dari iudex in loco, vbi agitatũ est negociũ principale, nec attendit locus alius. & ita dicit, q tenet curia, vt audiuit. Idẽ alibi dicit de causa reconuentionis, q & Mediolanensis conuentus Mediolani per litteras Apostolicas à Bononiẽsi poterit ibi eum recõuenire: nec poterit obijcere, q conueniat extra diœcesim vltra vnã dietam. Ratio qa ibi illum iudicẽ elegit in l. fi. C. de sen. & eadẽ est rõ in Veneto appellato Bononię in causa, in qua fuit actor, vt ibi dem debeat respondere, postquàm ibi in principali causa eũ traxit, & illum locum elegit.

S V M M Æ.

1 *Partes inuito iudice conuenire non possunt.*
2 *Qualitates, quæ requiruntur in locis, & personis deputatis à Papa, eædem requiruntur circa subdelegandi potestatem.*

§. In nullo quoq;.

Iste. §. princ. declarat qđ dictũ est, quòd ī casibus exceptis in §. cũ verò. potest trahi reus extra diœcesim per dictam, & in præcedenti. §. similiter est permissum, dum modo locus, ad quem trahitur, non distet vltra vnam dietã. dubitari ergo poterat, vtrum locus iste, quo trahitur extra, debeat esse ille, in quo deputatus est, s. intra ciuitatẽ, & diœc. & vtrum debeat esse, qualis dicitur in §. nec audiatur. ita q intra dietam non possit cognosci in villa, vel castro: & ad vtrunq; dubium respondetur, vt ex tex. patet. ex quo colligę, quòd deputatus in diœcesi Bononię contra Ferrariẽsem nõ cognoscet in quacunq; parte diœcesis Bononiensis. sed in fra vnam dietam à finibus diœc. Ferrariẽsis, vnde reus trahitur. Et fuit vtilis hæc prouisio propter latas diœc. vt non possit in qualibet parte cognoscere, sed à finibus tantũ, vnde quis trahitur per dictã tãtũ. Irẽ si à finibus diœce. vñ reus trahit, vellet cognoscere in diœc. Mutinen. nõ posset postq̃ est de pũti in Boñ. & secundũ prædicta iste. §. refert ad casus, vbi ex diœc. trahi potest. Sed nũquid in casu, in quo actor, & reus sunt de eadẽ diœce. põt in quocunq; loco diœcesis residere. Io. Cald. dicit q sic. ex quo concludit, q si datus est cano. Bononiensis ecclesiæ, põt ire ad cognoscẽdũ de causa in castro sancti Io. vel alio loco insigni, quãtũcunq; remoto, dũmodo intra diœcesim Bononiæ: sed tunc non habebit expeñ. quia nõ necessariò proficiscit extra suũ domiciliũ. qđ requirit, ad hoc vt eas habeat. secus si necessariò ad illud castrũ accederet, vel ad aliũ locũ insignẽ: vt sic ap,ppinq̃t se fini diœcesis ipsius rei cõuenti. Quid ergo si est datus in iudicẽ archidiacon⁹, ꝑsbyter, vel plebanus alicui⁹ villæ, vel loci nõ insignis; ita q oportet eũ ad cognoscẽdũ ī loco insigni exׄ suũ domiciliũ, ꝓficisci: vtrũ ei⁹ erit electio isti⁹ loci insignis? Sẽtit ipse, q sic. q subdit, q licèt potuisset eligere locũ insignẽ magis ꝓpinquũ, nõ ꝓ hoc ꝓhibẽt eligere magis remotũ, &d. istãtẽ: poterit tũ ꝓ superiorẽ cogi, si ex malitia hoc facit. ¶ Ex ꝓdictis collige, q in casibus exceptis in. §. cũ verò. & in casibus. §. cũ aũt. valet cõmissio facta vltra dietã: sed iudex talis debet cognoscere. ỹ. & ꝓ cõsequẽs ad aliũ locũ accedere. Si verò in casibus nõ permissis esset cõmissio facta extra: quãtũcunq; iudex veniret infra, nõ posset cognoscere, per notata in c. olim. de exce. & istã credo mentẽ istorũ iurũ, & Doc. q đ ꝓdictis obscurè loquunt: & æqua vt ipsorũ cõsideratio, & recta, nisi in vno, videlicet q canonicus ecclesiæ Bononiẽsis iudex delegatus inter duos Bononiẽses possit cognoscere, vbicũq; vult, in tota diœcesi Boñ: & sic ī diœcesibus multũ latis fatigare litigãtes ad loca multũ remota, & econtra habitantes in fine diœcesis fatigare Bononiæ: ni si dicas, q nõ potest de hoc conqueri, cũ ita possit ordinarius loci, vt in c. cum eps. de offi. or. ỹ. eo. lib. ¶ Item no. in ver. nisi. q con-

q consensu partium potest de loco ad locum iurisdictio prorogari, & loquitur tex. de prorogatione quò ad ciuitatem, & diœcesim, nõ quò ad qualitatem locorum, de qua. x. in §. nec audiantur. propter quod dico, q si extra consenserint, ille locus extra debet esse ciuitas, vel locus insignis, non villa, vel castrum: quod sentit Io. An. super gl. non ergo. De ista tamẽ materia, an de loco ad locum possit iurisdictio prorogari, dic per Doct. x. de offi. dele. c. P. & G. & per Cy. in l. si qui ex consensu. de episco. audien. dicit tamen Io. An. † q inuito iudice
1 partes conuenire non pñt, vt ad alium locum cicentur: iudex
2 tamen citando consentire vr̃. ff. de iud. l. 2. §. si iudex. † Item no. in ver. neque alibi, &c. q qualitas, quæ requiritur in personis, & locis deputatis à Papa, vel Legato, eędem qualitates requiruntur circa subdelegandi potestatem: vt personæ, & loca debeant esse tales, quales sunt, quorum loco subrogantur, vt l. si eum. §. qui iniuriarum. ff si quis cautionibus. & facit ad quęstionem, q eps, ad quem est deuoluta eligendi potestas propter negligentiam Capituli, teneatur eligere, & supplere de illo gremio, & de illis personis, de quibus Capitulum tenebatur, si negligens non fuisset. contrarium tenet Io. An. in regula contra eum. ỹ. de reg. iur. in Mercuria. nisi aliter appareat ex fundatione, vel verbis priuilegij, secũdùm eum. ¶ Itẽ no. per verbum, quomodolibet, per quod Io. And. dicit, q de expresso consensu partium non possint in altero loco, vel alteri personæ committere. consensus enim partium operat circa cognitionem habendam in alio loco per ipsum delegatũ, non circa commissionem per eum fiendam, & alijs locis, vel personis. & est mirum, quòd potest extra locum cognoscere de consensu partium: sed non subdelegare. Item no. Io. And. verbum, citet, quod spectat propriè ad iudices: ex quo infert, q ista moderatio, siue prouisio huius. c. non vendicat sibi locum in executoribus gratiarum. ipsi enim propriè nõ citãt, sed insinuant, nisi ordinem iudiciarium seruare tenentur, vt no. Inn. in c. fi. x. de præsump. & Cle. 1. de offi. delega. & quod no. Inn. in c. ex ratione. de ap. potuerunt ergo insinuare in qui buscunque locis, etiam nõ insignibus, & vltra vnam dietam, & plures: circa personas tamen ipsorum bene seruat curia, quod in prin. huius. c. dicitur.

S V M M Æ.

1 *Iudicium gratis agitari debet.*
2 *Aduocatus pecunia corruptus an reddat sententiam nullam.*
3 *Falsitas in corrumpendo aduersarium committi potest.*
4 *Index delegatus esculentum, & poculentum recipere potest.*
5 *Testes proficiscentes extra domum debent habere expensas.*
6 *Expensæ debent esse moderatæ.*
7 *Illicita sub colore honesti non sunt attentanda.*
8 *Iudex à paupere nomine expensarum nil exigere debet.*

§. Insuper.

† No. quòd iudicium debet agitari gratis, & cum omni puritate. & verbũ gratis, importat, q non per pecuniam, quã non licet dare iudici, vt hic. reddit enim ista datio sententiam ipso iure nullam, vt l. venales. C. de sen. etiam si dederit sniam iustam, ad hoc, qđ no. in l. 2. ff. de condi. ob causam. & 11. q. 3. c. qui rectè. Parti verò vtrum licet dare pecuniam, vt patiatur contra se senten
2 tiam ferri? dic, vt l. 1. C. de pœna iudi. † qui malè iudi. Bar. ẽt no. quid si pecunia corrumpatur aduocatus, procurator partis, vel testis, an reddant sniam nullam, vel corrumpens perdat litem? In quo dic breuiter, q quandoq; quis committit falsitatem circa acta iudiciaria, fallando, vel fraudando: & tunc perdit causam, vt l. si fraudem. ff. de iure fisci. & c. olim.
3 x. eo. ti. † Quandoq; committitur falsitas, corrumpendo aduersarium, vel iudicem: & tunc similiter perdit causam, vt l. 2. C. de pœna iu. qui ma. iu. quandoq; committitur falsitas cir ca testes, vel instrumenta: & tunc non perdit causam, & ita loquitur totus tit. C. si ex fal. instru. & not. hoc Bart. in l. falsam. verbum ergo hic positum in tex. [omni puritate] &c. est vni uersale, & includit omnem impuritatem circa singulos, qui in iudicio interueniunt, vt tex. subdit. ỹ. postea dicit de quibusdam, & de alijs supra tetigi remittendo. quibus adde de snia precibus lata, quod no. in l. seruo inuito. §. prætor. ff. ad Treb. Arch. no. hic de verbo isto, munere, quot modis sumatur in iure, & quid differt munus à dono, hic vide per eum.
4 ¶ † Item no. quòd iudex a delegatus potest recipere esculen
a ta, & poculenta secundùm moderationẽ, de qua hic, per quã declaratur l. plebiscito. ff. de offi. præsi. vbi dicitur. ỹ. dies proximos prodigatur. i. paucis diebus, vt hic. Ordinarijs aũt ista non licet recipere hodie, vt ibi notatur. olim verò licebat nõ omnino, neq; semper, neq; ab omnibus: sed vt traditur in l. solent. §. fi. de offi. procon. & leg. ¶ † Item no. in ver. vel nisi cũ
5 ipsum. q delegatus, qui proficiscitur extra suum domicilium propter causam, debet habere expensas: similiter testes. 4. q. 3. c. veniens. nec minus dicitur opus gratis fieri, si expẽsę solummodo ministrantur, vt no. ỹ. de magistris. c. qñ. ¶ † Item
6 no. q expensæ debent esse moderatæ, de quo, ỹ. glo. magna, super verbo, moderatas, quæ est notabilis, & magistra circa plures personas, quæ ob aliquam causam debent ab alijs expen. recipere, an debeant deducere, quas domi facturi fuissent: prosequitur enim in ordinarijs, in delegatis, in testibus perentibus expensas. Nam ali qui debent deducere, & aliqui non, vt in gl. quã no. Item no. quòd debent eas recipere ab vtraque parte. Ratio redditur in litera; quia gerit cõmune negocium, quæ ratio non est vniuersalis. nam & testis dẽt deponere pro vtraq; parte, vt in l. presbyteri. C. de epis. & cler. & tamen recipit expensas à producente, vt ỹ. §. pro ferendo. ¶ Vnum tamen circa hoc no. quòd quando debet mitti ad litigatorem absentem, quòd iuret de calumnia, vel rñdeat articulis, debet mitti ad expensas absentis, quantuncunq; actus ille concernat vtilitatem præsentis. quia per absentiam vnius ex litigatoribus non debet effici alterius conditio deterior, vt no. in l. 2. ff. qui. ex ca. in pos. ea. & hac rõne fortè si oporteret iudicem proficisci extra suum domicilium ꝓ examinandis testibus alterius partis, non haberet locum, qđ hic dicitur de expensis communiter administrandis. Item si acce
7 deret ad infirmum, vt respondeat positionib. debet ergo intelligi iste tex. sicut sonat, s. qñ vadit propter causam ipsam: nec magis causa, pro qua vadit, concernit vnum, q̃ reliquum: puta pro examinandis testibus vtriusq; partis, vel pro subijciendo rem oculis in casu necessitatis, vt l. si irrup. ff. finiũ regun. facit ad prædicta. l. generaliter. C. de rebus cred. & quod ibi no. Circa hoc Io. An. super gio. non habet. dicit, q licèt iudex fuerit ab vna partium impetratus: tamen, cũ propter causam ipsam proficiscitur, expensas habebit communiter, prout dicitur in tex. nisi qñ delegatus impetratus distãs vltra dietam veniret ad partem suæ diœcesis, quę est. ỹ. dietam: tunc. n. expensas administrabit impetrans, vt no. x. c. nulli. in quarta glo. Tangit Io. An. iuxta prædicta; quia hic dicitur, q debet habere expensas, si proficiscitur extra. quid si propter talem accessum passus est damnum; quia equi mortui sunt, ipse captus fuit à latronibus, & redemptus. vel spoliatus clamide? dicit ipse, pro isto non habetur ratio: sed expen. solummodo. nam aliud est damnum, aliud expensa, vt in c. in nostra. de in iur. ad hoc facit quod no. in l. inter causas. §. non omnia ff. mãdati. omnino tamẽ vide, qđ circa istum articulum no. Inn. in
7 c. sicut. de iureiu. ¶ † Item no. in ver. quodq; . q sub colore liciti, & honesti non sunt illicita attentanda: committitur eñ fraus contra legem, qñ seruatis verbis, offenditur legis intentio, vt in c. quanto. de priui. & l. fraus. ff. de legi. & c. auaritiæ. de elect. ¶ † Item no. in ver. sed vbi, q à paupere nil dẽt iudex exigere nomine expensarum, ẽt si offerat, secũd Archi d. facit. 1. q. 2. c. placuit. similia vide in gl. Paupertas prodest, qñ que nocet, vt in §. scimus. de edicto di. Adr. tol. Dic q quantum ad fidem habendam non prodest, immo nocet; quia magis creditur diuiti, q pauperi: quãtum verò ad remissionẽ pœ

næ, dic, ꝙ aut loquimur in pœna corporali, aut pecuniaria. Primo casu non prodest, vt l. quicunque. C. de seruis fugi. Secũdo casu prodest paupertas, vt l. præses. C. de offi. præsi. quãtùm ad dignitatem prosunt diuitiæ. C. de decu. l. ad similitudinem. li. 10. de incommodis paupertatis remittit Archid. ad notata per eum. 11. q. 3. c. pauper. Qui autem dicatur inops, si ue pauper. dicũt quidam, ꝙ ille, qui nõ habet in bonis. 50. aureos. Alij, quando de labore quærit sibi quotidie victũ. Alij secundùm conditionem personarum. de quo dic in Aut. præterea. C. vnde vir, & vxor. & Bar. in l. si constante. ff. so. ma. Itẽ quid iuris, si iste litigator petit releuari ab ipsis expensis, tanquã pauper: econtra ille dicatur diues, cui incumbit onus ꝓbandi. dic, ꝙ quandoque vult quis admitti ad aliquid tanquã dines: & debet hoc probare. aut vult exonerari ab aliquo tãquam pauper: & similiter debet probare, ita dicit gl. not. in l. si verò. §. 1. ff. qui satisd. co. simile dicimus in ætate, vt ille, qui innititur ex maiori, vel minori ætate, debeat hoc probare, vt l. de ætate. ff. de mino. & no. in c. in præsentia. de probatio.

ADDITIO.

a ¶ Iudex. Adde, quòd de iure salarium, vel sportula non est permissa, quando agitur ex iudicis officio ad restitutionem in integrum. Bal. in l. fi. C. de fructi. & lit. expen. Idem in Auth. generaliter. C. de episc. & cler. Ange. in Aut. iusiu. quod præsta. ab his. §. fi. col. 2.

SVMMÆ.

1 *Iudex quandoque sibi assessorem assumere potest.*
2 *Iura conscientiæ alicuius quandoque ali quid relinquunt.*
3 *Assessori de salario prouideri debet.*

§. Assessorem. In assumendo assessorẽ duo mẽbra distinguit: & qñ, & qualiter assumi debeat, iudicem instruit. ¶ † No. quòd iudex potest sibi quandoq; assumere assessorem. & quid sit assessor, & de eius officio vide in Spe. de assesso. in prin. & per Bar. in l. 1. & 2. ff. de offi. assesso. vtrum autem de imperitia assessoris teneatur principalis rector, vide qd no. in l. 2. ff. quod cuiusque
2 vni. no. ¶† Item no. quòd quandoq; iura relinquunt aliquid conscíæ alicuius, simile de iureiu. c. mulieri. Hoc autẽ casu vtrum possit, quod dixerit, reprobari, & reuocari in dubiũ dictum suum, gl. singularis dicit hic, ꝙ non, quam no. circa hoc etiam vide glos. in Cle. 1. de iure pat. quę incipit concor. s. de voto. c. fi. & c. facit quod no. de testi. c. præsentium. & de homi. c. significasti. ¶ Item no. quòd ad iudicem spectat assumptio assessoris partibus non suspecti: & vtrum ordinarius possit cogere partem renitentem conferre in salario assessori, not. Io. An. s. de vi. & ho. cle. c. cum ab omni. De legato eñ, quòd possit partes cogere, est casus hic. Et aduerte; quia text. dicit [de suo proprio] quasi non de bonis ecclesiæ. vtrum autem de fructibus: videtur, quòd sic; quia in eis pôt fieri executio propter debitum proprium. de fideiu. c. peruenit. Archi. hinc sumpta occasione plenè hic tractat, an clerici faciãt fructus
3 suos, de quo per Io. An. de offi. ordi. c. præsenti. ¶ † Item no.
a ꝙ sicut assessori a dẽt prouideri de salario per iudicẽ moderãdo: sic iuris peritus pro iusto consilio potest pecuniam recipere. 14. q. 5. c. nõ sanè. al. bi dicitur, ꝙ professores iuris licitè recipiunt pecuniam: sed non iustè petunt, vt l. 1. §. est quidẽ. de varijs, & extraor. co. & quid iuris, si percepto, vel non, salario per assessorem, delegatus moritur, vel partes cõponũt, an penes assessorem remanebit salarium exactũ: vel nõ exactum petet? Io. An. remittit ad Spe. in tit. de assesso. in §. si salarium, & de sala. §. 1. ista etiam quæstio cadit in officialibus quos conducit Commune. An eisdẽ mortuis. ſ. tempus officij, debeant heredes habere salarium pro toto tempore, vel rata: de istis, & omnibus operas suas locantib. plenè notat Bart. in l. 1. ff. de vari. & extraor. cog. vbi etiam no. quo tempore salaria sint soluenda: an in principio temporis, medio, vel in fi. & de salarijs aduocatorum, & medicorum vide quæstiones, quas format Io. And. in regu. contractus. de reg. iur. in Mercur.

a ¶ Assessori. Adde. l. diem functo. & ibi Bar. ff. de assess. Bal. in. l. liberti. C. de ope. lib. & in c. j. §. soldata. quis di, dux. Marc. co. Bar. in l. j. §. diuus. ff. de var. & extraor. & in consi. inci. quidam Supergilius.

b ¶ Iudicis. nam parte citata, & adiurata debent produci, l. fi. quand o. C. de testa. l. iudices. C. de fid. instru. l. generaliter. §. ijsdem. C. de recc. Bal. in. l. publicati. C. de test. Alex. consi. xxxix. ij. parte in l. Item illa. ff. de cõstit. pec. & ibi Paul. de Castro.

§. Notarium. Nota, ꝙ notarij quãdoque excedũt modum in exigẽdo pecuniã de scripturis. debet ergo per iudices refrenari, & taxari: sicut in alia materia. s. qđ metus cã. c. fi. & l. videamus. ff. de in litẽ iu. vñ velle lſra, ꝙ iudex delegatus hẽat iurisdictionem, nedum in cã contra partes, sed in istis accessorijs, vt satisfaciant assessori, notario, & testibus: vtrum aũt aduocatis, & procuratori. ar. ꝙ nõ. ſ. de foro cõp. in. §. nec subditos. licèt ergo certis de causis possit iurisdictio delegati exerceri contra alios, q̃ expressos in rescripto, vt no. plenè in. c. j. de offi. dele. tñ si rõne iudicij coram eo agitati alicui pecunia debeatur, nõ vr, ꝙ possit se intromittere, & partes cogere ad soluendum, nisi personis hic expressis in tex.

SVMMÆ.

1 *Iudex delegatus tenetur reddere quod illicitè extorsit.*
2 *Remissio quò ad liberationem debitoris non idem operatur, sicut restitutio.*
3 *Remissio quare non idem operatur, quod solutio.*

1 §. Si quidam. †Nota, ꝙ iudex delegat⁹ tenet reddere, qđ illicite extorsit. qñ que illi, qui prætextu dignitatis, vel officij, quod habent, aliquid extorquent, tenentur crimine concussionis, vt l. prima, & secunda. ff. de concussi. Item quandoque in duplum, quandoq; in quadruplum, vt l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. benignius tamen hic Papa egit, ex eo fortè; quia tex. non loquitur de extortis, vel exactis per compulsionem, vel dolum: sed de sponte oblatis etiam, quæ recipere prohibentur: & ad restitutionem tenentur, vt hic facit, l si per im
2 pressionem. C. quod metus causa. ¶†Item no. ꝙ quò ad liberationem debitoris non idem operatur remissio, quod restitutio, & solutio manualis. simile infrà de censi. c. exigit. ad fi. Procurator ergo constitutus ad recipiendum solutionem debiti non potest remittere: nec sufficit, si in instrumento confiteatur se recepisse: nisi fiat mẽtio, quòd pecunia fuit numerata. aliud est ei recipere, aliud confiteri recepisse, vt no. Bar. in l. debitorem. ff. de noua. vnde in casu huius. §. ego credo suf ficere, si iste, à quo iudex extorsit aliquid plus, confiteatur se illud à iudice recepisse, & satisfactum esse, per dictã l. si debitorem. Nunquid est idem, si teneor tibi dare, vel soluere centum cum pẽa, & iuro, & tu tenerismihi in simili quãtitate: vtrũ si volo tibi remittere debitum meum, habeatur pro solutione ad euitationem pænæ, vel periurij? & idem ꝓ quæri in casu huius. c. fi iudex ab isto, à quo extorsit, tenebatur ex alia causa tãtundem recipere? fortè isto casu prodesset remissio: & text. iste debet intelligi de remissione gratuita, quæ habet vim donationis, vt l. si quis obligatione. de reg. iu. pdcã aũt est remissio onerosa. ad hoc optimè facit. c. ad nostram. de iureiu. vbi qui tenetur soluere cum iuro, euitat periurium cõpensando, similiter & pœnam. nam ad impediendum cursum vsurarum pænæ, vel piurij fit compensatio ipso iure, vt est gl. notabilis in l. si constet. C. de compensa. facit quod no. Bar. in l. Iul. ff. de condi. & demon. ¶ Incidenter quæritur po st glos. quæ incipit. simile de censibus, &c. quare non idem operatur remissio, quod solutio hoc casu? nam remittere est dare, vt, l.
3 si mulier. ff. de condi. ob cãm. † Respon. vt in glos. quæ dicit quòd facilius remitteret quis mille, quàm solueret centum. & ista est ratio, quare in spõsalibus possunt interuenire arræ, sed non pœnæ, vt. cap. gemma. de spon. ita dicit glos. quæ per hoc sentit, ꝙ arræ dicuntur, quando numeratio, vel datio interceſſit: & sic non valeret ꝓmissio, vel obligatio sub nomine

nomine arrarum in sponsalibus: quod an sit verum, dic, vt. d. c. gemma. & l. Titia. ff. de ver. ob. & aduertendũ; quia sicut sentit hic gl. tex. iste est contra reg. ꝙ non possit domin⁹ ius suũ qualitercunque remittere, & debitorem liberare. regulariter enim creditori dicitur de debitore satisfactum per omnem modum, qui sibi placuerit, vt l. si rem. §. si omnis. ff. de pi. ac. dđm est ergo, ꝙ spãle est hic. & in d. c. exigitur. In alijs verò casibus quantumcunque quis sit obnoxius propter dolum, furtum, vsuram, rapinam, & similia, sufficit sibi quò ad liberationem remissio creditoris iure fori. Sed vtrum iure poli. i. conscientiæ quò ad Deum prosit remissio sine restitutiõe. do. Fed. de Senis disputat de vsurario, an sufficiat remissio sibi fcã iure poli ab illis, quibus pecunias extorsit. & concludit, ꝙ sic, si nõ dolo, nec precibus remissio facta fuit, sed mera liberalitate, & dicit hoc Io. An. tenere ĩ reg. pactũ. & Arch. in. cap. secũdo. de vsuris. j. super verbo satisfactum. & Host. in summa. de vsuris. §. qua pœna. ver. quid si fænerator, & ver. dicẽdum est igitur. Do. Dy. in. d. reg. peccatum tenet, ꝙ ista opinio sit vera, si pecunia erat restitutioni parata, quasi tunc videatur restituta, & breui manu reddita, vel donata. ff. de dona. inter virum, & vxo. l. 3. §. si debitorem. & si certũ pe. l. singularia. idem dicunt theologi. & plus, videlicet ꝙ etiã si restituat partem, & de residuo sibi fiat remissio, nisi totum obtulerit, non est liberatus. Ioã. An. in reg. peccatum. in mercu. post verba Dy. dicit, multum puto in his animum ponderandum: nec est securus ille, qui gerit in mente non soluere, remissione sibi non facta. & credo istam opinionem veram in foro conscientiæ, ꝓut dixi: quia Deus interrogat cor, non manum, & sibi voluntates hominum nequeunt occultari, vt. c. in ciuitate. de vsur. Si autem vsurarius, vel alius, qui improbè extorsisset, manualiter satisfaceret, & recipiens sibi retro donaret: tũc esset omnino liberatus etiam in casu huius. c. & alijs, in quibus remissio non sufficeret, secundùm glo. hic. qđ credo verum, vbi talis sic solueret, vt postea traderetur retro: quia tunc non vr soluisse, vt. l. qui sic soluit. de solu. & l. nõ videtur. de acqui. poss.

SVMMÆ.

1 *Vocans fraudulenter ad iudicium tenetur ad expensas.*
2 *Testes pro ferendo testimonio ad iudicem venire debent.*
3 *Iudex antequam vocet testes, debet producens expensas offerre.*
4 *Testis sine iudicis licentia recedere non debet.*

1 §. Pro ferendo. Nota, quòd quandoque quis facit vocari aliquẽ ad iudiciũ fraudulenter: quo casu tenebitur ad expensas, & dãna, vt
2 in c. nõnulli. s. eo. & de pæ. c. calum. ¶† Item, ꝙ testes debent venire ad iudicem pro ferendo testimonio. fallit in casibus, in quibus debet ad eos mittere, vt. l. egregias. ff. de iureiuran. & cap. secundo. de iudi. ſ. & cap. si quis. s. de testi. & l. quarta. §. fin. ff eod. tit. ¶ Item not. in ver. sed & tunc, quòd antequam iudex vocet testes, debet producens offerre expẽsas:
3 † & sic vr. ꝙ istæ expensæ à principio sint soluendæ, vt sentit gl. pe. dum dicit [eas à principio deponendas] sentit etiam, ꝙ sint ministrandæ in pecunia. De hoc tamen quando quis tenetur ad certum tempus victum alicui ministrare, fortè dum viuit, vel vsque ad certam ætatem: vtrum debeat soluere à principio pro toto tempore, vel ad annum, vel ad mẽsem, siue dietim: & an res ꝓ alimentis necessarias, vel earũ ęstimationẽ? dic vt notat Bar. in. l. j. ff. de ali. ſtando, & redeũdo interpretatur enim. c. venturis. 4. q. 3. nam ibi dicitur, ꝙ venturis ministrantur, sed nihil, dum manent in loco iudicij, vel inde recedunt; sed hic declaratur. ꝙ etiam ista debent. Ex quo collige argumentum, ꝙ si est data alicui securitas veniendi vsque ad certum locum, intelligitur etiam data de ſtando, & recedẽdo: & hoc notat Bart. in l. j. ff. ad leg. Iul.
4 maie. & l. fi. de sepul. viola. Ex quo collige, †ꝙ testis non debet recedere, postq̃ venit ad iudicium pro ferendo testimonium sine iudicis a licentia. idem in litigatore. aliàs non videtur veniſſe, qui illicentiatus recedit, vt. s. de iudi. c. j. de quo per Innocen. in. c. calumniam. de pœnis. Aduerte tñ, ꝙ iudex non pôt retinere testes vltra. 15. dies ad plus, vt. l. fi qñ. C. de testi. vbi dicitur, ꝙ post dictum tps poterunt recedere illicẽtiati. ¶ Item no. gl. pe. quæ refert certa remedia, adhibenda per iudicem, cum præsumit malitiã in petente longam dilationem, fortè pro vltramarinis testibus producendis, vt sic litè protrabat. & no. vltimum remediũ, quod elicitur ex hoc tex. ego addo alterum, videlicet quia pôt sic petenti comminari certam pœnam, si defecerit in probando, vt no. Cõpo. de ele. c. nihil. siue in c. quòd sicut. Adde aliud; quia poterit index dictam dilationem denegare, & ad sniam procedere: quæ nõ retractabitur ex hoc tñ, quòd fuerit dilatio denegata, nisi ille probet in cã appellationis per testes illos, quos producere intendebat potuisse suam intentionem fundare: & ita sentit Inn. in c. post electionem. de concess. prębẽ. & quando peteretur tam longa dilatio, & iudex non præsumeret talẽ malitiam: sed si eam concederet, excederet terminum instantiæ præfixum. quid agere debeat, dic, vt no. in c. vltra tertiam. de testi. per Io. An. post Inn. ¶ Quero. si delegatus grauat, & vexat partes in aliquo ex his, à quibus debet abstinere per hoc. c. vtrum contra eum poterit de hoc querela proponi coram ordinario loci? Cy. vr dicere, quòd sic: quia ista sunt delicta cõmissa in loco ordinarij: ergo ibi debet sortiri forũ, oi priuilegio cessante. ita no. in Aut. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi. oport. aliter dicit Ioan. An. qui istam quæstionẽ plenè examinat in. c. fi. s. eo. dic, vt ibi. reatus eñ omnem honorem excludit, vt. l. j. C. vbi sen. vel cla. Io. An. plenius examinat istam q. in cap. vbi. s. Ber. eam tangit, & ego plenius in repeti. c. postulasti.

ADDITIO.

a ¶ Iudicis. Nam parte citata, & adiurata debent produci. l. fi qñ. C. de test. l. iudices. C. de fid. inſt. l. gñaliter. §. ijsdem. C. de re. cre. Bal. in l. publicati. C. de test. Alexan. consi. 99. 2. parte. in l. item illa. ff. de consti. pecu. & ibi Paul. de Castro.

§. Quicquid. Nota, ꝙ attentata cõtra illa, quæ superius sunt statuta, ipso iure nõ valent. & hoc ideò hic: quia expresse prouidetur. Si verò non expresse, ista constitutio irritaret aliter attentata. vtrum valerent, si non fuisset opposita exceptio? videtur, quòd idem, per l. non dubium. C. de legi. Aduerte quia quando noua constitutio prouidet, modificando prouisionem antiquam super iurisdictionis exercitio: quod agitur in contrarium, non est ipso iure nullum, & ita in casibus huius. c. valuisset processus, & sententia, nisi iste versi. annullaret aliter gesta. ratio, quia iudices delegati à Papa non recipiunt iurisdictionẽ ab ista cõstitutione: sed iurisdictio, quam aliter Papa confert, modificatur: secus si constitutio confert iurisdictionem modificatam: quia tunc quod contra modificationem agitur, ipso iure non tenet. ita dicit gloſſ. notabilis, & subtilis in Clem. 1. de iure patro. quæ incipit. hic. & ibi exempla reperies ad prædictam theoricam. Quid dices, si constitutio, qua actus prohibetur, imponit pœnam contrafacienti? an appositio, & solutio pœnæ confirmet illum actum, ita quòd valeat, postquàm lex vltra procedit pœnam imponendo? pulchra est materia, de quã per Barto. in l. prætor ait. ff. de oper. no. nunc. & tangit Cyn. in l. non dubium. C. de legibus. & per Do. Gaſpar. de Calde. in c. 1. de consti. s. in quadam sua dist. quod c. fuit per ipsum multum solemniter repetitum.

SVMMÆ.

1 *Papa dicitur gratiã facere conferendo beneficium ecclesiasticum.*
2 *Papæ per secundas literas primas reuocare non videtur.*
3 *Datæ in literis ad beneficia standum est.*
4 *Decretum Papæ ignorantes afficit.*
5 *Negligentia notabilis priuat quem iure prioratus.*

CAP.

CAP. XI.

TIbi, qui. Ponit tres casus, quibus prius impetrans potior est, quos in fine modo ratur, secundùm Io.Mo. ¶ No. ibi [impetrasti] ꝙ Papa dicitur facere gratiam, conferendo beneficium ecclesiasti
1 cum. † Vtrum ita sit in ordinatio? dic ꝙ sic, quò ad recipiẽtem; quia non sibi magis, quã alteri, tenebatur: quantũ verò ad ordinarium non dicitur gratia: sed debitum, vt in c. relatum. de præben. s̃. facit. l. vnum ex familia. de lega. 2. & l. si seruo fideicommissaria. de here. instit. ¶ Itẽ no. quòd iste impetrauit literas in certa ecclesia: & tunc habet locum, ꝙ in paribus gratijs diuersorum eiusdem formæ, qui potior est in tẽpore datæ, potior est in præbenda vacante, vt hic dicitur. Si verò sunt plures habẽtes literas generales in ciuitate, vel diœcesi, licèt sub diuersa data, si simul omnes petãt beneficium, is obtinebit, cui primò conferetur. ad hoc. C. de rei ven. l. quotiens. in contrarium facit hoc. c. cui est standum, vt etiá sit hic locus prioritati in data: saltem ex quo ante præsentationem
2 personarum alteri collatio non est facta. nam licèt istæ literæ haberi videantur generales; quia vagantur per ciuitatem, vel prouinciam. tamen possunt dici speciales; quia restringuntur ad primum, quod vacabit. Si verò non restringerentur ad primum; quia fortè isti impetrantes habebant beneficiũ acceptandi: tunc possunt propriè dici literæ generales, ex eo ꝙ licet vagari, & acceptare ita centesimum sicut primũ: & hoc casu subdistingue, vt in Cle. 1. de concess. præben. vtrum habeat spacium mensis, vel non, vt ibi patet. ¶ † Item not. ꝙ Papa per secundas literas non videtur reuocare primas. & hoc in literis ad beneficia: in rescriptis ad lites dic, vt s̃. de rescrip. c. plerunq;, vbi idem dicitur. s. ꝙ non videntur reuocare, sed valet processus per primas literas habitus, etiam si in secundis dicatur [non ob. primis literis procedatis] vel dicatur [non ob. primis, quas reuocamus.] valebit enim hoc casu processus per primas habitus, si secundus impetrans non excipiat de secundis; quia eius fauore videntur appositæ dictæ clausulæ, vt sentit Io. An. post Inn. in c. 1. de concess. præb. Quò ad iurisdictionem ordinariam idem videtur, vt per speciale delegationem Papæ vnius causæ non videatur ipso iure iurisdictio ordinaria abdicata: & ideò valeret, processus ordinarij, non opposita exceptione declinatoria alteri facta, ar. c. si duobus. de app. & vide ad hoc quod no. Io. An. post Inn. de consti. c. cõmissa. Quid ergo, si Papa dat specialem visitatorem certæ religiõi (puta monachis Cistercien sibus) an am modo poterit episcopus visitare? videtur ꝙ non possit; quia videtur ei iurisdictio abdicata quò ad religionem, vt s̃. de offic. le. c. studuisti. in cõtrarium facit. c. per hoc de hære. j̃. e. vbi per speciale officium inquisitoris, non videtur derogatum officio episcopi, vel Legati, ad idem. C. de offi. præfect. vr. l. 1. & quod no. 25. q. 2. c. in Galliarum. & Bar. in simili in l. 4. §. fi. ff. de dam, infe. vbi per aduẽtum maioris officialis minor nõ debet ab executiõe officij desistere: sed bene ab vsu insignium suæ dignitatis. circa quod vide, quod no. in ca. volentes.
3 de offi. leg. per Io. An. ¶ † Item not. ꝙ in literis ad beneficia stamus datæ: nec præuentio in vno, vt in canonicatu, inducit præuentionem in reliquo sibi connexo: & ista erat dubitatio. c. non enim est dubium, ꝙ collatio prebendæ facta secundo, ante præsentationem primi valeret, vt hic in ver. ex quo alteri. ergo, postquã secundus in canonicatu præuenerat, videbatur etiam in præbenda preferendus tanq̃ accessoria & cõnexa, arg. c. translato. s̃. de consti. pro hac parte facit. ff. de mune. & hono. l. rescripta. in prin. vbi dicitur [ꝙ prout quisq; de curio creatus est, ita & adipiscatur magistratus,] & alia. l. dicit [inter consules anteire dẽt, q, primò consul fuit,] iste secundus impetrans fuit primò canonicus. ergo &c. vt l. 1. C. de consul. lib. 12. Sed dicta iura loquũtur, cum ius recepti primò non habebat alium potiorem in iure, sed secus hic. & vide quod no. Io. An. in reg. sine culpa. de regu. iur. in solutione contrariorum ver. lex prima. & de illa materia duorum purè impetrantium simul, vel successiuè quis alteri præferatur, vide in c. si soli. de concess. præben. j̃. eo. lib. in glo. magna, ibi [si autem neuter collatus.] ¶ Item no. quod dicit text. in præb. etiam post vacante præfetur primus: contrarium videbatur; quia ista incæpit esse debita per literas vtriusq;, ita ꝙ tẽpore, quo cessit dies in ista præbenda, primus & secundus impetrans deprehenduntur habere literas: non ergo magis primo, q̃ secũdo, debita videbatur. ad hoc. ff. de iure fisci. l. is qui, vbi in bonis quæsitis post obligationẽ contractam cũ duob. non est potior, qui primò contraxit. sed dic, ꝙ ibi est speciale in fisco, in priuatis verò primus creditor præfertur secundo, etiam in bonis quæsitis post obligationem vtriusque. vt l. hac edictali. §. omnibus. de secun. nup. & l. fi. ff. qui potio. in pigno. habe. vtrum autem si quis impetret præbendam proximè vacaturam in ecclesia, debeatur, si vacat tempore datæ: vel econuerso, si impetrat vnam de præbendis vacantibus, debeatur, si vacat post datam. de hoc vltimo dubio dic, vt s̃. de præb. c. dilectus. & j̃. & ibi dixi in tertio notabili. ¶ Itẽ no. ꝙ Papa hic dat executores in literis beneficialibus, de quorum potestate dic, vt in c. fi. de præsump. & istorum executorum variæ sunt formę: sunt enim aliqui prouisores, aliqui cõpulsores, ali qui mixti. & similiter in prouisoribus variantur formæ, sicut variantur circa qualitates beneficiorum, circa modos vacationum, circa durabilitatem ipsarum, & circa psonas, quæ grauantur: quæ prosequere per exempla ex iuribus, quæ alleg. Io. An. in c. si soli. in prin. de concess. preb. in nouella. Et ista varietas in formis executorum, qualitatibus beneficiorum, modis vacationum, & formis diuersis literarum reddunt materiam istam dubiam, & confusam. ¶ Itẽ not. quòd executor aut insinuat, aut interdicit, aut reseruat collationi suæ. aut aliter, & loquitur de ꝑbenda vacãte. Vtrũ autem possit reseruare collationi suæ canonicatum, & præbẽdam in tali ecclesia, ciuitate, vel diœcesi vacaturam? vide in c. ne captandę. & c. executor. de concess. preb. & no. Io. An. post Doct. de iure pa. c. cũ dilectus. & ibi not. quid iuris, si executor ad prouidendum post factam reseruationem decessisset, an expiret gratia? & an potestas conferendi tale beneficiũ reseruatum redeat ad ordinarium, vel ad Papam? Inn. quod ad Papam, cuius auctoritate reseruatio facta fuit, vt ibi not. & c. inter dilectos. de ex. præla. & Cle. si de beneficio. de præben. Et quid iuris, si post reseruationem, & ante prouisionem Papa decesserit: an expiret executoris officium? dic, ꝙ sic, ad similitudinem executoris legati, vt in c. præsenti. de offi. lega. circa modum interdicit, & executoris decretum, quod reddit irritum, q̃od agitur in contrarium, an sit ita in materia non beneficiali, vt interdictum, seu prohibitio iudicis impediat actum geri, puta translatione dominij obligationem nasci, & similia, vide in l. is cui bonis. de verb. obli. & l. si quis ita promiserit. §. ea lege. de verb. obli. ꝙ Bar. & c. Raynaldus. de testa. vbi de effectu prohibitionis arbitri prohibentis rem
4 alienari. ¶ † Item not. in ver. quinimmo. ꝙ decretum Papæ afficit ignorantes, nec valet quod agitur in contrariũ à quocunque, etiam ab eodem Papa potestatem habente. Sed dices. cum ad impediendum actus efficaciam requiratur certioratio, vt c. mandato. s̃. de procu. Item si Papa reuocat primas literas, & secundas, reuocatio non sortitur effectum, nisi post notitiam factam prioribus iudicibus, vt in c. audita. de resti. spol. quare ergo magis afficit decretum, q̃ alia reuocatio, quę exigit, quòd peruenerit in notitiam, vt prædixi? Respondę, vt no. Io. An. post Inn. in c. 2. de conce. præb. j̃. eo. li. Et ibi plenè, si Papa eximit aliquem ab ordinarij potestate, an statim sortiatur effectum, antequã ordinario innotescat, ita ꝙ non valeat quod in contrarium attentatur? Et an sententia excommunicationis, vel aliæ pro, vel contra absentẽ latæ sortiantur effectum, antequàm peruenerit ad notitiam eorundem? de his ibi per Inn. qui intantum subtiliter loquitur,

ꝙ Host.

ꝙ Host. more suo contra ipsum exclamat, & pernitiosas subtilitates appellat, quæ tamen mihi placẽt; quia mentẽ acuũt, & intelligentiam conferunt. Quibus etiam istã addas, ꝙ vbi legis dispositio supplet negligentiam hominis post tempus, ibi ante negligentiã pœnitentia hominis impedit executionem legis, etiam si aliàs certioratio hominis fuisset expediẽs in simili actu. pone exemplum. pœnitentia sola sine certioratione non impedit obligationem nasci, iuxtà notata in Cle. 1. de renun. aliqua lege cauetur. si tu non manumittis, post terminum constitutio facit eum liberum. quid ergo si ante terminum me pœniteat? certè etiam non certiorato illo, cui mãdaui, constitutionis prouisio non succedit; quia lex ipsa illius negligentiam supplens, de mea pœnitentia certa erat. iste est casus notabilis in l. si pecuniam. §. si seruum. ff. de condi. ob cau. & facit ad quæstionem de illo, qui mandauit clericũ verberari, & postea pœnituit, non certificato aliter mandatario. An si ille post talem pœnitentiam verberet, mandans iste in excommunicationem incidat? secũdum prædicta videretur, ꝙ non; quia ista pœna procedebat ex iuris dispositione: cui mea pœnitentia certa fuit. contrarium tene; quia talis excommunicatio similiter non infertur à iure, sed interueniẽte hominis facto. secus in quæstione prædicta, & hanc partem. s. ꝙ iste sit excommunicatus, tenet Ber. in c. mulieres. ad fi. de sen. excõ. & adde quod leg. & no. in l. eius qui in prouincia. ff.
5 si cer. pet. ¶ Nonò. no. ꝙ † dolus notabilis, vel negligentia priuat quem iure prioratus: quando autem dicatur esse in no-
a tabili negligentia a siue dolo; dic, vt no. in c. si clericus, j̃. de præben. & ibi no. an ista negligentia priuet negligentem iure suo, an iure prioratus tm̃. Et simile in marito, qui si negligit accusare iure mariti, infra certum terminum admittũtur extranei, & etiam ipse, tanq̃ quilibet alius, vt l. 3. §. extraneus. ff. de adul. & ad proximè dicta adde quod no. in d. c. si clericus. in glo. super verbo aliam. nam videtur illa gl. contra istũ text. vbi dicitur, ꝙ secundus prefertur primo negligenti, vel dolo. so in his casibus, de quibus in text. illa gl. et post negligentiã in præbenda nondum collata alteri præfert primum secundo. Et vide ad prædicta quod no. in Cle. cum ei quem. de concess. præben. in glo. Vbi post lapsum terminum non admittit negligentem ad prebendam neglectam. vide etiam ibi, an collatio facta ante negligentiam primi, secundo impetranti cõ firmetur per negligentiam subsecutam, vbi per me plenè in repetitione.

ADDITIO.

a ¶ Negligentia. Adde in arg. tex. in Cle. si de beneficio. & ibi Card. de præben. & in c. bonæ. ij. de elect.

SVMMAE.

1 *Consensus alicuius aliquando ad hoc requiritur, quòd dispositio sortiatur effectum.*

2 *Ius quæsitum per euentum conditionis non tollitur.*

CAP. XII.

SI pro te. Primò ponit gratiã conditionalẽ vnius: secundò puram alterius. Tertiò euentũ conditionis, & gratiæ. Quartò dubium diffinitionis. partes patẽt ibi [impetrans purè.] No. ꝙ Papa quandoq; cõfert suæ prouisiõis effectum in potestatẽ alterius. In alio, q̃ Papa, vtrùm habeat hic locum, ꝙ substantia dispositionis possit pẽdere ex arbitrio tertij: & quid iuris, si ille noluerit declarare. vide per Bar. in l. si quis arbitratu. de ver. obl. & per Cy. in l. fi.
1 de contrahen. empt. ¶ † Item no. ꝙ quandoq; consensus alicuius requirit ad hoc, ꝙ dispositio sortiatur effectum. iste aũt consensus certo tempore accommodatus non fingitur retro. facit quod no. in l. cum non solũ. §. necessitatis. C. de bo. quæ li. Quid aut, si consensus talis haberi non potest: vel quia ille, qui consentire debet actui, non potest, vel non vult? & eadem est quæstio, si consilium requiratur, & haberi non põt. dic, vt j̃. ne se. va. c. 1. plenè per Bar. in l. 1. §. si plures. de exerci. Et
2 omnino vide. s̃. de consti. c. ex parte. ¶ † Item no. ꝙ ius quæsitum alicui non tollitur per euentum cõditionis appositæ in dispositione alterius præcedentis. & sic non inspicimus tempus conditionis existentis; licèt quandoque existens cõditio fingat retro, sicut & ratihabitio, vt l. fi. C. ad Mace. ¶ Et pro intellectu huius. c. vide quod no. Io. An. in Cle. cum ei quem. de concess. præben. super ver. executoris. vbi intelligit istum tex. cũ conditio pendet ex voluntate tertij: secus si ex existentia rei, vel voluntate eius, cui prouideri mandat: quod exemplifica, prout ibi no. posti enim cõditio primi purificata est ante collationem factam secundo in casu illius Cle. ipse primus præfertur. Non obstat istud. c. quia loquitur, cum purificatio conditionis pendet ex facto tertij, non vbi pẽdet ex rei existentia, vel ipsius secundi voluntate. Ego ibi in repetitione illius Cle. istam distinctionem non approbo, prout ibi plenè no. & glo. 4. super hoc allegat aliquas leges, quę hoc expressè dicunt: & bene soluit, quòd aliud in conditione causali, quæ retrotrahitur, aliud in potestatiua, vt hic. prima eñ gratia, & secunda pendebat à potestate Papæ: pura gratia secundo loco facta non debet perimi per euentum cõditionis alterius gratiæ, sed primæ. Sed hoc esset videndum, cũ in multis iuris articulis fingat ius de tempore ad tempus, & qđ fit hodie, fingat factum retro: puta aliquem retro mortuum, sicut legis Corneliæ, vt l. lex Cornelia. ff. de vul. & pup. retro pecuniã fuisse solutam, quæ hodie soluitur, vt l. sub conditione. ff. de so. retro occisum, qui hodie moritur, vt l. huic scripturę. §. pe. & l. ait lex. ad le. Aquil. retro gesta infamẽt hodie cõdẽnatũ. vt l. furti. in prin. ff. de his, qui no. infa. cum multis si. quare ergo in casu huius c. iste consensus episcopi, & Capituli ex post facto accommodatus non trahitur retro, sicut in prædictis casibus? Respon. ideò hic ius non fingit; quia iura, quæ loquuntur de materia fictionis de tempore ad tempus, de psona ad personam, de loco ad locum, de re ad rẽ, omnia sunt fundata super aliqua æquitate, quæ suadet sic fingere, vt no. plenè Bar. in l. si is qui ꝑ emptore. ff. de vsuca. in casu autem huius c. ꝙ trahat retro, non est reperire æquitatem aliquam. Ideo ius non fingit. Et aduertendum; quia inter tempus conditionalis dispositionis, & euentum conditionis variatur cõditio personarum, & alteri quæritur respectu principij dispo
*sitionis, alij respectu existentis conditionis: cui aũt tunc quæ*ratur, vide in l. si filius. de verb oblig. & de mutatione statũs disputat. D. Fede. de Senis quæstionem, quę est secunda in ordine. Respectu verò fori an tempus conditiõnalis sententię, an existentis conditionis debeat considerari. vide in ca. præterea. de app. & per Io. An. in reg. cum sint iura partium. de reg. iur. de ratihabitione retro vide per Cy. in l. fi. ad Macedo. ¶ Quærit Io. An. in nouella. si episcopus, & Capitulũ requisiti nolunt consentire: postea verò consentiunt, an talis cõsensus prosit impetranti? arguit pro, & contra. & tandem distinguit: ex cuius distinctione infertur, quòd inter consentire, & dissentire sint verba neutra. s. non indicantia cõsensum, vel dissensum. Quæro igitur, quæ sint ista. & in tacẽte est clarum, quòd regulariter pro neutro habeẽt: licèt quandoque taciturnitas habeatur pro consensu: quandoque pro dissensu, vt. c. j. §. porro. & ibi dixi, de despon. impube. In loquente verò quæ sint verba (vt sic dixerim) suspensiua voluntatis. hoc tangunt in. l. qui se pris. C. vnde libe. de verbo, volo, quod videtur suspensiuum voluntatis. nam si dico, volo ascendere arborẽm, non sequitur, ergo ascendo. & de verbo, volo, quòd sit extensiuum, & suspensiuum, est casus notabilis in. l. filij. ff. ad Trebel. de quo ī. l. fi. C. de summa Tri. per Bar. decisio aũt Ioan. And. ex eo placet: quia in isto c. consensus Capituli, & Epi venit in dispositione conditionaliter. regula autem est, quòd sufficit conditionem semel existere, licèt nõ duret existentia talis, vt. l. si quis hæredẽ. C. de insti. & substi. maximè si per defectum conditionis dispositionis effectus in aliũ deriuatur, vt. ff. de suc. edic. l. j. §. qui semel. post ius quidem ad

tertium

tertium deuolutum, per pñam non potest reintegrari semel extinctum, & defectum, vt. l. insulam. §. fi. ff. solu. mat. facit. c. ab eo. ĩ. de elec. & quod de hoc no. in. c. licèt. de procu. &. l. serui electione. de leg. j. & Bar. in materia purgationis moræ, an locum habeat talis purgatio post ius ad tertium deuolutum, in. l. si insulam. ff. de verb. oblig. ¶ Istum tex. disputando tenuit Io. An. præsupposita consuetudine, quòd primogenitus succedat in Regnum, si post natiuitatem legitimi naturalis primò natus legitimetur per sequẽs matrimoniũ: legitimus. n. licèt postea natus præferret sibi: quia dicta legitimatio naturalis non tollit iura primogenituræ, quæsita iam legitimo, siue ista legitimatio sit restitutio, vt. s̃. c. q̃uis. siue sit collatio legitimitatis. & ẽ casus hic, siue confirmatio. & est casus. ĩ. de præben. c. si apostolicæ. Et ita Inno. & plenè in re. sine culpa. in Mercu.

S V M M AE.

1 *Indulgentia perpetua per obitum concedentis non expirat.*
2 *Clerici, qui sunt in Studio, de iure communi non debent recipere fructus bonorum.*
3 *Beneficium datur propter officium.*
4 *Indulgentia quandoque est temporalis.*
5 *Indulgentia super non residentia clericorum potest dari dignitati.*

CAP. XIII.

QVia. No. quòd quandoque emanat concessio propter magnam importunitatem petentis, & videtur valere concessio, donec reuocetur, vt
1 hic. & dic, vt in glos. ¶ †Item collige, quòd indulgentia perpetua non expirat per obitum concedentis. simpliciter autẽ
a indulgentia a, vel licentia super absentia, non videtur extendi post mortem cõcedentis, vt sentit Ber. in. c. ad hoc. de cle.
2 non resi. †¶ Item no. quòd de iure communi clerici, qui sunt
FVndamenta. No. q licèt pluribus Chriſtus dederit pr̃atem, & omnibus Apoſtolis; tamen præeſſe eis voluit Petrũ, tanq̃ caput. Sicut in regimine vrbis Romæ deuentum eſt ad vnum caput, ſ. ad principem. l. 2. §. nouiſſime. de ori. iur. ff. pluralitas ergo principatuum non eſt bona. vnus ergo princeps. 7. q. 1. c. in apibus. ¶ Item no. q p̃dicatio Apoſtolorum diuulgata extitit per totum orbem: ideo nullus poteſt prætendere probabilem ignorantiam; quia per eos Chriſtus oĩbus innotuit. de quo 37. di. c. ſi. ¶ † Item no. q ciuitas Romana dicitur conſecrata martyrio Apoſtolorum. Ex quo no. Archi. q per occiſionem Sancti factam in Eccleſia non ſit illa polluta, ſed potius conſecrata. de quo no. ſ. de conſe. eccl. vel alta. c. vno. ¶ Item no. cũ dicit [omnibus fatrapis, & cuncto populo] q in donatione, quam facit dominus de aliqua ciuitate ſua, debet populus conſentire. nam inuitus non videtur, q poſſit cogi nouum dominum acceptare, vt l. inuitus. ff. de ñdeicom. li. & de iſta conceſſione, & donatione vrbis vide in Pallea Cõſtantinus. 97. diſt. Vtrũ aũt dictã donationem Conſtantini futuri Imperatores potuerint reuocare? Accur. tenet, q dicta donatio non tenuit in Auth. qũo oportet eos. in prin. Io. cõtra. vide in Cle. 1. de iureiur. vbi de hoc. ¶ † Item no. in ver. in iuſtè arbitrans. q Papæ, & Imperatoris dominia ſunt diſtincta: nec conueniunt in eodem loco. nam vt ait lex. ex conuerſatione ęquali contentio dignitatis naſcitur, vt l. obſeruandũ. ff. de offi. præſi. hinc eſt, q Roma ferre duos non potuit, ſ. Romulum, & Remum, vt in præalle. c. in apibus. & communio parit diſcordiam, vt l. cum pater. §. dulciſſimis. de leg. 2. & cõmuniter negligitur, quòd cõiter poſſidetur, vt C. qñ & quib. quar. pars deb. l. 1. Textus tamen iuris ciuilis dicit, q Deus diſtinxit dominia, præferens Papam in ſpiritualibus, & Imperatorem in tẽporalibus, vt in præalle. Auth. qũo oportet epiſcop in prin. & c. ſolitæ. de ma. & obe. & ſcdm hoc non eſſet diſputandum, quis ſit maior. & quilibet debet reputari maior in ſuo dominio. dic tñ vt no. ſ. de iudi. c. nouit. & de foro compe. c. licèt. per Inn. ¶ Itẽ no. in ver. [nunquid obduxit oblimo.] &c. q reformatio ciuitatis, tẽpla violata, & fides ciuiũ corrupta ſunt ſigna euidentia mali regiminis. & ſic per vnum factum probatur aliud, & cauſa probatur per effectũ. 12. q. 2. c. quatuor. ibi [prærogata locorum doceat] ſimiliter mali mores ſubditorũ arguunt negligentiã prælatorũ. 18. di. c. peruenit. & facit 28 q. c. priuſq̃. ſed omiſſo iſto ar. arguẽdi malũ regimen per effectum. Quid dices ſi quis tenebatur aliquid facere, vt picturam in certo loco, vel expenſas in re fortè ſibi obligata, vel præſtare alicui alimenta: vtrum ſufficiat probare picturam factam, vel expenſas, & alimenta ex eo adminiſtrata, quia appareat hominem viuere, & ædificia refectaʔ vide tur quòd prædicta probari ſufficiat, quę ſine ſumptibus ſuis viribus non ſubſiſtunt, vt in præalle. iuribus. dubium tamen facit, an præſumatur iſte feciſſe, qui eas repetit, ſi aliter non apparet dic, vt no. Bart. in l. cum ſeruus. de ver. obli. qui alle.

1 2 3

l. notabilem. C. vbi pupil. edu. de. l. fi. ¶ † Item no. in ver. quid plura quòd varietas, & inconſtantia reprobatur, & ex hoc ciuitas infamatur. Ex quo patet, quòd rebellio eſt delictum concernens ciuitatem: & ſic res inanimata dicitur delinquere. de hoc alibi dubitatur, an ſcilicet vniuerſitas delinquat. de quo poſt glo. dixi plenè, referendo Ber. in c. dilectus. de ſimo. & not. Inno. in c. grauem. de ſenten. excommu. ¶ Item not. in ver. hac irrefragabili. enumerari plura alia noĩa dignitatum. & qualiter inter ſe differant, dic, vt in gloſ. Et collige ex tex. quòd perſonæ in ſublimi dignitate conſtitutæ prohibẽtur aſſumi ad officia, ſicut etiam prohibetur eis in proprijs cauſis perſonaliter litigare, vt l. penult. C. de procu. & ceſſiones recipere, vt ſ. de alie. iudi. mu. c. 2. & C. ne liceat poten. l. 1. nam potentioribus pares eſſe nõ poſſum", vt l. 1. ff. de alie. iu. & nõ ſolum ipſi prohibentur, ſed fratres, filij, & nepotes. Incidenter

ter circa hoc tangit Ioan. And. vtrum filius fratris, vel ſororis dicatur nepos. ¶ † Dicit ipſe, quòd leges vocant nepotem deſcendentem ex filio, vel filia. ff. de gradi. l. 1. §. 2. & l. 3. in fin. & l. Iuriſconſultus. §. 2. eod. tit. Sed c. tua. de conſan. & af. appellat nepotem fratris, vel ſororis filium. Idem in vſib⁹ feudorum. qui. mo. feu. amit. §. item ſi fratrem. Sic etiam habet communis vſus loquendi, qui eſt ſequendus, de ſpon. c. ex lr̃is. il. 1. & de ſup. le. l. Labeo. per quod concludit hac cõſtitutione prohiberi etiam tales. ſ. filios fratrum prædictorum Marchionum, & ſimilium. Aliter conſuluit do. Fede. de Seſi. conſi. 38. vbi tenet, quòd ſi per ſtatutum filij, & nepotes excludunt filias à ſucceſsione, debent intelligi nepotes, qui veniunt per lineam deſcendentem, non tranſuerſalem. & de talibus intelligitur. c. 1. de hære. ſ. eod. nam quod ibi dicitur de ſecundo gradu, intelligitur de filijs filiorum. eo. tit. c. ſtatutum. ad iura prælle. reſpondet, vt ibi per eum. ¶ Item no. quòd alijs perſonis, quàm poſitis in dignitatibus ſiſtis, videtur permiſſum, ſiue conceſſum, quòd per annum aſſumant regimen vrbis Romæ abſque Papæ licentia ſpeciali. & iſtud ius promouendi ad officium annale videtur reſeruatum populo Roma. nam & inferiores ciuitates eligunt. ſibi magiſtratus, qui tamen à præſide confirmantur, vt in Authen. de defen. ciui. & facit quod no. Innoc. in c. cum omnes. ſ. de conſtit. & c. qui in eccleſiarum. Vtrum etiam electus ad regimen tantæ vrbis ad annum de perſonis hic non prohibitis confirmatione Papæ indigeat: vt ſic per omnia ſit redacta ad inſtar aliarum ciuitatum, quarum rectores gubernant? vt dixi, aliter non declaro. ¶ Sed poſtquàm eſt creatus quis ſenator ibi, an poſſit iura condere? dic, vt not. in l. non ambigitur. ff. de legi. Reperi do. Oldra. conſuluiſſe, cum ab eo quæreretur, an ex eo quòd dicta ciuitas receptauit quendam intruſum perſequentem Romanam Eccleſiam, poſſet Papa priuilegia, & in dulgẽtias illius Romanę Eccleſię reuocare. multum pulchrè hic proſequitur, & conſuluit, quòd Papa debet ab hoc abſtinere, probans illam Eccleſiam propter corpora Petri & Pauli multis priuilegijs vltra alias gaudere. & eſt conſilium. 49. ¶ Item not. in ver. ac nihilominus. quòd feudatarius cuiuſcunque eccleſiæ priuatur feudo ipſo iure in caſu huius c. videtur enim ex hoc offendere dominum ſuum: licèt extra rẽ feudalem. Vtrũ autẽ hoc ſit tam generale. ſ. quòd feudatarius inuadendo res domini, vel perſonam eius offendendo, ſit priuandus feudo, & per quem? dic, vt not. in c. cæterum. ſ. de iudi. & c. verum. & c. poſtulaſti. de foro compe. Hic tamen occurrit dubium. ſi offendo maiorem dominum, à quo non recognoſco feudũ, ſed ab eius vaſallo: an ex hoc priuor feudo, quod ab eo teneo? arg. eſt hic, quòd ſic. ¶ Itẽ not. quòd dicit text. [& eorum poſteros.] niſi enim hoc fuiſſet expreſſum, non videtur, quod delictum patris deberet nocere filio in amiſsione feudi. ¶ Circa quod dic, quòd quandoque quis committit aliquod delictũ, propter quod debet directo feudo priuari (vt quia deliquit contra dominum, vel aliud fecit contra conuentionem feudi) & tunc delictum patris nocet, vt in 10. coll. ſi vaſallus feu. priue. c. 1. & no. in tit. ſi de feudo fue. contro. c. ſi vaſallus. & hoc verum in feudo iã patri quæſito. Sed ſi erat quærendum; quia nondum pater eius deceſſerat, id eſt anus quò ad nepotem: tunc non nocebit nepoti delictum patris: immo nepos tenet locum ſuum in feudo, ſicut in totali ſucceſsione, vt l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. & l. non tantùm. §. ſi emancipatus. ff. de contratab. Si verò non propter tale delictum, propter quod debeat principaliter amittere, ſed in conſequẽtiã (quia fortè ꝓpter hæreſim debeant eius bona confiſcari) tunc aut tale feudum tranſire debebat ad filium ex perſona patris, tanquam ad eius ſucceſſorem: & hoc perdidit. aut ad filium ipſo iure; quia eſt feudum auitum, vel deſcendit ab antiquis progenitoribus. & iſtud tranſit ad nepotem, licèt bona patris fuerint confiſcata. Idem dicas in contractu emphyteutico, ſi quis recipit emphyteuſim pro ſe, & ſuis hæredibus, & nepotibus: ſi primus vel ſecundus deliquit circa ipſum contractum emphyteuticum, non ſoluendo canonem, vel alienando ſine licentia domini contra c. potuit. de loca. & noceret ſequẽtibus in gradu. ſed ſi aliàs delinqueret, propter quod bona publicarentur, dicta emphyteuſis remaneret apud filios, & nepotes: quia non tranſit ad eos, tanquàm ad heredes, ſed habent iure ſuo, vt l. iuſurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. li. ex cuius dictis prædictam diſtinctionem collegi, quam ipſe ponit in l. 1. ff. de inter. & rele. Dy. etiam no. de hoc in reg. non debet aliqs. de re. iur. & Cy. in l. 2. in fin. C. de lib. & eorum liber. in fine. ¶ Itẽ no. in ver. ita quòd. quòd ſi feudum reuertitur ad eccleſiam poteſt prælatus pro ſe retinere, vel alij in feudum concedere, prout vult: nec dicitur alienare, vel de nouo infeudare, ſi antiquum feudum ad eum reuerſum iterum concedat, vt in c. 2. ſ. de feudis. ¶ Item no. in ver. & ne taliter. quòd acta, ſententiæ, proceſſus, & omnia, quæ ſunt geſta per illum, q officium indebitè vſurpauit, non valent ipſo iure. vnde debitores dignitatis ſponte ſoluentes tali non liberantur: ſecus ſi bona fide, licèt titulo minus iuſto, eſſet dignitatem adeptus. nam tali poſtea ab illa dignitate remoto, geſta per eũ firma manent. quod dic, vt plenè no. Ioan. And. poſt Innoc. in c. in literis. de reſti. ſpo. Geſta autem tempore reginminis alicuius tyranni an valeant, eo poſtea interfecto, vel defecto, dicam ſ. ſ. ¶ Item no. in ver. vt autem. quòd eiſdem priuilegijs gaudere debẽt incolæ, ſiue aduenæ continuò habitantes in ciuitate, ſiue territorio, quibus gaudent ciues originarij. ad hoc l. prouinciales. de verb. ſig. ¶ † Item no. quòd habitantes in comitatu gaudẽt priuilegijs ciuium. teri. gi. ſ. de reſcri. c. ſtatutum. §. cum verò. & Bar. in l. 1. ff. ad munici. ¶ Item no. quòd quædam perſonæ ſunt penitus prohibitæ à regimine vrbis: quędam habiles ad tempus, vt ciues Romani. ſi quis igitur ſit de prohibitis, ac ciuis, regulariter admittitur, vt in text. Ex quo collige, quòd ſi duæ cauſę, ſiue qualitates concurrunt in perſonam eiuſdem, quarum vna reddit eum inhabilem, alia habilem, inſpicitur cauſa habilis, & fauens actui, non reſiſtens. & ſic magis cauſa, quę prodeſt, quàm quæ nocet. Circa quod dic, quòd quandoque id, quod prodeſt, eſt tantæ potentiæ, quòd offuſcat, & vincit quod nocet: & tunc inſpicitur, quod prodeſt, vt l. ſi vir. ff. pro dona. & l. non intelligitur. §. ſi quis palam. ff. de iure fiſci. Si verò quod nocet, vincit quod prodeſt, vel dubitatur. & ſub diſtingue. aut effectus vnius poteſt ab alio ſeparari: & ſeparatur, vt l. relegatorum. in fin. ff. de inter. & rele. Si verò non poteſt ſeparari, inſpicitur quod nocet, vt l. ſi quis in graui. cum l. ſeq. §. fin. ff. ad Silla. & ita diſtinguit Bart. in l. ſi vir. & caſus huius c. adapratur ad primum membrum huius diſtinctionis nam hic concurrunt cauſa naturalis (quia eſt, vel cenſetur originarius ciuitatis Romanæ iſte, de cuius habilitate quæritʔ) & cauſa accidentalis: quia filius, nepos, vel fratrer ducis, & ſimilium. modo ita eſt, quòd ſi concurrunt naturalis, & accidentalis cauſa, & tendant ad contrarios effectus, iudicamus actum ſecundùm naturalem cauſam, non accidentalem, vt l. qui habent. §. quia autem. ff. de tut. vbi pupillo furioſo dandus eſt tutor, tãquam pupillo, non curator, vt furioſo. arg. cõtra prędicta. ff. de poſtu. l. 1. §. beſtias. vbi gloſ. tangit. ¶ Item not. quòd ciuis Romanus adeptus extra vrbem, & eius territorium Comitatum, vel baroniam, non definit eſſe ciuis, quò ad honores vrbis: niſi ſit in notabili potentatu, vt ſunt illi de Vrſinis, qui in regno Apuliæ ſunt in magno potentatu: ſimiliter prefectus vrbis, qui tamen eſt infra territorium ipſius quod eſt de iure per centum milliaria circumquaque, vt l. 1. §. cum vrbem. ff. de of. pfe. vr. in iſtis ergo quo ad regimen vrbis, origo non conſideratur, ſed confunditur propter magnam potentiam, in qua ſunt. cunctis enim eorum regimen videretur terribile, & eorum mens potentia auida non abſtineret à vetitis: nec ſciret gaudere conceſsis, vt canon dicit; & iſta eſt ratio finalis huius

c. Quia ca. facit mentionem, quòd si principales occuparent sibi regimen ciuitatis Romanę, gesta per tales sub nomine dignitatis, sunt irrita ipso iure, vt dicit litera. Quæro generaliter de alijs, qui vsurpant sibi regimina ciuitatum, vel locorum, & tanquam tyranni: vtrùm gesta per eos, vel eorum officiales sint de iure valida? pro cuius notitia scire debes, q̃ prouinciæ, quę consueuerunt regi per reges, & principes, dicuntur esse sub eis de iure naturali. j. d. c. iuris gẽtiũ. ff. de iust. & iu. l. ex hoc iure. & si alius accipit hoc dominium contra prædictorum voluntatem, ille est tyrannus, & talia dominia vsurpatoria tyrannides appellantur, vt l. decernimus. C. de sac. san. ec. nec potest tale dominium tyrannicum præscribi. C. de decu. l. eũ qui. li. 10. & eo. tit. l. si quis decurio. sicut intrusi nunquam præscribunt beneficium. 12. q. 2. c. alienatio.

6 ¶† Ad propositum ergo vtrùm gesta tempore tyrannico valeant. subdiuide quæstionem in 4. prima est, quid iuris de statutis. secunda de ꝓcessibus, & iudicijs. tertia de cõtractibus & testamentis. quarta de electionibus prælatorum, & alijs similibus. De prima quæst. dic, quòd aut statuta sunt edita ab ipso tyranno: & non valent; quia cum statutere sit iurisdictionis, & ipse nullam iurisdictionẽ habeat. sequitur, quòd eius statuta non valent. probatur hoc ex diffinitione iurisdictionis, de qua in l. 1. ff. de iur. om. iud. Aut sunt statuta populi: & tunc aut sunt facta respectu personæ tyranni: & non valent; quia præsumitur, q̃ sint facta metu impulsionis, vel nimia reuerentia, vt l. nouissime. §. 1. ff. quod fal. tu. aucto. & l. 1. §. quæ honorandę. ff. quarum rerum. ac. non da. aut non sunt fcã obtentu personæ tyranni, licèt ob aliam iustam causam, vt pro maleficijs puniendis, vel ciuilibus causis dirimendis: & talia statuta valent auctoritate statuentium, vt l. omnes populi. ff. de iust. & iure. nec enim iõ perdit populus ptãem statuendi de iure, quòd sit sub tyranno. quod intellige verum, si potest populus congregari: sed si tyrannus non patitur, quòd populus congregetur, sed aliqui pauci ex eo, isti non possunt facere statuta, ar. l. 1. in fin. ff. de li. vniuer. ad hoc optime qd̃ no. Inn. in c. cum ex iniuncto. de oper. no. nun. ¶ Venio ad secundum de processibus, & iudicijs. in quibus dic, quòd processus, & iudicia dependent à iurisdictione: aut ergo procedens habet iurisdictionem à populo: & tunc refert, aut isti processus sunt obtenti prætextu personæ tyranni (puta contra partem ab eo expulsam) & non valent; quia illi citati nõ tenebantur comparere propter metum, vt in Cle. pastoralis. de re iudi. & quod no. in c. statutum. §. cum verò, super ver. ñ audens. s̃. de rescr. aut non fiũt contemplatione tyranni, sed alterius meriti, vel demeriti contemplatione: & valent ratione publicæ vtilitatis, vt l. Barbarius. de of. prætoris. Sed pone, quòd tyrannus pro quodam amico suo per metum cõpulit iudicem ad ferendam sententiam: an sententia ipso iure erit nulla? videtur. quòd sic, vt l. 2. §. 1. ff. de iudi. sed ibi loquitur de iurisdictione conferenda, quæ non confertur, vbi est metus. quæst. verò loquitur in iurisdictione collata exercenda. & inter sententiam censuræ, siue clauium, & alias in hoc est differentia: quia sententia censuræ lata per metũ est ipso iure nulla, vt j̃. quod met. cau. c. 1. Aliæ verò sententiæ latæ per metũ valẽt, sed ob. exceptio, vt no. 11. q. 3. c. quatuor

¶ Venio ad tertium de contractibus, & de testa. & dic, quòd contractus initus cum tyranno, videtur valere, nisi interuenerit dolus, vel compulsio; quæ præsumitur, si apparet enormis læsio contrahentis. facit quod dicimus de excommunicato. j̃. de exc. c. pia. ꝑ Host. Innoc. & alios. Bart. tamen tenet contrarium; quia sicut cum iusto iudice non potest cõtrahi, vt l. 1. C. de contract. iudi. ita nec inter subditos, & tyrannum: nec plus debet faueri illi, qui indebitè regimen vsurpauit, quã illi, qui iustè, vt c. eum qui. de præben. & l. 3. ff. de dona. inter vir. & vxo. de testamento tyranni videtur dicẽdũ, quòd non valeat; quia testamentum est de iure ciuili: tyrannus autem est reus perduellionis; ergo testamentũ non valet. vt Instit. de here. quæ ab intẽ. §. per contrarium. & l. cũ filius. § fi. de le. 2.

7 ¶† Venio ad quartum: nunquid in terra tyranni possint fieri electiones prælatorum? & dic, quòd aut in illa terra est maior pars Capituli: & valet electio. aut maior pars est expulsa: & non valet, sed debent intrinseci ire ad extrinsecos ad locum honestum, vt c. cum ex iniuncto. de no. ope. nun. plenius tamen de ista quæstione vide per Doct. in c. bonæ. il primo. de elec. & prædicta sufficiant, quando ciuitas regitur per tyrannum. ¶ Sed quid dices, cum ciuitas est diuisa in guelfos, & gibellinos, & vna partium est expulsa de ciuitate, an valeant quæ geruntur sub nomine Cõmunis per illos, qui obtinent regimen ciuitatis? puta mutuum contrahunt, vel alij se subijciunt, vel à debitoribus expulsorum debita exigunt, & soluere compellunt. De submisione Bar. arguendo tangit in l. si quis à filio. §. si parti. de le. 1. Vbi dicit, quòd tales expulsi possunt facere syndicum: nam hoc cuilibet est permissum ad suam iustitiam consequendam, vt l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque vniuer. nomi. & probatur in l. 2. §. exactis. fl. de ori. iur. vbi pars expulsa fecit leges, quæ approbatæ fuerunt. Quando autẽ totus populus est expulsus, vt contingit Cæsenę, & Regij. vtrũ ille populus, sic dispersus retineat iura vniuersitatis, si alio loco se conferant simul: vel si in loco certo vagantes volunt sub nomine ciuitatis suæ ab hostibus occupatæ aliquem contractum inire, an possint? & qualiter fieri debeat, vide plenè per Inn. in c. cum ex iniuncto. de no. op. nun. Habes ergo quid iuris, cum ciuitatis regimen inuaditur à tyranno, vel ab vna parte, alia expulsa, vel omnibus expulsis, & à tertio occupatur. Restat videre, quid iuris, cũ debitores expulsorum coguntur ab intrinsecis regẽti bus ciuitates soluere in commune id, in quo sunt obligati exiticijs, an contingat liberatio? & certè (quia ista exactio contingit propter odium creditorum expulsorum) debitores coacti soluere liberantur, vt l. Paulo. in fi. de le. 3. Spe. ponit istã quæstionem in tit. de obli. & so. §. 2. & ver. illud etiã. & Bart. in l. creditor. ff. de sol. de qua post eum, & alios dixi plenè in c. 1. quod metus cau. & vide quod circa hoc not. dom. Bal. in l. nouissimè. ff. quod fal. tu. aucto.

SVMMAE.

1 *Superior supplet negligentiam inferioris.*
2 *Papa dicitur supplere delictum Capituli commissum in electione.*
3 *Eligens scienter indignum, ipso iure priuatur eligendi potestate.*

CAP. XXI.

QVanquam. Primò quandam dubiam quæstionem determinat, ex qua infert solutionem in duabus alijs, quę à prima dependent. secunda ibi [nos igitur.] ¶† No. quòd negligentiam inferioris supplet superior, & hoc in materia iuris eligendi prælatum in ecclesia vacante. Idem, cum ex alia dispositione competit alicui tale ius eligendi, vt. s. per eius negligẽtiam, seu culpam ad alium deuoluatur, vt l. cum quidã. de le. 2. & l. vnum ex familia. & quandocunque lex ipsa ius negligentis in alium transfert, vt l. 2. §. fi. ff. ad Tertu. l. fi. §. & si quis coram. de le. 2. Authen. hoc amplius. C. de fideiuss. & s̃. eo. l. 1. de consue. c. fi. Et patet etiam in illo, qui negligit ad implere voluntatẽ defuncti. j̃. annum: deuoluitur enim talis executio ad episcopum, vt c. si heredes. de testa. & prædicta iura loquuntur, cum tale supplementum fit à iure. Fit etiam quandoque ab homine, vt in tota materia substitutionum, & in legatis, & fideicom. vt c. si pater. j̃. de testa. & ff. de leg. 2. l. vt heredibus. Hic tamen occurrit dubium, quando propter negligentiam Prioris contingit talis deuolutio in sequentẽ, qualiter talis negligentia probetur. ad hoc dico, quòd vbi Priori est certus terminus limitatus: lapsus termini probat negligentiam, nisi ex aduerso probetur impedimentum, vt no. in

nò. in c. plerunq; de rescrip. & c. licèt canon. s̃. eod. hinc est, quòd lapso anno appellationis prosequendæ, iudex à quo exequitur sententiam suam, vt in c. ex ratione. de appel. & l. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. Quandoque quis tenetur ad aliud faciendum in genere, puta. dicit statutum. si cõe, vel Castrũ, & villa fuerit negligens in capiendo malefactorem, puniatur in tantum. isto casu, vt commune dicatur negligens, oportet ꝓbare, quòd sciuerit maleficiũ cõmissũ: & q̃ capere potuerit, & neglexerit: sicut probatur negligentia tutoris eo ipso, quòd in ciuitate erant possessiones venales, vel homines sub vsuris pecuniam recipientes, & pupilli pecuniam sterilem tenuerunt. ff. de admi. tu. l. tutor secundum dignitatem. §. 1. & in Authen. vt hi qui oblig. §. pen. coll. 6. Secundum ergo facti accidentiã oportet negligentiam concludenter probari: nec sufficeret, si testes simpliciter deponerent, quem faisse negligentem; quia negligentia non est quid formatum, quod sensu percipi possit: sed magis iudicio rationis ex variis circunstantiis, vt dixi. Super hoc autẽ iudicio rationis cum deponunt testes, dñt ex causis in eorum testimoniis expresè concludere, aliàs non probant, vt notat Inn. in c. cum causam. s̃. de testibus. & probatur etiam in Authẽ. de heredi. & falci. § si verò absunt. coll. 1. vbi testis, qui vult probare negligentiam, debet affirmare illum actum se vidisse: ex quo illa negligentia resultet. & prædicta elicio ex quo-

2 dam consilio domini Bart. quod incipit. Nuccerni &c. ¶† Secundò no. quòd delictum Capituli ecclesię cathedralis committitur in eligendo scienter indignum, vel peccando in forma consilij supplet Papa, non primus superior. similiter si episcopus sit excommunicatus: non enim ex hoc exercitium iurisdictionis episcopalis deuoluitur ad archiepiscopum, sed ad Papam. quod dic, vt j̃. de sup. ne. præ. c. 1. vbi turbatur, & conqueritur Hosti. de istis deuolutionibus ad Papam, omisso archiepiscopo; quia ratione carent, & rationabilior est Imperator, qui defectum, & negligentiam suorũ iudicum vult suppleri per episcopos, vt in Authen. vt differentes iudi. per totum. & parcit remotis, ne ad ipsum venire cogãtur, in Authen. de quæstio. coll. 6. nec causas ad se per appellationem trahit, omissis medijs, nec rescripta super litib. concedit, vt l. Imperatores. ff. de appel. & in Authen. de manda. prin. §. fi tibi. &. §. fe. coll. 3. Sit ergo in Papa. pro ratione voluntas, vt Inst. de iure natu. gentium, & ciui. §. sed quod principi. Ioan. And. hic in glos. mag. defendere nititur, quòd de iure etiam hoc procedat in deuolutione ad Papam, de qua tex. loquitur.

3 ¶† Tertiò no. pœnam eligentis scienter indignum; quia ipso iure priuatus est põtate eligendi, & per triennium est suspẽsus beneficiis, quæ in illa ecclesia, quam offendit, obtinet, vt s̃. eod. c. cum in cunctis. & in c. si compromissarius. §. porro. perdit etiam põtatem eligendi actiuam, & passiuam quò ad bona illius ecclesię vsque ad triennium. vt. s̃. eo. c. ne pro defectu. in nouella. super glo. fin. ¶ Item no. quòd in ecclesiis inferioribus à Cathedrali negligentiam inferioris supplet indistinctè superior. Vtrùm autẽ ipse solus, vel cum consensu sui Capituli? dic, quòd de honestate, consilium sui Capituli requirere tenetur, vt s̃. eo. c. ne pro defectu. in glos. sed nunquid. No. ob. iura, quòd prælatus sine consensu Capituli nihil potest, vt s̃. de his, quæ fi. à præ. per totum. quia loquuntur in his, quæ spectant ad ipsum Capitulum cum prælato. Istud verò ius prouidendi propter negligentiam, vel delictũ est deuolutum ad ipsum superiorem tantum, quod sequitur d. l. ¶ Sed quid dices, si vacet ecclesia Cathedralis. vtrùm in hoc iure deuoluto Capitulum su. cedat. istam quęstionẽ plenè hic prosequitur Ioan. And. arguendo efficaciter ad vtrãque partem, & inclinat, quòd Capitulũ possit ista beneficia deuoluta conferre, sede vacante; quia iste episcopus ista beneficia confert magis ratione iurisdictionis, quàm alia. ergo eo mortuo, vel aliter vacante sede, transit ista põtas conferẽdi, sicut alia, quæ sunt iurisdictionis, vt c. olim. de maio. & obedi. Alterius ergo naturæ sunt beneficia deuoluta, quàm alia, quę cõferret episcopus solus, in quorum collatione Capitulum non succedit, vt in c. illa. ne sede va. facit quod not. in Clemẽ. si de beneficio. de præben. ex hoc etiam infertur, quòd si ista collatio in beneficiis deuolutis competit ratione iurisdictionis, negligentiam episcopi non supplebit Capitulum. Secus in beneficiis, quæ proprio iure conferret episcopus, vt. s̃. eod. c. cum in cunctis. in nouella. super vlt. glos. & ibi de hoc. ¶ Iuxta etiã prædicta quæritur, an superior ordinabit ecclesiam istam deuolutam ad ipsum per negligentiã, vel delictum per viam electionis, an per viam prouisionis? dic plenè in d. c. ne pro defectu. per Ioann. And. vbi concludit, quòd vtraque via possit vti, per. ca. si postquàm. §. fin. j̃. eod. vbi dicit prouisionem factam per eum, ad quem deuoluta erat eligendi põtas. ¶ Vltimò vt scias, ad quẽ electio, vel prouisio bonorum deuoluatur per alterius negligentiã, vel delictũ. distingue, quòd aut loquimur de ecclesia cathedrali vacante: & negligentiam supplet superior; delictum verò supplet Papa, vt in text. aut loquimur de beneficiis ipsius ecclesiæ cathedralis. & dic, vt s̃. eo. c. cum in cunctis. vnus eñ supplet alterius negligentiam, & delictum, vt ibi patet. aut loquimur in ecclesiis inferioribus: & tunc aut in conuentualibus, aut in aliis. si in conuentualibus: & tunc aut deliquerunt omnes, vel neglexerunt: aut non omnes, sed aliqui. et si omnes, aut etiam superior eorum electionem confirmando sciẽter, aut ignoranter. quod dic, vt s̃. eo. c. cum in cunctis. vbi patet. & etiam hic, quòd circumscripta superioris culpa ad ipsum solum deuoluitur, vt prædixi: nec eius negligentiam supplebit Capitulum in talibus deuolutis. vt dixi. De inferioribus verò ecclesiis cum est fcã prouisio de indigno, non per viam electionis, sed prouisionis. dic, vt j̃. de sup. neg. præla. c. 2. & de præben. c. graue. & per Hosti. plenè in d. c. cum in cunctis.

¶ Vltimo quęro. quod sit tẽpus à iure statutum, infra quod debet electio celebrari? dic, quòd in cathedralibus, & regularibus trium mensium, vt d. c. ne pro defectu. vbi plenè quę sit cẽsenda regularis quòd ad hoc. In inferioribus est tempus sex mensium, vt in c. nulla. de concess. præben.

SVMMAE.

1 *Propositio actionis inepta reddit iudicium nullum.*
2 *Dispositio, quæ debet concipi copulatiuè, non sufficit eam alternatiuè concipere.*

CAP. XX.

ISqui contra. Primò soluit casum dubium. secundò rationem subdit ibi. Not. quòd quandoque obijcitur contra formam: quandoque contra personam. & cui incumbat probatio, cum negatur forma seruata. dicit Archi. quòd ex quo constat de facto, præsumitur forma. & sic incumbit probatio opponenti, quod tenet Inn. s̃. de accu. c. super his. & hoc etiam in nouella super verbo excludantur. de quo tamen articulo (loquendo generaliter, an solemnitas præsumatur) dic plenè per Inn. in c. innotuit. de eo. qui fur. ordi. susce. & per Bar. in l. sciendũ. de verb. oblig. & c. quoniam contra. de probatio. ¶† Secundò nota, quòd sicut inepta propositio actionis reddit iudicium nullum, vt c. examinata. s̃. de iudi. & in l. 1. in fin. ff. si mensor fal. modum dix. ita inepta propositio exceptionis, vt hic. & l. 1. de flumi. ff. similiter vbi ratione incertitudinis vitiatur dispositio, vitiatur & exceptio, vt l. 3. §. fi duobus. ff. de ali. lega. & l. Titia textores. de lega. 1. ¶ Tertiò not. quòd dicit [ad se. apostolicã] & c. nam cum istud. c. veniat ad declarationem. cap. vt circa. s̃. eo. infertur, quòd illud c. loquatur de appellatio. duntaxat ad Papam interpositis. ad hoc. j̃. c. proxi. & hanc opi. tenent quidam in d. c. vt circa. Garsi. ibi contra, quem sequitur hic Ioan. And. nam illud. c. solam

calum-

calumniis appellantium pænam imponit, non ſic c.1. ſ. eod. quòd enim appellatus in beneficialibus deuoluat,& citet,æquitatem habet in Papa, cui non ſic facile foret citare per totum orbem, ſicut inferioribus ordinarijs per ſuos diſtrictus. ¶ †Quartò no. quòd diſpoſitio, quæ debet concipi copulatiuè, non ſufficit eam cõcipere alternatiuè: habent em̃ diuerſam naturam, vt l.ſi heredi plures. ff. de condi.inſti.& colligitur ex notatis in c. 2.coniunct̃o. c. inter cæteras. ſ. de reſcrip. quandoque tamen alternatiua reſoluitur in copulatiuam,& econtra, vt l.cum quidam.C.de verb. ſigni. reliqua de iſto corporali iuramento,& aliis obſeruandis,cum obijci tur contra formam, vel perſonam electi, & de cauſa appellationis dic,vt d.c.vt circa.& quia declarata ſunt ibi,ideo Io. An.in iſto c.& ſequenti breuiter pertranſiuit.

S V M M AE.

1 *Appellatio à futuro grauamine venit admittenda.*
2 *Canonis nomen in ſententia excommunicationis eſt exprimendum.*

CAP. XXI.

QVi contra. Ponit caſum, qui declarat conſtitutionem.c.vt circa. & eius pænã locũ habere. ſecundo ibi [alioquin.] ¶ Not. quòd conſti.c.vt circa.loquitur in illo,qui,obijcit cõtra electionem iam factam. & tamen vendicat ſibi locum in illo, qui obijcit contra electionem fiendam. & ſic conſtitutio concepta per verba præteriti temporis comprehendit etiam futurum tempus, & etiam præſens, vt l.ſi quis id quod §. quod ſi tibi proponitur.ff.de iur.om.iudi. l.talis ſcriptura.
1 de leg.1. ¶ †Secundò not.quòd admittitur appellatio a à fu-
a turo grauamine,quod quis timet. quod quando ſit verum in appellatione extraiudiciali,de qua loquimur,dic,vt in c.bo-
2 næ.ſ.de app.& quod no.in c.cum inter cano.ſ.eo. ¶ †Tertiò not.hic Archi.quòd nomen canonis ſit exprimendum in ſententia excommunicationis.de quo per Ioan.An. ỹ.de excep. c.pia.ſuper gloſ.hæc ratio.

ADDITIO.

a ¶ Appellatio.Adde Bar.in l.ſi quis in prouocatione.C.de ap.quod eſt verũ, etiam de iure ciuili, ſi grauamen inferatur per interlocutoriam. ita tenet Paul.de Caſt.conſi. 23.

S V M M AE.

1 *Forma duplex,quæ ſeruatur in electionibus.*
2 *Electio per vnum pronunciari debet.*
3 *Plures iudices debentes ferre ſententiam,an ſimul loqui debeant.*

CAP. XXII.

SIcut cum. Primò ponit ſimile, per quod caſum decidit. ſecundò ponit diſſi-
1 mile,ibi[quãuis]tertiò decernit,ibi[alioquin]¶ †Not. quòd hic ponitur duplex forma conſueta ſeruari in electionibus,ſcrutinij,& compromiſſi.eſt & tertia.ſ.iſpirationis. de qua & aliis prædictis plenè.ſ. eo.c.quia propter. Vtrùm aũt illæ formæ ſint ſeruandæ in quolibet beneficio, vel ſolum in electionibus epiſcoporum,& prælatorum.de hoc in gloſ.ſecunda,quæ tenet,quòd non.& reſpondet in nouella ad iura, quæ allegat Archi.qui tenet contrarium cum Hoſti. ¶ †Secũdò not.quòd electio debet per vnum pronunciari, & eſſe cõmunis.ratio redditur in c.in Geneſi. ſ.eo.vbi ex ſingularib⁹ conſenſibus non reſultat conſenſus collegialis, & communis.nam collegium eſt vna perſona repræſentata, & ficta, vt l.mortuo.ff.de fideiuſ. actus ergo eius nomine gerendus debet fieri per vnum: vt ſic fictio imitetur naturam,in quãtum poteſt, vt l.adoptio.ff.de adop.& hoc eſt,quod alibi dicit gl. quòd ſi omnes de populo alicui inferrent iniuriam, non diceretur hoc feciſſe vniuerſitas,ſed ſinguli,vt.ff. quod cuiuſq; vni.no.l.quod ſicut & 12.q.2.c.qui manumittitur. vt ergo electio cenſeatur communis,& collegialis,debet eſſe communis,habito reſpectu ad collegium, quod eſt vnum, ad quod ſpectat eligere.16.q.vltima.c.fin. Iſta autem iuris ſubtilitas non curatur in forma inſpirationis, vt no. Ioan. And.in d.c. quia propter.ſuper ver.oĩbus caſibus. ¶ Opponitur, & videtur,quòd ſufficiant ſingulares conſenſus illorum,ad quos negocium pertinet,vt d.c.per fundum.Sol.in gloſ.4.cuius in tentio eſt,quòd aut aliquid eſt commune pluribus vt vniuer ſis:& non ſufficiant ſingulares conſenſus. Aut eſt commune eis,vt ſingulis:& ſufficiant, vt l.contraria. & per hoc infero, quòd in pluribus patronis præſentantibus vnum, non requiritur iſta ſolemnitas. immo ſeparatim,& ex interuallo vnus poſt alium præſentare poterit;quia iſtud ius competit eis vt ſingulis.Item vnus ab alio non requiſitus in præſentatiõe nil poteſt agere de contemptu.Itẽ ſi ſunt.7.patroni,&tres vnũ, duo alium.& alij duo alium præſentent,valet præſentatio illorum trium: quod eſſet ſecus in electione, & iſta notantur in c.quoniam.de iure pa.Multiplex eſt ergo differentia,vtrũ actus,qui à pluribus geritur,geratur vt à ſingulis, an vt vniuerſis.Et adde etiam quod no.ad hoc in c.cum omnes.de cõſtit. & in c.bonæ.il.2.de poſtula.per Inn. Intelligo tamẽ cõſenſum dici accommodatum,vt ab vniuerſis, ſi præſtẽt conſenſum in Capitulo,etiam nõ ſeruata forma c. quia propter. in caſibus,in quibus non eſt ſeruanda,vt dicit glo.2.& quod no.in d.l.ſicut. ¶ Quæro quis erit ille vnus, per quẽ eſt electionis pronunciatio faciendaⁿ gloſ. 3. tangit tres modos,& plenius in c.1.de ma.& ob.vbi Ioan.An. etiam tangit prærogatiuas illius, qui eſt maior dignitate in eccleſia; et dignitate non exiſtente, de illo, qui eſt maior ordine, & prior tempore.Iſti enim de iure(niſi conſuetudo, vel priuilegium eis obſtet)eligere debent perſonam nominatã in ſcrutinio. Iſti habẽt conuocare Capitulum,& alij habent eis parere,ar.C. de offi.præfec.præto.l. 1.& 2.de proximis ſac.ſcri.l. vbicunque.& de albo ſcri.l.1.de quo hic plenius,vt d.c.1. in nouella. & quod no.in c.ſi Capitulo.de conceſ.præb.in 6. ¶ † Vltimo quia iſte tex.dicit,quòd lex humana aliud vult. quæro vtrum plures iudices, vel arbitri debentes ferre ſententiam debeant omnes loqui:vel ſufficiat, quòd vnus, alijs præſentibus,ſententiam proferat? dic, vt no.in c. cum ab vno.ỹ.de re iud. ver. licèt. vbi aliud ſtatuitur in prolatione ſententię, quàm hic in electione ſtatuatur. ibi enim vnus de mandato aliorum ſententiam proferens debet vti verbis pluralis numeri,non ſingularis,vt ibi patet. de quo etiam no. Bar.in l.ſi vnus.ff.de re iu.& l.ſi duo.
3

CAP. XXIII.

STatutum. No.quòd conſtitutio odioſa lata ſuper eccleſijs parochialibus nõ comprehendit parochiales collegiatas. ratio redditur in prima gloſ.ſed alia in tex.ex qua inferri poſſet,quòd eſſet ſecus in fauorabili.quod exemplifica,vt hic in nouella. Ego dico, quòd quando in vno ſubiecto reperiuntur duæ qualitates oppoſitę, quę tendunt ad varios effectus, ſi ſuper illis qualitatibus erat ſeparatim prouiſum, mixta diſpoſitio ex prædictis compoſita non accedit ad naturam alterius earũdem.ſicut cum legantur vni ſerui vernæ, alij textores: vernæ & textores neutri debentur,vt l.Titiæ textores de le. 1. Sed videtur,quòd vincere debeat qualitas magis potens: nam in multis differt maſculus à fœmina,vt l.in multis.ff.ſta.homi.ſi quis eſt maſculus & fœmina, qui habet vtrũque ſexũ, iudicatur ſecundùm ſexum,in quo magis inualeſcit,vt l.quæritur. ff. de ſta. ho. & idem in iure patronatus,quod accedit ad naturam ſimplicis potentioris. vt in c. quantò. de iudi. ad idem.c.ſi duo.de off.dele. & c. quod in dubijs. de conſe. eccle. vel alta.& l.præcipimus.C.de app.& quod dixi.ſ. e. c. fundamenta. in 15. notabili. Ex quibus iuribus in prędicta quæſtione Ioan.An.videtur dictum mandatum Papę ad tales plebes, vel monaſteria non extendi: vel extendi ex eo, quòd magis preponderat qualitas dignitatis, quàm cura parochialis. Facit etiam ad quæſt.In concilio Lugdu.de quo in c.1.de reli.do. caſſantur omnes regulę, quę viuũt de elemoſynis

ſynis.reperiẽ q̃dã regula, q̃ partim viuit de eleemoſynis,partim aliunde:vr̃ q̃ nõ ſit caſſanda;quia potẽtius dẽt agere, q̃d prodeſt, q̃ q̃d nocet,vt dixi in 15.notabili. & q̃a eſt fauorabilius tolerare, q̃ caſſare.& quia ſub ſimplicib. nõ cõtinẽt mixta. q̃d dic p Bar.in l.ſi ita ſcriptũ.de li.& poſthu.& l.1.de ver. obl. Dy.cõſiderat,de quo magis viuãt:vt ſi magis de eleemoſynis,ſit caſſanda: aliàs ſecus.ff.de le.3.l.legatis ſernis. §.ſi vnus. Eſt aduertẽdũ, q̃ p̃dicta vẽdicant ſibi locum, cũ in eadẽ eccleſia cõcurrũt iſtæ duæ qualitates, curæ, & collegij. ſi aũt concernerent diuerſas eccleſias ſimul iunctas vnione, vel aliter, q̃ vni conferrent̃, attendendũ eſſet, q̃ ſit principalior, vel dependens:vt ſic principalis, nõ acceſſoria, ſit in hoc, ſicut in oĩb.attendenda,vt c.ſup eo.ỹ.de p̃b.& q̃d no.in Cle.2.e.ti.Si verò ſimul vniret̃ parochialis,& collegiata,ita q̃ neutra ſubijceretur alteri:tunc erit locus.c.licet canon. & eius pœnę ſaltim rõne parochialis eccleſiæ, q̃ retinet primordialẽ naturã. Ad hoc ſ.de maio.& obe.c.q̃ ſi habens.& q̃d no.Io.And.de re.iur.c.q̃d rõni.in Mercu. in ſolutione primę,& ſcdæ q̃nis. & quod no.Arch. 16.q.1.c.hoc tpe.ſecũdùm Lapũ hic.Gl.aã pe.q̃rit, q̃o cognoſcatur eccleſia collegiata.dic,vt in ea plenius, & per Io.An.in c.nobis.de iu.pa.in gl.q̃ę dicaẽ.Et colli ge ex hac gl. q̃ plures poſſunt in eadem eccleſia miniſtrare, non tanq̃ collegiati,ſed tanq̃ ſinguli.Sed contra.ſ.de præb.c. cum non ignores.Sol.vt ibi,vbi Doc.ſentiũt, q̃ ſi plures ĩ vna eccleſia hñt prẽlatum,vel non hñt,tamen oẽs de conſuetudine gerunt curam aĩarum,vt omnes eccleſię in Venetijs,in q̃bus ſunt plures ſacerdotes gerentes curam in ſolidum. dico em̃, q̃ intitulati ibi,non vt prælati,non arctantur per ca.licèt canon.ſ.eo.nam licèt habeant exercitiũ curæ:tamen cura talis eccleſiæ eſt penes collegium,vel prælatum,non penes eos, vt dixi ſubtiliter poſt Oldr.in d.cap.cum non ignores. & ipſe plenius conſilio 67.

S V M M AE.

1 *Vota ſigillatim, & in ſecreto ſcrutari debent.*
2 *Vota omnium eligentium in ſcriptis redigi debent.*
3 *Conſenſus maioris partis in factis collegij requiritur.*
4 *Electio facit prælatum, non confirmatio.*

CAP. XXIIII.

SI cui eligendi. Primò ponit caſum, quem ſecũdò determinat,ibi [talis] motiuum interſerens,ibi [cum præter.] ¶ † No. q̃ ſigillatim,& in ſecreto debent vota ſcrutari,& in hoc ſunt ſimiles teſtibus,vt c.in nomine Dñi.ſ.de teſti.nõ ergo valeret, ſi vota oĩm ſcrutarentur in communi,vel bini,& trini. Et no. q̃ dixi,omnium,nam propter hoc dicit Abb. multas electiones iam caſſatas;quia vota oĩm nõ fuerunt ſcrutata.põt tamẽ iſte defectus purgari ante publicationem: poſtea verò nõ,vt l.heredes palam.ff.de teſta.de iſto ſcrutatore votorum ſcias, q̃ non refert,ſecundùm Boa. & Tanch.ſit de colla.vel non, licèt Ho.& Gof.contra.quod eſt tutius,ſecundùm Cõpo. q̃d dic vt ſ.eo. c.quia propter.& ſi ſcrutator vn⁹, vel plures erãt de colle.quis ſcrutabitur eorum vota,ibi no. ¶ † Secũdò no.
1
2 q̃ vota oĩm debent redigi in ſcriptis.& dicit Hoſti. quòd tutius erit, q̃ dicti ſcrutatores ſcribant,quàm alius: qui tamen ſi fuerit adhibendus,an poſſit eſſe laicus.Compo. q̃ ſic.Gul. Egi.& Ho.dicunt, q̃ debet eſſe clericus.opi.Compo. approbat conſuetudo,cui conſentit Gul.in Spe.de inſtru.edi.§. reſtat.ver.quid ſi tabellio.& ſine vllo teſte videtur, q̃ iſta votorum deſcriptio fieri poſſit, ſicut & acta iudiciaria,vt no.in c. quoniã cõtra.de prob.& l.geſta.C.de re iu.& ita refert D.Io. An.in d.c.q̃a propter.ſe practicaſſe. ¶ † Tertiò no. q̃ in factis
3 collegij requiritur conſenſus maioris partis Capituli per reſpectum ad omnes de Cap.non per reſpectum ad alios,inter ſe diſidentes.quod exemplifica,vt in gl.puta.ſecus eſt, ſi factum ad plures ſpectat,non vt ad Capitulum,ſed vt ad ſingulos,vt dixi ſ.e.c.ſicut.in prima oppo.maior aũt pars Capituli vtrum debeat intelligi tam præſentium, q̃ abſentium, vel ſolummodo p̃ſitium.dic, q̃ primò expedit. q̃ vocentur omnes. nam minimus etiã non vocatus agit de contẽptu ad caſſationẽ omniũ,vt ſ.eo.c.ſic vt. Itẽ expedit, q̃ ad minus duę partes Capituli conueniant, aliàs non diceretur ibi eſſe Capitulum,vt l.nulli.& l.plane.ff.quod cuiuſque vni.no. & plenè no.Io.An.ſ.c.eccleſia.il primo.quod ergo vulgariter dicitur, q̃ valet quod fit à maiori parte, debet ſubaudiri, vocatis alijs.& per maiorem partem intelligitur præſentium de duabus partib.totius Capituli,vt prædixi. ¶ Quartò no.formã hic reprobatam.contra quod glo. quæ incipit.iſta duo.fortiter opponit,& ſoluit.Ego reddo aliam rõnem.& dico, q̃ in caſu huius c.magis cõſiderantur vota ſcrutinij,quàm formæ commiſsio, à qua forma videntur canonici reſilire, contrarium in ſcrutinio deponendo.ſecus credo, ſi plurib. pone ſeptem data eſt poteſtas eligendi iuxta formam hic præfixam ſine inquiſitione votorum, ſed ſimpliciter, prout eis, vel pluribus eorum placuerit. nam ſi duo vnum, duo alium, & tres alium eligant, valebit electio trium; quia plures cõpromiſſarij non eligunt tanq̃ collegiati,ſed tanq̃ ſinguli.ergo valet, q̃ fit à plurib.per no.in c.q̃m.de iu.pa. in nouel. nã ſicut in vnũ p̃ſit transferre totalem ptãtem: ita hoc caſu in tres,& ſeptem tranſtuliſſe videntur.cã igitur vitiandi electionẽ in hoc c. eſt votorum ſcrutatio translationi oppoſita. & ita credo hoc.c. debere limitari. pro quo facit quod dicam. ỹ. in vltima qõne poſt Lapum. ¶ Quæro poſt Io. An.in nouel.ſi electio iſta præter, vel contra formam Cõcilij celebrata confirmata fuit per ſuperiorem: an per talem confirmationem purgetur vitium in electione commiſſumⁿ Arch.quòd non,pro quo facit,quod no.ſ.e.c.quã fit.in fi.glo.vit.& quod ibi dixi.ad idẽ. ỹ.c.proxi.in vltima gl.Arch.allega.1.q.c.ordinationes.& 62. di.per totũ.Item ſecundum eum forma eſt de ſubſtantia,qua
4 deficiente,deficit totũ.38.di.c.quæ in ipſis.Item electio † nõ cõfirmatio facit prælatum.63.diſt.c.Agatho. Inn.Ho.& Cõpo.contra.pro quibus facit quod dixi ſ.c.auaritiæ.in 2.notabili. Lapus concordando opi. diſtinguit inter confirmatorẽ, qui non poſſet diſpenſare contra formam Cõcilij.c. quia propter.& hoc caſu ſit vera opi.Arch. & confirmatorem, qui diſpenſare poſſet contra illam formam: & tunc cõfirmando diſpenſare videtur.allegat quod no.de cle.coniu.c.diuerſis fallacijs.de fi.preſby.c.veniẽs.de hæret.c.prauitatis.ſuper vl.gl. Inn. ¶ Secundò quæro.pone, q̃ dato arbitrio eligendi iuxta formam hic præfixam, iſti compromiſſarij eligunt vnum nominatum in eorum ſcrutinio à maiori parte, nunquid valebit? glo.quæ incipit &c.tenet, q̃ ſic.in nouel.dicit q̃ Gul. Naſo tenuit contrarium,& ſic pronunciaſſe Honorium. ipſe verò nititur defendere gl. ſuã per ſimilia fundata ſuper illa regu. vtilè per inutile non vitiari. Lapus ponderat commiſsionem. vt ſi in ea exprimatur forma valida,& inualida,vera ſit opi.Io.An.Idem ſi ſimpliciter.ſecus ſi forma à iure prohibita contra,vel præter formam Concilij exprimatur, vt in caſu huius.c.forma enim inutiliter expreſſa non infert formã de iure validam,quæ non includitur in mandato.& credo verũ: quia forma eſt ſtricti iuris,& eius omiſsio vitiat actum,vt in c.cum dilecta.de reſcr.& c.Piſanis.de reſt.ſpo. ¶ Tertiò quæro. vtrum forma,de qua in tex.eſſet valida in beneficijs,& dignitatibus,in quibus non eſt ſeruãda forma.c. quia propter. glo.antepe.dicit, q̃ ſic.idem dicit Arch.de translatione votorum,quæ à certis fieri poteſt, etiam alijs non facientibus. & hoc verum,vbi forma Concilij non eſt ſeruanda:aliàs ſecus. ¶ Vltimò quæro poſt Lapum.ſi canonici ſtatuunt inter ſe, q̃ etiam ſi vnus eorum præſens fuerit in certo termino per eos deputando, quòd omnes ibi deberent conuenire: aliàs vnus ſolus omnium vice eligere poſsit. tenet enim quòd alijs non comparentibus in termino, valebit electio celebrata ab vno. Non ob.hoc c. quia aliud eſt ſecundùm eum dare poteſtatẽ, ſiue formam eligendi ſub certa forma:aliud ordinare,ut procedi ualeat libere ſine aliqua forma data. q̃d credo uerum;

quia

quia ſicut purè poſſunt in vnum eorum vota transferre liberè à prin. ita etiam poſsint in euẽtum iſtius, & alterius cuiuſcunq; conditionis ex poſtfacto.

ADDITIO

a ¶ Ambitio. Adde quòd ambitio eſt reprobanda in Cle. 1. de re. in Cle. fi. & ibi Car. de elec. nam eſt cauſa omnium delictorum, & vitanda vt peccatum mortale. Car. in dicta Cle. 1. de regu. in 4. notabili. & de eius materia vide per Bald. in l. ſi quenq;. C. de epi. & cleri. & 1. q. 1. ca. nullus.

SVMMAE.

1 *Ambitio dicitur mentem cæcare.*
2 *Profeſſus in profeſſione debet abijcere proprium arbitrium.*
3 *Electio mendicantium in diſcordia celebrata non valet.*
4 *Religioſi mendicantes qualiter differant ab alijs religioſis.*

CAP. XXV.

QVorundam. Diuide, vt in gl. 1. ¶ †No. q; ambitio a cæcat mẽtẽ, & oculos, vt ñ meminerit qs ſtatus ſui. circa quod vide quod no. in C. le. 1. de regulari. in gl. cõcordat. labore eĩ non ambitione ad honores cõuenit peruenire. vt ſic ille præcellat, quem labor plixior fecerit anteire, vt l. 1. C. de of. ma. off. Et pone iſta verba [retrò reſpicere ad aratrum] &c. vt no. de pœni. diſt. 2. c. pẽnata. retrò enim ad aratrũ aſpicit, qui poſt exordia boni operis ad mala reuertitur, quæ reliquit, vt ibi
2 ¶ †Secundò no. q; in profeſsione debet profeſſus abijcere oẽm voluntatem, & proprium arbitrium. hinc dicitur, q; non habet velle, vel nolle. 12. q. 1. c. nõ dicatis. ex quo ſequitur, quòd ſi hæres inſtituatur monachus, abbas recta via poteſt adire hę reditatem. Itẽ ſi monachus nolit adire, vel ante adtionẽ moriatur, non nocebit hoc monaſterio, qn adire poſsit. qđ dic, vt dixi poſt Inn. & Doct. in c. in pœtia. de pba. ¶ Tertiò no. ĩ ver. & extra. q; iſta cõſtitutio quò ad mendicãtes prouidet, & ſtatuit extra adminiſtrationes proprij ordinis. non includit ergò quę ſunt intra, ſcđm Arch. 31. di. c. oratio. 8. di. c. ſi ex cõſuetudine. Quò ad nõ mendicantes verò, de quibus loquit. §. cir. remouet dubium, an ille. §. referatur ad iſtud proœmium: vt ſimiliter non includat platuras intra proprium ordinẽ. ĩ. dicã. ¶ Quartò no. in ver. volentes. enumerari quoſdam ordines mendicãtium, alios vide ĩ. de reli. do. c. 1. & ibi tex. declarat, qui dicant mendicantes. & hic in gl. ſuper ver. mendicantiũ.
3 ¶ †Quintò itẽ no. q; electio, poſtulatio, vel quiſio de mẽdicantibus celebrata in diſcordia non valet. Sed qđ dices, ſi vnus de ordine Prędicatorũ tranſit ad regulam monachorũ, an inde poſtea aſſumi poterit ad regimen eccleſiæ parochialis: vel valebit electio celebrata de ipſo in diſcordia à maiori parte, ſicut valeret de alijs religioſis non mendicãtibus? dic, vt in Cle. vt profeſſores. de regu. quam declarat D. Fede. de Senis conſi. 158. vbi conſuluit, q; aſsumi poſsit ad regimen eccleſiæ parochialis. refert tamen ſe conſuluiſſe ſtimulatũ ab amico, & non libenter, & rectè; quia quotidiè iſti prędicatores iſtum tranſitum faciunt, tanq; regula monachorum ſit artior, quàm ipſorum, vt eſt Canonicorũ reg. circa quod vide, quod no. plenè Io. An. in c. ſanè. de reg. ¶ Itẽ not. quod dicit [in diſcordia celebr.] &c. quòd inſpicit initium, quaſi nõ ſufficiat ſuperueniens diſcordia, ar. ĩ. c. dudũ. qualitas enim adiuncta participio, ſiue verbo, debet adeſſe tempore actus celebrati, vt l. in delictis. §. ſi extraneꝰ. ff. de noxa. & l. Titius. de teſt. mi. ff. & dicit Io. Mo. q; ſic vidit ſeruari circa c. nihil. ĩ. eo. & vide qđ ibi no. Io. An. ſuper ver. concordia. ¶ Item no. q; lniam debet concedere iſtis mendicantibus ritè electis eorũ gñalis miniſter, ſiue prior. quod eſt verum, ſecundum Io. An. ex conſtõnibus ipſorum. aliàs de ſui plati lnia videntur poſſe conſentire. de quo conſenſu vide in c. ſi religioſus. ſuper ver.
4 libera. in nouella. ¶ †Item no. in §. circa. q; aliud ius ſtatuit circa religioſos mendicantes, aliud circa alios religioſos. & in multis differunt, de quibus in Cle. 1. de regula. in gl. pdicatores. & de ſen. excõ. c. 1. in gl. mendicantes. & non ita ſtrictè ligat conſtõ iſta religioſos alios, ſicut mendicantes: quia de religioſis alijs valet electio in diſcordia celebrata, dummodo non à minori numero. de mendicantibꝰ verò non valet. & hoc multum facit pro alia opi. videlicet, q; iſte §. circa. intelligatur de platìonibus alijs, quàm proprij ordinis. qđ vt plenius videamus. ¶ Quęro, vtrum iſte. §. qui dicit, electionẽ facta à minori parte numero de religioſo mendicante nullũ ius tribuere electo, locum habeat in monacho electo ad abbatiam proprij monaſterij: an in eo, qui eligitur ad platurã alteriusꝰ & vĩ, q; in eo tantùm, qui ad alterius monaſterij platuram eligitur, rationibus infra ſcriptis. Et prĩa, qa quale ẽ principium legis, talis eſt tota lex, ſiue conſtõ, vt l. 2. §. fi. ff. de iur. & fac. igno. & quia à primordio tituli poſterior formatur euentus, vt C. de ĩpo. lucra. deſcrip. l. 1. pe. rñſo. Sed principium huius conſtõnis, in quo incipit diſponere, ibi [volentes igitur] loquitur de electis extra ordinem ſuum; ergo tota cõſtõ debet de talibus intelligi. ¶ Secũdò hoc probat proœmiũ huius conſtõnis, ex quo proœmio ſiue pfatione colligit mens legiſlatoris, vt ff. de hĩ. inſti. l. fi. Sed in pfatione dicitur, quòd intendit prouidere contra eos, q; extra adminiſtrationes proprij ordinis ſolum aſcendere moliuntur. ergò de electis in proprio monaſterio non vĩ velle aliud immutare, vt l. ꝓcipimus. C. de app. nec mirum, quia facilior eſt promotio in proprio, quàm tranſitus ad alienum. nam ĩ tranſitu ad alienum eſt poſtulatio: in proprio electio, vt no. Inn. & Hoſt. de poſtu. pla. c. poſt translationem. & c. fi. vbi ẽt no. licèt hodie videat etiam in alieno eligi eũ poſſe, vt no. ĩ. eo. c. nullus. ¶ Tertiò hoc probat decurſus totius huius conſtõnis, q; loquitur de his, q; eliguntur extra ſuum monaſterium, & ſuperiores hñt: ſed qui eliguntur in proprio, tunc non hñt ſuperiorem; ergò de talibus non loquitur iſta conſtõ, ar. ad hoc. ff. de flumi. l. 1. §. nõ ãt. & de admi. tut. l. ita aũt. circa prin. ¶ Quartò hoc probat dictio, quoq; poſita in hoc §. cuius natura eſt ꝓcedentium, & eorum accidentium repetitionẽ inducere. ff. de leg. 3. l. in repetendis. de talibus ergò, de quibus ſ. ſmiſit, debet intelligi repetitum in iſto. §. arg. Inſti. de lege Aq. §. hoc tñ capite. ¶ Quintò hoc probat: qa intentio conditoris huius. c. fuit plꝰ arctare mendicantes, q; non mendicantes. qđ apparet; qa mẽdicantes in diſcordia eligi non poſſunt: nõ mendicantes aũt pũt, dũmò non à minori numero. ſed mẽdicantibus legẽ nõ impoſuit, cum eliguntur in proprijs monaſterijs. ergò nec ẽt non mendicantibꝰ debet intelligi lex ĩpoſita. alioquin cõtra legiſlatoris mentẽ plꝰ eẽnt arctati nõ mẽdicantes, q; mẽdicãtes, cõtra l. ſcire oportet. ff. de excu. tu. in ſimili. ¶ Vltimò hoc probat. c. idẽnitatibus. §. ſi qua verò. ĩ. eo. ibi enim vĩ poni ſpãle in electa in abbatiſſam monaſterij proprij à minori parte, vt non teneat ipſo iure. In monaſterijs ergo vtrorũ vĩ ius cõe in contrarium. ff. de legi. l. ius ſingulare. & iſtam partem tenet Old. in qone facti Car. auditor cãæ p hæc verba rñdit. cõtrariũ tenent oẽs. & ipſe dixit mihi, q; credebat contrariũ. nam in iſto. §. circa. omiſit illa verba [extra proprium ordinẽ] & adiecit verbũ [adminiſtrationes quaslibet] ergo vĩ ſenſiſſe tam de ſuo monaſterio, q; ext. opi. Car. tenet hic Io. An. & refert in nouella, q; Papa Io. hanc eius opi. de qua in gl. ſiue proprij. &c. appbauit in publico Cõſiſtorio, licèt Archi. & Io. Mo. cõtrarium hic ſcribãt. cuius rationibꝰ in nouella rñdet. ¶ Quæro. quid ſi eps de ordine mẽdicãtium poſtuletꝰ ad archiepatum, vel alium epiſcopatumꝰ de hoc in gl. mendicãtes. cui adde qđ no. in c. pe. de. vi. & ho. cle. in fi. & ſ. de priui. c. cũ olim. il. 2. & 16. q. 1. c. 1. Adde etiã ad hoc. c. Cle. vt profeſſores. de reg. vbi circa mendicates ad ordinẽ non mẽdicantium tranſeuntes, quò ad promotiones ipſorum poſtea faciẽdas, ſtrictius ĩceditur. & per Fede. conſi. 156.

ADDITIO.

a ¶ Quoq;. Adde quòd iſta dictio eſt implicatiua. Bar. in l. fi. 2. col. ỹ. tu vero dic. ff. de eo, qđ cer. Io. & in l. 2. in prin. ff. de pac. Item eſt continuatiua. Car. in Cle. 1. §. 2. de reg.

SVM-

CAP. XXVI.

VT quis duas. Ponit dictum, rationem interſerens, ibi [cum non] ſe cundò illud fortificat, ibi [& ſi.] tertiò declarat, aliã rationem interſerens. ibi [oportet] quartò inhibet, rationem reddens, ibi [regreſſum.] elice caſum in terminis, & exẽplis,
1 quæ ponit glo. 2. ¶ †Not. quòd non admittitur cumulatio diuerſorum iurium incompaſsibilium. vnica enim electio, ſiue eius iuſtitia non poteſt ſubſtantiari in perſonis pluriũ, qui cõtendant, & inſolidum ſibi vendicent dictum ius eligendi. Sicut ergo dominium non poteſt haberi, niſi ex vna cauſa tantum, vt l. 3. §. ex plurimis. ff. de acquir. poſ. & ſ. de fi. inſtru. c.
2 inter dilectos. ita nec poteſt quæri titulus in prælatura. ¶ †Secundò no. in ver. [etiam ſi] quòd nihil releuat proteſtatio cõtraria facto. pone exempla, vt in iuribus alleg. in glo. ergo. & per id, quod no. Inno. ſ. eo. c. Cumana. in noua additione. & latè de effectu proteſtationis, & eius materia vide per Bar. in l. non ſolum. §. fi. ff. de no. ope. nun. & quod no. in c. 1. ſ. de lit. conteſta. ¶ Tertiò no. quòd oportet quem eligere, ex quo capite agat. ad idem enim licèt quandoque competant plures actiones: debet tamen qui agit eligere alteram à principio, vt l. quod in heredem. §. eligere. ff. de trib. & l. cũ filius. §. varijs. de le. 2. ¶ Quartò no. in verſi. regreſſum. quòd qui eligit vnã viam, ſiue agendi formam, prælcudit ſibi viam alteri. concor. ſ. e. ſ. de poſtu. præla. c. vno. & l. 1. C. de fur. vbi plenè de hoc.
3 ¶ †Quintò no. quòd non debet quis cum damno aduerſarij in incerto vagari. concor. l. exigit. ff. de dolo. & facit ad quæ-
4 ſtionem, de qua in glo. quod non licet. ¶ †† Oppo. & videtur, quòd non teneatur quis eligere: imò poſsit remedia etiam in compaſsibilia accumulare, vt l. 1. §. quod autem. ff. quo. leg. & c. cum olim. il. 2. de priuileg. & ĩ. de re iudi. c. abbate ſanè. ¶ Secundò opponit, quòd poſsit ad aliam viam redire, ſi in prima ſuccubuit, vt l. contra maiores. & l. eum qui. C. de inoffic. teſta. & l. edita. C. de eden. & via incompetens electa non impedit recurſum ad aliam, vt l. mater decedens. ff. de inoffic. teſta. ¶ Tertiò opponitur. eadem res ex pluribus cauſis peti poteſt, & deberi, vt l. non eſt nouum. ff. de act. empt. & ſupra de conceſ. præben. c. poſt electionem. iſta contraria obſtant huic cap. inquantum arctat ad eligendum alterã viã, & poſt eam electam præcludit viam alteri. & inquantum dicit, quòd non poteſt ius competere, niſi ex altera tantum. Solu. iſta contraria ſentit gloſ. penulti. & fi. & gloſſ. quæ incipit ſi enim &c. & ſoluit, vt in eis patet, & minus perfectè. Sed pro ſolutione contrarij primi, cum ſcilicet alicui competunt plures actiones, vtrum teneatur eligere? Ioan. And. remittit ad not. ſ. per eum de appel. cap. non ſolum. in nouella. ſuper ver. antep. ibi [ipſe Ioan. Mona.] &c. Pro cuius
5 † materiæ pleniori declaratione oportet te capere tres regulas, cumulationem impedientes. Prima eſt, ſi in actionibus eſt contrarietas. pone exemplum in dicta leg. contra maiores. & l. eum qui. & leg. ſi pupillus. §. inſtitoria. ff. de inſtito. in iſtis enim nec præiudicat electio, nec ſententia ſuper vna lata: tamen ratione contrarietatis repellitur cumulans. ideo pendente iudicio ſuper vna, non præſcribitur in alia, vt prælleg. iuribus. Ratio prohibendi iſtam cumulationem eſt, quia eſſet ſibi contrarius; ideò repellendus, vt in cap. ſollicitudinem. in fin. de appel. & l. 1. C. de fur. Secunda regula prohibens cumulationem eſt, ſi ab electione tollantur. pone exemplum in leg. duobus. §. colonus. ff. de iureiuran. ratio huius eſt; quia poſtquàm quis à iure conſtringitur eligere, non cumulat; quia per hoc non eligeret, contra leg. nemo ex his. §. quotiens. de re. iur. nã cũ vna ſit cauſa debiti, ex qua plures actiones ſunt à iure pditę, noluit ius ſua auctoritate plurib. actionib. quẽ vexari. ſicut non debet qui cũ vno contraxit, in plures aduerſarios diſtringi. vt ff. de exerci. l. ne in plures. & l. iam tamen. §. ſi tamen. ff. indi. ſolui. Tertia regula prohibens cumulationem, eſt, cum ſententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia. pone exemplum in d. §. colonus. &. c. 1. &. c. tuam. de or. cog. & Inſti. de actio. §. iudiciales. ĩ dictis enim iuribus, & ſimilibꝰ quia ſententia in vna cauſa lata præiudicat in alia: iõ præiudicat iudicium pendẽs, & cumulationem impedit, vt in dictis iuribus. Iſtæ ſunt tres regulę impedientes, quas Dy. prolixius proſequitur in c. vt nullus pluribus. de re. iur. ĩ. Sedqa ex contrarijs tactis. ſup. patet cumulationem permiſſam: iõ videndum eſt etiam per regulas, quando hoc ſit verum. diſtinguo ergò, quòd aut plures ſunt cãæ, & diuerſæ res: & ſic diuerſæ actiones veniunt ex cãs diuerſis. puta peto decẽ ex cauſa mutui: alia decẽ ex cauſa depoſiti, & ſic de ſingulis. & admittit cumulatio; quia ceſſant quæ dixi cumulationem impedire. & hoc voluit gl. in l. edita. C de eden. dũ dicit, quòd nulla lex hoc vetat, imo permittit, vt l. ſi ex multis. C. de anna. exce. & l. heredes. §. ſi de pluribus. ff. fa. her. fallit hæc regula in actionibus contrarijs: quæ licèt competant ad diuerſa, & ex diuerſis cauſis: tamen impedit cumulatio, vt d. l. ſi cõtra maiores. & d. l. 1. C. de fur. Aut diuerſæ actiones veniunt ex diuerſis cauſis, ſed ad idem: & tunc regulariter eſt permiſſa, vt d. l. ſi ex multis. & l. non eſt nouum. ff. de act. emp. fallit vbi ambę cauſæ eſſent luoratiuę, & eadem ſpecies deberetur. nam cum non poſsint concurrere in exactione, vt Inſti. de leg. §. ſi res. ergò nec concurrũt in petitione. quia prohibito fine, videntur omnia prohibita, q; ad illum finem tendunt, vt eſt dictum in prædicto caſu, vt ff. de ſpon. l. ofo. Aut ex eadem cauſa veniunt plures actiões, & ad idem. puta cum quid deberur ex teſtõ: & non cumulãtur, vt d. §. varijs. & §. quotiens. palle. & hoc eſt verum, quando electione non tollerentꝰ in eo, quod plus eſt. ad hoc l. fundi. & l. fundum. ff. de excep. & circa prædicta vide gl. mag. Inſtit. ſi quadru. pau. fe. di. §. fi. Item q; dicta ſunt in cumulatiõe actionum prohibita, vel permiſſa, poſſunt applicari ad cãs criminales, pp quas quis de pluribus criminibus accuſari poteſt in eodem libello: vel de vno crimine, quod punitur diuerſis legibus. nam in quibus caſibus obſtaret ſententia lata ex vna cauſa, obſtabit in illis pendentia. reperitur tamen cõtrarium, quòd iſtæ viæ contrariæ cumulantur conditionaliter in eodem libello: vt reſtitutio in integrum, & nullitas. de reſti. in integ. c. cõſtitutus. dũum & quaſi. c. abbate. de re iudi. iniuſtitia, & nullitas. in c. dilecto. de app. per Inn. & per Bart. in l. ſi expreſsim. ff. eo. tit. quare ergò hic prohibet cumulatio hoc modo. peto electionem Capit. de me celebratam confirmari: quæ ſi non eſſet valida, peto confirmari aliam de me ſimiliter celebratam ab illis, ad quos erat deuoluta eligendi poteſtas. cogita, quare aliud in prædictis, quàm hic. Item in caſu huius. c. quæ eſt ratio, quare electus priuetur iure p aliam electionem quęſito, ſi eligit viam incompetentem, ex qua poſtea detegitur ius ſibi non competere. collige ſolutionem ex notatis per Bar. in l. Clodiꝰ. ff. de acqui. hære. & l. 1. C. de fur. vbi etiam hunc paſſum tangit. & etiam vtrùm excipiẽdo qs poſsit contraria cumulare & in agendo, & excipiẽdo. de quo plenius dixi poſt dũm meum in c. tuam. de ordi. cog.

SVMMAE.

1 *Electio quatuor modis non ſortitur effectum.*
2 *Electio, poſtquàm non fuit ſortita ſuum effectum, à quo tempore incipit currere nouum tempus.*

CAP. XXXVIII.

SI electio. Primò ſoluit caſum, quem p quatuor exempla ſpecificat, & rõnem interſerit. Scđò moderat, ibi [dũmò] ¶ †No. quatuor modos,
1 quibus electio non ſortitur effectum. primò ſi recuſat. vtrũ autẽ peccet mortaliter, qui ſe putat indignum, & eccleſiã ſibi oblatã nõ recipit, Archi. dicit q; ſic, per no. 8. q. 1. c. in ſcripturis. quod eſt verum, vbi deſit alius, vt ibi colligitur. Scđus modus eſt, qñ poſt conſenſum diſſentit. qđ vtrùm poſsit, dic,

vt in glos. 3. Tertius est modus, quando claudit diē extremū. quo casu quid iuris, quādo morereture in curia, no. hic Arch. & Ioan. An. in Cle. si duobus. vt lite pendente. Quartus modus est, quando propter occultum vitium &c. quando autē dicatur occultum, dic, quando debita inquisitiōe per electores fcā, dictum vitium ad eorum notitiam peruenire non potuerit. s. e. c. inotuit. ¶ Secundò no. quòd si ille, qui debet aliud facere infra certum tempus, est diligens in faciendo: sic eius diligentia redigatur ad nihilum, totus terminus integratur sibi. ad hoc optime facit l. & ideo. ff. de ver. ob. vbi Bar. no. quòd licèt aliàs in tempore fiat restitutio in eo solum, in quo quis fuit impeditus: tamen si impedimentum sequens absorberet omnem diligentiam præcedentem, fit sibi restitutio ad totum tempus. vnde si data est mihi dilatio vnius mensis ad probandum, & acta casū pereant circa finem mensis, totum tempus restituitur, ar. illius l. & istius c. ¶ Tertiò not. quòd sufficit electoribus (vt dici non valeant negligentes) quòd eligant infra ipsum terminum. & licèt postea talis electio irritetur, non imputatur eis. quod est verum, quando propter occultum vitium, vt dicit litera. Si verò irritetur propter vitium patens, quod non poterant ignorare, vtrū talis electio excuset eos à negligētia, & ab eius pœna. Ioan. An. in c. cum literis. de concess. prēben. dicit post Inn. quòd aut in talem electionem potest cadere titulus dignitatis, licèt sit remouendus, vt criminosi, irregulares. & homicidæ. & tunc nō ex hoc capite, quòd fuerint negligentes: sed ex eo, quòd deliquerūt, fit deuolutio ad superiorem, vt c. cum in cunctis. ad fi. aut in talem electum non potest cadere titulus, vt in infantibus, mulieribus, bigamis: & electio talium non excusat à negligentia. similis consideratio, vtrum in persona possit fundari titulus, vel non, hī in l. 1. §. si mon. ff. de eo, qui pro tut. neg. gest. & ibi no. & est vtilis ista inuestigatio, cum post electionem de indigno scienter factam fluxerunt tres, vel quatuor mēses indulti ad beneficia conferēda: vtrum ex capite negligentiæ, vel delicti superior prouidebit, præsertim si ex vno capite ad vnū, & ex alio ad aliud deuolutio fiat? dic vt in ecclesia cathedrali. s. e. c. quanquam. posset tamen argui contra p̄dictam distinctionem. & indistinctè dici, quòd vitiosa electio non impediat cursum temporis, primò per hoc. c. ibi [dummodo] & ibi [propter occultum] quasi secus sit propter patens. ad hoc faciunt illa iura, quæ volunt, quòd paria sunt, nō facere, vel inutiliter. s. de transla. prēla. c. inter quos. & l. quotiens. qui satisd. cogan. & l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. act. Item mī, quæ tenetur tutorem petere filiis pupilli s infra annum, vt l. 1. §. confestim. ff. ad Tertu. non excusatur, si petat inhabilem, quo minus incurrat pœnam priuationis ex capite negligentiæ, vt in eadem. l §. si iure. & cursum legalis præscriptionis non impedit inutilis actio instituta, vt l. accusaturus. ff. de adul. Et etiā qui tenetur reddere rationes, non liberatur, reddēdo pfunctorię, vt l. quàmuis. ff. de cōdi. & demon. & l. 3. §. si edita. ff. commo. ¶ Quartò no. q̄ quotiensc̄ū q; electio nō sortitur effectum absq; culpa eligētium, ad eos dem reuertitur eligendi ptās. secus si superior iure deuoluto ꝓuidit, & effectum sortita non fuerit altero ex prędictis modis. tunc enim non ad eum: sed ad electores primos reuertit. rō redditur in gl. 1. Quid de executore Papæ dato ad ꝓuidē dū, & ꝓuidit de idigno, vel. ỹ. pfixa tpa ꝓuidere neglexit, vtrū ad Papā, vel ad ordiariū deuoluat ꝓuisio illi⁹ bñficij? De primo dubio, cū executor ꝓuidit de idigno, vel cōtra formā mādati apost. disputat Inn. in c. iter dilectos. de excess. pla. & ibi i nouel. vbi tenet, q̄ si ille, cui Papa cōmisit, nihil egit, vel cōmissio fuit subreptitia, ordiari⁹ debet illud cōferre: nisi p ĩterdictū, vel alio mō appeat, q̄ Papa voluerit sibi retinere ꝓuisionē idistictè, vt c. inotuit. s. e. remittit tū ad pleni⁹ nota. p eū i c. dudū. il. 2. §. nos igit. s. e. Cōpo. ad hoc no. s. de rescr. c. cū i multis. vbi tenet ēt, q̄ ad Papā reuertat, si nomē eius, ꝓ quo scribit, nō ē in lra exp̄ssum. quo casu circa illud bñficiū ordinari⁹ nil p̄t, secūdū eū. cū verò executor cōferre negligit ỹ. tp̄s à iure statutū. dic, vt no. in Cle. si bñficio. ỹ. de p̄b. Idem de cō̄pmissariis negligētib. eligere, vel eligētib. indignū sciēter, vel ignorāter, dic, vt. ỹ. e. c. si cō̄pmissari⁹. Patet ergo ex p̄dictis, q̄d iuris de negligētia electorū executorū Papę ꝓ aliū supiorē, q̄ iure deuoluto ꝓuidet. q̄d iuris ēt de cō̄pmissariis negligentibus. ¶ †Quintò no. à quo tpe incipit currere nouū tp̄s, postquā electio nō fuit sortita effectū altero ex dictis modis: & si morte, dicit tex. q̄ à die mortis, subaudi ēt añ sepulturā. q̄d dic, vt. s. c. bonæ. il. 2. si irritat à die irritationis, (q̄d intelligit Ioā. An. nisi fuerit appellatū) appellatiōe pēdēte, nō curreret ei tp̄s. 2. q. 6. c. appellatiōe. & oīb⁹ his modis suppleas, post eorū notitiā; añ eā non currit tp̄s electorib. s. de cōcel. p̄bē. c. q̄a diuersitatē. ¶ Quæro post Io. An. iste tex. loq̄t in electiōe: sed q̄a alijs modis ꝓuidet eccles̄ijs. s. per postulationē, collationē, & p̄sentationē. an ĩ istis alijs modis habeat locū q̄d hoc dicit, vt s. si cassari cōtingat, det tp̄s ītegrū. vt hic dicit? In collatiōe, & p̄sentatiōe dicit Io. An. q̄ sic, sup gl. 1. In postulatiōe verò refert opi. Cōpo. q̄ in ea nō habeat locū hoc. q̄d ē verū secūdū eū in postulatiōe nō soleni: in solēni verò idē iuris ē, q̄d hic dicit. In electiōe remittit. s. eo. c. in causis. in gl. postulatio. & c. publicato. eo. tit. sup gl. vltima. ¶ Vltimò aduerte ad gl. si. ibi, no. ergo. & caue ab ea sic simpliciter intellecta, vt verba sonāt, dicit eī Inn. & Host. tenere, q̄ ipedit⁹ vno die in anno appellatiōis ꝓsequēdæ, debet habere secūdū annū &c. vt in ea patet. nō eī sic dicit Inn. sed dicit, q̄ ipedit⁹ ꝓ vnū diē, quo min⁹. ỹ. annū posit sententiā petere, postquā cepit ꝓsequi, habebit secūdū annū, quasi dicat, q̄ ipedimētū vni⁹ diei ꝑbuit ipedimētū sniæ ferēdæ: quia fortè vltio die anni interuenit ipedimētū ex pte sua: ita q̄ sniam petere nō potuit. debet eī sanè intelligi, q̄ alia pte anni fuerit semp diligēs: quā diligētiā absorbuit talis dies, sicut i isto. c. dicit de morte, & si. Si verò ponas, q̄ fuerit negligēs appellās toto anno, & vno die solūmō ipedit⁹: absurdū esset ex hoc dicere, q̄ habeat secūdū annū. Immo non solū si ꝓ diē, sed per mentes fuisset ipedit⁹: si tū alia parte anni, in qua potuisset cā expediri, fuit negligēs, ista negligētia nō excusat ipedimētū tale, vt no. Doc. in d. c. ex ratiōe. & vide de hoc ꝓ Cy. i Authē. hi q̄. C. de tēpo. appel. & no. istā gl. vtrū restitutio tēporis fiat à iudice, an à iure. & adde. q̄d no. s. de p̄scrip. c. ex trāsmissa.

SVMMAE.

1 *Religionem ingrediendo potest quis se priuare libero arbitrio.*
2 *Liber antequam possit effici seruus, quot requirantur.*
3 *Religiosus ad prælaturam eligi potest.*
4 *Consensus religiosi accommodatus electioni de se factæ non valet.*
5 *Religiosus datus ad eligēdum an possit eligere sine licētia superioris.*
6 *Consensus tacitus sine licentia superioris an sufficiat.*

CAP. XXIX.

SI religiosus. Duæ sunt partes. secunda ibi [quia verò.] Not. quòd ingrediendo religionem † potest quis se priuare libero arbitrio: licèt nullus possit propria voluntate se subijcere seruituti, vt l. nec si volens. & l. liberos. C. de libe. causa. nec etiā ad carceres, secundùm quosdam, vt plenè per Cy. in l. fin. C. qui bon. ce. possunt. & l. Titio centū. de condi. & demō. c. ex rescripto. de iureiurand. Sit ratio in profesto, quare ita possit se libertate priuare: quia Deo seruire, regnare est. & vbi spiritus Dei, ibi libertas, vt in c. nisi cum pridem. de renun. ¶ † Quot autem requirantur, vt liber possit effici seruus, no. in l. seruorum. ff. de sta. ho. Item not. quòd religiosus † eligi potest ad prælaturam. de quo vide infra eod. titu. in Cle. 1. Ad simplex autem beneficium seculare assumi non potest: nec posset episcopus dispensare cum monacho, etiam rectore ecclesiæ parochialis, quòd posset ibi in illa simplex beneficium retinere. quod dic, vt per Ioan. Andr. in c. quæ à iure. de reg. iur. Ad regimen verò parochiale sine dispen-

dispensatione potest assumi. q̄d dic, vt s. de sta. mo. c. q̄d Dei timorem. & in nouella videas. Vtrum talis sic promotus possit in ecclesia collegiata canonicorum secularium habere prę bēdā? de quo. s. de regu. c. super eo. & de vi. & ho. cle. c. Deus qui. & tenet ibi, quod nō. & vide quod no. Hosti. de sta. mo. in summa. §. vtrum populū. & no. in d. Cle. 1. eo. ti. ¶ Tertiò no. quòd tex. loquitur de electo extra suum monasterium. à contrario sensu electus in proprio monasterio consentire poterit sine alicuius licentia. quod tenet Inno. & Compo. s. de postu. c. 1. ¶ †Quartò no. q̄ uon valet consensus religiosi accommodatus electioni de se factæ. imò ex hoc reddit nullam ipso iure. Ex quo infert Io. An. in nouella, quòd ipsum nō posset sub sequens ratihabitio prælati confirmare, vt ipse no. in reg. ratum. de reg. iur. in Mercu. ¶ Quintò no. quòd solus Superior dat istam licentiā transeundi monacho suo alibi electo. Quid ergo si monasterio vacante, monachus taliter eligatur? Dicit Ioā. An. quòd episcopus cum consensu conuentus istam licē tiam dabit. 17. q. 2. c. nullus. & 16. q. 2. c. qui verò. ¶ Sed hic quæritur. quia iste tex. excludit consensum ab ista licentia, vtrum saltem debet interuenire cōsensus episcopi? dicit, quòd requiritur eius expressus consensus, si eligitur ad ecclesiā alterius diœcesis. Sed si eiusdem, sufficit tacitus. sicut de clerico no. s. de renun. c. ad monasterium. dicit tamen, quòd de facto non seruatur. ¶ Quærit ergo, quid si Superior nolit suum monachum concedere, an ad hoc cogi possit? dicit, quòd nō per alium à Papa. de hoc Ab. Io. Mo. & Archi. Non ob. c. nullus. de iure patro. quia loquitur, cum est aliquod ius quæsitū petenti: hic de mera gratia. Ego idem credo, nisi cum monachus bonus prædicator, & honestæ vitæ esset electus ad regimen ecclesiæ parochialis, & non reperirentur honesti, & sufficientes clerici. tunc enim abbas cogitur consentire, vt no. Io. An. in d. c. quod Dei timorem. ¶ †Extra quæro, nunquid religiosus datus ad eligendum, vel præsentandum possit eligere, & præsentare sine licentia sui superioris? videtur quòd non; quia si suus consensus est nullus pro se, vt hic: multò magis pro alio, arg. no. in Cle. pe. de procu. Item non potest esse fideicommissarius, non iudex, non aduocatus, non procurator, non assessor, non arbiter. &, vt breuiter concludam, nil agere potest, nec eligere sepulturam. de testa. ỹ. c. 1. de sepul. c. fi. 16. q. 1. c. monachi. & c. qui verè. & c. de præsentium. & 12. q. 1. c. non dicatis. & per Inno. & Doc. de priuil. c. cum olim. Quid ergo si de facto eligatur, an valebit electio? videtur, quòd sic. quia multa fieri prohibentur, quæ facta tenent. de regu. c. ad apostolicam. de ex. c. pia. ỹ. de iudi. c. 1. Item valet iudicium cum monacho, si exceptio non opponitur. de quo. s. de rescr. c. sciscitatus. Item facit sibi conmatres, & contrahitur compaternitas etiam sine licentia abbatis, vt colligitur 18. q. 1. c. peruenit. 1. & 16. q. 1. c. doctos. Item licèt sit inhabilis, magis considerabimus factum, quàm ius. sicut in sacramentis nō iure collatis. 9. q. 3. c. Lugdunenſis. Item ex sponsalibus non habentium consensum non trahitur publica honestas: & tamen oritur, si à monacho contrahantur, vt ỹ. de spon. c. 1. nec refert, per quem preces, &c. de preci. Impe. offe. c. vniuersis. & quod no. de rescri. c. 1. His non ob. contrarium consuluit Fe de. de Senis consi. 89. nam procuratorium non dicitur perfectum, nisi cum susceptum fuerit, vt in Cle. 1. de procu. Sed iuris interpretatione iste nunq̄ dicitur suscepisse; quia pro mortuo habetur. 16. q. 1. c. placuit. Item semper fingitur tacere, & taciturnitas in hoc casu habetur pro dissensu, vt l. filius. §. inuitus. ff. de procu. ¶ †Secundò quæro post Lapū, vtrùm sufficiat tacitus consensus sine sententia superioris? dicit, q̄ non: sed requiritur expressus. Sicut in perpetua alienatione rerū, vt no. Io. An. de reb. eccle. non alie. c. dudum. in glo. not. quia. & s. de re iudi. c. cum inter. in gl. quasi. ¶ Tertiò quærit, nunquid religiosus poterit dissentire? vel si habuit licentiam consentiendi. & consensit, nunquid poterit renunciare electioni? Aut si fuit confirmatus, & deinde ad aliud beneficium eligatur, nunquid consentire poterit sine licentia superioris bene ficij, cui præest? dicendum est, quòd dissentire, & renunciare non possit, post q̄ electioni consentit; nisi talis esset sibi data potestas. nā eius est nolle, cuius est velle. vt l. pater Seuerinā. de condi. & demon. & de reg. iur. c. eius est nolle. Vltimo verò casu, si est in totum translatus, poterit liberè consentire, cū sit emancipatus, & liber ab obediētia abbatis. glo. in c. si qui ẽpi. 92. dist. & 16. q. 1. c. ne pro cuiuslibet. Idem iuris, si est sine ecclesia. vt quia ei renunciauit. Si verò non est in totū translatus, non potest dissentire sine Superioris licentia. Sed ei, q̄d dixi, q̄ posit, cum est in totū translatus, obstat quod no. Io. An. s. c. quorundam. in gl. mendicantes. Sed ibi nō cessat, sed durat in religioso ratio prohibitionis, & in alio casu singulari loquitur. hic autem cessat, & non durat, sc̄dm Lapum.

SVMMAE.

1 *Religiosus potest assumi ad prælaturas alterius religionis.*
2 *Professus expresse est melioris conditionis, quàm tacitè.*
3 *Nouitius tacitè professus ad dignitatem episcopalem eligi potest.*

CAP. XXX.

NVllus re. Primò statuit. quod secundò decernit. ibi [quod si] tertiò excipit, ibi [ad dignitatem] fortificationem interserens, ibi [ad quam.] †No. quòd religiosus assumi potest ad prælaturas suæ, & alterius religionis. de hoc tamen, quòd dicit, alterius religionis, quæso, vide Clem. 1. eo. tit. Erant enim de hoc olim opi. indecisæ. ¶ †Secundò not. q̄ est melioris conditionis expresse professus, quàm tacitè. licèt tacita professio votum solēnizet, sicut expressa, & monachum faciat, vt in glo. Ratio pōt esse multiplex. prima est, quia expressa ꝓfessio est hominis, tacita iuris: sed nobilius est quod homo sibi facit, q̄ quod ab alio ei fit, vt ff. de capti. l. antepe. vbi magis est meū, quod ex opera mea acquiro, q̄ quod ab alio venit. Item quia q̄nq; plus valet expressum, q̄ tacitum. & plus specialis prouisio hominis, q̄ prouisio generalis iuris. hinc dicitur, lex suū, non tuum tibi denegat auxilium, vt C. qui pot. in pig. habi. l. si sidus. Quid autem debeat promittere, qui profitetur, & in cuius manibus fieri debeat. vide s. de sta. mo. c. cum ad mon. in fi. & 20. q. 1. c. fin. & quod no. 27. q. 1. c. vidua. & de reg. c. porrectum. vbi plenè in nouella. ¶ †† Item no. q̄ ad dignitatē episcopalē cuiuscunq; religionis potest eligi nouitius, & taciturnè professus. quare aūt magis ad istam, q̄ ad alias, quilibet re putetur habilis, dic, vt in glo. fi. & in Cle. 1. eo. ti. in gl. pe. Et ad uerte ad id, quod dicit gl. fi. q̄ episcopus, etiā secularis, præest monachis, debet intelligi quò ad illa, quæ exigunt maiorem animaduersionē, sc̄dm Goff. Abbas verò, & Prior debēt interesse secretis, & regularibus disciplinis: q̄d non facit epūs. Ad hoc tamen vide, quod no. s. de of. or. c. quāto. Quærit Io. An. vtrū possit epūs dispensare contra hoc c. q̄ nouitius, & tacitè professus ad prælaturas assumantur. in tacitè professo tenet Archi. q̄ sic pp euidentē vtilitatē ecclesiæ; quia ad ipsum pertinet qualiter, & per quos ecclesiæ suæ diœcesis gubernētur. 9. q. 3. c. 2. & 10. q. 1. c. decretū. nec ista consto dispensationē excludit. alleg. 16. q. 1. c. presbyteros. vbi de hoc. & q̄d no. Inno. s. eo. c. cum ad monasterium. hanc opi. Archi. tenet Lap. qui alleg. c. tua. de æta. & quali. & quod not. ibi per Ioan. An. post Host. & Inno. & maximè hoc sit verum in abbatissa, prout tenet Archi ỹ. eo. c. indemnitatibus. & quod not. Ioan. An. post Host. de corpo. vitia. c. Thomas. & de ęta. & qualita. c. permittimus. Ioan. An. putat talem postulandum à Papa. facit quod no. ỹ. eo. c. indemnitatibus. in prin. ibi in gl. nō prohibet. Et in nouitio tenet Inno. q̄ episcopus non possit cum eo dispensare. s. de tempo. ordi. ca. dilectus. & c. officij. s. eo. ¶ Quæro de quæstione disputata per do. Feder. de Senis. Quidam monachus vnius monasterij promotus fuit in abbatem alterius monasterij exempti: deinde ex causa honesta renunciat regimini abbatiæ. quærit̄ vbi remaneat monachus:

an in primo, an in ſecundo, an ſub epiſcopo, vel ſub Papa immediatè: & videtur, quòd in primo monaſterio, cuius locum non videtur dignitas ſuperueniens auferre, vt l. ſenatores. ff. de ſena. ad hoc, C. de aduoca. diuer. iudi. l. ſi quis de togatis, vbi depoſita dignitate, quis in eo remanet ſtatu, & collegio, de quo erat, in contrarium facit 16. q. 1. c. ne pro cuiuſlibet, & 18. q. 1. c. 1. & de priui. c. cum olim, vbi monachus factus epiſcopus nihil habet commune cum primo, Ad idem. ſ. eo. c. conſtitutus, vbi dicitur, quòd non poteſt quis eſſe monachus in vno monaſterio, & abbas in alio. & ex hoc videtur, q̃ ſi monachus fiat epiſcopus, vt in caſu huius. c. & demum renunciet epiſcopatui, vel deponatur, non remanebit in epiſcopatu, vt canonicus; quia ſua profeſsio repugnat. 16. q. 7. c. in noua. & Cle. 1. eod. tit. nec etiam monachus primi monaſterij. In propoſita quæſtione etiam arguitur, quòd remaneat monachus ſecundi monaſterij, vbi fuit abbas. nam ex quò in primo non remanet monachus, vt probaui, neceſſariò eſt dicendum, quòd remaneat monachus in ſecundo: quia non poteſt eſſe monachus ſine clauſtro. 16. q. 1. c. placuit. etiam ſi cum iuramento renunciaſſet. ſ. de iureiur. c. ſicut. Præterea abbas per ſententiam amotus remanet monachus eiuſdem monaſterij, vt in. c. ad monaſterium. de ſta. mo. & hoc tenet ibi Hoſti. & de ſimo. c. dilectus, vbi hoc tenet Inn. Si ergo ille, qui deſijt ex cauſa inhoneſta, remanet ibi monachus; multò magis ſi ex cauſa honeſta. Breuiter poſt pulcherrima argumenta concludit, quòd remaneat ſub iuriſdictione epiſcopi: nec quidquam commune habeat cum primo monaſterio, p̃ iura prealleg. & alia: nec remaneat monach⁹, vbi fuit abbas; quia ibi nunquam fuit monachus. Ad recipiendum ergo ipſum tanquam monachum, dictum ſecundum monaſterium non tenetur. ſolutus enim fuit ab eius iugo, 'poſtquam deſijt eſſe abbas. c. pe. & fi. de ſecun. nup. & in promoto monacho in epiſcopum ſecularem eſt euidens abſurdum, quòd ibi cõtinuè remaneat; diſpares. n. ſunt p̃feſsiones: nec ẽt vt canonicus ſecularis, ſi eſſet talis illa eccleſia cathedralis, vt Perufina. ¶ Item non debet remanere ſub Papa, licèt monaſterij, cuius fuit abbas, eſſet exemptum: quia tali priuilegio exemptionis non gaudebat ipſe ex perſona ſua, ſed ex perſona ordinis ſui; quia monaſterium ſuum erat exemptum, vt c. per exemptionem. ĩ. de priui. cum ergo ſit abſolutus à primo, & ſecundo monaſterio, vt probaui, nõ gaudet priuilegiis plus, ſed iure aliorum debet cenſeri. de ſta. mo. c. recolentes. & de conſt. c. tranſlato. & ita alijs rationibus concludit. & ad contraria reſpondet, & eſt in ordine conſiliorum. 19. & idem tenet Bart. poſt Dy. in l. filij. § ſenatores. ff. ad municip.

CAP. XXXI.

CVm expediat. Præmittit declarationis cauſam gñalem, & ſecundò declarat, ibi[decretalem.] Not. quòd prõptum eſt iura iuribus concordare, concor. l. 1. C. de inoffic. do. ſimiliter dicta teſtium, qui videntur cõtrarij, vt ſ. de teſti. 2. cum tu. quod eſt verum, quò ad id, quod ibi dicitur. ſ. vt eui tent ſuſpitionem falſitatis, quãtum autem ad hoc, vt probẽt, non debet fieri talis interpretatio, vt no. Ia. Bu. in l. ſed ſi poſſeſſori. ff. de iureiuran. nam cum ex tali repugnantia inſurgat probatio dubia, non poteſt ex tali probatione ſequi ſententia, vt in c. in preſentia. de proba. Item talis reductio ad concor. eſt fienda, quando eſt in teſtibus hincinde æqualitas. ſecus ſi inæqualitas, ſecundùm Bar. qui ita no. in c. cum contingat. de offi. delega. Item talis concordantia non debet fieri, quando eſt contrarietas inter dictum partium, & teſtes, vt l. exceptionem. C. de proba. & hoc no. Bar. in l. 2. §. appellata. ff. ſi cer. pe. vbi ſubdit, quòd in iſtis caſib. cautè facit iudex, ſi mittit pro teſtibus, & qualiter dictum ipſorum intelligant, declarent, vt in Authen. de teſti. §. quia verò. in gloſ. magna. & de teſti. c. cum clamor. ad quod optimè. c. cum Ioannes. ante ſi. de fide inſtru. Et ita bene no. pro intellectu ca. cum tu. de teſti. ¶ Secundò not. quòd forma, quam approbat hoc c. participat de duob. formis approbatis in c. quia propter. Nam de forma ſcrutinij participat in eo, quòd ſigillatim, & ſecretò notata ſcrutantur. Et inquantum eligere debẽt illũ, in quem maior, & ſanior &c. de forma etiam compromiſſi participat; inquantum à ſe abdicat poteſtatem eligendi. Et niſi emanaſſet iſta Decretalis, reſpondiſſem contrarium. q̃a cum iſta forma ſit compoſita ex duabus imperfectis: ex partibus imperfectis duarum diſpoſitionum non poteſt vnum quid perfectum conſtitui: ſicut in excuſatione tutorum dicimus. nam quinque liberi à tutela excuſant. Item ſeptuaginta anni, & tres tutelę. Si quis ergo habeat duas tutelas, quatuor liberos, & ſexaginta annos, non excuſatur: quia ex iſtis ſpeciebus imperfectis non reſultat vna ſpes perfecta excuſationis, vt l. ſpadonem. §. qui iura multa. ff. de excu. tuto. in contrarium tamen facit; quia ex pluribus probationibus imperfectis reſultat vna plena probatio; puta ex vno teſte cum fama, vel iuramento, in ciuilibus, iuxta no. in c. fin. de iureiur. do. Bal. do. meus dicit, quòd ſunt quædam, quæ requirũt certam ſpeciem: & tunc diuerſæ ſpecies imperfectæ nil operantur, vt d. §. qui iura. quia ex omnibus concurrentibus non augetur effectus, vt veniant ad integrationem vnius ſpeciei. Sicut ex pluribus teſtibus ſingularibus non reſultat vna plena probatio, vt no. in l. hoc carmen. ff. de teſti. & c. licèt cauſam. de proba. Quædam ſunt, quæ non requirunt certam ſpeciẽ; tunc quę non proſunt ſingula, multa iuuant, vt no. in l. 2. §. ętas. ff. de excu. tuto. Nam in materia probationũ iudex non debet applicare animum ſuum ad vnam ſpeciem probationis. de renũcia. c. in præſentia. ideò vnus teſtis de veritate cõuinctus cum alia ſemiplena probatiõe, alterius fortè ſpeciei, facit coniecturam ſufficientem ad probationem, & quantũ ad iudicis motum vnus actus infert confirmationẽ alterius. probationes enim, quæ fiunt in cauſa, non inducunt, ſiue aliquid de nouo conſtituunt, ſed declarant. & facilius eſt aliq̃d declarare, quàm de nouo conſtituere, vt l. heredes palam. §. ſed ſi notã. ff. de teſt. ex iſta ergo theorica Bal. & iuribus fortè eſt vera opi. Archi. inquantum dicit, quòd forma tradita in hoc. c. eſt noua forma, & ſic quarta, addenda tribus aliis, de quibus in c. quia propter. licèt Ioan. And. contrarium teneat in gloſ. antepe. & 4. & in gloſ. allegata. ĩ. eo. c. indemnitatibus. §. cæterum. in princ. Ego credo opi. Arch. veriorem, per ea quæ dixi. & etiam quia quãdo nouum ius emanat ex duobus capitibus aliorum iurium, conſtituit nouam ſpeciẽ de per ſe, vt l. Gallus. §. ille caſus. ff. de libe. & poſtu. & c. quãtò. ſ. de iudi. additio etiam, vel detractio idem facit, vt l. ius ciuile. de iuſti. & iure. & quod not. de conſti. c. 1. ſ. eo. & iſtã opi. etiam confirmo per id, quod tenet hic Ioan. An. in noue la. vbi dicit, quòd in hac forma non debet ita inquiri ſubtiliter, quę ſit pars ſanior, ſicut in c. quia propter. licèt requiratur collatio aliqua: vel fatetur etiam in hac. 4. gl. q̃ iſta eſt leuior forma, quàm aliqua ex illis, ex quibus fateri oportet, iſtam eſſe quartam magis vtilem, vt dicit gloſ. participantẽ de forma ſcrutinij, & compromiſsi. ¶ Quærit Ioan. An. poſt Ioan. Mo. quid ſi à princ. nulla partium peruenit ad maiorem numerum. tamen vni habenti à princ. plures voces tot accedunt, quot faciunt maiorem partem Capituli. an propter iſtum acceſſum poterunt compromiſſarij hunc eligere? Arguunt efficaciter, quòd ſic, & concludũt contrariũ, quia acceſſus in quibuſdam caſibus eſt permiſſus, de quibus iſte non eſt; ergo &c. vt l. quod verò. ff. de leg. Item iſta tranſlatio poteſtatis eligendi, in quem maior &c. debet intelligi vigore primi compromiſsi, vt in l. bono. §. hoc ſermone. de ver. ſig. Itẽ iſta acceſsio non eſt ſecretè & ſigillatim, & in inquiſitione votorum: quod vult forma tradita. Item conſenſus ſequens ſcrutinij nil addit ordinariæ electioni, vt ſ. c. eccleſiæ. il 2. ergo multò minus ordinariæ, & dubiæ ãte iſtud.

iſtud. c. valet. & in hoc ipſe reſidet, & de duabus alijs formis an valeant, q̃rit, & dicit, q̃ nõ.

SVMMAE.

1 *Abſens ab eccleſia qualiter quis dicatur eſſe.*
2 *Priuilegium conceſſum abſenti quod dicatur eſſe.*
3 *Abſens ex cauſa neceſſaria eccleſiæ quis dicatur eſſe.*

CAP. XXXII.

CVm non deceat. Primò ponit conſtõnis cauſam generalem. ſecundò ponit conſtõnem, interſerẽs cãm ſpãlem. tertiò tollit obſtãtia. ſcd̃a ibi[ſtatuim⁹]tertia ibi[nõ obſtantibus] ¶ No. [q̃ nõnulli officiũ ſuum] &c. cõcordãtię ſunt in gl. 1. & eſt tex. in l. ſed & ſi quis ex ſignatoribꝰ. ff. quẽ adm. te. aper. neceſsitas enim officij incũbens excuſat etiã à cõmiſsione pænæ, in quam incideret, q̃ talem actum voluntariè gereret, vt l. poſt legatum. §. ſunt qui putãt. &. §. aduocatum. & l. tutor. ff. de his, quę vt indi. ¶ Item no. q̃ hęc conſtõ includit ſolùm illos, qui neceſſariò mittunt aſtricti per conſtõnem. c. cupientes. ſ. e. alij igitur nõ coacti ſi veniunt volũtariè, non gaudent hoc priuilegio, vt in gl. 2. quã inducit Io. An. ad. q. de Doctore diſputante, qui diſputare non tenebat, an teneat ſtationario tradere, ſicut qui diſputare tenentur. de qua per eum in reg. acceſſorium. in Mercu. facit quod no.
1 Cy. in l. voluntariè. ff. de exc. tu. ¶ † Tertiò no. q̃ abſens ab eccleſia, p̃ ipſius eccleſiæ vtilitate cenſetur reſidere, nec vĩ abeſſe à loco. qui habet aĩm redeundi, vt l. p̃dia. §. 1. ff. de fun.
2 inſtr. & c. his, qui ĩ. de ſepul. ¶ † Quartò no. q̃ priuilegiũ, q̃d abſenti concedit, vĩ conceſſum in eundo, ſtando, & redeũdo.
3 facit ad id, q̃d dixi ſ. de reſcri. c. ſtatutũ. §. pe. ¶ † Quintò no. q̃ ille, qui eſt abſens ex cã neceſſaria p̃ facis vnius eccleſiæ, non ſolùm cenſetur ibi reſidere: ſed etiam in alijs, quo ad lucrum fructuũ. q̃d eſt no. cui adde quod no. Inn. in c. iam dudũ. ſ. de p̃ben. vbi no. de illo, q̃ habet eccleſias in diuerſis dioceſib⁹, quarum epi ſibi mandant cõtraria. Nam obtemperãdo illi, cui tenetur ſcd̃m ibi notata, eſt immunis in fructuum pceptione, ſicut ſi p̃ſonaliter reſideret, ar. huius. c. ¶ Quærit Io. An. vtrum hoc priuilegium pcipiendi fructus in abſentia hñt electi, qui ire tenentur in caſibus d. c. cupientes. ac etiam opponentes, q̃ ſimiliter aſtringuntur. Tenet, quod non. veniunt enim rõne cõmodi proprij: licèt ſecundariò proſequãtur vtilitatem eccleſię, ar. l. non verè. ff. ex. q. cau. ma. ¶ Scd̃ò q̃rit poſt gl. fi. vtrùm iſtæ duæ perſonæ, quę veniunt inſtructuræ negotium electionis ad curiam, debeãt in expẽ. conferre. & tenet, q̃ ſic. Et facit ad q̃ſtionẽ de dã. paſſo. nunquid contribuat cum alijs ciuibus ad emendã. Spe. q̃ ſic, in ti. de cẽſi. §. 1. ver. ſi dãnũ. pro hoc facit. ff. ad l. Rho.. de iac. l. nauis onuſtæ. §. cum aũt. & de le. 1. l. ab omnib. §. ſi Titio. ¶ Tertiò q̃ro. nunquid p̃ iſtam clauſulam [non obſtante] tollantur ſtatuta iurata? gl. fi. q̃. nõ. & fortius dicit in nouella procedere iſtam gl. q̃n iuraſſet expreſsim, 'q̃ contineret in tali ſtatuto. Ad hoc q̃d ipſe no. ſ. de his, quæ fi. à p̃la. c. 1. ſuper ver. iuſo. & ĩ. de fi. presb. v. c. 1. in gl. q̃a vero. q̃d tñ non facit: q̃a loquit cũ clauſula [nõ obſtante] ponit in litteris impetratis, in q̃bus tanq̃ odioſis fit ſtricta interp̃tatio. & iõ non reuocant ſtatuta iurata, niſi iuſm exprimatur. ſecus autem videtur, q̃n in iure, vt hic, ponuntur: vt tunc reuocetur ſtatutum iuratum, licèt nõ exprimatur. ad hoc, quod no. 18. di. c. q̃n quidẽ. & quod no. Io. An. de hære. c. ſicut ait. & de magi. ſuper Spe. & de exceſ. p̃la. c. vno. ſecundũ Lapum. quod dictũ no. q̃ p̃ intellectu huius clauſulę appoſitæ in conſtitutionibus, & reſcriptis, an tollat ſtatuta iurata.

SVMMAE.

1 *Detractatio qualitatis ita eſt prohibita, ſicut mutatio ſubſtantiæ.*
2 *Factum proprium quis reuocare non poteſt.*

CAP. XXXIII.

ABeo qui. Primò ponitur q̃ō, & deciſio. ſecundò deciſionis rõ. ibi[cum ei] ¶ No. q̃ q̃ũq; contra promouendum ad dignitatem objicitur defectus euidens in perſonam. Quis autem dicat euidens: dic, vt ſ. eo. c. ſi forte. vbi de defectibus corporis. Aliqua verò ſunt vitia animi, quæ in materia redhibitoriæ actionis Iuriſcon ſultus plenè proſequitur in l. 1. per totam l. cum alijs ſequentibus. ff. de ædi. edic. ¶ Secundò no. q̃ ſicut quis cogitur perſiſtere in actione propoſita, vt. C. q̃uo & q̃ũ. in Auth. qui ſemel. Ita etiam in exceptione, ſi propter eius p̃ſiſtentiam poteſt q̃ri ius aduerſario in tota ca. eſt ergo in hoc ſimilis exceptio actioni. ſicut in ſimili dixi. ſ. e. c. is qui. Q̃ũq; multum differunt iuxta notata in c. cum dilectus. & c. ſi. ſ. de
1 or. co. per gl. & Inn. ¶ † Tertiò no. q̃ ita eſt prohibita detractio qualitatis, ſicut mutatio, vel reuocatio ſubſtantię, cui cohæret. Et pro ſubſtantia hic accipio ipſum defectum, qui objicit. p̃ qualitate euidens, vel notoriũ. Rõ huius eſt; quia qualitas talis adiecta in excuſatione defectus, eſt cauſa huius pænæ. Non mirum ergo, ſi nõ poteſt detrahi: ſec⁹ ſi talis qualitas non mutaret ſubſtantiam actionis. licèt poſſet creſcere condemnatio. Et ſic loquitur l. in delict. §. ſi detracta. ff. de noxa. & vide de iſta qualitate, quæ habet alterare condemnationem, ſi non probetur, an feratur ſententia cõdemnatoria ſuper ſimplici delicto probato. & an ſi omiſſa fuerit in proceſſu, poſsit ad exaggerationẽ pænæ nouus p̃ceſſus inchoari poſt finitum iudicium: vel eo pendente, cumulari? vide plenè per Bar. in l. ſenatus. de accu. & l. denunciaſſe. §. qui tamẽ. de adul. facit quod no. de proba. c. licèt cãm. in eo, q̃ ibi falſitati adijciatur qualitas corruptibilis. de quo p̃ Bar. in. l. diu⁹.
2 de re iud. ff. ¶ † Quartò no. q̃ nõ poteſt quis factum proprii reuocare, q̃n ex eo eſt aduerſario ius q̃ſitum. facit ad q̃ſtionẽ. actori concedit vna dilatio in cã, reo duæ, iuxta no. in c. 2. de dila. ſ. & hac ſecunda dilatione reo conceſſa etiam actor vti p̃t, vt l. petendæ. C. de tempo. in integ. reſti. Pone ergo, q̃ reus dilationem petijt. deinde videns ea aduerſarium velle vti, ei renunciat. vtrum poſsit? videtur quòd non; quia ex illa petitione fuit etiam aduerſario ius q̃ſitum: ergo non reuocat, vt hic. & Cle. conſtitutionem. ad fi. ĩ. eo. & l. ſi poſt mortẽ. §. fin. ff. de contratab. & hoc verum, re non integra ex parte actoris: quia iam teſtes produxerat, vel articulos. Re verò ĩtegra, videtur, quòd reus poſsit deſiſtere, etiam inuito actore. vt l. ſi index circunuento. de mino. & l. amiciſsimos. §. fi. ff. de excu. tuto. De qua quæſtione per Cy. & Bar. in d. l. petendæ. Poſſet opponi contra hoc. c. de multis iuribus, in quibus ad euitationem pænæ legalis committendæ eſt licitum deſiſtere, quandoq; vſque ad ſententiam, quandoq; poſt. quæ iura alle. gl. ſ. de fo. cõpe. c. ſi diligenti. Sed cum hic quis non incurrat iſtas pęnas ex ſola propoſitione exceptionis, ſed propter defectũ probationis: videtur q̃ admitti debeat pnia. Sol. collige ex notatis in d. c. ſi diligenti. & l. amplius. ff. rẽ ra. ha. per Bar. ¶ Vltimò q̃rit Lapus, ſi quis oppoſuit euidentes defectus, ſaluo iure addẽdi, minuendi, &c. vt ponit in c. inter dilectos. in prin. de fide inſtru. vtrum iſta reſeruatio ſibi proſit ad euitationem huius pænæ, poſtea reuocando? dicit, q̃ ſic, ſi p̃ſite, & tacente aduerſario talem fecit proteſtationẽ. alleg. q̃d no. Hoſt. in ſum. de li. ob. §. an libellus. ver. ſed quædam. Et Spe. in ti. de li. conſti. §. nũc dicamus. in fi. & de cauſa poſ. §. nunc dicendum. circa prin.

SVMMAE.

1 *Pupilli in eccleſiis intitulantur.*
2 *Electionibus intereſſe non debent, qui non ſunt profeſſi.*
3 *Pupillaris ætas diſcretione carere dicitur.*
4 *Laici conuerſi in electionibus clericorum intereſſe non debent.*
5 *Chriſtianorum duo ſunt genera.*

CAP. XXXIIII.

EX eo quod. Sunt duæ partes. prima ponit dictum. secunda rationẽ subdit. ibi [cum tam] secunda ponit duo dicta secundum

1 ibi [conuerſi.] ¶ † Nota, quòd pupilli in eccleſijs intitulantur. de quo. ſ. de reſcript. c. ſi eo tempore. vbi dixi, quòd licèt cadat in eis titulus, non tamen adminiſtratio abſq; tutore. ỹ. de iudi. c. ſi annum. in fi. & not. de reſti. ſpo. c. ex parte. ¶ Secundò not. quòd non poteſt agere de contemptu, qui vocari

2 non debuit. ſ. eo. c. cum inter. & c. quòd ſicut. ¶† Tertiò not. quòd pupillaris ætas dicitur carere diſcretione. & alibi dicit lex, quòd talis ætas quod videt ignorat, vt l. 1. C. de fal. mone. Item nec ſcire, nec diſcernere talis ætas poteſt, vt l. pupillus. de acqui. here. nam ſuper agendis ab intellectu noſtro fit quædam examinatio, poſt examinationem iudicat intellectus. iſtius examinationis non eſt capax pupillus. Item ſcire dicimur, quod per cauſam cognoſcimus. vel cum nobis, vel cum alio, vt l. bonorum. de bono. poſ. iſtud ſcire non habet pupillus, mentem adhuc ſtabilem non adeptus, vt dicit gloſ. volue runt ergo iura per tutores negocia eorum geri, vt patet in tractatu tutelarum. C. & ff. ¶ Item no. quæſtionem gloſ. poſitæ ſuper verb. ſnſtragium. in fi. quando eſt quæſtio inter pupillum, & tutorẽ in factis pupilli. & d. quæſt. ſoluit in nouel. quòd ſi eſſet epiſcopus admitteret digniorem, quaſi eſſent duo ab vno præſentati, vt Clem. 2. de iure patro. vel quaſi eſſent duo ſingulariter per dominos præſentati, vt in c. cum autem. de iure patro. Subdit, quòd honeſtus præſentationis modus eſſet, quòd præſentaret pupillus auctoritate tutoris; vt d. c. ſi. de iudi. Ex hac deciſione habes, quòd pupillus non eſt prorſus inhabilis ad rem ſuam gerendam: ſed quod ſibi deeſt de iudicio rationis, ſupplet auctoritas tutoris. in his verò, quæ ſibi competunt, & geruntur ratione iuris publici, & publicæ vtilitatis, auctoritate tutoris non ſuppletur defectus cõ filij, & imbecillitas intellectus. facit quod not. Barto. & poſt eum Bald. in l. habeat. de ſac. ſanct. eccle. & quod dicam in c.

3 grandi. de ſup. neg. præla. ¶† Item not. quòd non profeſsi tacitè. vel expreſsè non debent intereſſe electionibus. & eſt ratio; quia abbas per monachos debet eligi. 18. q. 2. c. abbatẽ. cum ſi. Iſti autem non profeſsi, cum poſsint redire ad ſeculum, non ſunt cenſendi verè religioſi, vt in glo. poſſunt tamen de gratia admitti, cum in extraneum poſsit eligendi poteſtas

4 transferri, vt ſ. eo. c. cauſam. ¶ † Quintò not. quòd conuerſi laici non debent cum clericis intereſſe electionibus. & dicuntur laici cõuerſi, templarij, hoſpitalarij, Ciſtercien. & fratres minores, non clerici, ſecundùm Archi. qui dicit, quòd ex eo, quòd iſti prohibentur in regularibus: videtur, quòd in ſeculares bene poſsint talibus actibus intereſſe. alle. quod no. In no. in c. cum M. de conſti. in glo. aliud. Tenet tamen contrarium. ſ. quòd non debeant intereſſe cum clericis eccleſiarum ſuarum. nam licèt ex tali conuerſione ſint aliqualiter eccleſijs alligati, non tamen mutarunt ſeculum, vt apertè dicit tex. in c. cum lex. 27. q. 1. & hæc vera de iure communi. de ſpecialitamen conſue. eccleſiæ poſſunt tales reddi habiles ad prædicta. quia non ſunt purè laici, in quibus ſecus eſſet, vt in gl. fi. quã no. ¶ Itẽ aduerte, quia tex. loquit in eccleſiis regularib. & monaſterijs. ſecus in hoſpitalib. vt in gl. pe. quod eſt verũ, etiã ſi haberet eccleſiam annexã, in qua eſſent clerici multi, vt eſt in nobili hoſpitali Senarum. nam illa inſtitutio non eſt principaliter deputata ad celebrationem diuinorum, ſed ad hoſpitalitatem: ſecus, ſi hoſpitale accederet eccleſiæ. principale ergo intuendum eſt. quòd ſi de hoc dubitetur, vide gloſſ. not. in Clemen. per literas. de præben. & quod not. Ioan. An.

5 de æta. & qualita. cap. 2. ſuper verbo. per laicos. ¶ † Ex prædictis habes, quòd licèt canon dicat, quòd duo ſunt genera Chriſtianorum. 12. quæſtio. 1. cap. duo ſunt. tamen ſecundum genus deſeruientium Deo ſubdiuiditur in multas ſpecies. nam quidam ſunt clerici ſeculares, quidam religioſi. & religioſorum quidam expreſsè profeſsi, quidam tacitè, quidam conuerſi, qui participant de vtroque genere principali. & de iſtis in gloſ. fin. & in c. 2. de inſti. in nouella. & de iſtis de pœnitẽtia, ſiue de tertio Ordine ſcti Franciſci, & de alijs, quos Bar. vocat milites Gaudentes, vide per eum in l. fin. ff. de iure immu. & in Cle. pe. de verb. ſign. quidam ſunt clerici deſtinatione animi, vt ſcholares, qui ad finem clericatus ſtudent. de his de tranſac. c. ex literis. & in Specu. de act. & re. §. vt rationibus. ver. ſed nunquid ſcholaris. In iſtos, & in laicos profeſſos, qui carent ordinibus, vtrùm cadat titulus canoniæ. Innoc. quòd non; quia tale ius conſiſtit in ſpirituali fraternitate, in qua laici, etiam religioſi non debent miniſtrare, licèt ſint religioſę pſonę. ſ. de iudi. c. decernimus. & de ſen. excom. c. non dubium. ius autem monachi bene cadit in laicum profeſſum. poterit ergo, & debebit intereſſe electionibus, & cæteris tractatibus monaſterij. 16. q. c. generaliter. Clerici verò, qui prębendantur in eccleſiis, & monaſteriis, ſi non habent ibi canonicatum, ad electionem, vel facta Capituli vocari non debent: ſed aliis debent de voce ſeruire. de ſta. mo. c. fi. & licèt dixerim in laicum conuerſum non cadere ius canoniæ: bene tamen poteſt eſſe prębendarius in eccleſia, cum tale ius cadat in clericis coniugatis. ſ. de cleri. cõiug. c. Ioãnes. & ad prędicta vide Ioan. An. in. c. 2. de inſtitut. ¶ Quærit Lapus. ſi vniuerſitas eſt patrona eccleſiæ, qua vacãte, cum aliis ſunt admiſsi pupilli ad præſentationem rectoris: an voces eorum, computabuntur etiam in numero, ſi apparet poſtea vniuerſitas diſcordare in præſentatione? dicit quòd de communi conſenſu diſcordantium admitti poſſunt, & in numero computantur. quod not.

S V M M Æ.

1 *Appellatio quid continere debeat.*
2 *Citatus à iudice ſine licentia recedere non debet.*
3 *Conſtitutio pœnalis includit cauſam, quæ venit ex mente legis.*

CAP. XXXV.

1 SI poſtquàm. Not. quid debet continere appellatio, † vt deuoluat; quia in ſcriptis, & ex cauſa probabili. & ſic duo. ad de tertiũ, quòd eius interſit, & illud poſsit proſequi, vt in nouella. adde quartum, quòd appellatio infinuetur, vt in Clem. cauſam. ỹ. eo. & habet locum hoc. c. in appellatione iudiciali, & extraiudiciali, quando opponuntur crimina, vel defectus, ſeruata forma c. vt circa. ſ. eo. ¶ Item no. quòd confirmatio electionis facta per proximum ſuperiorem, poſtquàm cauſa eſt deuoluta ad curiam, ipſo iure non valet. & eſt ſpeciale cõtra regulã, quæ habetur in c. nõ ſolũ. ỹ. de ap. ex quo infert Io. An. ſecus eſſe dicendum in confirmatione Legati, ſiue delegati, qui funguntur vice Papæ. pone exẽplũ, vt in nouel. ſuper ver. ordinariũ. ĩ ver. omnino. Quid iuris, quãdo Papa ſcribit aliàs ordinario, q confirmet, vtrum ex hoc cenſeri debeat delegatus, vel ordinarius? & remittit ad no. per eum. ſ. de offi. or. c. licèt. ſuper 4. glo. & de præben. c. hi qui. in glo. fi. Et quid iuris, ſi eligit aliam viam incompetentẽ: vtrũ valeat proceſſus, ſaltem ratione iuriſdictionis, quam habet in veritate? de quo vide per eum poſt Doc. ſ. de præſcript. c. cum ex officij. adde etiam ad iſtud c. quod no. in c. ſi duobus. de ap. qđ videt huic contradicere, dic vt ibi. ¶ Tertiò not. in §. ſi electus. quòd citatus à iure, vt compareat certo loco, proſecuturus in cauſa: videtur citatus, vt ibi maneat, donec cã terminetur. Rõ colligitur ex. c. cum ex literis. in fin. de reſtit. in integ. Sed dices, vbi citabit iſte? in curia, in qua domum non habet? dic plenè per Bart. in l. 4. §. ait. de dam. infec. vbi plenè de citatione perſonali ad domum, vel hoſpitium. ¶† Item no. quòd ſicut citatus à iudice non debet ſine licentia recedere, vt not. Innoc. in c. calumniam. de pœn. ita etiam citatus à iure, & vtroque caſu recedens ſine licentia Capituli reputatur contumax, & pœnam patitur, quæ imponitur contumaci, vt hic. & ſ. de iudic. cap. 1. ¶ Incidenter quærit Ioan. And. quid iuris de compa-

comparente, qui ex cauſa iuſta ſine licentia receſsit, an incidat in pœnam? arguit pro & contra, & demum poſt Archi. diſtinguit inter impedimenta, quæ ipſo iure diem differunt, inuito iudice, & litigatoribus: & inter impedimenta, quæ non differunt diem ipſo iure, ſed dant iuſtam cauſam licentiam petendi abſentandi. quod exemplifica, & proſequere, vt ihc

3 in nouella. ¶†Quintò not. quòd conſtitutio pœnalis includit cauſam, quæ venit ex mente legis. mens enim eſt potius ſequẽda, q̃ verba, vt de verb. ſig. c. intelligenda. & ibi cõcor. & vide bonã glo. de temp. or. c. 1. ¶ Sed hic quæritur, qũo, & ex quibus colligitur mens legis. dic, quòd ex tribus. Primò, ſi ſenſus proprius continet iniquitatem: tunc intelligimus ſecundùm improprium, vt l. in ambigua. ff. de re. iu. & l. ſcire oportet. §. aliud. de excu. tuto. Secundò, quando ratio legis repugnat ſenſui verborum. nam ratio legis mens legis eſt, vt. ff. ſol. ma. l. cum mulier. & no. in l. cum talem. §. falſam. de cõdi. & demon. & l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verb. ſig. Tertiò colligitur, ſi communis vſus loquendi repugnet propriæ ſignificationi: tunc enim mens legis eſt, quòd intelligamus eam ſecundùm communem vſum loquendi: licèt ſit improprius, vt l. librorum. §. quod tamen Caſsius. de leg. 3. & l. in vulgari. & l. vt Alphenus. & l. anniculus. ff. de ver. ſig. in iſtis ergo caſibus, ſi quis faceret contra mentẽ legis, etiam non offendendo verba, incideret in pœnam legis. & econtrario ſi quis faceret contra verba, non offendendo mentem, non incideret in legem. pone exemplum. Statuto cauetur, quòd quicunque extraxerit ſanguinem in palatio, condemnetur in mille. barbitonſor flebotomauit ibi aliquem, an debeat cõdemnari? ſecũdùm verba ſtatuti videtur, quòd ſic: ſed non ſecundùm eius mentem; quia intellexit de ſangui ne iniurioſo, nõ ſanguine cauſa ſanitatis extracto. ff. ad exhiben. l. pe. de offendente etiam mentem legis, ſeruatis verbis, ſume exemplum de. c. quãtò. de priui. & etiam de monacho, qui portat habitum monachalem coopertum, & abſcõſum. offendit enim mentem, licèt ſeruet verba; ideo eſt cenſendus apoſtata: niſi ſit iuſta cauſa transformationis, vt no. in c. certum. de re. iur. in Mercu. & vide ibi per Dy. & Bar. in l. non dubium. C. de leg. ¶ Vltimò no. quæſtionem gloſ. quę incipit & ita punitur. de illo, qui recedit de curia per modicum ſpacium cauſa etiam recreationis, vel ſimili, tempore, quo proceſſus non impeditur. dicit, quòd talis non videtur recedere. ad hoc l. Mela. ff. de annu. lega. & l. ſi quis ita legauerit. de condi. & demon. & no. de conſecra. diſt. 5. c. ſicut tibi.

S V M M Æ.

1 *Eccleſia Dei ſummè indiget viris literatis.*
2 *Diſpenſatio permiſſa in ſacerdotio, non comprehendit ſubdiaconatũ.*
3 *Vicarium in eccleſia ponere, ſpectat ad epiſcopum.*
4 *Clericus per ſe deſeruire debet.*
5 *Vicario congrua portio aſsignari debet.*
6 *Diſpenſatione finita, reponitur quis in iure communi.*
7 *Epiſcopus ſine Capitulo an diſpenſationes facere poterit.*

CAP. XXXVI.

CVm ex eo quod. In prima cõſtitutionis cauſa, in qua ponit ius antiquum, & impedimentum ex eo prouenies. In 2. conſtitutio, quæ tria facit. primò permittit diſpenſationem. 7. anno. arctat ad ſubdiaconatum, & cauſam reddit. ſecundò prouidet, qũo interim eccleſijs ſeruiatur. tertiò poſt ſeptennium eum, cum quo diſpenſatum fuit, reducit ad ius antiquum. ſecunda ibi [porro] tertia, ibi [elapſo] ¶ Not. hic quaſi totum tex. ſc. licèt canon. repete notabilia

1 igitur ibi collecta, & hic cadunt. ¶ †Secundò not. quòd eccleſia Dei ſummè indiget viris literatis, non porcis, vel aſinis deferratis, ſecundùm Ioan. Mo. pro quo vide, quod no. Ioan. And. de præben. c. graue. ¶ Tertiò not. quòd epiſcopus diſpenſat cum eo, qui obtinet talem eccleſiam. & ſic infra annum, quo debet promoueri, debet fieri dicta diſpenſatio, nõ poſt lapſum eius. Quid ergo ſi eſt adeo propè finem anni, q promoueri non poſſet, an diſpenſare tunc poterit? Ioan. An. ſuper gloſ. ſi iã. refert opi. & deinde diſtinguit. quia aut talis nondum eſt ſubdiaconus, nec occurrit tempus ordinationis in tempore, quod reſtat: & tunc, cum omnino ſit perditurus eccleſiã, non poterit epiſcopus diſpenſare: quando verò ſubdiaconus eſſet, vel occurreret tempus ordinationis, in illo re fiduo diſpenſare poterit. ita dicit ſuper dicta gloſ. de hoc latius. ỹ. c. proxi. ¶ Quartò no. in ver. ne ſicut. quòd quandoq; contingit, quòd clerici in minoribus de bonis eccleſiarum ſublimati, mutato propoſito retrocedunt, & redeunt ad vitã ſecularem: vtrùm autem teneantur ad reſtitutionem fructuũ medio tempore præceptorum? dic, vt. ỹ. c. proxi. vbi eſt tex.

2 ¶†Quintò no. quòd permiſſa diſpenſatio in ſacerdotio non comprehendit ſubdiaconatum, quem promotus debet ſuſcipere ſub eadem pœna. Si ad plura igitur quis gradatim tenetur, diſpenſatio in ſequentibus non inducit diſpenſationem in præcedentibus: ſicut remiſſa vna ſeruitute, non videtur remiſſa alia, quæ competit in eadem re, vt l. ſi domus. ff.

3 de ſer. ru. prædi. & l. ſi prius. de aqua plu. arc. ¶†Sextò no. in ver. porrò, quòd ad epiſcopum ſpectat ponere vicarium in eccleſia in defectum principalis rectoris non reſidentis. Ex quo arguit Ioan. An. quòd inferiores prælati curã parochianorum ſuorum delegare non poſſunt. 16. q. 1. c. peruenit. & §. ecce. refert tamen hoc diſputatum, quòd ad modicum tẽpus ex cauſa abſens hoc poterit, per c. ſi quis in clero. 7. q. 1. quod no. Ioan. An. in c. 4. de off. archiep. quædam tamen iura faciunt in contrarium. quibus hic in nouella reſpondet.

4 ¶† Septimò no. caſum, in quo quis per vicarium deſeruire pt in diuinis. & hoc ſpeciale: regulariter verò debet clericus deſeruire per ſe, ſicut & Doctor per ſe legere, nõ per ſubſtitutum. de quo per Bar. in l. nemo eſt qui neſciat. de duobus reis.

5 & per Inno. ſ, de offic. deleg. c. fin. ¶†Octauò no. quòd vicario congrua portio debet aſsignari arbitrio epiſcopi. & loquitur hic text. in vicario temporali. In perpetuo dic, vt. ſ. de præben. c. extirpandæ. & Cle. 1. de iure patro. cũ ſimi. ¶ Nonò not. in ver. elapſo. quòd lapſo ſeptennio, datur annus ad aſſumendum ſacerdotium. & ſic. 8. anni. & ſi diſpenſatio fuit obtenta in fine anni, deprehenditur ſacerdotium retardari

6 propè. 9. annos, vt dicit gloſ. no. &c. in fi. ¶†Decimò not. q finita diſpenſatione, reponitur quis in iure communi. Sicut finita cauſa priuilegij, finitur priuilegium, vt l. Titia Seia. §. vſuras. de leg. 2. collige etiam, quòd prorogatio termini intelligitur eſſe facta cum ſuis qualitatibus, & pœna ẽt repetita in ea. faciunt no. per. Inn. in c. P. & G. de offi. dele. vbi ſi prorogo terminum debitori, qui mihi tenebatur ſoluere ad diẽ ſub pœna excommunicationis, vel alia: vtrùm videatur repetita pœna in illo termino prorogato, ſi dictum nõ fuerit? dic vt ibi. & l. cum ſtipulatus mihi à Proculo. de verb. obli. ¶ Venio ad quæſtiones magis vtiles, quę formantur in gloſ. vt addam neceſsaria. Et primò quæro. tex. dicit, quòd epiſcopi diſpenſare poterunt: nunquid idem inferiores prælati cum ſubditis ſuis? gloſ. quę incipit. licèt igitur. tenet, quòd non. Idem hic Arch. quid ergo de adminiſtratore dato per Papam in caſu. c. is cui. ỹ. eo. dic quòd ſic. idem in electo, & confirmato, licèt nondum ſit epiſcopus: quia hoc eſt iuriſdictionis, non ordinis. ſ. eo. c. tranſmiſſam. Idem de Capitulo ſede vacante, vel quaſi. ỹ. de ſup. neg. præla. c. pe. & fin. de quo plenius per D. Fede. de Senis. conſi. 29. vbi idem tenet. & vide quod not.

7 circa hoc Ioan. And. de ma. & obe. c. 1. in princ. ¶†Secundò quærit, vtrùm epiſcopus ſolus ſine Capitulo hanc, & ſimiles diſpenſationes facere poterit? Arch. poſt. Hoſt. per quædam ſimilia probat, quòd non: licèt opi. eorum de fcõ non ſeruetur, vt in gloſ. & plenius in nouella. ¶ Tertiò quæro, vtrũ epiſcopus diſpenſare poterit, & in breuiori tempore? gloſ. quæ incipit. nota. dicit, quòd ſic. idem Ioan. Mo. & Archi. ad hoc ff. de vulg. & pup. l. ſi ita quis ſubſtituerit. reuocare etiam non

poterit licentiam conceſſam ſine iuſta cauſa: aliàs ſecus, ſecũ dùm glo. ¶ Sed quæro, an erit iuſta cauſa, ſi medio tẽpore, vel in quinque annis eſt doctoratus in Decretis, & non vult ad eccleſiam redire: ſed in alia facultate ſtudere? determinatum fuit, q̃ non. quia iuſtus iuſtior, & perfectus perfectior fieri poteſt. 47. diſt. c. quantumlibet. in fi. & quod dicit Auguſt. 24. q. 3. c. ſi habes. & Iuriſconſultus in l. apud Iulianum. de fideicõ. lib. & hoc tenet hic Io. An. non ſolũ de epõ, qui conceſſit, ſed de ſucceſſore. Idem Old. conſi. 200. nam. & 8. poſſet eã de nouo petere. & ſi nollet eam concedere, poſſet ſuperior aditi, vt no. 2. q. 7. c. exigunt. Nã non poteſt reuocare, quod dare compelleretur; quia cui damus &c. vt l. 1. §. planè. de ſuperficie. & turpius erit &c. de iureiu. c. quẽadmodũ. & maximè hoc habet locum, re non integra. puta qui parauit libros, & ſtudere incẽpit. ff. de condi. ob. cauſam. l. ſi pecuniam. ¶ Quartò quæro poſt eandem glo. ſi pendente ſeptennio, talis, cum quo fuit diſpenſatum, ad aliam eccleſiam parochialem aſſumatur: vtrum poterit iterum cum eodem diſpenſari in nouo ſeptennio? tenet, quòd non, & bene, vt credo: quia intra tempus ſeptennij præſumitur ſufficere ad profectum ſcientiæ. Vnde tẽpus ſtudij, quod in vna obtinuit, debet in alia, & alia computari. nam debent tempora interrupta coniungi in dicta computatione, vt tenet hic Lap. Alleg. no. per Archi. 16. q. 1. c. ſuper iure. per quod poſſet non abſurdè dici, q̃ ſi quis poſt ſtudium quatuor, vel quinq; annorum promoueatur ad regimẽ eccleſiæ parochialis, non poſsit epiſcopus cum eo in ſeptennio diſpenſare; quia iam ſtaret in ſtudio. 11. vel 12. annis contra mentem huius c. & iurium, quæ allegat iſta glo. in prin. & maximè hoc verum, ſi vellet tantum tempus in vna ſcientia conſumere: in diuerſis verò eſſet maius dubium. Sed dices. cũ totum hoc arbitrio epiſcopi reſeruetur, non videtur neceſſaria hæc inueſtigatio. ſed dic, quòd poteſtas epiſcopi diſpenſandi reſtringitur vſq; ad ſeptennium: quæſtio verò loquitur de tempore vltra ſeptennium, in quo non habet poteſtatem, vt in glo. contra prædicta tamen facit finis huius glo. quæ dicit, quòd tempus iſtud incipit à tempore diſpenſationis; ergo tempus anni non debet in numero computari. Sed dic, quòd relata ad text. videntur debere intelligi de illis, qui in ſtudio non fuerunt; quia erant impotentes, nec aliunde epiſcopi, prouidebant, vt dicit litera. Hoc autem. an ſit verum, quòd incipiat à tempore diſpenſationis, glo. ſ. vt dixi, tenet q̃ ſic. Idem Oldr. in d. conſi Nam abſurdum eſſet dicere, tempus currere diſpenſationi non ortæ. C. de præſcri. 30. anno. l. cum notiſſimi. §. illud autem. & viſibile eſſet, alicui vt vtenti currere tempus, cum vti non poſsit. de ſtip. ſeruo. l. ſi ſeruus hereditarius. ¶ Quintò quæro in nouella. ſi cum mino. 20. ann. Papa diſpenſauit, vt poſſet conſequi curatum, prouiſo ſi illud conſequetur, eodem durante defectu, debitis non fraudetur officijs, & animarum cura non negligatur. ſi iſte minor ſit conſecutus parochialem curatã, nec infra annum ſit ſacerdos: quæritur, an ſit priuatus. tenet Arch. q̃ nõ. quod ſatis probat Cle. no in agro. §. ceterum. de ſta. mo. pro iuſto impedimento ſufficiat defectus ætatis. ĩ. de æta. & quali. Cle. generalem. & dicendo contrarium, ſequeretur, q̃ dicta gratia eſſet inutilis impetranti: quia aut illam conſequi non poſſet, tanquam inhabilis ad connexum onus ſacerdotij: aut ſi conſequeretur, perderet illam; quia non reciperet ordinem. & hoc dicere eſt contra l. quotiens. ff. de reg. iur. & de priuile. c. ſi Papa. Plus dicit, q̃ ſi fructus talis eccleſiæ ſibi ex tali diſpenſatione collatæ pertinerent ad aliquem ex ſtatuto, vel cõſuetudine: quamdiu ipſius percipiet ſacerdotium (quia quò ad iſtos fructus fingitur ſacerdos) illos ipſe percipiet: cum talis diſpenſationis ratio, & finalis cauſa ſit fructuum perceptio: aliàs eſſet inutilis. Non ob. qđ ipſe no. §. de cle. nõ reſi. c. tuę. quia alibi diſpẽſatio abſentiæ nõ ſic directè reſpicit perceptionẽ fructuũ, ſicut illa, (cđm Ioan. An. ¶ Extra quæro. Collata fuit eccleſia parochialis cuidam clerico in minoribus: qui eam tenuit per 10. menſes ſine promotione aliqua: tunc permutauit eam cũ alia parochiali, quam ſimiliter tenuit per alios 10. menſes. & ſic fecit ter, quater, & q̃nquies. q̃ro, an iſtæ permutationes videã tur factæ in fraudem ſacerdotij, quod ſumere tenebat infra annum? Oldr. in d. 8. conſi. conſuluit, q̃ alijs ceſſantibus, quæ permutationes iſtas impediant, tales permutationes tenent. certum eſt enim, q̃ per non promotionem ad ſacerdotiũ q̃s nõ priuat, niſi poſt lapſum integrum annum, vt ĩ. c. proxi. añ igitur plenum ius habet, quantumcunq; ſpes vacationis immineat, vt l. non iõ. de rei ven. nec pluralitas permutationum includit neceſſariò vitium; quia omni vitio ceſſante, vel fructuum tenuitas, vel vicinitas, & amænitas loci, vel aeris ſalubritas, & multa alia poſſent eſſe cã reiterãdæ permutationis. ff. de le. 2. l. ſi cui fundus. & l. ſi equi. de le. 1. & etiam iſtis cõ iecturis ceſſantibus, ſufficit illa cã. generalis, q̃ variæ ſunt hominũ voluntates, vt l. quia poterat. ff. ad Treb. nec debet præſumi in eo, quod fit iure permittẽte, vt l. Gracch⁹. ff. de adult. & in hoc reſidet. ¶ Ex deciſione cuius ſequi poteſt abſurdum: quia ad illam eccleſiam parochialem aſſumi poterunt ſucceſſiuè plures non conſtituti in ſacerdotio. nam prim⁹ nõ conſtitutus in ſacerdotio permutabit cum alijs, ſimilem obtinentibus, & deinde iſte alius cum alio, & ſic fraudabit mẽs iſtius iuris: quæ videtur in hoc conſiſtere, q̃, niſi ex cauſa ſtudij, vltra annum non careat ſacerdote. Item qui toties ſic permutat, videtur volubilis, & inconſtans. quæ inconſtantia in clericis reprobatur. c. q̃ aũt. de iure pa. & videt habere materiam ludibrij, contra c. commiſſa. ĩ. e. videtur enim ſpẽs mali, à qua iubentur omnes abſtinere. c. cũ ab omni. de vi. & hon. cle. Et ſic non licet ſibi vnam eccleſiam retinere vltra annũ abſq; ſacerdotio: abſurdum enim videtur, q̃ ſucceſſiuè poſſit retinere. 4. aut 5. ſucceſſiuè quamlibet 10. menſibus. & ſic 50. menſibus, & pluribus ſacerdotium prorogaret, & vltra. quia cum per iſtum tex. & per. c. ĩ. proxi. iſte propter nõ aſſumptum ſacerdotium infra annum non reddatur inhabilis, niſi ad illam, & ad eccleſiam, quam offendit ex hac toties irrata permutatione: non credo cum effectu inhabilem ad hãc vltimam. & ita teneo cum Do. Oldra.

SVMMAE.

1 *Beneficium veriſimiliter vacaturum de proximo conferri non poteſt.*
2 *Annus quando incipit ad ſumendum ſacerdotium.*
3 *Difficultas impedit commiſſionem pœnæ legalis.*
4 *Conferens eccleſiam illi, quem non credit ſacerdotium aſſumpturum, peccat.*

CAP. XXXVIII.

COmmiſſa. No. q̃ vbi eſt dies, & pœna in obligatione aliquid faciendi, pœna non committitur ante diem, etiam ſi ante certum ſit, opus fieri non poſſe. & hoc recipit fortia contraria, de quib⁹
1 in gl. facta. &c. & ĩ. dicam. ¶ † Secundò not. q̃ bñficium veri ſimiliter de proximo vacaturum non põt conferri: ſicut nec quodcunq; aliud, de quo talis ſpes non ſubeſſet. de conceſ. p̃bend. c. 1. Alibi tamen dicitur, q̃ habetur pro facto, qđ de proximo eſt fiendum. & pro perdito, qđ de proximo eſt perdendum. & pro dato, quod eſt paratum, vt detur, vt l. filius. & ibi concor. ff. de teſt. mili. ¶ † Tertiò no. qñ incipit annus ad
2 ſumendum ſacerdotium. Nam ĩcipit à tempore, quo habuit regimen, & poſſeſsionem eccleſię. Qualiter autem acquiratur poſſeſsio regiminis parochianorum iurisdictionis, vel alteri⁹ iuris incorporalis, vide per Inn. in c. in lris. de reſti. ſpo. &c.
3 olim. il 3. e. ti. &. c. dilectus. de capel. mo. ¶ † Quartò no. q̃ difficultas, ſiue iuſtum impedimentum impedit commiſsionem pœnę legalis. de conuẽtionali dic, vt l. continuus §. illud. de ver. ob. & vide quod no. c. 2. de teſti. cogen. &. c. q̃relam. de iureiur. ¶ Quintò no. quòd priuatus eccleſia propter culpã ſuam eſt effectus ad eam inhabilis illa vice. Eſſet enim ludibrium, quem priuare, & ſtatim iterum reaſſumere. qđ qñq; Papa facit, vt ĩ. de accu. c. ad petitionẽ. &c. cum eccleſia. &. c. cum

cum ſuper. de cã poſ. Facit ad quæſtionem, ſi eccleſia condẽnauit aliquam terram ad deſtructionem murorum; qui ſunt deſtructi, q̃ non poſsit poſtea refici, quaſi deſtructio debeat eſſe perpetua, non momento duratura. quod dic, vt no. Cy. C de pę. l. ſi ſeruus. facit quod no. ĩ. de conſti. c. ex lris. ¶ Sextò no, in ver. ceterùm. ſingularem caſum. vtrum reſoluta collatione facta de beneficio, teneatur qui id tenuit, ad reſtitutionem fructuum perceptorum? dicit text. q̃ ſi à principio geſſit in mente non ordinari, & fructus lucrari, quòd tenetur reſtituere. Quid in dubio? in hoc caſu videretur dicendum, q̃ talem præſumatur habuiſſe animum à principio, qualis apparet exitus, ar. l. ſi qui adulterij. C. de adul. nã de pũti qñq; præſumimus in præteritum, vt c. quia veriſimile. de præſum. vbi de hoc, & hoc ſentire non eſſet abſurdum, niſi appareat iuſta cã voluntatis mutatæ. puta habebat quis plures fratres, q̃bus poſtea defunctis in illo anno vult vxorem ducere, ne deficiat genus ſuum. Glo. tã ſi. indiſtinctè tenet, q̃ qui alleg. fraudem, ipſam probet per coniecturas, vt l. dolum. C. de dolo. de quibus coniecturis conuincendi fraudem vide in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. de bo. auct. iu. poſ. ¶ † Septimò
4 no. q̃ conferens eccleſiam illi, quem non credit ſacerdotium aſſumpturum, peccat, & eccleſiam tenetur conſeruare indẽ nẽ. Idem credo vbicunq: conferat minus digno, ad ſimilitudinem magiſtratus, qui dat tutorem pupillo minus idoneũ, vt. ff. de mag. conue. l. 1. per totum. ¶ Opponit glo. de quibuſdam legibus, in quibus dicitur ante finem termini agi poſſe, cum certum eſt opus in obligatione deductum ĩ reſiduo termini explicari non poſſe. Item alia l. dicit, q̃ fruſtra expectatur tempus, cuius nihil operatur euentus, vt l. aliq̃. ad Vel. Sol. glo. quæ incipit. facta computatione. &c. format iſta contraria, & ſolue vt in ea. Sed alibi Accur. dat vnam ſol. notabilem. dicit enim, q̃ quandoq; dies, & pœna adijcitur ab homine: & tunc ſtatim pœna committitur, cùm certum eſt, infra tempus fieri non poſſe; licèt añ diem non poſsit exequi: q̃ñq; dies, & pœna apponitur à lege: tunc non committitur, niſi lapſo toto tempore, caſus eſt hic. ¶ Ibi Bar: hanc theoricam inducit ad. q. Statuto cauetur, q̃ lapſo termino bãni, bãnitus poſsit impunè occidi: Poteſtas banniuit quẽdam, ſi non venerit infra tres dies. quid ſi ſunt lapſi duo dies, & bãnitus eſt Florentiæ; ita quòd vna die nõ eſt poſsibile, q̃ veniat: an poſſit occidi ante lapſum termini? & certè non: quia hęc pœna imponitur à lege, quæ non committitur ante finem termini, vt hic. ¶ Facit etiam ad aliã q. arbiter p̃fixit terminum parti ad aliquid faciendum ſub pœna: an poſsit terminum prorogare, poſtq̃ certum eſt, opus infra certum tempus expediri non poſſe? ſolue ex prædict. & per Bar. in d. l. cum ſtipulatus ſim mihi à Proculo. vbi ad idem quærit, ſi prorogaui debito mi meo terminum iuſi, poſtq̃ certum erat infra terminum expediri non poſſe opus. dic vt ibi, & per Inn. in c. P. & G. de of. dele. Io. An. etiam ad idem quærit. ſi certum eſt appellantem non poſſe cauſam appellationis ad finem perducere propter ſuam negligentiam infra annum: an poſsit añ finem eius fieri executio? dicit q̃ non, per hunc tex. & in c. reſpheniſibilis. ĩ. de app. Sed quomodo reſpondetur ad illam. l. aliq̃s. vbi fruſtra expectatur tempus. &c. dic, q̃ non fruſtra; quia vltima die poſſet obtinere diſpenſationẽ Papalem, vel epiſcopi ad ſeptennium, per c. ĩ. proxi, de eõ tamen iſto caſu eſt dubiũ, vt ibi dixi. ¶ Quæro. dicitur hic, q̃ annus incipit à tempore, quo habuit poſſeſsionem eccleſiæ, & regiminis. quærit ergo gl. q̃ incipit. quid ſi natus. &c. quid iuris ſi habeo poſſeſsionẽ minoris partis bonorum, glo. hic, quantùm ad ſacerdotium ſumendum, magis ponderat apphenſionem regiminis eccleſiæ, & curæ exercitium, q̃ bonorum. quantùm verò ad vacationem priorum bñficiorum, etiam ad apprehenſionem bonorum habetur conſideratio & fructuum, vt c. cum in cunct. ĩ. eo. &. c. ſi tibi conceſſo. de p̃ben. ĩ. diſtingue tamen latius. Nã quodoã̃ quis habet adminiſtrationẽ eccleſiæ regiminis, & bonorum: quandoq; alterius eorundem: quandoq; partẽ amborum, vel alterius ex eis. primo caſu, aut habet adminiſtrationem omniũ pacificè: & nulli dubium, quòd tenetur p̃ moueri, & vacant beneficia priora. niſi vbi fruct⁹ alteri deberentur ad certum tempus. hoc enim caſu non vacant priora. Sed tamẽ teneretur promoueri, vt no. ĩ. de præben. c. ſi tibi cõceſſo. aut habet poſſeſsionem oĩm cũ controuerſia. & tunc aut fuit ſibi mota in continenti, aut ex interuallo. & ſi in continenti, non vacant priora: nec promoueri tenetur. Si ex interuallo, talis litis motio non excuſat eum à ſacerdotij receptione, & vacant priora. Vtrum autem ſi hoc vltimo caſu euincatur, poſsit habere tecurſum ad primam, quam dimiſit? dic, vt ĩ. de præbẽ. c. ſi bñficia. & ĩ. e. o. inter cetera. & hoc de primo membro. Secundo caſu, quando alterius eorundem hũit poſſeſ. & ſubdiſtingue. nam aut eccleſiæ; aut regiminis, & non bonorum; aut econuerſo. primo caſu videtur, q̃ teneatur promoueri, ſicut tenetur in caſu, quo alij tenerent ex cã, vt no. in d. c. ſi tibi conceſſo. priora tamen bñficia non vacarent, vt ibi. Secundo caſu ſ. cum habuit poſ. bonorum, non eccleſiæ, vel regiminis: tunc non videtur, q̃ teneatur promoueri infra annum, ar. huius c. quod ſe refert ad poſſeſsionem regiminis, nõ bonorum, q̃tum ad ſuſcipiendum ſacerdotiũ. Alio verò caſu. ſ. cũ hẽ partẽ ãborũ, vel alteri⁹ ex eis. gl. q̃tũ ad receptionem ſacerdotij hic no. quantum verò ad vacationem prioris beneficij vide, quod no. in d. c. cum in cunctis. duplex eſt igitur habenda cõſideratio in prędictis: Vna quò ad ſuſcipiendum ſacerdotium. Alia quò ad vacationem priorũ beneficiorum, quæ inducitur per acquiſitionem pacificę poſſeſsionis. non ex ſola beneficij collatione, vt d. c. cum in cunctis. pacifica autẽ dicitur, quæ non turbatur. 23. q. 1. c. noli. & quod no. 93. diſt. c. ſi qui. Et iſta inducit Ioã. An. hic in nouel. ad quæſtionem poſt Arch. q̃ beneficia electi, in curia confirmati, non vacent in curia; quia ex confirmatione conſequi titulum non poſſet. ex qua inducitur vacatio, vt prædixi. dicit tamen Arch. q̃ ſi confirmatus in curia apprehendat poſſeſsionem procuratoris extra curiam: q̃ hoc caſu vacatio dicitur eſſe in curia. nam talis poſſeſsionis apprehenſio facit eum haberi pro mortuo, quò ad priora beneficia. 7. q. 1. §. eccc. ſed mori non poteſt quis, niſi vbi eſt. ergo &c. hoc dictum reprobat Io. An. in Cle. 1. vt lit. pen. nam ſecundùm hoc ſi quis conſtituit procuratorem, dum eſt extra curiam ad renunciandũ in curia, diceretur ſecũdùm hoc renunciatio facta, vbi eſt dominus, non in curia, vbi fit renunciatio. quod non eſt verum, vt ipſe Arch. no. de præb. c. 2. ĩ. inſpicitur ergo locus, vbi act⁹ per procuratorem geritur, non vbi eſt dominus, qui mandauit. Secus in amico gerente ſine mandato: nam ſi eius renunciationem meo nomine factam non habuero ratam, inſpicitur locus, vbi ratum habeo; non locus, vbi ille actum geſſit. & ita ſingulariter no. glo. in d. Cle. quam not. ad q. de mandate hic Bononiæ maleficium committi Florentiæ: vel ibi cõmiſſum ſuo nomine ratum habente, quis locus debet inſpici quò ad forum, vtrum locus mandantis, & ratihabitionis: aut locus, vbi eſt maleficium commiſſum? ex prædictis habes ſo. de qua quæſtione plenè per Bart. in l. ſi vt proponitur. ff. de fideiuſſor.

SVMMAE.

1 *Legatus de latere poſt Papam eſt maior in prouincia.*
2 *Legatorum de latere maior eſt potentia, quàm aliorum.*

CAP. XXXIX.

SI abbatem. No. q̃ abbas exẽptus poteſt eligi, quamuis Ber. dixerit, q̃ dẽat poſtulari. ĩ. de poſtu. c. & ſi vnanimiter. Sed dic, q̃ dẽt poſtulari quò ad tranſitum; quia aliàs non poteſt tranſire, vt hic. ¶ Secundò no. q̃ in iſto tranſitu requiritur licentia Papę, vel legati. & ex hoc, quòd dicit, licentia, tenet Arch. q̃ nõ ſufficiat tacitus conſenſus. 19. q. 1. c. 1. Nã etiam ad ſtrictiorem tranſire non poſſet religionem, non obtenta tali licẽtia, quã-

quamuis petita, vt no. Host. de cle. exc. admi. illud etiã aduer
te; quia ista constitutio prohibet transitum sine licentia, nõ
consensu. tene ergo, q̃ posit sine licentia consentire. all. Ar-
chid. 25. dist. c. qualis. ¶ Tertiò no. q̃ de licentia concedenda exemptis, & eorum confirmatione, potestas Legati de latere est similis potestati Papæ. Similiter in confirmatione episcoporum, & superiorum: non autem in eorum depositione,
vel mutatione de loco ad locum: nec etiam resignatione in
eorum manibus. in prędictis enim Legati de latere potestatẽ
non habent, vt no. 94. dist. o. 2. & hic Archi. ¶ † Quartò no.
1 q̃ Legatus de latere post Papã est maior in prouincia sibi de
creta. potest enim etiam statuta ibi facere, & omnia exerce-
re, nisi specialiter reseruata, vt s̃. de offi. le. c. fi. & c. post tran
slationem. non tamen posset ordinem iudicij peruertere, siue
contra iura dispensare, iuxta no. in c. 1. de schisma. ỹ. debet
etiam ardua, licèt non specialiter reseruata, ad Papam refer-
re. idem in patriarchis, saluo quod habetur in extraua g. Boni
2 fa. Sancta Romana. ¶ † Quintò no. q̃ maior est potestas lega
torum de latere, quàm aliorum. & de tribus generibus legatorum vide in c. 1. de offi. le. & qui dicantur de latere, & an
possint conferre beneficia vacantia in curia, vel quorum col
latio est denoluta ad Papam, siue quæcunq; alia, no. ỹ. d. c. 1.
¶ Quæro. text. loquitur in abbatibus exemptis. quid de non
exemptis? glo. 3. dicit q̃ etiam possunt eligi: sed sine licentia
non transibunt. quid ergo si vacet sedes episcopalis? tenet Io.
Mo. q̃ hoc casu talem licentiam dare poterit Capitulum. pro
quo facit quod no. Io. An. de instit. c. 1. & de hær. c. ad abolendam. in fi. & Cle. multorum. & se. de hær. Arch. tenet contra;
quia sicut sede vacante Capitulum non potest alienare res:
ita nec personas. Sed certè ista licentia facilius concedit, q̃
rerum alienatio, vt no. s̃. eo. c. fi religiosus. nam in locum rei
alienatæ nõ succedit ita alia res: sicut in locum translati alius
subrogatur, fortè melior. Item ratio illius. c. fi religiosus. con
sistit in celeri expeditione ecclesiarum vacantium: ideo vult
cõsilium Capituli non requiri. multò magis vr̃ velle creationem successoris non expectari, quæ est prolixior, q̃ requisitio Capituli. & hanc opi. Io. Mo. tenet hic Io. An. ¶ Quæro.
dicit in tex. [fi sit in prouincia de latere nostro missus] &c.
quid ergo si sit extra: an ista, de quibus in text. poterit exercere? glo. quæ incipit. fi enim legatus. &c. hoc tangit. & distin
gue, vt in ea patet. Idem Arch. qui tangit de ordinario, si est
extra suam diœcesim, an poterit exercere iurisdictionem? te
net, q̃ non contentiosam, sed voluntariam, quæ consistit in
causarum delegatione, manumissione, beneficiorum collatione, & fi. quod dic, vt s̃. de offi. leg. c. nouit. & l. 2. ff. de offi.
procon. & le. & hoc verum, quando est in quasi possess. iurisdictiõis, licèt sit extra. Si verò sit expulsus, & sic priuatus quasi
possessione: non vr̃ posse aliquid exercere, nisi in casu Cle. 1.
de for. comp. & ibi sing. no. cum in casibus permissis exercet
iurisdictionem extra: vtrum quò ad ordinationẽ litis, & decisionem seruabit statuta sua, vel diœcesis, vbi cognoscit? dic
vt ibi in glo. super verbo. omnimodam. quam no. & adde q̃d
no. in c. P. & G. in nouella. ¶ Quid in abbate non exempto,
sed abbatia habet priuilegium, q̃ abbas eius non possit assumi ad episcopatum sine licentia Apostolicę sedis: vtrũ in hoc
casu Legatus de latere dare poterit huic licẽtiam transeũdi,
sicut hic dicitur de abbate exempto? glo. quæ incipit, quid
si. tenet, q̃ sic. contra quam obijcit Lapus de notatis per ipm
Io. An. s̃. de offi. leg. c. q̃ translationem. super 1. gl. & Cle. quia
contingit. de reli. do. super ver. Apostolicæ sedis. vbi nomine
Aposto. sedis intelligitur Papa, non legatus ipsius, etiã de latere. Solu. conditio, & natura negocij, sup quo verbum istud
profertur, debet considerari vt prolatum in maiorib. casib.
& reseruatis debeat de Papa intelligi. & sic intelliguntur cap.
de quibus. s̃. in alijs verò negocijs, & casib. non reseruatis intelligitur etiam de Legato de latere, vt in hac gl. facit, quod
no. Io. An. de priui. c. auctoritate, & Cle. literas. de præb. & de
fil. presby. c. 1. per Inn. & Hostien.

S V M M Æ.

1 *Negligentia procuratoris dati ad eligendum nocet domino.*
2 *Dominus potest habere ratum delictum procuratoris, suo nomine commissum.*
3 *Potestas eligendi translata in aliquem prima collatione consumitur.*
4 *Negligentia compromissarij quare magis nocet Capitulo, quàm delictum.*
5 *Eligens malè scienter, perdit ius eligendi.*

CAP. XL.

SI compromissarius. Duæ sunt ptes. Prima determi
nat certos casus dubios circa pœnam priuationis. secũda, ibi [porro.] alios circa pœnam suspensionis. ¶ Not. q̃ translata fuit potestas eligẽdi in istũ, mortuo eṕo. ante enim non videtur posse transferri; quia sicut non potest loco viuẽtis alius substitui, vt c. 1. de concess. præb. ita nec de substituẽdo tractatus haberi, vel super hoc facultas dari, ar. l. oratio.
ff. de spon. viuente enim prælato, canonici habent potestatẽ
eligendi habitu, sed non actualiter. Arch. alle. quod no. s̃. eo.
c. bonę. il. 2. episcopus autem, ad quem spectat beneficiorum
collatio, vtrum possit dare potestatem generalem conferendi beneficia, quæ vacabunt: vel primum, quod vacabit? vide
in c. dilectus. il. 1. de concess. pben. & quod dicam in c. fi confirmationem. ỹ. eo. dubitationem facit, quia actus gerit tempore prohibit, & confertur in tempus permissum. q̃d q̃q;
licet, vt l. in tempus. de hære. instit. quandoq; non licet, vt l. fi
minor. de ser. expor. quę iura, & alia videas in illa quæstione
de citatione facta à die feriata pro die nõ feriata. s̃. de fer. c.
1 fi. & l. 1. §. ea nunciatio. ff. de oper. no. nunci. q̃ Bar. ¶ † Scdò
a no. q̃ negligentia a procuratoris dati ad eligendum nocet do
mino, id est Capitulo in qualibet materia. & ita maximè in
iudiciali, in qua negligentia procur. in cõparendo, & in prosecutiuis iudicij procul dubio nocet domino, vt patet ex no
tatis in c. 1. vt lite non contest. Delictum verò procur. quatenus pœna, quæ ex eo sequitur, concernit processum (puta ex
corruptione iudicis, vel testium, vel productione falsorũ instrumentorum amissio, siue perditio causæ) tenet Inn. q̃ non
nocet domino in d. c. multò minus ergo, si causam non concerneret, vt mulcta. vt l. 1. §. fi procurator. ff. si quis ius di. non
obtem. & sic quod dicitur in isto. c. q̃ nocet negligentia procuratoris, non delictum, quò ad negotium, de quo agitur, &
ad pœnam, quæ ex illo delicto infligitur, concordat cũ theorica Inn. supradicta. & vide quod dixi s̃. de rescri. c. fi sup gra.
& q̃d no. in c. significante. de app. vbi de recursu contra procuratorem ĩ casibus, in quibus factum suum nocet domino.
2 ¶ † Tertiò no. q̃ dominus potest habere ratum delictum procuratoris, suo nomine commissum: super quo vide q̃d no. s̃.
e. c. sciant. in gl. super verbo alios. & quod ibi dixi. licèt enim
in generali mandato veniat delictũ, vt l. si pr̃. ff. de his, quæ in
frau. cre. & l. si procuratori. de con. inde. fi. tamen ratihabitio
comparatur mandato, vt in reg. rati. & quod no. in c. cum ad
3 sedem. de resti. spo. ¶ † Quartò no. q̃ ptãs eligendi trãslata ĩ
aliquem prima collatione consumitur, siue effectum habuit,
siue non. Idem in iudicibus delegatis, vt in c. in lris. de of. del.
Idem in commissione pœnæ conuentionalis: vt etiam in actu
iterabili intelligatur de vna commissione, non quotiens contrafactum fuerit, nisi dicatur, vt l. si duo. ff. de arbi. & vide q̃d
not. in Spe. de. arbi. §. fi. ver. sed pone, arbiter. ¶ Quintò no. in
§. porrò. quòd pœna. c. cum in cunctis. edita contra eligentẽ
scienter indignum suo nomine, habet locum etiam in eo, qui
eligit nomine alieno: vbi ergo procurator delinquit in negotium sibi commissum: si tale delictum non nocet domino, no
cet sibi: licèt non suo nomine illud gesserit, vt hic. &. d. §. fi. procurator. vbi est casus. Et aduerte quia tex. hic, nulla expressa
indignitate electi, gñaliter dicit, indignum. Sed in c. cũ in cunctis. sunt expressæ aliquę indignitatis spẽs. gñalitas ergo hui⁹
text. vr̃ ad istas spẽs restringuenda. quod dic, vt no. Io. An. ĩ c.

odia.

odia. de reg. iur. in q. canonici Mutinen. Vtrùm autem iste suspensus triennio beneficijs debeat victum percipere, si nõ habeat aliunde, vnde viuat? Archi. q̃ sic s̃. e. c. cum Vintonienſis.
in gl. no. q̃ in fi. arg. contra. s̃. c. gñali. §. illos autem. & quod
no. in c. pastoralis. in fi. de ap. ¶ Sextò not. bonam regulam,
q̃ episcopi, vel eorum superiores olim nullam pœnam suspẽsionis incurrebant, nisi de eis fuerit facta mentio specialis. rõ
colligitur ex c. quia periculosum. ỹ. de sen. excõ. quæ rõ loqui
tur de officio, hic etiam de bñficijs. & sic extendit illam constitutionem, siue eius mentem: punietur tamen aliàs arbitrio
iudicis, de hoc delicto, vt s̃. de offi. deleg. c. in causis. & est regulare, quotiescunq; pœna ordinaria non potest adaptari cõtra delinquentem, fit cõmutatio in aliam, vt l. hos accusare.
§. fi. ff. de accu. per quem. §. dico in alia q. quam hic formant
Doc. & glo. fi. de illo, qui non habet bñficium in illa ecclesia,
quam offendit, habet tñ in aliis: punietur enim pœna extraordinaria, vt gl. tenet, ad hoc. ff. de pæ. l. 1. in fi. & de maledictis.
c. 2. & vide quod de cæco no. Io. An. de re. iur. c. nemo potest. ĩ
Mercu. Archi. dicit, q̃ si non habet etiam bñficia in illa eccle
sia, quam offendit, sed in alia, suspendetur illis, q̃ tenet in alia:
q̃d non placet Io. An. q̃ simpliciter tenet gl. in nouel. Subdes,
q̃ satis æquè iudex arbitrabitur, si suspendit illum ab æqualẽ
4 ti bñficio. q̃d puto benè dictum. ¶ † Quæro post Doc. quare
magis nocet Capitulo negligentia cõmissarij, q̃ delictũ.
glo. q̃ incipit ponderant. dicit, quòd cõtra negligentiam poterant, puidere, nõ contra delictum. Item procur. nocet dño
in omittendo. non in committendo, vt l. fi. C. de acqui. pos. &
dixi s̃. in 2. no. Et si dicas. vr̃ Capitulum excusari ex eo, quòd
post q̃ ptãtem transtulit, reuocare non potest, vt s̃. e. c. in cãis.
quia non est quid sibi imputari possit, si transtulit potestatẽ
in hominem fide dignum, & diligentem in alijs, arg. l. argentum. ff. commo. sed dic, vt s̃. videlicet, q̃ cum debuerit, & potuerit prouidere, sibi imputatur, vt in gl. poterãt. &c. ego dico, q̃ qui tenetur aliquid facere de necessitate, non excusat,
si id mandat alteri, quod ipse facere debet, vt est casus no. in
l. si procuratorem. §. fi tutore. ff. manda. ibi non sunt igitur ex
cusati, quòd executori mandauerunt, q̃d facere debeurunt.
¶ Vltimò quia tex. dicit, q̃ cõmissarius, qui semel elegit, siue
benè, siue malè, iterum non potest eligere; quia functꝰ est officio suo: vtrùm in omni materia istud sit verum? Distingue.
aut tenuit electio facta, aut non tenuit. Si tenuit, aut loqmur
in vltima voluntate. & non põt amplius eligere, iuxta no. in l.
apud Aufidium. Aut loquimur in contractibꝰ: & tunc variare
põt, & iterum eligere, iuxta no. in l. eum, q̃ certarũ. de ver. ob.
& hoc verum in electione: sed in declaratione, siue interpretatione nunq̃ põt fieri, nisi semel, vt est gl. no. in l. quicqd alterin
gendę. de ver. obl. Aut loquimur in iudiciis, vel ĩ alijs actibꝰ.
& dic, vt dixi. s̃. c. vt qs duas. & hoc de primo membro principali, cum electio tenuit. si autem electio non tenuit, & tunc
refert: aut malè elegit scienter. & non põt amplius eligere; q̃a
fuit in culpa in l. 3. in fi. cũ l. se. ff. de optio. le. Aut elegit ignoranter, & tunc refert. aut quis habet electionem iure suo: &
potest iterum eligere, vt ff. de optio. le. l. 1. & 2. & s̃. e. c. si electio. Aut habet electionem, tanq̃ minister alterius: & tunc sive benè, sive malè est functus officio suo, vt hic. &. C. qũo &
quando iu. l. fi vt proponis. & hoc verum, quando cõmittitur
alicui merum factũ. Sed qñ est cogitatum de effectu (vt quia
Papa mandat episcopo, q̃ prouideat ibi de certo bñficio) nũ
quàm fungitur cõmissarius officio, nisi res sit sortita plenum
effectũ; q̃a non ẽ de nudo facto, sed de effectu bñficij cogita-
5 tum, vt no. Inn. de of. del. c. in lris. vbi oĩno videas. ¶ † Ité q̃d
dixi, q̃ scienter malè eligens perdit ius eligendi, est verum,
qñ non tenuit electio ratione personæ, vel q̃a contra formã
iuris. Sed si cõtra formã mãdati, potest iteratò eligere; q̃a nõ
seruata forma mãdati, mãdatũ nõ expirat, vt l. q̃d tñ. de arb.
Vñ si ĩ casu hui⁹. e. cõ. pmissari⁹ elegisset cõtra formã mãdati
sibi traditi, nõ haberet locũ, quod hic dicitur. facit quod no.

Inno. in c. de cetero. de re iu. l. qui per salutem. ff. de iureiur.
per Doc. & l. mater decedens. de inof. testa. & l. Clodius. ff. de
acqui. here, hanc dist. ponit D. meus do. Bal. in l. serui electione. de leg. primo. ¶ Sed iuxta prædicta posset dubitari, quid
est hoc dictum, vtrum suo iure, an alieno habet potestatem
eligendi. dic, quòd de iure suo habet, quando ius residet in
eius persona: iure verò alieno, quando facit ex vigore iurisdictionis alterius tanquam minister, vel delegatus, velut proprius loquatur, alij eligunt per eum, vt l. 1. §. qui mandatam.
de offi. eius, cui man. est iuri. & l. more maiorum. & l. & quia.
ff. de iu. om. iu. qualiter aũt perpendatur hoc ex parte transferentis, an transferat, vt in ministrum: an iure proprio. dic, vt
no. Bar. in l. 2. ff. de optio. leg. vbi plenè per eũ. facit quod no.
Inno. s̃. eo. c. ne pro defectu. in gl. 2. ¶ Quærit Lap. vtrum cõ
promittentes in translatione potestatis debent vti verbo electionis, vel prouisionis. & quid de ipso compromissario: an
vtetur verbo prouideo, vel verbo, eligo? Spec. in 4. parte Spe.
in ti. de elect. de compromissario dicit, quòd magis propriè
potest dicere, prouideo, quàm, eligo. Archi. s̃. eo. c. 1. & c. fi-
cut cum. & Compost. s̃. eo. c. quia propter. & Inno. s̃. eo. c. in
causis. tenent, quòd potest dicere, eligo, vel prouideo: & sic
non est vis in verbis. Lap. hic tenet, quòd compromittens, &
compromissarius vti debent verbo, electionis, vel prouisionis. ego teneo cum prædictis. & quòd quocunque verbo vtan
tur, etiam impropriè, non per hoc vitietur actus, qui, vt valeat, debent etiã verba sumi impropriè, vt no. in c. intelligentiam. de ver. fi. & c. ad audientiam. de ap. Ad personas enim,
& ad materiam rei, de qua disp̃ositio loquitur, debent verba
adaptari. & propriè, & impropriè intelligi, prout eis competunt, vt disp̃ositio salua fit, vt l. quibus diebus. §. dominus. ff.
de condi. & de. & l. si ita stipulatus. de vsu. ¶ Quærit vlterius,
quid si ille, ad quem spectat prouisio, concedit Titio, quòd p
uideat: qui prouidit, sed ille non consentit, vel post cõsensum
renunciauit: an iterum poterit prouidere? videtur quòd non,
vt hic: quod tenet Bar. in c. constitutus. de concess. præben. in
1. glo. in contrarium facit, quia verba debent intelligi, quòd
prouideat cum effectu, vt c. relatum. de cle. non resi. Sol. dicit
ipse, prima pars est vera, si commissio fuit facta fauore personæ, cui committitur, vel cui prouideri mandatur. si verò sit facta fauore ecclesiæ: tunc iterum, & iterum poterit prouidere, donec ecclesiæ sit prouisum. de quo latius per Inno. in d. c.
in literis. & glos. quæ incipit approbant. hoc tangit in vltima
solutione.

ADDITIO.

a ¶ Negligentia. Adde quòd est eruditionis nouerca, Spec. in ti. de aduo. ver. item casus. 83. di. c. nihil. Car. in Cle. 2. §. 1. de sepult. & de negligẽtia procuratoris vide Bal. in l. ab eo. C. quomodo, & quando iud.

S V M M Æ.

1 *Procurator potest interuenire in causa criminali deducta in iudicium per modum exceptionis.*
2 *Procurator constitutus ad opponendum crimina mandatum specificum habere debet.*
3 *Procurator debet habere speciale mandatum ad iurandum.*

CAP. XLI.

PRocurator. Duo ponit, quæ requiruntur ĩ procuratore ad appellandum
in casu c. vt circa. s̃. eo. ¶ Not. quòd forma procuratoris hic statuta habet locum in procuratore dato ad appellandum. Sed in dato ad appellationẽ iam interpositam prosequẽ
dam loquitur Specu. in tit. de procur. §. 1. ver. pone. & ver. se.
1 ¶ † Secundò no. q̃ procurator potest interuenire in causa cri
minali deducta in iudicium per modum exceptionis. Si verò
principaliter de crimine ageretur, dic vt s̃. de accu. c. veniẽs.
2 & in l. pe. §. ad crimen. de pub. iu. per Bart. ¶ † Tertiò not. q̃
procurator constitutus ad opponendum crimina, debet ad
hoc habere specificum mandatum. nam quia tali exceptione
non probata, venit dominus puniendus pœna. c. vt circa. s̃. eo.
meritò requiritur ita speciale, ne dominum ex facto procu-

ratoris

ratoris pœna, quę causam non concernat', puniri contingat. Item est delictum, crimen obijcere, & non probare, vt d.c. vt circa. in generali ãt mandato nunquam videtur dominus cõ mittere suo procuratori, quòd delinquat, vt l. si procuratori.
3 de condic. inde. ¶ † Quartò no. quòd procurator debet habe re speciale mandatum ad iurandum, cum crimen obijcit in ea forma, qua dominus tenebatur, & in animam sui principa lis. Sed an ipse procurator, etiam in animam suam, iurare te nebitur? Arch. dicit quòd non, postquam in tex. non exprimi tur. 26. di. vbi dicit Ioan. And. quòd iste tex. non loquitur de forma iuramenti, quod procurator tenetur præstare: sed de forma procuratorij, in quo certum est, quòd constituens nõ debet constituto dare mandatum iurandi, quod ipse constitutus credat. &c. cum ergo. c. vt circa. arctet appellantes ad iurandum, & procu. appellet: videtur, quòd etiam in animam suam iurare tenetur. ad hoc. c. 2. §. 1. de iur. cal. Concludit Io. An. quòd ante factum, quod dixi, est tenendum, post factum pium esset tenere cũ Arch. ¶ Opp. iste tex. exigit nimis magnam, & exactam expresionem: videtur enim sufficere expresio generalis casuum requirentium speciale mandatum: puta ad iurandum de calumnia, ad restitutionem petẽdam, & ad alia, quæ exigunt mandatum speciale, vt de procu. c. qa ad agendum. Sol. glos. quæ incipit non credo. tenit hic contrarium, dum dicit, quòd in casu huius. c. non sufficeret illa expresio, de qua ibi, sicut nec in matrimonio contrahendo. Sed videamus, quare requiritur magis specifica expresio hic, quàm in aliis casibus, in quibus requiritur mandatum speciale? Doc. non tangunt. Tu post Bar. dicas, quòd quãdoque requiritur speciale mandatum fauore mandantis; quia lex præsumit eũ cum generali mandato hoc noluisse cõmittere. & tunc sufficit causam, quę requirit speciale mãdatum, exprimi in genere. facit quod no. ff. de procu. l. procurator. & s. eo ff. de offi. vica. c. 1. & 3. & d.c. ad agendum. fallit in aditione hereditatis, in qua propter magnum periculum requiritur specialis, & particularis expresio per eum modum, qui traditur in l. si is qui bona. §. iussum. ff. de acqui. hęre. Fallit etiam in causa matrimonij similiter propter magnum periculum, vt d.c. fin. & l. generali. ff. de rit. nup. In aliis ergo casibus requirentibus speciale mandatum sufficit in ipla causa facere mentionem in genere: puta [constituto te procuratorem ad petendum restitutionem in integrum, quoties opus erit.] nam id dicitur fieri nominatim, quod fit verbis generalibus, vt l. Titius. de libe. & posth. Quandoque requiritur speciale mandatum principaliter in fauorem aduersarij: qui dubitat, ne dominus postea reuersus dicat se de hoc non intellexisse. & sic aduersarius dãnificaretur: & tunc requiritur, quòd exprimatur singulariter, non sub aliqua generalitate, vt ff. ad Trebel. l. qui ita. §. 1. & in hoc c. & Cle. non potest. de procu. quæ iura alleg. Bar. in l. qui saxum. §. filius. de dona. ff. & dicã in d.c. qui ad agendum.

SVMMAE.

1 *Electio ex tribus partibus dicitur perfici.*
2 *Negotia futura per vniuersitatem causarum delegantur.*

CAP. XLII.

4 *Confirmatio ſuperioris ſine Capitulo an valeat.*

CAP. L.

QVoniam. Primò ponit abuſum cōfirmantium, quem ꝓhibet cū decreto: ſcđò ponit vocatiōis formā, ibi [vocationem] tertiò ad electionē concordē hoc prorogat, ibi [quæ etiam] ¶ No. q cum aliquid expedīt iudicis officio: vt cōfirmatio, debet cauſa cognita, nō celeriter expediri, concordat. l. in cauſis. §. cauſa cognita. ff. de mino. regulariter enim quæ fiunt à iudice ſine cauſę cognitione, nō valent, vt C. cō. vel epi. per totū. Et no. Inn. s̄. de reſti. in integ. c. 2. & ſi quædam apparent iudici ſolēnia, ꝓſumitur cauſæ cognitio adhibita, etiam ſi non apparet ex proceſſu: niſi liq̄t per acta, q nimis velociter termina uerint; quia tunc non ꝓſumitur cauſæ cognitio adhibita, vt c. ex lr̄is. s̄. de reſti. in integ. & no. Bar. in l. prolatā. C. de ſen. ¶ Secundò no. q ſcđm iſtum tex. requirit vocatio, & diſcuſſio, &c. & ē neceſſe, q hæc copulatiuè ponātur, nec ſufficit alterum adhibere, vt l. cum hi. §. ſi ꝓtor. ff. de tranſa. iſta diſcuſſio ē de iure c. poſtq̄. & c. cum nobis olim. s̄. eo. vñ licet tex. de ipſa non repetat in ver. nos volentes. debet tū intelligi expreſſa veteri, quæ adhiberi dēbat, vt c. nihil. s̄. eo. poſtq̄ iuſ veteri prouiſum erat. Sed non ita de citatione. iō de iſta ſtatuit in ipſo ver. Lap. dicit hic, q citatione ritè facta, vt hic traditur, abſq; alia cauſæ cognitione tenet confirmatio non cōtentioſa. In cōtentioſa verò, ſup qua vult pars iudicium ordinare, neceſſaria eſt cauſæ cognitio, ſine qua confirmatio nulla eēt. ad hoc qđ no. Io. An. s̄. c. q ſicut. & de cle. exco. admi. c. ſi celebrat. ſuper ver. irritanda. circa ſi. ver. ſi tū ſuperior. ſecundum
1 Lap. ¶ †† Tertiò no. q non valet confirmatio
a facta omiſſa citatione, de qua hic. alibi dubitat Inn. vtrùm ſi illi, quorum intererat, & citandi erant, ſaltem generaliter, nō fuerunt citati, valeat actus. Et dicunt quidam, quòd ſic. licèt illis non ꝓiudicet. de quo dic qđ no. Io. An. poſt Inn. s̄. de ma. & obe. c. humilis. vbi videas, quādo non expreſsi in libello, vel expreſsi
2 incidenter ſint citandi, vel non. ¶ † Quartò no. quòd confirmatio facta, iſta ſolēnitate omiſſa, ipſo iure non valet. Et aduerte ſecundùm Io. An. quia iſte tex. ānullat confirmationē, non caſſationem electionis. Si ergò iudex caſſauerit, non ſeruata iſta ſolēnitate, valet caſſatio. de hoc enim coelectus, vel alius, qui ex ipſa electione lædi poterat, nō poteſt conqueri. Ipſe autem electus, cuius caſſat electio, appellet, ſi ſentiat ſe grauatum. Aduerte etiam; quia licèt iſte textus irritet confirmationem: non tamen vitiat proceſſum, ſi iudex fortè ex officio inquiſiuit. Item non vitiat electionem, quę præceſsit. s̄. eo. c. confirmationem. ¶ Quintò no. in ver. vacationem. formā citationis. vbi enim aduerſarius eſt certus, debet nominatī citari: vbi verò ē incert⁹, ſufficit citatio gñalis. facit Auth. ſi oēs. C. vt ſe ab hr̄. abſt. Et qđ no. In. in d. c. humilis. & C. de lui. pig. l. ſi eo temp. etiam in multis caſibꝰ contingit, q aduerſarius eſt incertꝰ, vt in caſu huius c. in quo non pōt iudex, vel electꝰ diuinare, qs velit ſe opponere; cū multi poſsint, vt no. de acc. c. ſuper his. Item cum minor adiuit hereditarem: & ſic tenetur omnibus creditoribus hereditarijs ex quaſi contractu, vt Inſti. de obli. quæ ex quaſi contrac. ſi contra hanc additionem peto reſtitui, creditores ſint generaliter vocandi ad contradicendum, vt d. Authen. ſi omnes. Similiter ſunt vocandi generaliter, quando heres cōficit inuentarium de bonis hereditarijs, ne cælare poſsit in eorum ꝓiudiciū. facit l. 1. §. cum dicitur. ff. ſi cui plus quàm per leg. fal. ¶ Et pondera iſta exempla: ex quibus patet, quòd ideò in ipſis tolerat citatio generalis: quia non poteſt cadere ſcientia illorum, q ſe opponere fortè volunt; quia ſunt penitus incerti, nec per inquiſitionem certificandi. ſed vbi per inueſtigationem poſſet haberi certitudo: vt inquirere, quis ſit heres talis: vel qs poſsideat fundum, quem volo vendicare, oportet tunc inquiſitionem fieri per eum, qui agit, & non valet tunc citatio generalis. ¶ Sextò no. in † quo loco debet fieri citatio generalis. dicit enim, quòd in eccleſia, in qua electio facta eſt: quę, ſi
3 eſt alia ab illa, quæ vacat. vtrùm in vacante, vel in ea, in qua celebrata fuit, debet fieri citatio. Tenet hic Arch. quòd in eccleſia vacante. ¶ Septimò no. quòd in citatione generali præfigitur certus terminus peremptorius. & verbum, peremptorium, debet exprimi, quando eſt vna citatio, ſed non quando trina, vt l. 3. C. quomodo & quando iud. ſimiliter non requiritur, quando iudex monet perſonaliter partes. monitio enim iudicis habet vim peremptorij, vt ſentit gloſ. no. in l. 2. C. quomodo & quando iu. & s̄. de offi. dele. c. conſuluit. & l. ceſſante. C. eod. tit. ¶ Quæro, vtrùm iſta conſtitutio locū habeat in electionibus factis ante iſtam conſtitutionem: quæ nondum tempore publicationis erant confirmata, tenet Io. An. quòd ſic: q̄a conſtitutio trahitur ad negocia pendentia quò ad illa, quæ poſt eam veniunt expedienda. cōfirmat hoc per quæſtionem, quam format Cy. & per aliam, quam formar Richar. Malum. de quibus feci mentionem. s̄. eo. c. licèt canon. ideò hic non decido. vno tamen omiſſo, q id, qđ ibi dixi, ſeruari legem nouam quò ad pēnam infligēdam ex delicto commiſſo tempore legis veteris aliter puientis, eſt verum: niſi per legem veterem fuiſſet inflicta pęna ipſo iure. pone exemplum. j̄. de cenſi. c. exigitur. & c. felicis. & hoc adde ad id, quod dixi in d. c. licèt canon. facit s̄. c. cum in cunctis. ver. hoc ſanè. coniuncta gloſſella. ¶ Secundò quæro: vtrùm
4 † valeat confirmatio ſuperioris ſine Capitulo. dicit Arch. q non: cum enim eius præſentia requiratur, non valet, quod in eius abſentia factum eſt, vt no. s̄. de offi. dele. c. cauſam matrimonij. in multis tamen eccleſijs eſt conſuetudo contraria, q̄ ſeruanda eſt, ſi legitimè eſt præſcripta. s̄. eo. lib. de conſ. c. nō eſt. ſecundùm Ioan. An. ¶ Tertiò quæro. pone, quòd opponitur, q coelectus erat certus, & ſic citādus nominatim, vt hic patet. pone ergo, quòd nō fuit citatus nominatim, ſed ad generalem citationem comparuit, & eam proſecutus eſt: an valebit proceſſus? videtur quòd non; quia non fuit ſeruata forma hic prefixa: ergo &c. vt j̄. de re. iur. c. qui contra ius. omiſſio enim formę vitiat omnem actum. c. cum dilecta. de reſcr. & c. Piſanis. de reſt. ſpo. In contrarium facit quod in ſimili dicimus de canonico, qui eſt præſens, licèt non ſit vocatus. nā poteſt agere de contemptu, vt s̄. eo. c. quia propter. Item appellatio in cauſa beneficiali non eſt intimanda illi, qui præſens fuit in eius interpoſitione, Cle. cauſam. j̄. eo. Item in ꝓceſſu cauſæ, & ſententia ſufficit præſentia ſine alia citatione. de acc. c. qualiter, & quando. §. debet. & ff. de re iud. l. de vno quoque. & hoc tenet Ioan. And. pro quo facit quod no. Spe. in tit. de lib. conce. §. ſequitur. ver. Item debent quidam. vbi dicit, quòd licèt caſu reus veniat coram iudice nō citatus: tamen poteſt ei offerri libellus. hoc etiam tenet Bar. quòd præſens in iudicio non debet citari in l. prolatā. C. de ſen. & Ia. Butr. in d. Authen. ſi omnes. Sed quid dices, ſi fuit omiſſa citatio generalis in caſu, quo fieri debebat: comparuit tamen vnus opponens, & cum eo eſt in cauſa proceſſum, vtrùm valebit proceſſus? Ioan. And. quòd non. Nam appoſito edicto comparuiſſent fortè alij: & hac conſideratione voluiſſet Ioā. And. quòd iſte tex. dum dicit [aliàs generaliter] &c. dixiſſet [& nihilominus] vt ſic ſpecialis citatio iſtius, & illius non excluderet generalem citationem, prout innuit iſtud verbum, aliàs: hoc dicit ſibi placuiſſe ex cauſa, quam arbitratur ſalubrius ſubijcere. ¶ Quartò quæro. tex. iſte loquitur in electionibus. Sed quia aliis modis prouidetur eccleſiis vacantibus: vtrùm in illis locum habeat iſta ſolemnitas citationis in poſtulatione, prouiſione, & collatione? dic vt in gloſ. 2. & fi. In præſentationibus patronorum. d. gloſ. tenet, quòd idem. Sed contra hoc op. quia iſta conſtitutio eſt pœnalis; ideo non debet extendi, vt in reg. odia. Ad hoc reſpōde, vt s̄. eod. c. poſtquam. & ibi dixi. vel ſolue aliter; quia conſtitutio non poteſt dici pœnalis: quia non punit vitium omittentis eius formā, ſed lucrum ſibi aufert, ſi omittat: & iſta non poteſt dici pœna, vel damnum. Aliàs omnes leges, quæ irritant contractus, ſicut iſta, & aliæ diſpoſitiones, ſi forma ſeruanda omittitur, dicerent pœnales. quod eſſet abſurdum, ſecundùm Ioā. An. Qui ſubdit, q id verū, ſi iudicare velis inhęrēdo verborū cortici, & non menti: tamen fateri oportet, quòd præſentatio ſit electio, s̄. de iure pa. c. 2. & 3. & c. nob. & quod not. s̄. eod. c. ſciant. in gloſ. antepe. Præterea patroni vt plurimum præſentarēt ad curiam, ſi videretur abſurdum in electiōe vnius canonici hanc formam ſeruandam, & non in præſentatione rectoris. In prouiſionibus autem, & collationibus tenet gloſ. ſi. quòd ex verbis, vel mente huius conſtitutionis nō poteſt colligi, quòd ſeruanda ſit. Idem Arch. facit quod no. Inn. Hoſti. & Compo. s̄. eo. c. fin. Nam in talibus non eſt medium inter electionem, & confirmationem, nec inferioris actus venit p ſuperiorem firmandus. ¶ Quintò quæro, vtrùm hodie confirmatio facta cum ſolemnitatibus hic traditis, habeat vim diffinitiuæ: vel debeamus diſtinguere, ſicut olim, vt refert gloſ. dicebamus &c. Super qua dicit i nouella, quòd licèt hodie fiat confirmatio, hac forma ſeruata: ſi tamen nullus compareat, habebit vim interlocutoriæ. quod fatetur verum, niſi confirmator ſolemniter inquiſiuerit de forma electionis, ſententia, moribus, & vita electi: tunc enim confirmatio videtur diffinitiua. quod dic, vt s̄. de do. & contu. c. cum olim. in nouel. in gloſ. magis. propè fi. ver. & idem viderur. & c. conſtitutis. ſuper ver. rationabilem. & ſuper verb. effectum. de app. & iſta opin. Ioan. And. eſt vera, ſecundùm Lap. inter confirmatorem, qui ſolemniter confirmat. non autem quo ad aliū, nec etiam quò ad hoc, vt appellans à tali confirmatione appellare poſsit ſine cauſæ expreſsione. Item nec etiam quò ad hoc habet vim diffinitiuæ, vt. ſ. per talem ap. ſuſpendatur effectus confirmationis. Nam non obſtante tali appellatione à tertio interpoſita, dabitur poſſeſsio, & adminiſtrabit poſſeſſor, vt c. conſtitutis. de app. & no. s̄. eo. ti. c. auuaritiæ. per Archi. & Ioan. And. Non ob. c. cum ſuper. de reg. iu. vbi appellatio. 2. impedit effectum, quia ibi fuit verum iudicium inter partes, & vera ſententia diffinitiua. ¶ Sextò & & vltimò quæro, quid ſi electus credens confirmationem ſolemnem, cum non eſſet, adminiſtrauit? dicit gloſſ. quæ incipit. dicebamus &c. quòd ſi errauit in iure, non excuſatur: ſecus ſi errauit in facto, credens citationem factam, quæ nō erat. Archi. in hoc vltio, cōtra; quia nō debuit electus eſſe crēdulus. & quia iſta ſolēnis vocatio eſt de actis ſubſtātialib. & probāda per electū, vt l. quicūq;. de pub. nō ergo excuſat, ſi fuit omiſſa. Ioan. Andr. dicit opi. Archi. veram, quantum ad tuendam confirmationem: quia error in facto non reddit eam validam, cum non ſit. quantum verò ad euitationem pœnæ. c. auaritiæ. error facti probabilis excuſat electum adminiſtrantē vigore talis cōfirmationis inualidæ, & ad hāc quæſtionē vide quod no. Bar. in fi. in l. iuſtè. ff. de acqui. poſſ.

ADDITIO.

a ¶ Curioſitas. Adde. gl. & Car. in Cle. 1. §. ceterū. de iureiur. & in Cle. exitui de Paradiſo. §. quamuis. de ver. ſignifi. Panor. hic.

Rub. De Renunciatione.

S V M M Æ.

1 *Curiositas nimia reprobari debet.*
2 *Insufficientem se recognoscens, dignitati cedere debet.*
3 *Dignitas habet onera, & honores.*
4 *Papa de consilio Cardinalium omnia facere debet.*
5 *Papa liberè Papatui renunciare potest.*

CAP. I.

1 VONIAM. No. quòd † nimia curiositas a reprobatur, & de ipsa quædã moralia hic ponit Lap. ¶ Secundò no. quòd † qui videt se insufficientem, debet cedere dignitati: multæ aliæ sunt iustæ causæ spontaneæ cessionis. quod dic, vt s̃.eo.c. nisi cum pridem. & inter cæteras est in-
2 sufficientia, quę potest prouenire ex causis varijs, vt in glos. propter hoc &c. Nam & medicus semel approbatus propter insufficientiam reprobari potest, vt l. sed re, pbari. ff. de exc. tu. Papa tamen propter istam causam reprobari non posset,
3 vt in d. glos. ¶ Tertiò no. quòd † dignitas habet onera, & honores. ad eam ergo vocatus primò inspiciat semetipsum: deinde aggrediatur negotia. Nam, vt ait Seneca, necesse est, vt opprimãt onera, quæ maiora ferente sunt. ¶ Quartò no. qd
4 dicit tex. † [de consilio, & assensu] &c. debet Papa omnia facere de consilio Cardinalium. ad hoc vide. c. 2. s̃. de cle. non resi. & vide quod de consilio, & assensu no. in c. nullus ex cõsilio. de re. iur. & c. cum in veteri. de elec. ¶ Quintò no. quòd Cælestinus statuit de ista renunciatione: sed in scriptis nõ redegit. & sic arguit Ioan. And. quòd scriptura non sit de substantia constitutionis. de quo remittit ad no. per eum in reg. nemo potest. de re. iur. & de hoc in rub. de consti. & in decinu. 2 5 6. Item quòd constitutio. ¶ Sextò no. † quòd Papa li-
5 berè potest renunciare Papatui &c. & pondera, quòd text. impersonaliter loquitur [nec in alicuius manibus] & secũdũ Io. An. in nouel. satis est, quòd Papa ab administratione cesset: cum non habeat, cuius ratificatio requiratr. Quid ergo si Papa post electionem successoris, vel prius, dum Cardinales volunt eligere, negat se renunciasse, quis erit iudex? dicit ipse, Deus non permittit talem casum contingere: vel si permitteret, & quęlibet partium abundaret sequacibus, non essemus sine schismate, electo iã successore. remittit ad no. p eũ. s̃. eod. c. licèt. super ver. Cardinalium. Alia autẽ iura, quibus quis renunciat, an requirant præsentiam alicuius? dic per Inn. s̃. de renun. c. veniens. & per Bar. in l. non solum. §. liberationis ver. de lib. le. ¶ Septimò no. quòd illud, quod in scriptis redigitur, melius memoriæ retinetur: nam memoria est vna de partibus corporis magis delicata, & fragilis, in qua primum senectus inuadit, vt ait Seneca in proæ. Declamationum. concor. l. peregre. ff. de acqui. post. vbi ex cursu temporis creatur obliuio, quæ postea inducit amissionem possessionis, vt no. in l. furtum. §. fundi. ff. de vsuc. contra hãc igitur obliuionem prouiderunt iura de scripturis, ne pereat rerum probatio, vt l. curẽt. ff. de testi. & hac ratiõe iustè creditor de debito sine scriptis potest petere instrumentum confici: quod etiam si habet, & vestutate, vel aliter corrumpatur, potest petere renouari, vt c. significauit. & c. Alp'snouseqe testi. & l. sicut datam. C. de libera cau. hinc est, quòd scripturis antiquis scriptis etiam in marmore, vel columna est danda fides, vt no. in c. cum causam. de proba. & tangit Inn. in c. cum venerabilis. de excep. ¶ Quęro quæ fuit ratio dubitandi, quòd Papa non posset renunciare Papatui. gl. quæ incipit & erat. &c. dicit, quia deficiebat superior, in cuius manibus volunt iura, q̃ fiat renunciatio, & quia fungitur vice Dei in terris. & iõ videtur eius ossibus inhærere, quod non posit à se excutere. in nouella latius prosequitur. & quòd non possit. 10. rationibus confirmat, non multũ meo videre vrgentibus: quibus respondet, & decisionẽ huius c. confirmat, vt hic per eum videas, & conclude. Ex qua decisione collige, quòd speciale est in Papa: cuius renunciatio in nullius manibus facta valet. nam in eo, qui non habet superiorem, vel habet, sed non potest haberi eius copia, pro obtinẽda iustitia multa sunt specialia, vt not. s̃. c. licèt. pręterea dici potest, q̃ renunciatio Papæ videtur facta ipsi Deo. quia quæ Deum concernunt, non circumscribuntur loco; quia Deus ẽ vbiq;. & ideò iuramentum præstitum obligat iurantem etiã absentem, vt est gl. nota. 1. q. 7. c. quotiens cordis oculis.

S V M M Æ.

1 *Fraus in beneficialibus aliquando non nocet.*
2 *Renunciatio tenuis præbendæ præsumitur in fraudem.*

CAP. II.

SIte prębend. Primò prouidet impetrãtibus cõtra fraudes. de quarũ coniecturis ponit aliqua exempla, ibi [vt quia aliqua] ¶ No. q̃ quandoq; mandatur conferri p̃benda proximo vacatura. & hæc forma non habet generalitatem, sed incertitudinem, vt no. Io. An. s̃. de rescrip. c. 1. in fi. gl. mag. & de concess. p̃ben. c. executor. in nouel. Et si circa illam primam impetrãs esset negligens, noceret sibi. quod dic, vt c. si clericus. de p̃ben. Alia ẽ forma de proximo vacatura, quam duxerit acceptam. & ista est magis pinguis: de qua in Cle. 1. de concess. præben. & quod no. in d. c. excutor. in nouel. ¶ Secundò no. q̃ quandoq; quis nititur impedire alium, ne acquirat. tali autem ius succurrit, vt hic, & ff. de condi. & demon. l. iure ciuili. & l. quibus diebus. ĩ prin. eo. ti. Si quis verò contendit acquirere, quantuncunq; hoc redundet in p̃iudicium alterius fortè creditoris sui, non pôt ex hoc contra eum agi, vt ff. de his, quæ in frau. cre. l. quę autẽ. ¶ Tertiò no. q̃ quis quandoq; renunciat p̃bendã tenuẽ, vt præcludat viam alteri ad aliam magis pinguem. Talis aũt fraudulenta præuentio parum prodest, vt dicit tex. in fin. in l. edicto. §. cum autem. ff. de iu. fi. ¶ Quartò no. q̃ proxima vacatio pinguioris beneficij inducit præsumptionem contra renunciantem beneficium tenue, quòd hoc faciat in fraudẽ expectantis. Et optimè concordat in hoc. filiæ meæ. ff. so. ma. vbi si pater stipulatus est dotem sibi reddi, so. ma. per mortẽ filiæ: si vir ea infirma, mittit repudium, (vt sic soluatur matrimonium repudio, & nõ morte,) non oberit ista fraus patri. concor. l. dubium. C. de repu. vbi dicit lex [quæ cõtra fas sunt gesta, fructum calliditatis obtinere non possunt; cum nobis hmõi commenta displiceant] &c. Et collige, q̃ quandoq; ad impediendum tertium, ne acquirat, anticipatur quis in tempore. Similiter quis quandoq; cogitãs in futurũ delinquere, distrahit bona sua, ne veniant in fiscum: talis autem fraus sibi nõ prodest, vt l. si maritus. & l. seq. ff. qui, & à qui. & l. si mulier. ff. re. amo. præsumitur autẽ hoc casu fraus, eo ipso, q̃ de proximo post alienationẽ delictum ẽ secutum. & ẽt alijs modis no. per Bart. in l. post contractum. ff. de do. ¶ Ex quo not. quintò, q̃ præsumitur aliquid ex temporis breuitate, & proximitate, vt no. in c. officij. de alie. s̃. & l. neuter. §. fi. ff. de priui. cre. ¶ Sextò no. q̃ ex eo, q̃ verisimiliter, & p̃babiliter quid speratum contingit, colligitur probabilis coniectura præsumendi dolum. concordat c. in ciuitate. s̃. de vsur. Nam & iuris præsumptio fundatur super eo: quod est verisimile, vt in c. quia verisimile. s̃. de præsum. & l. non est verisimile. ff. quod me. cau. Pro ista autem verisimilitudine inquirenda recurrimus ad vulgi opin. vt l. cum Delanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. ibi [in qua præsumptione sunt hi, qui in regione morãtur] & l. 1. in prin. ff. de flumi. & qđ no. in c. vt debitus. de app.
1 ¶ Septimò no. q̃ dicit tex. [cũ † eã, vel aliã] &c. q̃ fraus adhibita ad impediẽdum acquisitionem alicuius beneficij proximo vacaturi, non nocet, nedũ in illo, sed nec in alio, si se prius offerat: licèt etiam illius fraus non interceserit. ratio pôt eẽ; quia, postq̃ tenue beneficium renunciatum dolo in præiudicium

eium expectantis hr̃ pro nõ renunciato, omne aliud quò ad ipsum expectantem potest dici proximum: vnde fortè si magis tenue, q̃ illud in fraudem renunciatum, vacare contingat bona fide, id ei, & nõ aliud deberetur. quod ergò dicit, [vel alium] intellige qualemcunq;. Sed fortè hoc casu illud renunciatum in fraudem consequi poterit, si sibi magis placuerit. postq̃ enim renũcians in fraudem est omninò exclusus, vt in fi. ca. ille, in cuius præiudicium est dolus cõmissus, potest ad suum cõmodum approbare, quod dolo est gestum, vt l. elegãter. in prin. ff. de dolo. ¶ Octauò no. q̃ eo ipso præsumitur
2 renunciatio tenuis præbendæ in fraudem: q̃ renuncians deprehenditur possidere pinguiorem proximò vacantem. vtrũ autem iste tex. debeat intelligi, quãdo ista pinguior vacare de proximo sperabatur: vel indistinctè ex possessione præbẽdæ pinguioris fraus præsumatur in renunciante tenuem? iste tex. sentit, quòd sic. sicut & alibi ratione possessionis fraus p̃sumitur, si quis fortè rem donat, & postea deprehendit possidere. præsumitur enim donatio simulata: quod quando verum sit, dic per Bar. in l. post contractũ. de dona. & l. si is qui bonis. de acquir. heredi. Sed contra proximè dicta opponitur, & videtur, q̃ sit licitum vnicuiq; facere de re sua, quod sibi placet, etiam cum alterius detrimento, dũmodo sibi p̃sit, l. 1. §. deniq; cum concor. ibi ff. de aqua plu. arcen. l. fluminum. de dã. infec. & ibi no. ergò isti habenti prębendã tenuem licuit renunciare, vt pinguiorem acquirat, quantũcũq; alius ex hoc lædatur, hic autem innuit contra, ergò malè. cogita pro solutione. Refert hic Io. An. de illo, qui renunciat beneficio, an possit pœnitere. Ex cuius dict. breuiter collige plures casus. Nam quandoque renunciat per seipsum, & planũ est, dicit ipse, q̃ vlterius non repetit. 7. q. 1. c. quàm periculosum. de consec. di. 4. c. quæris. aduerte q̃ in nouella in gl. quæ incipit exquisita. &c. tangit quæstionem de clerico. qui turbatus propter exactiones, quibus eum grauabat episcopus, in ipsius manibus renunciauit ecclesiæ, quam statim pœnitens repetit. soluit post Bar. & Gui. q̃ auditur, ex quo statim reuocat quod facit. secus si adhibuit interuallum, vt l. diuo rtium. canonizata de pe. dist. 1. & l. quicquid. de reg. iur. Lapus distinguit, q̃ aut fuit renunciatio à superiore recepta, aut non. primo casu nunquàm poterit pœnitere. quia non est res integra. secundo casu poterit, quasi inconsultus calor iracundiæ eum excusset. vt l. qđ calore. ff. de re. iur. & in c. si quis irat⁹. ¶ Contra primum tamẽ membrum alle. de præben. c. si tibi absenti. vbi res integra dicitur, antequàm alteri conferatur. & hoc ipse tenet consentiente eo, qui renunciationem admisit, aliàs non, iuxta no. in fi. per Io. An. ĩ. de procu. c. licèt. Ego dico, q̃ iste consensus superioris superueniens post renunciationem admissam iam non facit antiquum titulum iam extinctum reuiuiscere: licèt renũciatio à superiore nõ accepta, licèt postea reuocata, faciat eũ possidere ex veteri titulo sine noua institutione, ar. s̃. e. c. ex transmissa. nam per talem renunciationem non admissam non perdit proprietatẽ, vt no. Inn. s̃. e. c. quod in dubijs. &. c. veniens. & videtur sufficere hoc casu sciẽtia prælati, qui eum poterit reuocare. ar. ff. qui. mo. pi. vel hy. sol. l. voluntate. & s̃. c. cum dilecta. & hoc de illo, qui renũciat per seipsum. Quandoq; quis per literas renunciat, quas mittit. in hoc casu dic, q̃ si fuerint literæ præsentatæ, & admissæ, planum est, q̃ tenet resignatio, arg. ff. de act. & ob. l. nõ figura. Sed vtrùm, antequàm præsentetur, possit reuocare, ar. quòd sic. s̃. c. veniens. &. c. lectæ. cum si. hoc credo verum, si talis reuocatio, siue pœna peruenit ad superiorem, anteq̃ eam admiserit, sicut dicimus, cum quis misit procuratorem ad renunciandum. ad hoc enim vt pœna impediat cessionem, requirit certificatio fcã, pcuratori, vel superiori, vt in Cle. 1. ĩ. e. Nec est dria inter cessionẽ, q̃ fit p̃ literas, de qua hic in nouella. & illam, quæ fit per procuratorem. de qua ibi, ar. l. non solùm. de act. & obli. Nisi dicas, q̃ illa per literas facilius reuocatur. Nam literæ accedunt potius ad naturam simplicis nuntij, quàm procuratoris, vt in d. l. non solum. vt in tali simplici ministro sentit Ioan. An. q̃ sufficiat reuocatio sine certioratione, per l. si patronus. ff. de manu. vin. no. ipse in d. Cle. 1. quod cogite, an sit bene dictum. Et conclude ex prædictis, quòd sola nuntij, vel procuratoris, siue literarum missio ad renuncian dũ non priuat cõstituentem, siue mittentẽ titulo bñficij, nisi renunciatio subsequatur. Idem in eo, qui per nuncium donat, vel in absentem officium liberalitatis cõfert. ante enim, quàm ad tale peruenerit, nil ei quæritur, vt l. qui absenti. de dona. & si non quæritur, qui m ittit interim non perdit: quia natura dominij est, quòd non perdatur, nisi alteri acquiratur, vt ff. ex qui. cau. ma. l. nec vtilẽ. Ex hoc infertur verum esse, qđ dicit Ioan. An. q̃ ille. qui literas ad renunciãdum mittit, omnes fructus, quos ante renunciationem admissam p̃cipit, facit suos. sicut socius. qui renunciauit societati absentis, communicat illi quæsita, quousque sciuerit renunciationem, vt ff. pro so. l. si socius. §. si absẽti. dicit tamen in hoc attendendam formam literarum, an renuncio, dicat, vel renunciaui, vel alia verba. vbi autem non apparet, credo verum qđ dixit, quòd renunciatio admissa non trahatur retro, nisi nomine superioris absentis aliquis recepisset cessionem in præsentia: quia tunc subsequens ratihabitio superioris traheretur retro, argu. nota. in l. si eoden. ff. de negot. gest. quæ bene facit ad prædicta.

Rub. De suppl. negli. pręlat.

S V M M Æ.

1 *Archiepiscopus nõ potest audire causas subditorum sui suffraganei.*
2 *Iurisdictio inferioris excommunicatione ligati non deuoluitur ad archiepiscopum.*

CAP. I.

1 ROMANA. ¶ Primò soluit quandam quæstionem, quæ colligitur in decisa. secundò respondet tacitę obiectioni, quæ fieri posset contra eius decisionem. secũda ibi [quia etiam] pone casum, vt in gl.
1 ¶ † No. quòd archiepiscopus nõ potest audire causas subditorum alicuius sui suffraganei principaliter, etiam per querelam, secundùm
2 Arch. rationem collige ex glos. 4. ¶. Secundò no. quòd † iurisdictio inferioris excommunicatione ligati non deuoluitur ad archiepiscopum. Quis ergo tunc audiet causas, cum excõmunicatus non possit? vt s̃. de re iudi. c. ad probandum. dicit Host. quòd Papa, qui omnibus præest. 9. q. 3. c. per principalem. de hoc tamen Host. qui fuit archiepiscopus, turbatur, dicens, quòd non habet rationem: nisi quia placet sic restringere potestatem archiepiscopi, & ad se causas trahere. & in hac parte curialior est Imperator, qui negligentiam, & defectum suorum iudicum vult per episcopos suppleri, & non ipse adiri, vt in Authen. vt differentes iudices. per totum. Et parcit remotis, ne ad se venire cogantur. in Authen. de quæstio. coll. 6. Plus alibi vult, quòd causas appellationis deuolutas ad eum mandat alij cognoscendas, ne mundi vtilitati deseruiens, ab ea pro singulorum causis retrahatur, vt l. præcipimus. C. de app. Nec vult ad eũ appellari, omisso medio, nec suum valere rescriptum, in quo appareat causa alteri delegata. ff. de app. l. Imperatores. Et in Auth. de man. prin. §. si tibi. coll. 3. Iusta est ergo, meo iudicio, turbatio Host. canonicis tamen constitutionibus parẽdum est, quãquam duris, vt l. prospexit. ff. qui, & à qui. ¶ Tertiò no. in ver. non tamẽ. q̃ quicquid in iure non reperitur archiepiscopo concessum, intelligo denegatũ. de quo in gl. pen. & quod super eo. no. Ioã. And. ¶ Quæro. dicitur hic, quòd propter culpã episcopi nõ deuoluitur ad archiepiscopum iurisdictio. Sed nunquid propter negligentiã deuoluatur? glos. antepe. dicit, quòd sic. Idẽ Host.

Host.hic,& in summa.de offi.or.§.quid pertinet. sub.§.sunt argumenta.Idem Ioā.Mo. & Boa. qui dicit,quòd ideo aliud in negligentia,quàm in excommunicatione ; quia negligens peccat in iurisdictione.non mirum ergo,si ad proximum deuoluitur.Archi.tenet contrarium; quia hoc non reperitur ei permissum à iure,vt in isto tex.&c.Hostien.autem opi.suam rationibus probat, & consulit, vt de negligentia suffraganei clarè cōstet,monitionem faciat per literas,& solemniter , vt hic plenius in nouella.lex dicit,quòd tarditas iudicis in querelam debet deduci,& superior per hoc adiri,vt l.fin. ad fin. C.de tempo.app.& alibi statuit,negligentes tanquam inutiles ab officio remoueri,vt l.si quos.C.de offi.pręfe.pręf.sic dicit ibi glos.episcopum , si est inutilis , degradari debere. hic non sunt alia vtilia.nisi,quòd pœna arbitraria potest dici canonica interpretatione,in qua supplet pręsidens,quod cano. deest,l.hodie.de pœ.

SVMMAE.

1 *Regis nepos excludit patrem regis in regni successione.*
2 *Administrator cum omnibus suis recipi debet.*
3 *Dominus potest agere contra subditos se ab obedientia subtrahentes.*
4 *Fructus dignitatis debet peruenire ad manus administratoris.*
5 *Officium coadiutoris per mortem principalis dicitur expirare.*

CAP. II.

GRandi non. Primò ponit mandatum. secundò dat ipsius executores,ibi [alioquin]tertiò protestatur ibi [per hoc] prima continet quatuor.Nam præmissa coadiutoris cōmendatione,& ad quid detur, & sublatis obstantibus,mandat illum recipi.Secundò sibi parere.Tertiò illi suffragari. Quartò,ibi[de redditibus]illi respōderi.¶No.quæ qualitates requirantur in persona administratoris illustrium personarū. requiruntur enim plura hic enumerata:cum ergo multa maturitate inquirendum est,vt ista adsint.Ad hoc vide l.1.C.de tu.& cur.illustrū perso.¶Secūdò no.ibi[quia idem regi]&c. quòd nepos regis excludit fratrem regis in regni successiōe. licèt ergo ordo genituræ constet retur in talibus,vt c.licèt. v-
1 niuersis ℣.de vo.ramē minoris gratis nepos obtinet locū patris,& excludit patruum. hoc est verum sine dubio , quando huius nepos iam fuerat regnum adeptus,vt in hoc c. Si verò rex decedēs relinquat nepotē ex filio primogenito iā defuncto natū, & alium filium prius natum,quàm talis nepos : qs succedit ordine genituræ,aut nepos iste,an patruus ? Ardua fuit quæstio,& de facto,in qua Old. cōsuluit pro nepote minore consi. cclviij.cuius motiua succinctè refero in d. c.licèt. ¶Tertiò no.in ver. præsertim.quòd in creatione talis administrationis non minus,imò magis consideranda est regis vtilitas,quàm personæ eius,cui decernitur. Multa ergo debet iudex inquirere,antequam administrationē decernat, vt hic & ff.de confir.tu.l.vtilitatem.& per totum.& l.fi.§.defensionem.C.de admi.tut.cum fi. ¶Quartò no.circa quæ versetur talis administratoris officium. s. defensionem ecclesiarum, &c.facit l.1.ff.de tu.& ratio.dist. ¶ Quintò no.in ver. cū ad nos.quòd administratori debet honor impendi, & obediri, sicut domino, cui datur. Nec dicitur infringere iuramētum, qui tali obtemperat.nec mirum; quia potestas administratoris est dependens à domino , & coniuncta sibi : vnde grauamen iniunctum administratori concernit dominum,vt l.peto.§.mē.de leg.2,& vide quod no. Inn.in c.eam te.℣.de resc. & ex persona principalis domini sumit robur, & perpetuitatem, quod agitur cū administratore,vt l.annua.de annu.leg. facit.c.Romana.℣.de offi.vica.implet ergo fidem,& promissionem,qui illam exhibet administratori, vt l.cum pupillus. de condi.& demon,& l.municipibus.eo.ti.ar.contra.ff.de ius voc.l.sed si hac.§.fi.vbi tutori, vel curatori non tenetur libertus exhibere illam reuerentiam , quam tenetur patrono
2 suo,cuius curam gerit,cogita.¶†Sextò no. q administrator debet recipi cum omnibus suis.Et secūdùm Ioan.An.est ar. contra eos,qui volunt pacisci cum dominis, q sine armatis, vel cum certo numero ingrediantur loca eorum.Et no.quod dicit de receptione suorum: Aliàs non videtur dominus recipi,si prohibentur sui domestici.Nam etiam ille, cui relinquitur p se habitatio, potest eos recipere:aliàs habitatio esset inutilis.Similiter & scholaris in domo conducta communiter cum socio istos potest,non tamen ganeas , introducere,vt no.in l.non aliter.ff.de vsu.& habi.& l.2.& 3.eod.tit.cū aliis seq.¶Septimò no.q dicit [vniuersaliter singulis,& singulariter vniuersi]&c.pro quorum verborum expositiōe vide Ioan.An.in c.nimis.de excess.præla.Nam mandatum singulis directum non ligat eos vt vniuersitatem , nec econtrario,ad hoc l.sicut . & quod ibi no. ff. quod cuiusque vni. no.
3 ¶† Octauò not.in ver. exhibentes. q contra subditos se ab obedientia subtrahentes potest dominus vielenter agere , & sic contra eos arma mouere.ad hoc ℣.de senten. excomm.c. dilecto.Nam & priuatus amicos vocat ad iustā defensionē, vt no.in l.3.§.cum igitur.ff.de vi & vi arma.& de isto libello contra subditos,& alios vide per Ioan. An. post Inn.℣.de resti.spo.c.cum olim.ad fi.il.1. & c.sicut.de iureiur. facit quod
4 ipse no.in c.dilectus.de app.¶†Nonò.not.q fructus dignitatis debent peruenire ad manus administratoris:& ideo soluendo tali, debitor liberatur , vt l.sancimus.C. de admi.tut. ¶ Decimò no. q administrator debet prouidere illi , cuius negocia gerit,de expensis,& seruis secūdùm qualitatem suā. Modus autem expensarum ad quantitatem redditum referendus est:vt tamen semper aliquid supersit,vt l.ius alimen. ff.vbi pu.edu.deb. qualitas aūt negotiorū emergētiū hoc exposcit.puta bella in.l.si chorus.de leg.3.§.1. Et no. q dicit [secundùm suam excellentiam] ad hoc enim concor . l. tutor secundùm dignitatem.de admi.tut.& l.præcedenti.§. in primis.vbi dicit,q potest donare:quod regum speciale,& proprium est.de admi.tut.l.cum plures.§ pe. & l.si filius.ff. de dona.ar.contra.℣.de iureiur.c.intellecto.Sed ibi loquitur in præiudicio enormi,vt no.ibi Ioan.An.¶ Vndecimò no.in ver.alioquin.q Papa dedit isti regi prodigo,& inutili coadiutorem,non autem remouit à regno.Rationem vide in glo. & quæ sentit.Et idem in nouella,quòd Papa ideo eum dedit; quia iste rex non habebat superiorem . eo igitur deficiente, potuit Ecclesia coadiutorem dare ad petitionem quorū interest,secundùm Inno.& Ioan.Mo.qui allegat de tu. & cura.da ab his.l.diuus.ff.& ℣.qui fil.sint legi. c. per venerabilē. facit quod no.11.q.1.c.nullus. Aduerte quia de iure non videtur regi deficere superior. s.Imperator.ipse enim mūdi dominus est,vt l.deprecatio.ff.ad leg. Rhod.de iactu. & omnia sua esse intelliguntur,vt l.bene à Zenone. C.de quadri.præscrip.sub eo enim sunt omnes nationes.11.q.1.§ hæc si quis. & totius orbis obtinet monarchiam.16.q.7.c.futurā.& meritò;quia Imperium à cęlesti maiestate traditū est. C.de vete.iur.enu.l.1.in prin.Nam sacerdotium,& Imperium ex eodem fonte procedunt.in Authen.quo.oportet epis. in princ. & ℣.de maio.& obe.c.solitæ.Imperatorem enim misit Deus legem animatam in terris:vt difficilibus rebus legem imponat,& generi humano iura distribuat.in Authen. de conf. §. fi.coll.4.& in Authen.de instru.cau.& fi.§. quia ergo.coll.6. & de Hispania, q fuerit subiecta Imperatori , explsē hētur. ff.de orig.iur.l.2.§.& qa. & de iterd.& releg.l. relegatorū.§. iterdicere.ad ꝓpositū ergo cū Papa nō cēat iurisdictionē alteri9 vsurpare,vt c.nouit.de iu.& c.licèt.de for. cōiu.quo iure dederit isti coadiutorē,ñ video.& si dicas, q iste rex de fctō ñ recognoscit Imperatorem:sicut dicitur de Rege Francię.c. per venerabilem.qui.fi.sint legi.ista ñ videtur bona sol.quia subtrahentes se ab obedientia Imperatoris nō videtur, q Papa debeat in suam iurisdictionem recipere,sed potius ei auxilium prębere contra rebelles. Sicut versa vice petit sibi impendi ab Imperatore, & suis iudicibus: vt sic vna potestas p alterā adiuuetur.de noui oper.nū.c.1.& c.1.de offi. ord. Itē si di-

si dicat. Impator ē i hoc negligēs;iō fit deuolutio iurisdictionis ad Papā.de ista deuolutiōe ñ memini me legisse,nisi i casu,in quo vacat Imperiū in c.licèt.de fo.comp.oportet ergo, nos pro solu.huius contrarij diuinare, & dicere, q vel vacabat Imperium,vel prætendit in illo loco iura Imperij ; sicut in certis alijs prouincijs donatis per Constantinum.Alibi tamen Oldr.latè prosequitur : an de iure diuino, gentium , vel alio,reges debeant subesse Imperatori. & probat,q reges habent antiquiorem, & iustiorem titulum, q Imperator : cuius motiua hic non prosequor.Sed si vis,plene videas consil. 64.
5 ¶† Duodecimò no.ad fi.c.dum dicit [in vita] &c. q p mortem principalis expirat coadiutoris officium. quod tenet Io. And.per hunc tex.ratio colligitur de cleri.ægro. c.consultoribus.& hanc opi.sequitur Bar.ff.de tute.l.quęsitum.& l.seq. & probat per rationem.nam quando superuenit administrator legitimus,cessat datiuus.ff.de tut.& ra.distra.l.si tutor. §. 1.l.cum est procurator legitimus i.a iure datus, vt ℣. de ma. & obe.c.cum olim.pro hoc facit quod dicimus in vsufructuario decedente, nam expirat cessio vsufructus in personam illius, qui ab eo habet causam, vt l.si necessario.§.quòd si pendente.de pericu.& commo.rei ven.Nam ius & titulus radicatus in personam vnius,non euellitur; licèt alteri dicti iuris exercitium, & administratio concedatur, vt ff.pro soc. l. 3. & patet in episcopo mortuo, vel translato. perit enim iurisdictio vicarij, quæ ab eo dependet, vt c.consult.℣. de procu, & dixi plenius in d.c.consultationibus.in 6. qō. ¶Quæro.text. iste,secundùm glos. loquitur in rege prodigo. quid de rege pupillo, cui datus est tutor : an eius tutela finiatur ab an. 14. ita q ex tunc sine alio curatore posit per seipsum liberè administrare? Oldr.consi.98.arguit iuribus,& exemplis,q sic, deinde firmat contrarium,quòd non posit. fragile enim est, & infirmum huius ætatis consilium , multis captionibus , & multorum insidijs expositum, vt l.1.ff. de mino. & cum iura talibus administrationem proprij patrimonij non confidāt, nec permittant,vt per totum illum tit.de mino. multò minus videtur eis administratio reipublicæ permittenda , vbi maī periculum iminet : ergo cautius est agendum,vt c.vbi periculum.℣.de elect.& l.2.de Carb.edi. Tales enim sapientum iura tractare non debent,vt c.ex eo,quod.℣. de elect. & est expressum, q minor.25. annorum non debet admitti ad regimen reipublicæ. ff.de mune.& hono.l.ad rem pub.facit c.in decorum.℣.de ęta.& quali.cum ibi notatis.est enim violenta præsumptio contra iuuenes,quòd nō bene regant.vñ.Eccles. 10.c. Veh.tibi terra,cuius princeps puer est. & Dominus cōminans religionibus peruersis ait Esaię.4.Dabo pueros principes eorum, & in hoc residet. & alle. Host. cum notatis hic per Inn. Sed vltra quæro vtrum quod dicitur hic in coadiutore dato prodigo,locum habeat in tutoribus, & curatoribus datis istis pupillis,& minoribus regibus: vt administrēt omnia, quæ sunt iurisdictionis,& patrimonij?Bar.in tuto.dicit,q sic, in curatore verò dicit, quòd administrabunt, quæ sunt de patrimonio : quæ autem sunt iurisdictionis exercebit adultus p seipsum. Rationem huius differentiæ vide per eum in l.quidā consulebat.ff.de re iu.¶ Vltimò quia tex. iste loquitur in rege prodigo.quid iuris in alijs prodigis personis,an si est notorium eos tales esse, valeant alienationes,& gesta eorum:& an firmentur iuramento, & vtrum in delictis teneantur:vide plenè per Barto.in l.cui bonis. de verbo.obliga. facit ℣. de consti.c.ex parte.

SVMMAE.

1 *Captus à paganis habetur loco mortui.*
2 *Mors ciuilis æquiparatur naturali.*

CAP. III.

SIepiscopus. No.q quandoq; quis capitur à Paganis,vel etiam à Pręcisis,& idem si ab hostibus. Bonis enim talium de iure ciuili medio tempore prouidetur,vt l.muto.§.fi.ff.de tutel.& l.fi. C.d
1 senten.pas.Idem si à latronibus, vel piratis capiātur, vt l. qui à latronibus. ff. de test. Talibus enim succurritur post reuersionem,si medio tempore res eorum vsucapi, vel aliter dam-
1 nificari contingat,vt l.succurritur.cum seq.& l. ab hostibus.
a & quod ibi no.in gl. 1.quamuis. ff.ex qui. cau.maio. ¶ †Secundò no. q captus a schismaticis , & paganis habetur pro mortuo,quo ad deuolutionem administrationis in Capitulū.
2 † Ex quo collige post Arch.& Io.An.quòd mors ciuilis æqui paratur naturali.de quo dixi.℣.de rescri.c.susceptū.& de cōuer. coniu.c.cum sis.per Io.An. ¶Tertiò not.in ver. donec , quòd administratio Capituli isto casu durat, episcopo existēte capto. liberatus autem iura sua recuperat,vt l. fi. ¶Quartò no. quòd iste administrat in temporalibus , & spiritualib; Et per hoc,quòd dicit [spiritualibus.] Arch. plenè disputat, vtrum Capitulū sede vacante sicut potest iurisdictionē exercere : ita possit visitare,& procurationem recipere.de quo q Ioan.And.in Cle.1.de hære. in gl.hæc litera . Tangit etiam , an sede vacante det literas indulgentiarum,& remittit ad nota.℣.de pœni.& remiss.c.Romana. ad fi.& vide ad materiam quod not. Ioan. And. de excess. prælato. c. accedentibus. in gl. nunquid. & ℣.de maio. & obe. c. vno. vbi in nouella enumerat plures casus,quibus succedit Capitulum,sede vacante.

ADDITIO.

a ¶ Captus. Adde tamen contra , quia potest testari sicut captus in bello.. Barto,in l. hostes. de cap. Bald. in Marg. versi. princeps. in l. cum cogitatum, ibi Bal. C.de inge.

SVMMAE.

1 *Ecclesiæ vacanti visitator dari potest.*
2 *Archiepiscopus supplet negligentiam Capituli.*

CAP. IIII.

ECclesię cano. Diuiditur in duas partes, secunda ibi [huiusmodi.] prima pars tria facit.ponit dictum,à quo duos casus excipit,ibi [nisi] quos statim limitat,ibi [tunc enim.] ¶ Not. primò hic post Lap.& ℣.c. proxi.probari, quòd ad Capitulū ecclesiæ collegiatæ sede vacante spectat custodia, & administratio, & non ad episcopum.de quo per eum.℣.de elect.c.cu
1 pientes.ii.1.& dixi.eo.ti.16.q.c.cui. ¶† Secundò not. quòd ecclesiæ vacanti non potest dari visitator per alium, q per Papam. cum enim habeat tunc administratorem legitimum. s. Capitulum,vt ℣. de maio.& obe.c.cū olim.ideo cessat datus à iudice. Sicut in tutelis legitimus excludit datiuum, iuxta plenè notata in l.si quis sub conditione.ff.de testa.tute.legitimo autem,vt suspecto remoto, succedit datiuus,vt ibi, & ita hic. Similiter si legis administrator (puta prælatus) sit senio confectus, vel aliter impeditus administrare sine culpa sua : dabitur enim sibi tunc coadiutor, non autē succedit legitimus, vt ff. de tutel.l.solet.quod tenet hic Arch.post longam disputationem tenet, quòd abbati,de quo maius erat dubium,est dandus coadiutor, si est inutilis propter senectutem, vel ægritudinem,vt ℣. de cle.ægro.c.fi.per Ioan. And. qui dicit hic, q idem in alijs prælatis inutilibus est dicendum,ratione prædicta : nec est afflictio danda afflicto.7.q.1.ca. cum percussio. De officio horum coadiutorum dic , vt plenè per Io. And.
2 in c.de rectoribus. de cleri,ægro. ¶ † Tertiò no.quòd archiepiscopus supplet negligentiam Capituli: similiter & episcopi,vt supra cap. primo.in nouella. Et aduerte ; quia ad istam Capituli negligentiam text. exigit copulatè , quòd negligat in temporalibus, & spiritualibus. Non enim ad deuolutionē sufficeret alterum ex eis, secundùm Io.An.qui remittit ad no.in c.fi.℣.de ele.eo.li. Vtrū aūt ad negligentiā inducēda requiratur præcedens monitio archiepiscopi.Archi. q sic.Io. An. hic arbitratur honestā, non necessariam. ¶ Quartò not. potestatē visitatoris habet enim legitimam in temporalibus, & spiritualibus. Vtrùm autem possit dare licentiam transeūdi ad aliam ecclesiam.Ioan. & Lau. q non. 80. dist.c. fraternitatem.vbi idem dicunt in Capitulo vacantis ecclesiæ, cum sit ibi

sit ibi quædam alienatio. dicit tamen Hug. q licentia metropolitani cum clericis sufficeret. quod non tenet Archi. cum hoc nō reperiatur in iure permissum. de hoc etiam no. 4. dis. c. presbyteri. de visitatore dato à Papa videtur contra. s. eo. de elect. c. is cui. per Ioan. And. in nouel. De secundo verò visitatore ab eo dato, vide de maio. & obe. c. cum olim.

Rub. De temporib. ordinat.

CAP. I.

SAEPE cōtingit. Primò ponit cōstitutionis causam impulsiuam. secundò statuit, ibi [nos igitur] tertiò transgressores punit, ibi [eos verò] & ad pœnam inhibitionem annectit, ibi [omnibus.] ¶ Nota. q excommunicati, apost. & alij indigni patriam propriam fugiunt ex causa, de qua in tex. Tales igitur non sunt passim promouendi, vt hic. nec etiam ad celebrationem diuinorum admittēdi, vt s. de cleri. peregri. c. 1. & per totū. ¶ Secundò no. de excōmunicatis, apost. & aliis indignis, qui contra iura ad ordines promouentur. innuit enim hic tex. q ordinem recipiunt, sed non executionem, sicut minores etate. s. eo. c. vel non est cōpos. Et de excommunicatis dic, vt de sen. excō. c. cū illorum. de apostatis siue triplici apostasia dic, vt s. de aposta. c. 1. ¶ Tertiò no. q hæc cōstitutio prohibet Italicis episcopis promouere Citramontanos. Quid ergo de illis, qui non sunt Vltramontani, nec citra; quia sunt in summitate montium? videtur inspiciendum, cui magis conueniant, ar. l. quæritur. de sta. ho. Ioan. An. dicit, q cum ducta constitutio sit pœnalis, & localis, in talibus non vendicat sibi locum, secundùm antiqua iura. ¶ Circa hoc incidenter quærit glos. quid econuerso, si episcopus Vltramontanus promouet Italicum: an vendicet sibi locum ista constitutio? arguit efficaciter, q attēta mente constitutionis, videretur dicēdū, q sic: tenet tamen cōtrarium idem Ioan. Mo. & Archid. & Gul. j. c. proxi. alle. de his, qui no. infa. l. furti. §. fi. & quod ibi no. & est rō, quare magis contra episcopos Italicos locum habeat; q a magis in Italia frequentabatur. ff. de abigeis. l. 2. Et consueti aliàs notare hanc glos. dum dicit, q vbi est eadem ratio, & penitus eadem similitudo, non dicitur lex extendi. & ideo quātūcunq; si pœnalis, comprehendit casum, vbi eadē subest ratio. Nā tacitè cautum videtur, vbi eadem ratio reperitur, vt l. his solis. C. de reuo. dona. & vide quod de mente legis dixi. s. de elec. c. si postquam. de extensione autem legis, quando sit prohibita, vel concessa, vide per Bar. in l. non dubium. C. de legi. & alibi sic distinguitur. Cum quæritur, an constitutio extendatur ad casus similem rationem habentes: dicas, q aut constitutio est prolata simpliciter: aut in ea sunt verba taxatiua. Primo casu, aut per extensionem inducereturcorrectio: & si extenditur, vt in Authen. quas actiones. C. de sac. sanc. eccle. Aut induceretur legum declaratio, seu distinctio: & tunc fieri potest, vt l. si constante. ff. solu. ma. & l. quæ propter necessitatem. de reg. iur. Secundo casu, quando in l. sunt verba taxatiua. & tunc aut per aliam legem apparet de extensiōe: & extendimus, vt C. de repudi. l. ob æs. & quod ibi no. in l. cō tractus. in prin. de reg. iur. Aut per aliam legem non apparet de extensione. & tunc aut lex est prolata in casu fauorabili: & extenditur, vt l. illud. C. de sac. san. ecc. Aut in casu odioso: & tunc secus, vt C. de patri. qui filios distrax. & no. Dy. in reg. in argumētum. de reg. iur. Istam distinctionē ponit Bar. in l. si constante. prælleg. in 9. q. Et habet locum in extensione legum, siue constitutionum. In extensione autem statutorum per similitudinem, vel maioritatem rationis quando locum habeat, vel nō, vide per Cy. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. ¶ Quartò no. q ista constitutio prohibet ordinare clericos Vltramontanos. Vtrùm ergo si laicum Vltramontanum ordinet, habeat locum hæc pœna. glos. tenet, q sic, punctuando literam, prout dicit. quæ etiam intelligit hunc tex. in collatione ordinum non sacrorum: licet proœmium loquatur de sacris. nam secundùm Archi. etiā minores sunt sacri, largo sumpto vocabulo. de quo per Ioan. And. s. de fil. pſby. c. 1. & hic per Archi. qui etiam arguit, q non debet iste tex. intelligi de collatione minorum ordinum: quia circa minores ordines ē statuta certa pœna. j. eo. c. fi. sed secundùm Ioan. An. de prima tonsura tantùm loquitur, non distinguendo Vltramontanos ab Italis. ¶ Quintò no. q episcopi originis, vel domicilij concedunt literas commendatitias ad ordines. Item de episcopo domicilij, licèt alibi natus sit. quod G. non approbat: licèt Ioan. Mo. & Archi. hoc teneant: vt sic vnum ius per aliud suppleatur, vt in glos. ad hoc. C. de diuer. rescrip. l. 1. ¶ Sextò no. q ordinans contra ordinem huius constitutiōis punitur pœna cōdigna. Quæ autem sit condigna; dicūt quidam, q illa, de qua. j. c. proxi. quæ est regularis contra omnes ordinantes. Alij dicunt, q in casu huius c. debebit pœna ordinantis esse maior, quàm ibi. cū. n. hic ordinatus durius puniatur: ergo similiter ordinans. quod dic, vt hic in nouella.

S V M M Æ.

1 *Ordines alieno clerico quis sine licentia superioris conferre nō debet.*
2 *Ignorantia affectata idem operatur, quod scientia.*
3 *Ordinans clericos alienos suspenditur à collatione ordinum.*

CAP. II.

EOs qui clericos. Tria facit. primò punit ordinantem. secundò ratificat pœnas ordinati. tertiò licēciat clericos ordinantis. secūda, ibi [hisque] tertia, ibi [clericis] ¶ †† No. q sine superioris licentia non debet quis conferre ordines clerico alieno. formam autem literarum huius licentię vide in Spec. de cleri. peregri. & hoc dicit Ioan. An. sufficere, si de ea constet per testes, vel per publicum instrumentum: nō sic in casu. c. s. proxi. vbi requiritur scriptura. sicut in multis aliis casibus enumeratis in c. 1. j. de censi. ¶ †† Secundò no. q affectata ignorantia idem, quod scientia, operatur. quæ quidem scientia præsumitur in illo, qui tenetur à principio inquirere de conditione personæ, vt c. innotuit. s. de elec. & ita tenet hic glos. quæ tamen dicit, q contra præsumptam scientiam sufficit iuramentum. Subdit tamen, q contra iuramentum potest probari scientia per probabiles coniecturas. & hoc tenet Gar. Ioan. Mo. contra. dicit enim, q ex quò iurauit se ignorare, non audietur pars altera, probare volens scientiam, vel affectatam ignorantiam: quia decisum iureiurando iterum discuti non debet, vt l. 1. C. de re. cre. Sed certè secūdùm Ioan. An. in nouel. ibi loquitur de iuramento delato à parte, non à iudice. quod bene potest reprobare, vt l. admonendi. de iureiurando. remittit Ioā. An. ad no. per eum. s. de rescrip. c. statutum. ver. sed & in duob. super verbo, iuramēto. & quod dixi. s. de elo. c. vt circa. ¶ †† Tertiò no. q ordinās clericos alienos, suspenditur à collatione ordinū per annū. & si infra annum iteratur hæc culpa: an statim incipiat secūdus annus, an primo finito? vide. s. de elec. c. cum in cunctis. in nouel. super verbo termino. & de magistris. Cle. cū sit. in fi. Et aduerte, quia tex. indefinitè dicit, ordinum, & glos. supplet omnium. Ioan. Mo. & Archi. contra quos facit finis. c. & quod no. 1. q. 1. c. si qui. & l. qui indigno. ff. de senato. quibus tamen respondet, q loquantur de indigno propter culpam, non propter pœnam, quæ non extenditur, vt odiosa. de reg iur. c. odia. & licèt fuerit hic culpa, non tamen de ea quærit sed de pœna, q̄ suos limites ſi debet excedere: 23. q. 4. c. qui peccat. in fi. secundùm Ioan. An. ¶ Quartò no. q suspēso superiore à collatione ordinum, poterunt clerici vicinos episcopos adire, & ab eis ordines recipere. & est ista suspensio multum æqua: vt sicut alienos ordinauerunt sine licentia sic & sui sine licētia ordinentur. Et aduerte; quia hæc cōstitutio per-

permittit clericis, laicis ergo subditis episcopo sic suspenso non videtur licere. Et sit ratio; quia non subest tacita necessitas laicum clericari, sicut ad superiores ordines clericos promoueri. quare autem ad vicinos episcopos magis, quàm ad remotos fiat ista deuolutio. dicit Ioannes Andreas; quia per eos de vita, & moribus ordinandorum melius sciri potest. c. quantò. depræsumptio. & de elect. c. postquam. ad archiepiscopum verò necessariò non recurritur; quia hoc non est iure expressum. s. eodem libro. de supplenda negligentia prælato. c. 1. debet tamen episcopis vicinis de tali suspensione constare aliter, quàm per assertionem clericorum ordinandorum, secundùm Gul. & textus hoc probat, dum exigit, quòd sit hæc suspensio manifesta. quod tamen dicit Ioannes Andreas, non posse contingere de facili propter negationem, vt s. nota. scilicet. de translatione. c. quantò. super glos. notorium. & de cleri. excommunic. mi. illud si diceretur denegatum, vel contradictum, hoc bene posset esse euidens, secundùm eum in nouella.

S V M M Æ.

1 *Superior quò ad licentiam concedendam quis dicatur.*
2 *Beneficij habeat quis in clericum alienum ius superioritatis, occurrit dubium.*
3 *Inferiores prælati ordines conferre non possunt.*
4 *Nouitius infra annum probationis an possit ordinari.*

CAP. II.

CVm nullus. Quatuor sunt partes, quæ patent. No. regulam, de qua in principio. Et sic non debet quis ad ordines recipere clericū alienū, vt hic. ita nec in publico admitterur ad celebrationem diuinorum, vt dixi. s. c. 1. Sed hic quæritur, nūquid monachi in ecclesiis suis possint aliquos instituere, vel recipere, si ostendant literas dimissorias? dic, q ista cognitio vtrum cleric' peregrinus sit plenè dimissus, pertinet ad epm, ar. s. de sen. excom. c. 2. Et ideo abbas etiam exemptus cum populo talem instituere non poterit: nisi episcopus eum pro nunciauerit prius plenè dimissum. Et posset episcopus in illū aliter receptum animaduertere; cum delinquat in sua diœcesi: nisi obstaret sibi tenor priuilegij. de priuil. c. porro. Et hoc verum in ecclesiis habentibus populum exemptum, vel non exemptum. Si autem non habent populum, & sunt capellæ exemptæ: videtur q possint instituere extraneum habentem dimissorias, etiam sine licentia episcopi. & hoc vide
1 per Innocent. in c. fina. de cleri. pere. ¶ † Secundò not. quis dicatur superior quò ad licentiam concedendam. & dic altero ex tribus modis, scilicet ratione originis, domicilij, vel beneficij. Circa originem dubitatur, quid iuris de origine paterna. argu. quòd sibi sufficiat. ff. ad muni. l. assumptio. §. 1. vbi dicitur filium originarium ciuitatis, de qua pater traxit originem. & l. libertus. §. patris. eo. tit. Textus, tamen huius. c. ponderat locum originis ipsius ordinandi. & hoc Ioann. Andr. considerat ante factum: post factum verò haberet excusatos ordinantem, & ordinatum. Adducit similia, de quibus in reg. cum quid. de reg. iur. In solu. cōnis de origine aui paterni mihi videtur dubium minus, q curanda non sit. de quo in simi. per Ioan. An. j. de sepul. c. is qui. in nouel. super glos. 4. ¶ Circa secundum modum. s. q
2 ratiōe † beneficij habeat quis in clericum alienum ius superioritatis: occurrit dubium, qualiter hoc modo potest proprio episcopo auferri eius clericus, vel in eum iurisdictio, & potestas minui, contra totum titulum. 71. & 72. di. Sol. dic, vt no. Inn. in c. 1. de cleri. peregri. & c. cum iam dudum. de præben. Vbi quid iuris, quando ratione plurium beneficiorum quis est subiectus pluribus episcopis, qui contraria sibi mandāt, cui debeat obedire. dicit, quòd primo in dubio: quia secundus videtur eum sub ista conditione recepisse, ar. l. in operis. ff. loca. Item secundùm Ioan. And. intellige de beneficio ecclesiastico collato in titulum, non de beneficio temporali, puta dato magistro. s. de magi. c. quia nonnullis. ¶ Circa tertium de iure superioritatis ratione domicilij quò ad collationem ordinum, hic Doc. nihil dicunt vltra glos. quę incipit. potest quis &c. quæ tangit, vbi dicatur quis habere domicilium. In qua quæstione vltra glos. dic, quòd quò ad constitutionē domicilij lex videtur requirere habitationem decē annorum. Ante verò qui habitat, vocatur incola, vt l. 1. C. de incolis. sed Ioan. And. in c. significauit. s. de parochi. dicit, q illa lex non seruatur, & dicit hoc arbitrarium. Nam si loco relicto, omnia vendidit: & secum, quæ habere potuit, asportauit, & alio loco domum, & possessiones emit, præsumitur primum domicilium reliquisse, & elegisse secūdum. pro quo dicto allego quod no. Bar. in l. assumptio. §. filius. ff. ad munici. & l. prædia. de fun. instru. Et de ista materia domicilij qualiter constituatur, & admittatur. & quid iuris quò ad munera, & honores, & quò ad ius conueniendi, cum quis habet plura domicilia. & de religiosis, & vxore, quæ transeunt ad alia loca, an dicantur ibi constituere domicilium. Bart. ponit in variis locis in ti. ad munici. ff. cuius dicta magis vtilia reassumo
3 in d. c. significauit. ¶ †† Tertiò no. in. §. inferiores. q inferiores prælati non possunt ordines conferre, vt c. aqua. de consecra. eccle. vel alta. ergo nec super hoc licentiam dare. sed hæc ratio non videtur bona; quia vicarius in spiritualibus, & Capitulum sede vacan. istam licentiam tribuunt, vt hic patet, & tamen conferre nequeunt: nisi dicas, quòd isti repræsentant episcopum, & eius vice funguntur, vt c. eam te. de rescrip. per Inno. in c. 1. de offic. vica. potest etiam esse ratio; quia ista collatio ordinum est de iure episcoporum, iuxta no. in c. quātò. de conſ. & 1. di. c. aqua. vnde quantuncunque ecclesia ab eo eximatur, ista pontificalis auctoritas sibi intelligitur reseruata, vt c. veniens. de præscript. Non mirum ergo, si inferiores prælati se non immiscent de re alij reseruata. ¶ Quartò not. quòd priores etiam temporales, & eorum socij, qui morantur in ipsis prioratibus, subsunt illi episcopo, vbi moram trahunt, quò ad ordines. licèt enim prioratus subsit monasterio alterius diœcesis: non tamen eximitur ab ordinario loci, vbi situs est, vt c. 1. de reli. dom. In alienatione autem rerum ipsius prioratus, cuius episcopi auctoritas exigatur, an principalis monasterij, vel ipsius membri. dic per Inno. in c. pastoralis. de priuile. Et vide quod de istis religiosis oriundis aliūde, quàm in monasterio, vbi manent: an censeantur ciues, vbi morantur, & retineant ibi domicilium originis? dic per Bar. in l. 1. ff. ad municip. & dixi in d. c. significauit. & aduerte; quia iste tex. loquitur de prioratibus non exemptis. In exemptis ergo an episcopi possint conferre ordines, Ioann. And. in nouella. super verbo in non exemptis. tenet, quòd exemptos diœcesani non ordinent sine licentia Papæ, ar. huius literæ. & de priuil. j. c. auctoritate. ipsi ergo abbates, & prælati exempti dabunt literas suis ad ordines: si ita exempti sint, quòd diœcesani non habeant ordinationem, vt not. Inn. s. eo. c. cum in distribuendis. Ioan. tamen. 17. dist. c. quia abbatibus. dixit, quòd quantumcunque abbas sit exemptus, tamen debet petere episcopalia ab episcopo loci, nisi maliciosè deneget. & hoc placet Host. vt no. Ioan. And. j. de priuile. c. 1. Et per ista concludit hic Lap. quòd in iurisdictionalibus, & pœnalibus non possit diœcesanus de exemptis, etiā eis consentientibus, indicare sine licentia Papæ, nisi vbi reperitur ei hoc iure permissum. Et sic intelligatur quod no. Ioā. An. in c. scienti. In his verò, quæ sunt iurisdictiōis voluntarię, (vt est ordinatio, consecratio, absolutio, in casibus reseruatis episcopo dispensatio, & similia) poterunt exempti pro ipsis obtinendis diœcesanos adire, & fortè etiam non diœcesanos, in eos iurisdictionem voluntariam prorogando. facit de pœni. & remiſ. c. ſi. secundùm Lap. quæ verba no.
4 ¶ †† Quærit etiā, an nouitius infra annum probatiōis poterit ordinari ab epo, in cuius diœcesi est in, pbatione posit°: vide-

tur, q̃ non, cum nondum sit perfectè religiosus, vt de sen. excom. c. religioso. ipse tenet contrarium per hunc text. vbi patet, q̃ quis non minus licitè ordines cõfert; quia persona, cui contulit, non debet ibi perpetuò morari. sufficit enim, q̃ postea sit ibi perpetuò moram trahere: vt sic tanquam de perpetuo iudicemus, vt Cle. & si principalis. s̃. de rescrip. & quod ibi dixi. facit l. non ideo. de rei vendi. ¶ Vltimò quæro de promoto in curia nondum ordinato, vtrum possit recipere ordines ab episcopo, cui subest, altero ex istis tribus modis. Archi. hic q̃ non, per extrauag. iunctæ. & c. meminimus. de accu. & c. vt vim. de appel. & quod no. Spe. in ti. de legato. §. nũc ostẽdendum. li. 3. contrarium credit de iure Ioan. An. & contraria loquuntur in consecratione, benedictione cõsecutiuis ad illam dignitatem: sed ordinatio respectu alterius beneficij, vel patrimonij fieri potest, de facto tamen seruatur opinio Archi. secundùm eum.

SVMMÆ.

1 *Infanti prima tonsura non est conferenda.*
2 *Tonsura prima illiterato non est conferenda.*
3 *Collatio primæ tonsuræ coniugato est prohibita.*

CAP. IIII.

1 NVllus. †No. q̃ infanti non est conferẽda prima tõsura, ar. cõtra. 11. q. 1. c. Christianus. & c. Siluester. sed ibi est modus loquendi, q̃ à cunabulis clericus fuerit: potest tamen infans religionem intrare, saltem per oblationem parentum, vel tutoris. De effectu autem talis oblationis, & an ipse possit infra pubertatem egredi an patris, vel matris oblatio sufficiat, vel tutoris, dixi.
2 s̃. de regula. in c. 11. ¶ †Secundò no. q̃ prima tonsura nõ debet conferri illiterato: quod intellige de illiterato penitus. 1. q. 1. c. ecce si clericus. si tamen talis ordinetur, recipit characterem, vt no. 36. di. c. 1. & Ioan. An. post Host. & Inn. de elec. c. cum in cũctis. Cum istis autẽ penitus illiteratis episcopi dispensare non pñt, vt no. Inn. s̃. eo. c. dilectus. ¶ Quærit Ioan. An. in nouel. si pro patiente hunc defectum literaturæ, vel p̃ coniugato Papa scribit, an impediatur potestas ordinarij. dicit, q̃ non, si Papa non cõsueuit super defectu, quem talis patitur, dispensare: alias secus, puta in defectu ordinis ætatis, & natalium. quod dic plenè per Inn de excess. præla. c. inter dilectos. & per Compo. de rescrip. c. Capitulum. in glo. magna.
3 ver. item quid si prouisio. ¶ †Tertiò no. q̃ coniugato est prohibita collatio primæ tonsuræ, nisi in duobus casibus, in quibus quando sit licitum, dic plenè, vt in c. cõiugatis de cõuer. coniuga. quod c. in tota illa materia teneo menti. Nam in toto illo titulo multa sunt cap. quæ loquuntur de coniugato volente ingredi religionem, nolente, vel inuita vxore. De coniugato verò volente minores ordines, vel sacros suscipere (& sic in seculo remanere) vtrum possit. & an vxor tunc teneat religionem intrare: vel emisso voto continentiæ simpliciter in seculo remanere. ibi vide. & quid iuris, si non est matrimonium consummatum: an sicut posset inuita sponsa, sp̃õsus religionem ingredi, & econtra, vt c. ex pu. de conuer. coniuga. ita possit ordines recipere. vide in extrauag. Ioan. quæ incipit. Antiquæ. idẽ tenet in despõsatis, quod vxoratis. ¶ Quartò no. pænam conferentis primam tõsuram personis hic p̃hibitis; quia per annum &c. Sed tunc est dubium. si laici voluerint tonsurari infra annum suspensionis, quem adibunt? videtur, quòd vicinos episcopos. s̃. eo. c. eos qui. contrarium tenet glos. fin. super qua dicit Ioan. And. in nouel. quòd iste sic suspensus poterit dare literas commendatitias ad ipsum ordinem, vel tonsuram, ad instar confirmati non consecrati. de elec. c. suffraganeis. ¶ Vltimò hic tractat plenè Archi. de ordine psalmistatus, & an conferatur à sacerdote. de quo per Ioann. Andr. in c. cum contingat. de æta. & quali. de quo dic, vt ibi.

Rub. De ętate, & qualitate, & ordine pręficiendorum.

SVMMÆ.

1 *Ætas quæ requiratur in dignitatibus adipiscendis.*
1 *Episcopus in qua ætate de dignitatibus possit dispensare.*
3 *Defectus ordinum an vitiet electionem.*

CAP. I.

1 ERMITTIMVS. Duo puncta examinant hic Doct. †Primum est, quæ ætas[a] sufficiat de iure cõi in promouẽdis ad dignitates, siue personatus sine cura animarum. Secundũ est, vtrũ epi in citeriori ætate, quã ius cõe exigat, dispẽsare possint. Tertiũ tãgit gloss. fi. vtrũ defect[s] ordinum vitiet electionem ad personatus, siue dignitates sine cura. ¶ Circa primum refert hic Ioan. An. in nouell. opin. Inn. qui dixit, q̃ ad tales non curatos sufficiebat ætas. 14. annorum: quia ex tunc bona sua pñt administrare. Archi. dicit hanc opi. Inn. hic confundi, vbi requiritur dispensatio, etiam in habente annum. 20. Præterea in assumendis ad dignitates seculares cum administratione requiritur. 25. annus completus, in alijs sufficit inchoatus. ff. de mune. & hono. l. ad rẽ pu. & de' Decurio. l. spurij §. maiores. multò magis ergo in dignitatibus ecclesiasticis requiritur ista ætas. Præterea in c. cum in cunctis. §. inferiora. æquiparantur dignitates, & ecclesiæ parochiales, in quibus requiritur tanta ætas. quod iuris ergo est in illis: & istis, vt l. fi. C. ad leg. Fal. Itẽ ille. §. inferiora prohibet collationem super his, qui non attigerunt. 25. annum. ergo aliter facta non valent, vt l. nõ dubium. C. de legibus. & 10. dist. c. vides. Præterea canon antiquus prohibet archidiaconatum, & decanatum conferri adolescentibus. 60. dist. c. innouamus. licèt Inn. illum intellexerit de habẽtibus curam
2 animarum. † ¶ Circa secundum, scilicet in qua ætate possit episcopus dispensare in dignitatibus, & personatibus sine cura. Ioan. An. refert opi. Archi. dicentis, q̃ propter prærogatiuam meritorum potest post. 14. annum, etiam in curatis. de qua opi. miratur Io. An. Nã hoc c. permittit hic hodie in 20. an. ante ergo fateri oportet fuisse prohibitum. in hoc ergo opi. Archi. non videtur vera: fatendum est tamen, q̃ in dispensatione pmissa episcopo cãe cognitio requiratur, & considerato habenda in hac cãe cognitione. ¶ Circa autem beneficia curata dixit Archi. s̃. de elec. c. licèt canon. q̃ subsistente magna necessitate, vel vtilitate ecclesiæ, potest Episcopus dispensare. curia tamen contrarium tenet, & absurdũ putat, q̃ episcopus cõtra solẽne cõsilium. c. cum in cũctis. valeat dispensare. de tẽ. or. c. cũ dilectus. sic etiam dixit Ioan. Mo. in c. cupientes. §. denique. de elec. & in hac opi. residet hic Ioann. An. ¶ Vnam circa istam dispensationem no. quòd licèt sit in bũficio dispensatũ cũ minore: nõ tamen intelligitur dispẽsatum in administratione bonorũ tp̃aliũ dicti beneficij. qd̃ ẽ verũ: nisi appareat expresse de alia principis voluntate. qd̃
3 dic, vt no. Ioan. An. s̃. eo. c. ex ratione. & vide quod de ista dispensatione ipse no. de preb. c. de multa. ¶ †Circa tertium, vtrũ defectus ordinũ vitiet electionem ad dignitatẽ, & p̃sonatum sine cura. glos. refert opi. Inn. & Ber. q̃ de iure cõi possit ad istas eligi. idem Compo. & Archi. hic. Host. cõtra, vt in gl. fin. super qua dicit Ioan. An. in nouel. quòd æqua esset distinctio inter personatus requirẽtes sacros ordines, de quibus in c. 1. & eos, qui non requirunt, vt est cancellaria, custodia, priciatus, & cantoria. remittit tamen ad id, quod no. de ele. c. auditis. super glos. vltima. ¶ Quæro, vtrum pendente lite super defectu ætatis, ordinum, natalium, & similium possit inuito opponente superior dispensare in casibus, in quibus licitè potuisset ante litem motam. vide per Ioan. And. de elec. c. dudum. vbi de materia dispensationis plures vtiles quæstiones,

stiones. & in Spe. de legato. §. pe. & fi. vbi omnino vide. In defectum natalium quis dispensẽt, dic, vt. j. c. proxi. In criminibus autem vtrum possit Episcopus dispensare. vide de iudi. c. at si clerici.

ADDITIO.

2 ¶ Aetas. Adde, quotuplex sit ætas, glos. in l. hæreditatum ff. ad leg. Fal. Cy. & Doc. in l. si infanti. C. de iu. delib. Flo. de Sãcto Petr. in l. inuiti. ff. de test. vide Aulum Gellium l. 9. ca. 28. c. vnde ætas. 18. annorum est apta ad bellum. glos. in c. 1. de pac. iura. fir. & ibi Bald. sed ætas legitima dicitur. 25. an. l. fi. & ibi Bar. de his, qui ve. æta. imp. l. cum filia. §. fi. de le. 2. l. quod Seruius. & ibi Alex. de condi. ob causam.

Rub. De filijs presby. & alijs illegitimè natis.

SVMMÆ.

1 *Dispensatio cum inhabili restringi debet.*
2 *Episcopus an possit dispensare cum patiente defectum natalium.*
3 *Episcopus contra ius commune dispensare potest.*

CAP. I.

S QVI. Nota, q̃ episcopus potest dispensare cum patiente defectum natalium in minoribus ordinibus, & beneficio sine cura. circa episcopum quærit Archi. an possit dispensare solus sine consensu Capituli. tenet, q̃ non. de quo vide de elec. c. cum ex eo. in glos. licèt. Capitulum autem sede va. vtrum possit dispensare. vide in Cle. 1. de hære. in glo. hæc litera. ad fin. & j. de maio. & obe. c. 1. ¶ Item põdera, q̃ dicitur, natalium, indistinctè. Nam cum quocunque illegitime nato ex damnato coitu quò ad ista poterit dispensare, vt in glos. 2. Est tamẽ dubium, vtrum possit cum illis, cũ quibus Papa non consueuit dispensare de facili, vt est natus ex religioso, adulterio, vel incestu, cum quibus non cõsueuit dispensare, vt religionem ingrediantur. videtur etiam, q̃ cũ istis possit, postquam eis simpliciter est concessum, ar. c. 1. de coniu. lepro. qd̃ tenet Ioan. Mo. & Archi. ¶ Secundò not. dum dicit [si ei aliud] q̃ quandoque plura impedimenta cõcurrunt in personam eiusdem: vnius autem eorũdem amotio non sufficit, si reliquum remanet, vt l. si non lex. de hære. inst. & c. pastoralis. & ibi concor. de priui. ¶ Tertiò no. q̃ non ita de facili dispensatur in maioribus, sicut in minoribus, de quibus. 23. dist. c. Accolitus. cum quatuor cap. seq. similiter non ita de facili in curatis, sicut in aliis sine cura: qualiter autem sumitur hoc verbum, cura, no. hic Archi. & per Ioan. An. de elec. c. licèt canon. super verbo. curam. ¶ †Quartò no. in ver.
1 ille verò, q̃ dispensatio cum inhabili, veluti odiosa, debet restringi. & per hoc no. hic Ioan. An. q̃ licèt dispensatum sit cũ ineligibili, postulandus erit, non eligẽdus, vt c. licèt. de trãsla. per Inn. sed ibi remansit impedimentum; quia erat episcopus, vt s̃. de postu. c. vlt. vbi toleratur sicut in illegitimo videtur tamẽ eligibilis. de ele. c. cum Vinctoñ. qd̃ hic vide latiꝰ in nouel. super ver. restringi. ¶ Venio ad ea, quæ restant vtiliter hic tacta in nouel. & primò quæro. hic conceditur episcopo dispensare in beneficiis sine cura cum illegitimis, vtrum ergo poterunt in canonia ecclesiæ cathedralis. Archi. q̃ sic. Ioã. Mo. cõtra; q̃a cura accedit p̃bẽ. ecclesiæ cathedralis, non ecõtra, de preb. c. extirpandę. §. qui verò. si ergo nõ põt in minus digno. i. in beneficio cum cura, vt hic: multòminus in magis digno. s̃. in canonia ecclesiæ cathedralis, ar. l. qui indignus ff. de testa. & l. qui pacto. de ser. expor. alle. etiam ad hoc. c. q̃uis. §. 1. j. de præben. Ioan. An. hic in nouel. tenet opi. Archi. in hoc. satis est enim, q̃ episcopus non reperitur hic prohibitus. alleg. not. per Inn. s̃. c. venientes. Idem tenet Lap. natura enim præbendæ, vel beneficij, cui est annexa ecclesia parochialis, propter talem annexionem nõ mutatur: quinimo cura rata veluti accessoria sequitur principalis naturã, vt in reg. accessorium. & bene probat. c. super eo. j. de præben. & de

sta. mo. c. recolentes. opinio contraria esset vera, quando sic inuicem vnirentur, q̃ vna non penderet ab alia, sed quælibet retineret statum suum, iuxta reg. traditas ī materia vnionis, de quibus, ne sede va. c. 1. ¶ Ad idem quærit, si est aliqua prælatio, vel rectoria, quæ non cadit in nomen dignitatis, vel p̃sonatum. vtrum cum tali illegitimo in hoc poterit episcopus dispensare? dicitur, q̃ sic; quia iuris lator reseruauit sibi dispensationem in certis tantum. s̃. dignitatibus, personatibus, & curatis: de quibus. s̃. de præb. c. de multa. & hanc opi. tenet Archi. licèt Ioan. An. non firmet. pro hac decisiõe Archidiaconi facit quod no. do. Fede. de Se. in simili de canonia, siue prioratu curiali non habente collegium, nec curam animarum, nec potestatem exercendi censuram in aliquos, nec prærogatiuam inter alios rectores, nec cimiterium. Tenet enim, q̃ talis prioratus conferri possit minori. 14. an. vt sic censeat̃ simplex beneficium, non attenta denominatione, quæ sonat in vocabulum dignitatis, postquam effectum non habet, ar. c. intelligentia. de ver. sig. de hoc efficaciter, & pluribus ratio
2 nibus consi. 128. ¶ †Quæro, vtrum cum patiente defectum natalium possit episcopus dispensare in beneficio sine cura, qd̃ ex priuilegio, consuetudine, vel statuto requirit sacrũ ordinem. glos. quæ inci. quia non paternum. tenet, q̃ non posset, sicut non posset in tali ordine dispensare, vt hic. idem Archi. qui alleg. de leg. 1. l. sed si res. Idem Ioan. Mo. quorum opi. est vera, secundùm Lap. quando à prin. s̃. receptionis tempore, talis ordo requiritur. Si autem requiritur post collationem: tunc videtur, q̃ possit Episcopus in tali beneficio dispẽsare: ordinem verò illum postea recipiet in proximis temporibus ab eo, qui dispensare possit: aliàs ab ipso beneficio remouebitur. facit qd̃ no. de elec. c. commissa. 2. responso. &' qd̃ ibi no. & de reg. iur. c. imputari. in Mercu. & qd̃ no. de præb. c. ei cui. super 1. glos. ¶ Sed pone, q̃ in ecclesia est statutũ iuratum, & confirmatum per Papam, q̃ illegitimatis beneficia non conferantur. modò quidam illegitimus impetrauit in illa ecclesia cum dispensatione super natalibus, non facta mẽtione de illo statuto, cui postea opponebatur de ipso: & videretur prima facie dicendum, q̃ sicut per dispẽsationẽ prędictam est sublatum ius commune: ita & statutum continẽs idem, iuxta no. de consti. c. 1. Nam de statuto, vel priuilegio continente idem, quod ius commune, non expedit in petitione facere mentionem, vt no. Inn. in c. 1. de rescrip. & videtur maximè hoc verum, qñ lĩæ hñt clausulam [nõ obstant.] cõtrarium tenet hic Ioan. An. nam & si Papa tollat statutum, non tamen iuramentum, vel confirmationem statuti, quæ p̃cesserunt impetrationẽ. s̃. de reseri. c. constitutis. vñ subiecta mutantur per statutum, & confirmationem, & videntur alia, de iureiur. c. debitores. & c. cum contingat. Non ob. clausula [non obstant.] posita in literis Papalibus; quia non iustificat personã impetrantis, sed literarum impetratarũ formã, secũdùm Ioan. An. cuius opi. sequitur Lap. qñ ad petitionẽ alterius Papa scribit. quo casu hr̃ respectus ad impetrãtẽ, & ipsiꝰ habilitationẽ, & ad finẽ, ad quẽ ponit clausula [ñ obstãt.] ꝛeũ restringẽdo, nõ ampliãdo, vr c. si motu, p̃prio. & c. seq. de p̃b. j. si aũt scribat motu proprio cum clausula generali, siue cõi [nõ obstantiũ] tũc & formã literarũ, & impetrãtẽ iustificat. hoc aũt casu ñ hr̃ respectꝰ ad p̃dicta, sed ad cõfirmãtem, siue scribẽtẽ, qui ñ arctat legibus; iõ sufficit, qualitercũq; sciatur eiꝰ ĩtẽtio, q̃ colligit ex eo, q̃ motu, p̃prio scribit cũ gñali clausula [nõ obstãtiũ] remittit Lap. de ista clausula ad no. p. eũ. s̃. eo. li. de rescrip. c. quãuis. & c. si, p̃pter. & hoc de dispẽsatiõe
3 Papę. †Eps aũt vtrũ possit cõtra tale statutũ dispẽsar̃, sicut p̃t cõtra ius cõe? vr̃, q̃ sic; q̃a qñ duæ, p̃hibitiões hñt originẽ ab eodẽ fonte, siue radice, vna submota, reliqua tollit, vt l. si liberta. C. de nup. Nõ ei debet dici plurib. viis ihabilis; ex quo oĩa ab eodẽ fonte, siue radice, p̃ueniũt. & sic soluit. s̃. de cõsti. c. 1. q̃a loq̃t in statutis præter, vel cõtra ius. Ioã. An. sentit cõtrariũ ī Epo. dicit eĩ, q̃licèt Epo p̃ hoc c. cõcedat̃ ptãs dis-

pensandi cum illegitimo, & sic tollendi, ius cõe: nõ tamen poterit statutum, vel consuetudines ecclesiæ immutare. de consue. c. cum consuetudinis. si est dispensatum cũ illegitimo in sacerdotio, an videatur dispẽsatum in cura? videtur, q̃ sic, ꝓpter coniunctionem inter curam, & sacerdotium, siue ordinem. & quod in vno dicitur, in altero dicẽdum videatur, ar. c. translato. de consti. Contrarium tenet hic Ioã. Mo. quia sublata vna de duabus prohibitionibus, remanet alia, vt c. pastoralis. & ibi concor. de priuile. Nam & religio dispensat in ordine, & tamen non in cura, vt no. Ioan. And. s̃. eo. c. 1. & de rescrip. c. quamuis. super glos. pe. ¶ Quæro dicitur in fi. c. q̃ vigore huius dispensationis non poterit, nisi vnum beneficiũ obtinere. Sed nunquid si vnicum obtinuit, & dimisit, poterit obtinere secundum, & sic succesiuè secundũ & tertium? videtur q̃ non; quia in primo est sortita gratia effectum, ar. c. ñ potest. j̃. de præben. & hoc tenet Archi. Io. An. cõtra in d. c. non potest. vbi plenè per eum. Lap. plenius hic dist. Aut Papa illegitimum legitimat, aut secum dispensat. Primo casu poterit habere aliud beneficium post primum: in secundo casu non. Ratio quia in primo casu vertitur fauor, ideo ampliãdus, de dona. c. cum dilectus. in secũdo casu odium; ideo restringendus, vt in reg. odia. facit quod no. Ioan. And. in c. per venerabilem. super glos. 2. distinguendum est etiam in dispẽsatione; quia aut dispensatur cum illegitimo gñaliter, vt ꝓmoueri possit ad ecclesiasticum beneficium, aut specialiter. Si generaliter, aut id consequitur cum effectu, aut non. primo casu non poterit, etiam dimisso primo, aliud cõsequi: q̃ (vt dicit Archi.) gratia est sortita effectum per adeptionem primi beneficij. facit. 2. q. 1. c. si qs executoris. in tex. & in gl. fi. 33. q. 2. c. vltimo. in glos. 1. Secundo casu aut fuit in culpa; vt quia ipsum primum beneficium recepit iniustè, vel iustè, sed sponte postea voluit ipsum perdere: & tunc idem, quod s̃. quia secundum habere non poterit. de præben. c. eum qui. & de re. iur. reg. dãnum. Aut non fuit in culpa, & tunc poterit aliud obtinere; quia dispensatio debet intelligi cum effectu. de pæniten. dist. 1. §. hæc autem verba. & quod no. Ioan. An. de offi. dele. c. in literis. Si autem fuit specialiter dispensatum super certo beneficio: tunc non poterit aliud obtinere, cũ super isto alio non fuerit dispensatum. s̃. de rescrip. c. suscepti. & de offic. dele. c. cum olim abbas. Si tamen cum tali dispensatum esset super primo beneficio vacaturo, si illud alteri deberetur, habebit sequens, quod primò vacabit nulli debitũ. de præben. c. cum in ecclesia. cum si. & ita intelligendum est hoc c. secundùm eum. ¶ Quæro. si ille, cum quo dispensatum fuit, vt dicit litera in. §. ille verò. adeptus sit duo beneficia, & tenet vtrũque: nunquid vtroq; priuabitur per c. de multa. de præben. tenet Io. Mo. q̃ non, secundùm eum, sed cõpellitur alterum eligere, de præben. c. referente. ad c. de multa. respon. vt hic in nouella. Lap. distinguit, quòd aut ista duo beneficia curata, vel non curata fuerunt isti simul collata: & vtrũque perdit; quia nec conferens, nec acceptans potuerunt sic agere, secundùm ea, quæ no. Ioan. An. post Inn. & Host. de cleri. non resi. c. quia nonnulli. in vlti. q. & de diuor. c. gaudemus. §. quia verò. in glos. oportet ergo. si verò non simul: tunc dic, q̃ aut ambo sunt curata: & perdit vtrunque, primum per. c. de multa. de præben. secundum per istud. c. Si autem sint sine cura: tunc præcisè cogitur dimittere secundum, quod iniustè adeptus est. & si ipsum retinere contenderit, priuabit̃ ẽt primo: vt sic careat habito, & ambito. de trãsla. c. q̃to. posset etiam isto vltimo casu non improbabiliter dici, q̃ recipiendo secundum beneficium, renunciet primo, secundùm ea, q̃ no. 81. dist. c. si quis sacerdotum. de cler. nõ resi. c. fi. in nouel. & per Archi. s̃. eo. lib. de rescri. c. gratia. nec propterea habebit secundum. & sic carebit vtroque, secundùm Lapum.

CAP. II.

SI is cum quo. Decidit casum dubiũ. & rationem annectit, ibi [cũ nõ sit verisimile.] ¶ No. formã dispensationis latissimã quò ad oẽs ordines. ¶ Quid ergo si indefinitè diceretur, ordines, sine noie vniuersali, oẽs? glo. in c. literas. e. ti. dicit, q̃ tutius est, q̃ intelligatur de minoribus. idem Lan. Tan. Vin. Gof. Inn. & Host. qui ponit in summa eo. ti. §. quis possit. ver. quid si dispensetur cum aliquo. & seq. & in Spe. eo. ti. 1. §. vlt. in prin. lata est etiam hæc forma quò ad beneficia. Quia comprehendit curata, nõ aũt dignitates, vel pson atũ. ad hoc. s̃. eo. c. fi. vbi hæc tria ponũtur in hac ꝓhibitione, vt diuersa: vno igitur cõcesso, nõ veniũt reliqua, ar. 12. dist. c. nos cõsue. nec in dispensationib. debemus arguere de maiori ad minus, de rescr. c. postulasti. multò minus ergo de simili ad simile diuersorũ generum. Circa hoc tamen incidenter quæritur, vtrùm per hanc formam dispensationis poterit obtinere canonicatum in ecclesia cathedrali, vel metropolitana? dixi, q̃ sic. s̃. c. proxi. 1. q. Est enim dispensatio, de qua in tex. multum fauorabilis, & ampla. primò inquantum dispensatur in omnibus ordinibus: per quod dispensatum videtur, quòd possit beneficia ecclesiastica simplicia obtinere, ne mendicet, in opprobriũ ordinis clericalis, vt c. cum secundùm. de præbẽ. & C. de Decurio. l. neminem. & no. Inn. s̃. eo. c. fi. Et subditur in dispensatione, q̃ possit beneficia obtinere, etiam si curam, &c. Si ergo potest obtinere curatum, in quo requiritur omnis integritas natalium, scientię, & ætatis, vt in c. cum sit. de æta. & quali. c. cum in cũctis §. inferiora. de elec. quis dicet talem à similis canonicatu cuiuscunque ecclesiæ repelli, vbi ista nõ sic requiruntur? s̃. eo. li. de elec. c. ex eo. certè nullus. In eo em̃ genere non debent licere maiora, minoribus denegatis. ff. de reg. iur. l. non debet. & de ęta. & quali. c. accepimus. hęc videtur fuisse intentio Spe. in ti. de legato. in tractatu dispensationum. §. postremo. & Hosti. in summa de si. presby. §. quis possit. vers. quid si cum tali. & allegat duo cap. scilicet. s̃. de prẽben. c. cum illorum. vbi sub gratia venit ecclesia cathedralis xantonen̄. & de æta. & qua. c. accepimus. vbi venit metropolitana; quia Bracharensis. & sic tam in cathedrali, quàm metropolitana, potest beneficium obtinere. Et secundùm hanc opi. consuluit Oldr. consil. 259. ¶ Secundò no. q̃ dispensatio certæ formæ, & naturæ non extenditur ad aliam impetrationem naturæ diuersæ, & conditionis: sed tãquam casus omissus respectu alterius relinquitur dispositioni iuris cõmunis: sicut regulariter in qualibet dispositione contingit, vt c. suscepti. de rescrip. s̃. e. lib. & l. si extraneus. de condi. ob cau. Contra hoc tamen. 4. glos. obijcit. nam videtur, q̃ dispensatio tollat omnem maculam, & reponat eum in iure primeuo, quo omnes liberi nascebantur, vt in glos. quæ soluit, & ibi loquitur de restitutione natalium, & sic in legitimato. Nam legitimatio tanquam generalis fauorabilior est, quàm dispensatio, quæ respicit certum actum: sup̃ quo vide quòd no. Ioã. An. s̃. qui fil. sint legi. c. per venerabilem. super glos. 2. ¶ Tertiò no. q̃ in impetratione noua diuersi generis à prima oportet facere nouam mentionem de eodem defectu, super quo extitit dispensatum. Ex quo colige, quòd ad obtinendũ beneficium inclusum sub prima dispensatione non expedit, cũ confertur, de ea facere iterum mentionem. postquam enim quis semel dispensationem obtinuit, de qua in hoc c. non oportet ad impetrationem beneficij, ad quod habilitatus est, quòd de ea mentionem faciat. & ita dicit Ioan. And. curiam tenere. & sic in præallegato consilio in dicta curia determinauit Old. nã secundùm eũ, quantùm ad beneficium sub dispensatione inclusum, talis dispensatio ius regenerationis ei tribuit. ff. de na. re. l. 2. in fin. & l. quæris. & l. fin. eod. titu. Esset enim nugatorium in collatione, siue impetratione beneficij impetrare iam obtentum. ad hoc. C. de nupt. l. Imperialis. §. 1. ibi [omni macula penitus deleta] &c. Aliis etiam rationibus hoc confirmat Ioan. And. hic in nouel. qui in vltima glos. no. q̃ literæ ad beneficia subreptitiæ ipso iure non valent: & per consequens nec processus habitus per easdem. s̃. de rescript. c. cum olim. ¶ Quare autem aliud in literis ad lites, quæ valent, nisi exceptione elidantur, dic, vt hic plenè per eum post Ioan. Mona. qui æquiparat literas ad beneficia contractibus bonæ fidei: & literas ad lites contractibus stricti iuris. In illis autem dolus, siue fraus dans causam contractui, vitiat ipso iure contractum. In istis scilicet contractibus stricti iuris vitiat per exceptionem, iuxta not. in l. eleganter. ff. de dolo. ita igitur in prædictis literis est dicendum, vt hic latius in nouel. plures vtiles quæstiones de ista materia dispensationis vide in Spec. in præalleg. §. postremo. & per Do. Fede. consi. 79.

Rub. De Bigamis.

SVMMÆ.

1 *Bigamus omni priuilegio clericali priuatur.*
2 *Bigamus non priuatur priuilegio monachali.*
3 *Consuetudo dicens bigamos gaudere priuilegio ecclesiastico reprobatur.*
4 *Bigami clerici sub pœna anathematis prohibentur ferre tonsuram.*
5 *Bigamus quis dicatur.*
6 *Dispensare cum bigamo quis potest.*

CAP. I.

1 **ALTERCATIONIS.** No. quòd de casu hic decisò olim erant variæ opin. de quibus in glo. 2. & c. lector. allega. in d. glos. 1. & s̃. eo. c. 2. vbi plenius in nouella. ¶ † Secundò not. quòd iste text. priuat bigamos omni priuilegio clericali: quod glos. 3. intelligit de bigamis in minoribus, non autem in sacris. idem Gul. Gar. Ioan. Mo. & Archi. Boa. contra, qui dixit in c. bigamis. s̃. eo. tit. quòd si sacerdos contraxit cum vidua duo matrimonia successiuè, & postea committat adulterium, punietur per iudicem secularem per hoc c. ita refert hic Ioan. And. in nouella. ¶ † Tertiò
2 not. quòd iste text. priuat bigamos priuilegio clericali, non igitur monachali: vnde si fiat monachus, gaudebit immunita
1 te, non ex hoc capite clericorum, sed ex illo monachorum. de quo in reg. delictum. per Ioan. And. in quæstione Gualt.
3 in secunda parte. ¶ † Quartò not. hic reprobari consuetudinem, quæ habebat, bigamos gaudere priuilegio ecclesiastico. Et sic reprobat not. per Innoc. & Hosti. s̃. c. 1. nam ibi Inno. dixit istos fore de foro ecclesiastico, vel seculari, prout cõsuetudo vigebat in loco, vt C. de emanci. lib. 1. fin. Hosti. dicit hoc verum, quando consuetudo fauebat ecclesiastico foro. & vide quod no. Ioan. And. s̃. de cleri. coniug. c. Ioannes. in 3. q.
4 ¶ † Quintò not. quòd clerici bigami sub pœna anathematis prohibentur deferre tonsuram, vel habitum clericalem. de ista tonsura, & corona clericali tractat hic Archidia. & plenius in Clemen. 2. de vita & hone. cleri. in glos. & tonsuram. deferentes autem licèt per ista verba [sub anathemate] &c. non sint ipso iure excommunicati, vt in glos. fin. possent tamen excommunicari propter peccatum, vt hic. & 11. q. 3. c. nemo episcoporum. Item extraordinariè puniuntur in Auth. de san. episc. §. pœna. & Institu. de iniur. §. 1. ¶ † Quæro, quis
5 dicatur bigamus. respon. vt in 3. glos. de hoc, quot modis dicatur bigamus, vide s̃. c. super eo. & 32. dist. c. nemo. & glo. in summa huius tit. §. interpone. & per Hostien. in sum. eo. tit. §. 2. & 3. ¶ Quæro. si matrimonium contractum fuit nullum propter aliquod impedimentum (puta consanguinitatis, affinitatis, vel alterius: nam sunt multa, quæ glos. enumerat Instit. de nupt. ad fin.) an propter tale matrimonium quis incurrat bigamiam, carnali copula subsecuta? Archidia. quòd non, si ignorabat illum defectum: secus si sciebat, & ita intelligit. c. nuper. s̃. e. Ioã. An. ibi contra. Satis enim est, q̃ habuerit effectum coniugij cum opere subsecuto, vt ibi. pro quo facit. j̃. de spõ. c. 1. figura enim matrimonij videtur sufficere ad effectum bigamiæ inducendæ: sicut ad impediendam donationem inter virum, & vx. vt l. 2. §. 1. ff. de dona. inter. vir. & vxo. Ad hoc vide quod plenè not. Bar. j̃. de do. inter vir. & vxo. c. plerunque. vbi figura matrimonij quod non tenet, sufficit contra mulierem fornicantem ad amissionem dotis: in his ergo casibus, sicut in multis aliis iuris articulis, præfertur opinio veritati, da quibus remissiuè tetigi in d. c. nup. & Ioã.
6 An. ponit in reg. quod quis. j̃. de re. iur. ¶ †. Quæro. quis possit dispensare cum bigamo in ordinibus? dic, q̃ episcopus nõ potest, etiam in minoribus. Papa autem vtrum possit. videtur, q̃ non; quia Apostolus ꝓhibet bigamos ordinari, ad Titum primo. & pe. ad Thimothe. 1. c. Sed glos. in c. super eo. præalleg. tenet, q̃ Papa possit. Nam irregularitas, quæ prouenit ex bigamia, non procedit à iure naturali, sed positiuo. quod patet; quia verum ordinem recipit, vt no. s̃. eo. c. super eo. circa illa autem, quæ sunt iuris positiui, Papa multum potest, vt no. Ioã. An. in c. q̃ venerabilẽ. qui fil. sint legi. sup̃ gl. 2.

Rub. De officio Vicarij.

SVMMÆ.

1 *Vices vicarij quandoque quis gerit.*
2 *Vicarius an possit constituere alium vicarium.*
3 *Clericus coniugatus an possit esse vicarius episcopi.*
4 *Consensus Capituli an requiratur in constitutione vicarij.*

CAP. I.

ROMANA. Tria facit, secundũ Ioã. Mo. statuit, rationẽ ponit, & tacitæ qõni respondet. Secunda ibi [cum non] Tertia ibi [ea tamen.] ¶ No. q̃. Archiepiscopus officiales sui suffraganei potest excommunicare, subsistente causa legitima: quę autem possit esse causa legitima. dic, vt in glos. 3. super qua in nouel. post Hosti. & Ioan. Mo. Archi. ponit plura exempla, quæ per te videas. ¶ Secundò no. q̃ quan
1 doque quis gerit *vices vicarij*. † Sed hic occurrit vnum dubium: vtrùm quilibet iudex possit loco sui constituere vicarium: sicut potest Episcopus, vt in isto c. Bar. sic distinguit. Aut quæris, an̄ ingressum officij, aut postea. Si ante, aut est iusta causa impeditus, aut non. Primo casu potest vicarium facere, vt l. obseruare. & l. aliquando. ff. de off. proconsul. & leg. Secundo casu non potest, vt l. legatus. eo. tit. Si verò quæris, postquam est in officio, simliter distingue; quia aut subest iusta causa, aut non. primo casu aut impedimẽtum est lõgũ: & tũc non põt vicariũ cõstituere: sed eo remoto debet ali' loco eius subrogari, vt l. si lõgius. ff. de iudi. aut nõ est lõgũ ipedimentũ: & tunc vicarium facere potest, vt in Authen. de collat. §. 1. coll. 9. Si verò non est iusta causa impeditus: tunc vicarium facere non potest. in Authen. de defen. ciui. §. nulli. coll. 2. & q̃ ibi no. ita distinguit ipse in d. l. obseruare. ¶ Itẽ no. tertiò, quòd excommunicato officiali, eius vicem gerens non potest iurisdictionem exercere. quod est verum, vt dicit litera, quando iurisdictionem recipit ab eodem: secus si post constitutionem non à constituente, sed à canone iurisdictionem recipiat, vt est vicedominus. 89. di. c. qui. in hoc enim, & similibus excommunicatio superueniens personam constituentis non impedit istos agere, & suum officium exercere: secus si tpe cõstõnis cõstituens fuisset excõicatus. q̃ dic, vt plenè legitur & no. s̃. de procu. c. consulti. vbi dixi, vtrum ex communicato tutore, possit agere codstitutus ab eo: vel excõicato adulto, curator eius agere possit. & q̃ iuris de coad iutore, excõicato episcopo. dic, vt ibi, & tetigi. s̃. de rescript. c. 1. & not. istum articulum, cum est conuexitas aliqua in

personis: vtrũ vno ipedito agere propter excõicationem, vel aliter, alius agere possit? et in cedente, & cessionario dic, vt. ff. eo. lib. de iure patro. c. 1. vbi bona glo. de mãdato directo vicem gerenti an liget principalem dominum, vel econtra, vi
2 de plenè per Ioã. An. post Inn. s. de rescript. c. eã te. ¶ †Opponit. iste tex. innuit, q̃ vicarius possit constituere alium vice sui. Sed contra c. clericos. s. eo. vbi vicarius non facit vicarium. Sol. vt in glos. 4. super qua dicit Ioan. An. post Host. q̃ vicarius in totum, & ad tempus de consensu potest committere vices suas ex causa: puta quia imminet necessaria profectio, de off. eius, cui man. est iurisdi. l. 1. & sic dicit seruari de approbata consuetudine. ¶ Quæro, quæ fuit ratio dubitandi in casu huius. c. Respõ quia ex quo fine expresione proprij nominis fuerat excommunicatus officialis, videbatur ligari quilibet officialis, tãq̃ actus esset gestus sub nomine digni
tatis. Ad hoc de immu. ec. c. aduersus. Nã & decretum in persona antecessoris factum respicit successorem, vt l. cũ quasi. de fideic. lib. Sed respõde, q̃ excommunicatio non potest concernere dignitatem, sed personam afficit; ideò successorem non culpabilem non astringit, nisi ipse de delicto cõsentiat, vt d. c. aduersus. & hic in glos. quæ incipit. ita construe. In contrariis verò onus inhærebat rei, vel officio. facit quod no. Inn. in. c. cum dilectus. de ordi. cog. ¶ Quæro. si vicarius, vel alius iudex delegauit causam, & postea fuit excommunicatus: an delegatus possit in causa procedere? gl. remittit ad no. in c. licèt. de offi. dele. Sed hic in nouel. dicit post Host. q̃ si ante excommunicationẽ delegantis perpetuata erat iurisdictio, non plus impedit delegatum excõicatio delegantis, q̃ faceret ipsius mors, vt d. c. licèt. & c. gratum. e. ti. secus si fuit excõicatus re integra. idem tenet hic Fran. & Arch. Episcopo verò excõicato, quò ad eius vicarium, siue officialem, nõ distinguitur, an sit cæpta, vel non, per dictum officialem: qa per ipsum impeditur excõicatio principalis dñi sui. Ex quo patet, q̃ multum est dependens, & accessoria iurisdictio vicarij, & connexa iurisdictioni episcopi: & ideò non in omnibus habet naturam ordinariæ iurisdictionis per se stãtis, vt patet ex no. per Bart. in l. quod princi. & l. si Augustæ, de leg. 2. vbi
3 omnino vide. ¶ †Querit Lap. vtrum clericus cõiugatus possit esse vicarius episcopi, Ioan. An. q̃ non, etiam si nõ sit biga mus, vt ipse no. in c. Ioan. de cleri. cõiuga. in 5. q. Similiter nec potest esse iudex delegatus epi in causa spirituali. alleg. ff. de cleri. coniu. c. vno. & ita refert hic Bono. disputatum fuisse. s. q̃ ipsius talis vicarij sententia non valeret. Ex quo etiam infert Lap. in qõne de facto: q̃ si compromissum est factum in clericum coniugatum in postulando aliquam in abbatissam in monasterio vacante: q̃ tale compromissum, & postulatio sunt nullius valoris. & ita refert respondisse in quadã priuata examinatione Ioan. Cald. ad hoc facit. 8. q. 1. c. non ergo. & c. 1. de cleri. coniug. ibi [in cæteris] &c. & ff. de reg. iur. c. qđ
4 alicui. in solutione quæst. Mercur. ¶ †Quærit etiam Lap. vtrũ in constitutione vicarij etiam requiratur cõsensus Capituli. Ioan. An. in c. tua nobis. s. eo. scripsit q̃ nõ. idẽ Host. in summa eo. ti. & §. in quibus. & hoc approbat consuetudo, quæ in talibus est seruanda. de his, quæ fiunt à præla. c. ea noscitur.

SVMMÆ.

1 *Causæ criminum possint specialiter demandari.*
2 *Vicarius à suo beneficio aliquem amouere non potest.*
3 *Vicarij quando sint duo, vtrum vnus sine alio procedere possit.*

CAP. II.

LIcèt in. No. q̃ sub generali commissione trãsfertur cognitio, & decisio causarum: nõ autem correctio, & punitio delictorum. ¶ Quid ergo, si in commissione vsus fuit episcopus his verbis [committo tibi curam, & regimen episcopatus] an poterit cognoscere de casibus hic exceptis? videtur, q̃ sic, vt l. 1. §. tibi vrbem. ff. de offi. præfidis. Cõtrarium tenet ibi Bar. per l. quam Tubero nis. §. alia. ff. de pecu. pro quo facit l. 2. in fi. de offi. procõsul. & leg. Nam legitur, quòd proconsul habet commissionẽ similem, de qua. s. in prouincia decreta proconsuli. Tamen de causis meri imperij non cognoscit sine speciali mandato, vt l. solet. ff. de offic. proconsu. & leg. licèt enim regulariter in definita æquipolleat vniuersali: illud tamen est verum, quando est eadem ratio, & conditio omnium particularium con tentorum sub ea: aliàs secus, vt no. in c. vt circa. s. eod. lib. de
1 elect. ¶ †Secundò no. quòd causæ criminum possunt speciaLiter demandari. Et hoc verum de iure canonico, vt ff. de rapto. c. in archiepiscopum. & reprobatur hic opi. Vin. qui dixit. ff. de frigi. c. 1. quòd episcopus inquisitionem criminum committere nõ poterat, vt hic patet. 2. q. 1. c. Deus omnipotẽs. & ff. de simo. c. licèt. ibi [mittere, & inquirere.]de iure au tem ciuili causæ meri imperij non delegantur, nisi in casu ab sentiæ: & tunc quò ad cognitionem, non executionem: nisi quando esset insignis latro, cuius pænam differre, esset periculosum. tunc enim delegatus potest latronem talem punire propter mains periculum euitandum, per l. 1. ff. de offi. eius, cui man. est iur. & l. si quis exheredato. §. hi tamen. de iniusto test. & l. de pupillo. §. si quis riuos. de not. ope. nun. & quod dixi, de iure ciuili causas meri imperij posse delegari in casu absentiæ, idem in casu infirmitatis, quæ est in recessu, facit c. si pro debilitate. de offic. deleg. Idem secundùm Gul. de Cu. si præses, vel alius ordinarius est occupatus tot & tantis causis criminalibus, quòd non possit omnibus intendere: poterit enim tunc vnam causam delegare, vt no. Bar. in d. l.
2 alleg. l. 2. C. de his, qui latro. ¶ †Tertiò no. quòd vicarius nõ potest aliquem amouere à suo beneficio, siue administratione. & ad hunc finem intelligit Ioan. Mo. prohibitum vicario de criminibus inquirere. Et sic intelligit hunc tex. vt sic, secũdùm eum, ista dictio, seu, ponatur copulatiuè: & sic debeant omnia hic expressa concurrere, ne possit inquirere. Ioan. An. dicit, quòd hoc dictum communiter non approbatur. & dictio, seu, disiungit. & ad eius veritatem sufficit alterum adimpleri, vt s. de rescrip. c. statutum. §. 1. & 2. secundùm eum: qui reddit rationem, quare non possit vicarius à beneficio amouere: qa ea sine speciali mãdato nõ pot cõferre, vt ff. c. seq. similiter (vt sic dixerim) auferre: vt sic inde veniat cu ræ priuatio, vnde datio, in Authen. de defen. ciui. §. non habente. colla. 3. & contrariorum eadem sit disciplina, vt Insti. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. in princ. ¶ Sed hic. quæritur, vtrum si ciuiliter agatur ad priuationem beneficij, possit vicarius cognoscere? puta agit patronus coram vicario, vt institutus per episcopum amoueatur, & admittat alium præsentatum ab eo. hoc enim casu non agitur criminaliter ad priuationem beneficij, sed ciuiliter, & speciali actione prodita in hoc patrono, iuxta no. in c. querelam. s. de elec. & de concess. præben. c. quia diuersitatem. post prin. in nouella. refert Ioan. An. hoc fuisse disputatum, quòd vicarius possit de hoc cognoscere. Nam cognoscit de matrimonio carnali, & spirituali, in quo interuenit arbiter, non in præcedenti. s. de in integ. restitutio. c. penul. in fin. Lap. dicit, quòd ista decisio nõ videtur bona. Nam licèt non agatur de crimine: agitur tamẽ de institutione facta per Episcopum; de qua non licet vicario cognoscere, vel se intromittere sine speciali, & expressa commissione Episcopi, 21. di. c. inferior. & quod ibi not. per Archi. & de electione Romani Pont. in princ. bene facit. ff. de præben. c. dudum. §. nos igitur. & quod no. Ioan. Andr. post Hosti. & Inno. de offic. deleg. c. super eo. & de re. iud. c. de cætero. pro hoc allego l. si hominem. ff. man. vbi procurator non potest rescindere factum domini sui. procedit igitur prædicta decisio Host. quando institutio non est facta per Episcopum, sed per alium inferiorem: puta, plebanum. Pro opin. Ioan. An. & Host. alleg. Lap. quod not. 26. q. 7. c. 1. in glos. 1. Sed in alio casu loqt, vt hic p eũ. qui ẽt hic dicit, q̃ licet vicarius

carius non possit de criminibus inquirere ad punitionem, po test tamen Inquirere, vt superiori referat: vel vt delinquẽtes se corrigant, & emendent quod malè fecerunt: vt si inquirat contra vsurarium, vel alium, vt pẽniteat. facit quod no. Ioan. An. post Inn. & Host. de iureiur. c. ad nostram. il. 2. & de for. cõp. c. cum laicus. Do. Lap. format hic aliquas pulchras quæstiones, quas succinctè referam. ¶ Primò quæro. in his casibus, & simi. in quibus requiritur specialis commissio iurisdictionis: vtrum iurisdictio vicarij erit ordinaria, sicut est in casibus, qui veniunt in generali commissione, vt no. hic in glos. an erit delegata? Ioan. Andr. in additionibus Specu. hic refert opi. quorundam, dicentium, q̃ sit delegata, & aliorum distinguentium, an simul, & in vnica commissione fiat expressa commissio horum casuum specialium: an diuisim, & separatim. Primo casu. q̃ sit ordinaria, ad hoc. ff. de consecra. eccl. vel alta. c. 1. de senten. excomm, c. si ciuitas. in fi. & c. translato. de consti. ibi [quia simul ab eodem, & sub eadem sponsione] &c. Ad hoc facit materia connexorum, de qua ibi. & quia magis dignum &c. de consecra. eccle. vel alta. ca. quod in dubijs. & vniformis debet esse vnius auctoritatis intellectus. de pæn. dist. 4. §. finis. ver. vt ergo. Lap. dicit, q̃ siue simul, siue diuersis temporibus fiat commissio specialis, & nominatim alicuius, vel aliquorum requirentium speciale mandatum, & additur clausula generalis: tunc tota iurisdictio sit ordinaria. aut non additur clausula generalis: & tunc in expresis requirentibus specialem commissionem erit iurisdictio delegata. Nam vniuersalis commisio causarum facit ordinarium, vt l. cum prætor. §. 2. ff. de iud. & de appel. c. Romana. in prin. secundùm eum. Ex cuius decisione habes, ad quem debet appellari à sententia lata in casibus, qui exigunt speciale mandatum: appellabitur enim ad Episcopum in casibus, in quib. censetur delegatus. in alijs, in quibus censetur ordinarius, appellabitur ad proximum superiorem: sicut ab aliis sentẽtijs ordinarijs. s. eod. lib. de consue. c. non putamus. ¶ Quæro. vicarius in causa, quæ requirebat specialem commissionem, si ne ipsa processit, & sententiam tulit, quam episcopus vult habere ratam: vtrum possit? videtur q̃ sic, per ca. cum quis. de senten. excomm. & per regu. rati. in contrarium facit prælegatum. c. cum quis. vlt. respon. & reg. ratum. & per ea, quæ no. Hostien. de resti. in inte. c. ex literis. Et per Io. An. de præbẽ. c. si motu proprio. Sol. in quibus consideratur initium (vt in electione, & sententia:) tunc non est locus ratihabitioni, vt ex tunc, vel ex nunc, per ea quæ no. Io. An. in regu. rati. In alijs. in quibus non attenditur initium, videtur, q̃ possint haberi rata per talem vicarium: vt saltim valeant vt ex nũc, pro ut not. Io. An. in reg. nõ firmatur. de reg. iur. & c. prudentiam. de offi. deleg. in nouella. ¶ Quæro. Episcopus concessit vicario suo, quòd posset omnia, quæ ipse potest, beneficiorũ collatione duntaxat excepta: nunquid poterit exercere alia, q̃ non veniunt in generali commissione? de quibus in tex. videtur, q̃ sic. Nam excipiendo à commissione generali vnum de casibus requirentibus speciale mandatum, videtur ceteros alios commisisse. Natura enim exceptionis est cõfirmare regulam in casibus non exceptis. 32. q. 5. c. clericis. in text. & gl. & quod no. Io. An. post Dyn. ff. de reg. iur. c. 1. & Spe. in tit. de iur. om. iu. ver. quid ergo dices. ibi [præsertim quando.] &c. contrarium credo. Nam licèt exceptio firmet reg. vt dixi: non tamen ampliat, & extendit ad casus sub regula nõ inclusos; quia exceptio venit ad diminutionem regu. ergo non debet operari contrarium. s. augmentum, vt l. legata inutiliter. de leg. 1. & de bap. c. maiores. & quod no. in Cle. 1. de sb. & 12. q. 2. c. cognouimus. & hoc tenet Lap. ff. de proc. c. qui ad agendum. Ad hoc vide quodno. Bar. in l. generali. §. vxori. de vsufru. leg. vbi dicit, quòd licèt exceptio firmet regulã in non
3 exceptis: non tamen eam dilatat, vt faciat comprehendi quæ de sui natura non comprehenduntur. & hoc no. ¶ †Quæro. si duo sunt vicarij: vtrum vnus possit procedere sine alio? dic, q̃ non, si sunt simpliciter constituti. Secus in solidum: & tunc erit melior conditio occupantis. & in occupantis officio non poterit alius se intromittere: nisi post occupans fuerit impeditus. ad hoc. 7. q. 1. c. non autem, & quod ibi no. per Ioã. An. post Host. de offi. dele. c. prudentiam. super glo. 17. de offi. deleg. c. cum plures. ff. eo. lib. Idem tenet Fed. de Se. vt refert hic Lap. Qui etiam dicit, quòd vicarius ex generali mãdato non poterit visitare; quia nec hoc potest Capitulum, se. va. de quo per Io. An. in Cle. 1. de hær. in glo. hæc litera. Item ex generali commisione non potest vicarius audire confessiones, & pænitentias iniungere in casibus reseruatis episcopo, vt no. Host. in summa de pæ. & re. c. si episcopus. ¶ Quæro. Quidam est substitutus loco iudicis mortui, vel absentis: an poterit cognoscere de causis meri, & mixti Imperij, & sic de prohibitis per hoc c. videtur quòd non, per hunc tex. Bart. notabiliter sic distinguit. Quandoq; quis gerit vices alterius ex mandato eiusdem, tanquàm eius delegatus, vel vicarius: & tunc nõ trãseunt ea, quę sunt meri, & mixti Imperij, vt hic, & l. 1. de offic. eius cui man. est iuri. & in Authen. de collato. §. prohibemus. Quandoq; quis gerit vicem alterius ex mandato Imperatoris, vel vniuersitatis. Nam quia fortè Potestas est mortu⁹, vel finiuit officium: Commune prouidit, q̃ alius gerat vices eius: sicut hic sępe contingit, & vulgariter appellatur Vice Potestas. & in istum omnia transeunt, quæ habebat is, cuius vices gerit, vt l. 1. C. de offi. eius, qui vicem al. gerit. licèt illam. l. aliter intellexerit Roff. in sum. huius tit. in prin. vt refert Io. An. ff. c. se. circa fi. in nouella. Sed tene quod dixi, secundùm Bar. qui hoc no. ff. de leg. 3. in l. 1. §. præfectis. & in l. obseruare. de offi. procon. & leg.

SVMMÆ.

1 *Pluralitas resoluitur in plures singularitates.*

CAP. III.

CVm in generali. Præmissa rõne, ponit dictum, à quo ex cipit, ibi [nisi.] ¶ No. primum dictum, q̃ in generali concessione, &c. Quæro, quo deprehendatur, istud fuerit ve risimiliter, vel non. vide per Bar. in l. filius fa. ff. de do. Et colli ge, q̃ non tantum operatur genus quò ad omnia, quantũ spe cies quò ad speciem, contra reg. l. si duo. de admi. tut. & l. omnes. de quadri. præscri. ¶ Secundò not. q̃ generalis administrator, etiam cum libera, non potest donare. concordantias, & exceptiones vide in glo. 3. ¶ Tertiò no. Io. An. q̃ duo singularia pluraliter copulantur. ff. de leg. 1. l. cum filio. ad fi. &
1 ibi concordantiæ. † Quandoque pluralitas resoluitur in plurales singularitates, vt l. falsa. §. si quis. de cond. & demon. & vide in l. hoc articulo. de hære. insti. per Bar. ¶ Quæro. Plebanus constituit vicarium generalem cum plena potestate temporalium, & spiritualium. vicarius de cõsensu episcopi, & maioris partis Capituli contra priuilegiũ dictæ plebis voluit augere numerum canonicorum, irrequisito plebano. Tenet Io. An. in nouella, q̃ non possit, etiam si exceruissent facultates ecclesię. ad hoc. s. de præb. c. dilecto. de instit. c. cum venissent. nam episcopus iuri ecclesiæ præiudicare non potuit. 10. q. 2. c. fi. vicarius etiam beneficia conferre non potest, vt hic. nec illis priuare, vt s. c. proxi. ergo nec illa creare. An aũt ad episcopum, vel plebanum, & Capitulum spectet numerum augere, no. Io. An. s. de insti. c. 1. ¶ Quæro. Vicarius meus in ecclesia, & ex ea mihi censualis soluit, me inscio, pro quatuor annos censum alteri prælato, etiam bona fide recipienti pro sua ecclesia. Refert Io. An. disputatum fuisse, quòd ille prælatus non præscripsit, nec mihi talis solutio præiudiciũ attulit. Nã cum vicarius meo nomine possideat. s. de rest. spo. c. cum venissent. contra me per alium possidentem præscriptio non cu currit. Nam si ego illo tempore possedi, sequitur, q̃ ille prælatus non possedit; quia idem duo in solidum possidere non possunt. s. de proba. c. licèt. Si non possedit, per consequẽs nõ præscripsit, vt in reg. sine possessione. de re. iu. Item si ille, per

quem posſideo, alij prodat me poſſeſsione non priuat, vt l. fi. C. de acquir. poſſeſ. & Hu. tenuit illum præſcripſiſſe, ſicut p̃ ſcribit qui emit à pupillo, credens illum puberem. ff. pro empto. l. 1. §. ſi à pupillo. Ioan. An. dicit poſſe diſtingui inter vicarium perpetuum, qui titulũ habet, & temporalem. facit Cle. 1. j. eo. cum ibi notatis ſuper verb. perpetuis. Ego dico, q̃ ſine loquamur in vicario perpetuo, ſiue temporali (licèt ſoluat alteri cenſum) per talem ſolutionem nulla quæritur poſ. Nam licèt colonus, vel alius meo nomine poſsidens, alij poſſeſsionem tradendo, verè me poſsit poſſeſsione priuare, vt l. 3. §. q̃ ſi quis ſeruus. ff. de acqui. poſſeſ. tamen tradendo fictè (puta ſoluendo penſionem, vel cenſum) me taliter poſſeſ. non priuat, vt l. quamuis. §. ſi conductor. ff. de acqui. poſſ. vbi ficta traditio coloni non priuat dominum poſſ. vbi tamen de alterius poſſeſ. non appareat, ex mercedis ſolutione probat poſſeſsio, vt no. Bar. in l. cum diuerſas. §. per colonum. ff. de acq. poſſeſ. & probatur in l. litibus. de agri. & cenſi. li. 11. & vide in c. inter. de fide inſtru. ad fi. vbi ex inſtrumentis locationis non probatur poſſeſsio. ille tamen, qui conduxit, etiã in mille annis, non poſſet referre quæſtionem dominij locatori, vt l. ma lè agitur. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. & l. ſi quis conductionis. C. locati. & c. ſi diligenti. de præſcrip. vbi de vicario, qui ſibi vllo tempore non præſcribit. ¶ Quæro. Archiepiſcopus agens in remotis conſtituit vnum epiſcopum vicarium generalem cum pleno mandato, & expreſsis caſibus, de quibus. s̃. c. proxi. cum poteſtate inſtituendi, & deſtituendi, & exercendi ea, quæ ſunt auctoritatis, & ordinis pontificalis: & quę conſtituens facere poſſet, etiam ſi maiot ſint expreſsis. quęritur, an ex hoc tam lato mandato poſsit electum confirmare, & confirmatum conſecrare, & hęc duo non fuerint nominatim expreſſa: videtur, q̃ non; quia iſtæ ſunt de maioribus cauſis, & ſpecialè exigunt expreſsionem, vt c. q̃uis. s̃. eo. li. de ele. cõiuncta Cle. non põt. de procu. cõtrarium tenet hic Io. An. nã veri ſimilitudo, de qua loquitur hoc. c. ſurgit ex duobus. primò ex libertate eligendi perſonam, cui beneficiũ confertur. ſecũdò quia collationẽ facere poteſt, vbicunq; ſit. de offi. le. c. nouit. & hæc duo ceſſant in confirmatione, quã neceſſe eſt fieri. s̃. de ele. c. poſtq̃. & cum cauſę cognitionem requirat. s̃. e. li. de elec. c. fi. extra territorium nõ poteſt expedire, vt no. in d. c. nouit. veriſimiliter ergo ea, quę ſunt foris, non poterat commiſiſſe: & ſic ceſſat veriſimilitudo, de qua in prin. hui⁹. c. Nõ ob. Cle. non põt. quia maiora erant expreſſa. ſ. pontificalia, in quibus iuriſdictio, & ordo requiritur: non ita in cõfirmatione, in qua ſufficit iuriſdictio, quam facit confirmatus in archiepiſcopũ, non epiſcopus. s̃. de ele. c. ſuffraganeis. & c. tranſmiſſam. & in hoc reſidet Io. And. in nouella.

Rub. De officio delegati.

SVMMAE.

1 *Conſeruator quis dicatur.*
2 *Conſeruatores an habeant ordinariam, vel delegatam.*
3 *Conſeruatores an alius, quàm Papa, dare poſsit.*
4 *Conſeruatorum quot ſunt ſpecies.*
5 *Conſeruatores de quibus cognoſcere poſſunt.*
6 *Ordo iuris in notorijs non eſt ſeruandus.*

CAP. I.

TATVIMVS. Dominus Io. An. poſt Archi. & Doct. ſuper iſto c. multa ſcribit, q̃ magis clarè, & breuius reaſſumã. ¶ † Primò quæro, quid eſt conſeruator. Ad qđ dic, q̃ conſeruator eſt iudex datus ad tuendum aliquos contra manifeſtas iniurias omnes, vel certas, iudiciali nõ vtens indagine, & iſta diffinitio hic probatur. Sed dices videtur, q̃ iſta interpretatio certi iudicis. ſuper omnibus litibus ſit à iure prohibita. s̃. de reſcri. c. ad hoc. Itẽ pro violentia, & rapina dẽt actor ſequi forũ rei: nõ aũt eum corã ſuo iudice trahere, vt c. cum ſit. de for. cõp. So. dic, q̃ cõſeruator de dubijs nõ cognoſcit; quia ſic eſſent iudices gñales illorũ, qui eos impetrarunt, cõtra illud c. ad hoc. Sed de manifeſtis tñ, vt in hoc c. à manifeſtis autem iniurijs dẽt iudex quemlibet coercere, vt l. equiſsimum. ff. de vſufru. & s̃. de ſymo. c. querelam. quia ergo Papa eſt iudex ordinarius oĩm, etiam laicorum, cum damna inferunt in perſonis, vel rebus eccleſiaſticis, vt d. c. cum ſit generale. non mirum, ſi ſuper talibus dat conſeruatores miſerabilium perſonarum, vt in glo. 2. Nam ipſi, & præſidentes Capitulis prouincialibus poſſunt dici conſeruatores monaſterior̃, vt no. Io. An. de ſta. mona. c. in ſingulis. §. fi. & d. c. querelã. in fi. & vide ad prædicta bonam. l. ff. de offi. præſi. l. illicitas. p totam l. vbi contra extorſiones innumeras cõtra potẽtiores, ne humiliores opprimant, & in multis alijs habent præſides poteſtatem: & ſic, cum iſta illicita coercere, ad officium ordinarij pertineat: iſta prouiſio conſeruatorum videtur ſuperflua: niſi quia magis timerẽt &c. ¶ † Secundò quæro, vtrum
2 conſeruatores habeãt ordinariã, vel delegatam. gl. 2. in prin. dicit eos habere delegatam. & probatur; quia eorum iuriſdictio expirat quo ad nõ cæpta, vt j. eo. c. fi. §. officium. ergo nõ eſt ordinaria. j. eo. c. 3. ſecundùm Io. An. in nouella. ¶ † Tertiò quæro vtrum alius, q̃ Papa, poſsit dare iſtos conſeruato-
3 res. Io. An. in nouella. dicit, q̃ delegatus poteſt, cum ſit ordinarius. j. de of. leg. c. 2. ſi poteſt per ſe: ergo per alium, vt in regula. poteſt quis. Et ita refert de facto quẽdam Legatum feciſſe. Ex qua ratione ſequitur, q̃ qui libet ordinarius poſſet in ſua dicœceſi tales cõſeruatores creare, ſcđm Io. An. j. e. c. fi. ſu per verbo, dietam. allegat quædam iura ciuilia, quæ prohibẽt per loca conſeruatores conſtitui in Auth. vt iud. ſine quo. ſuf. §. nulli quoque iudici. & §. interdicimus. colla. 2. & de manda. prin. §. eos autem. coll. 3. & nulli iud. li. habere loci ſer. in prin. coll. 9. Nam, vt dicit tex. in d. §. interdicimus. magis iſti cõſeruatores erãt fures, & violenti: q̃ illi, quos à talib. cohibere debẽt. Ex qua rõne, & alijs cõcludit Io. An. ſuper ver. dietam. q̃ æquum eſt ſentire, & concludere tales conſeruatores p ſolos Romanos Pontifices dari poſſe. quod probat iſtud. c. cũ dicit. [concedimus.] & c. fi. j. eo. ibi [à ſe. Apoſto. concedũtur.] ad hæc præſtat arg. j. eod. li. de offi. ord. c. 1. ver. nec pro
4 eo. ¶ † Quartò quæro, quot ſint ſpecies conſeruatorum. de hoc in glo. 2. ver. ſcire debes. Nam ponit aliquas formas varias: ipſorum igitur iuriſdictio, & poteſtas dependet à forma literarum: & latior eſt forma inuenta poſt iſtam conſtitutionem, & conſtitutionem finalem. j. eo. vt ibi no. Io. And. ſuper verb. dietam. attendatur igitur literarum tenor, ſicut & priui
5 legiorum. s̃. de priui. c. porro. ¶ † Quintò quæro, de quib. cognoſcere poſsint. Text. iſte dicit, q̃ de manifeſtis iniurijs, & violentijs. de hoc in glo. 2. ver. de manifeſtis. Sed quid dices, ſi hoc ipſum reuocatur in dubium: vtrum ſit factum notoriũ necne: nã multa dicũtur notoria, quæ nõ ſunt, vt c. conſuluit. s̃. de appel. Ad hoc reſponde, & collige ex dictis in nouel. & in glo. quinque membra. Nam qñq; reus conuentus ſup notorio negat factum, & qualitatem facti. ſ. notorietatẽ. Qñque fatetur notorium factum. ſ. dicit ſe iuſtè feciſſe. Quandoq; notorium eſt factum, qualitas facti, & æſtimatio: ſed in certus eſt ille, qui fecit. Vtrum ergo in omnibus iſtis caſibus, vel ſimilibus habet locũ proceſſus notorij? Et videtur, q̃ non; quia ſuper his, quæ requirunt iudicialem indaginem, conſeruator non poteſt procedere, vt in fi. huius. ca. ſed in quolibet caſuum prędictorum requiritur iudicialis indago, &c. Contrarium tenet Inn. & exponit iſtũ tex. dum dicit [nec ad alia] &c. ſ. dubia non notoria: in quibus notorijs proceditur contra non citatum conuictum, vel confeſſum. 2. q. 1. c. 1. & q. 6. §. diffinitio. & C. de ſen. l. prolatam. quod ergo de indagine dicit tex. debet intelligi de illa, quæ in caſibus dubijs fieri debet: ſi qua verò indago imminet facienda in cauſis notorijs, illã bene poterit conſeruator facere, poſtq̃ ſibi iuriſdictio eſt permiſ-

permiſſa, vt l. 2. ff. de iur. om. iud. Nam in caſibus, & membris prædictis non debet ad punitionem procedere, niſi citet partes, & contumaces puniat in expenſis: & quòd habeat cognitionem, patet; quia poteſt excõmunicare: quæ excõicatio nõ fit ſine cauſæ cognitione. 2. q. 1. c. ſicut. & c. nemo. & de ſentẽ. excom. c. ſacro. & hoc dictum Inno. placet Archi. licèt aliter hic dicat, ſcđm Io. An. Sed videtur, quòd ſi ipſum notorium negetur eſſe notorium, non poſsit procedi, tanquàm ſuper notorio. quia negatione fit res dubia. Sol. vt in glo mag. ver. ſed quid ſi negatur. &c. In nouel. poſt Hoſt. dicit Ioã. An. q̃ iudex in talibus debet attendere famam. Impoſsibile enim eſt facti notoriũ non eſſe famoſum: quod ſi ſic non reperiat, abſtineat. aliter procedat, & teſtes recipiat ad inſtructionem ſuam iuratos, ſi velit. de teſti. c. veniens. & ad cautelã, de elec. c. bonæ. §. licèt. Exceptiones etiam contra teſtes admittat, ſcđm Archi. licèt alij contra, vt hic in nouella. Sed dices, per iſta non eſt ſolutum cõtrarium; quia negatione fit res dubia. Item quia per iſta, & cum de iuſtitia facti quæritur, vel de æſtimatione quantitatis damni, deuenitur ad iudicialem indaginem: ergo videtur proceſſus notorij ceſſare in omnibus ſupradictis mẽbris. Sol. dic, quòd non omnis negatio facit rem dubiam, vt not. in c. noſtra. de coha. cle. & mu. per Inno. & c. venerabili. de cenſi. per Innocen. & l. poſt rem. ff. de tranſa. & l. 1. C. de procu. Ad aliud cõtrarium dic, quòd ſi ipſum factum eſt notorium: quã tuncunque circunſtantiæ ſint occultæ, vel alia, quæ ex ipſo facto notorio habent dependentiam (puta iuſtitia ipſius facti, æſtimatio damni, & alia, de quibus in prædictis membris) tamen habebit locum proceſſus notorij. & hæc ſentit Innoc. in d. c. veſtra. vbi dicit, quòd ſuper occultis circunſtãtijs facti notorij, quæ aggrauant, vel extenuant delictum, tanquàm ſuper ipſo notorio procederet. ¶ Nam ſi aliud diceremus, ſequeretur, quòd ſuper nullo delicto poſſet procedi, tanquàm ſuper notorio: qa nullũ dr̃ illud, qđ nõ poſſet habere excuſationẽ, vt homicidium; quia poterat impune occidi. Item inuaſor: quia fecit inuaſionem cum iudicis auctoritate: tranſitus ad alium epiſcopatum, primo retento; quia de licentia Papæ. adulterium; quia ſolutam & meretricem credidit. furtum; quia propter neceſsitatem famis: & ſic de ſingulis. ar. j. de accu. c. cum dilecti. duobus igitur ſolummodo concurrentibus habet locum iſte proceſſus notorij, quando ſcilicet dicitur delictum eſſe commiſſum, & hoc ipſum eſt notorium. iſta enim qualitas notorij alterat naturam iudicij: quod à iure habet certum ordinem, quem non poteſt iudex tranſgredi, vt l. prolatam. cum alijs præal. illum autem ordinẽ non tenetur iudex ſequi in notorio, de quo loquimur, vt c. ad noſtram. il. 2. de iureiuran. & j. dicam. Sed hic quæritur de ſecundo membro. ſi reus confitetur factum, ſed negat ipſum notoriumi ad excluſionem extraordinarij proceſſus notorij. Ioan. And. poſt Inno. dicit hic, quòd conſeruator procedit: quia licèt non ſit notorium per euidentiam, eſt notorium per confeſsionem ſuam. de coha. cler. cap. veſtra. & illud. c. eſt notandum. Nam ſecundùm hoc, ſemper, quando reus confitetur maleficium (licèt defenſiones opponat, quæ maleficij pœnam extenuant, vel excludant) iudex procedet in talibus ſine iuris ordine, qui ſeruandus eſt in criminalibus, ſicut in ciuilibus, vt l. abſentem. ff. de pœ. Aduertendum tamen, quòd ſi negatur factum, & maleficium, & qualitas facti, ideſt notorietas: conſeruator tamen, qui dicit factum notorium, de hoc non debet cognoſcere, per l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. & ſi reperit factum notorium, procedet: aliàs deſiſtet. nam ab iſta qualitate notorij cauſatur, & ſuper ea fundatur iuriſdictio conſeruatorum, de quibus in tex. debet ergo de ea qualitate conſtare, vt no. & dixi. s̃. de foro compe. c. ſi clericus. Et ſi bene aduertas, iſta cognitio, an ſit notorium, necne, licèt adhibeatur ad finem fundandi iuriſdictionem: tamen concernit negocium principale. quo caſu comperto notorio per probationem, vel feret eius vigore ſententiam ſuper principali facto: vel pronunciabit ſe tantummodo eſſe iudicem. dic, vt dixi in d. c. ſi clericus. vbi in nouel. & per Bar. in l. præſcrip. C. ſi contra ius, vel vti. publi. & per Innocẽ. s̃. de reſcrip. c. ſuper literis. vbi de iſta except. non contraxi, vel non deliqui in tuo territorio oppoſita ad excluſionem fori cognoſcitur in vim dilatoriæ: tamen concernit principale negotium. & ea taliter probata quid iuris de vlteriori proceſſu iudicis habes ĩ præallegatis locis. declaratio aliorũ membrorum, de quibus. s̃. patet per prædicta. cum enim ſint circunſtantiæ principalis facti notorij, ſuper eis tanquàm ſuper ipſo facto notorio poterit procedere: niſi cum maleficium, vel ipſum factum, quod dicitur notorium, ſit occultum, vt j. dicam. ¶ Vlterius quæro. iſte text. dat conſeruatoribus iuriſdictionem ſuper notorijs, & manifeſtis. Quæro quid eſt notorium: de hoc plenè per Ioan. And. poſt Inno. & Doct. s̃. de coha. cler. & mu. cap. veſtra. in Specul. 4. parte. de noto. crimi. vbi dicit, quòd ſępe dicimus aliquid notorium, quod ignoramus. vide etiam per Hoſtien. in ſumma de coha. cler. §. fin. & per Bart. in l. ab accuſatione. §. fin. ff. ad Turpil. & per Cyn.
6 in l. ea. quidem. C. de accuſa. ¶ † Quæro vlterius; quia iura di
a cunt, quòd in notorijs non eſt ordo a iuris ſeruandus: vtrum iſtud ſit ſimpliciter verum? Ad hoc dic, quòd proceditur in criminalibus altero ex tribus modis, vt in cap. qualiter & quã do. il. 2. de accuſa. fallit in notorijs, & manifeſtis, vt cap. ad noſtram. il 3. de iureiuran. vbi gloſ. dicit, quòd non requiritur ex toto, quaſi innuat, quòd requiritur qualis: cuius omiſsio ita vitiaret iudicium, ſicut omiſsio ordinis iudiciarij in alijs modis ordinarijs, vt ſentit Innoc. in cap. tua. de coha. cler. & mu. & d. c. ad noſtram. quod verbum not. Et apertius declarando proſequitur, quis ordo in notorijs requiratur. Ioan. And. in d. cap. ad noſtram. multum confuſè poſt Innoc. iſtum articulum examinat. Ego autem ordinatè, & clarè per ſingulas partes iudicij hoc proſequor, inchoando à citatione, quæ eſt principium iudicij, vt not. in c. eccleſia ſanctæ Marię. de conſtitu. & ff. de in ius vo. in rub. Archidia. hic refert opi. Innoc. quòd in omni notorio requiratur citatio, vt ipſe not. in d. cap. ad noſtram. & ca. tua nos. prælallegatis. vbi aliàs refert opin. Sed prædicta opi. vera eſt. Nam (vt s̃. dixi) omne delictum poteſt habere excuſationem, & not. in cap. 1. de dila. per Innocen. ad hanc igitur faciendam debet quis citari: nam citatio eſt ſpecies defenſionis, quæ non poteſt etiam per principem auferri, vt Clemen. paſtoralis. de re iudi. vbi Imperator prætendebat crimina contra regem Robertum notoria: & tamen quia citationem legitimam omiſit, ſua ſententia declaratur nulla: & hoc breuiter de citatione. ¶ De litis conteſta. an requiratur, ibi refert opin. varias, quando proceditur contra præſentem. Sed melior videtur, quòd ſiue contra abſentem, ſiue præſentem procedatur, non requiritur ordo iuris. & vide per Guiliel. de mont. Lau. in Clemen. paſtoralis. & per Hoſtien. de re iudi. cap. cum olim. vbi Ioan. And. poſt eum tenet, quòd in notorijs criminibus poteſt ferri ſententia contra abſentem contumacem, & probatur in dicta Clem. paſtoralis. vbi Papa contra illam ſententiam Imperatoris allegat plures cauſas nullitatis, illa omiſſa, quòd lata fuerat contra abſentem. & ſic innuit, quòd alijs ritè ſeruatis potuiſſet abſentem condemnare. probationes autem vtrum ſint neceſsariò recipiendæ in notorijs. ibi dixi in 3. quæſtio. ¶ Quid de ſententia? Ber. tenet, quòd ſententia requiratur in d. cap. ad noſtram. & de teſti. co. c. ſuper eo. & de diuor. c. porro. Appellari autem vtrum poſsit, ibi dixi in 5. queſt. Certum eſt autem, quòd ſententia lata ſuper crimine, quod dicitur notorium, poteſt redargui de nullitate, vt eſt caſus in dicto c. paſtoralis. & ibi plures cauſæ nullitatis. & not. Innoc. in dicto c. tua. ſuccinctè ergo per omnes partes iudicij diſcurſum eſt, an in notorijs requiratur iuris ordo: quę plenè videas in dicto cap. noſtra. per Ioan. And. Qui poſt Innocen. hic dicit, quòd ſi maleficiũ eſt notorium, ſed non malefactor. & per teſtes de aliquo probatur, q̃ fecit maleficium: ſed non proba-

tur, qđ

tur, quod sit notorium. s. talem fecisse, sibi non nocet: quia nõ potest conseruator procedere', nisi contra notorios, qualis iste non est. Nam licèt de occultis circunstantijs possit inquirere conseruator, quæ occultæ circũstãtiæ sint accessoriæ notorio: non tamen potest inquirere de occulto facto, vel occultis personis, quæ sunt principalia. De ordinario verò an ꝑ tales probationes procedat, etiam remittit Inn. s̃. de elect. c. bonæ. il primo. vtrum autem post sententiam latam, fortè cõtra absentem, reus veniens audiatur allegans, ꝙ delictum erat notorium. Et quid iuris, si in rei veritate erat notorium: sed iudex non facta sibi de hoc fide, tulit sententiã, an valeat: dic, vt d. c. ad nostrã. & hic in nouel. dicit, ꝙ si iniuria nõ erat manifesta, sed pronunciatum fuit illam manifestam, nec appellatum, teneret processus conseruatoris. & vide de hoc qđ no. in Cle. pastoralis. in fi. prin. super verbo declarato. de re iudi. ¶ Quærit glo. pe. vtrum conseruator possit cogere manifestos inuasores, siue damnum inferentes ad satisfaciẽdum? videtur, quòd non; quia eorum officium est defendere: qđ propriè respicit inferendam iniuriam, non illatam. nam iam facta infecta fieri nõ possunt, vt l. in bello. §. facta. ff. de capti. Gl. tenet contrarium, & plenius probat in nouel. post Arch.

ADDITIO.

a ¶ Ordo. Addo, quòd nec etiam seruatur coram arbitratore. Inn. in c. Quintaullis. de iureiur. Item nec coram executore. Inn. in c. ex ratione. de app. Item nec coram prouisore. tex. in Cle. 1. de offi. delega. Item nec in bonorum possl. l. 3. §. causa cognita. ff. de bono. poss. Bal. in l. fi. C. de contrahenda emptio. Item nec in diffinitionibus iuris. Bald. in l. postquàm litt. C. de pac. Innoc. in c. cum iuramento. de iura. cal.

SVMMAE.

1 *Pœne quando inferuntur, deferendum est dignitati, & personæ.*
2 *Ecclesiæ ingressus quandoq; interdicitur.*

CAP. II.

QVia pontificali. Præmissa causa, ponit constitutionem in genere: quam secundò specificat, ibi [itaq;] tertiò excipit, ibi [nisi.] ¶ Not. hic Io. An. quòd quædam sunt ordinis episcopalis: quędam episcopalis dignitatis. illa, quæ sunt ordinis episcopalis, numerantur 48. dist. c. cor episcopi. & de vtrisq; vide per Io. And. s̃. de excess. præla. c. accedentibus. vbi etiam no. an electus confirmatus in episcopum nondum consecratus, possit aliqua ex istis. ¶ † Secundò no. quòd in inferendis coactionibus, siue pœnis deferendum est dignitati, & personæ. concor. s̃. c. sanè. & c. pastoralis. & l. fin. C. vbi sena. vel cla. vbi habes de clarissimis, & illustribus, contra quos ꝙ creditur in criminibus: an coram iudice debeant stare, vel sedere. Alia etiam, vltra hæc duo, consideranda sunt in pœnis inferendis, de quibus. s̃. de transac. c. fina. & not. quòd in pœnis est cum modestia procedendum. vnde dicit lex, quòd neque excandescere debet iudex aduersus eos, quos malos putat. id enim nõ est constantis, & recti iudicis, cuius animi motus vultus detegit, vt l. obseruandum. de offic. præsi. vbi dicit glo. quòd debet aliud gerere in corde quandoq;, & aliud simulare. pro quo. c. 2. de præsump. ¶ Tertiò no. quòd à minori pœna est inchoandum. alibi dicit, quòd ab illa, quæ magis timetur, in cap. quoniam frequenter. s̃. vt lit. non contesta.

2 ¶ † Quartò no. quòd quandoq; interdicitur ecclesiæ ingressus: cuius effectus est secundùm Arch. vt suspensione durante, in ecclesia celebrare nõ possit, nec psallere, nec orare: nec si interim moritur, in cimiterio sepelitur. Extra ecclesiam verò diuina officia celebrare potest, etiam in officio siue ordine suo; & ista satis probat propria verborum significatio, secundùm eum: qui allegat no. per Inn. & Host. ĩ. de sent. excõ. c. sacro. ¶ Aduertendum etiam, quòd suspensus ab ecclesię ingressu, vel à pontificalibus, ab his solum prohibetur, quæ sibi interdicta sunt, & quæ dependent ab illis, non ab alijs; cũ pœnæ sint emolliendæ, non exasperandæ. de pœni. dist. 7. c. pœnæ. no. Ber. s̃. de consue. c. cum dilectus. ¶ Quintò not. quòd suspenditur quandoq; quis ab officio. pro hoc autem intelligitur suspensus ab ordinaria potestate, vt no. hic Arch. qui allegat Host. in sum. & §. quid si religiosi. in fi. Alij contra, vt legitur & no. 24. q. 1. c. audiuimus. facit quod no. Inn. de ęta. & qua. c. cum bonæ. & de ele. c. consideramus. ¶ No. vltimò, ꝙ suspensus à pontificalibus, si celebrat, non incurrit irregularitatem, vt no. Spe. in ti. de leg. §. iuxta.

SVMMAE.

1 *Causa eadem aliquando pluribus delegatur.*

CAP. III.

1 SI duo. ¶ † Not. quòd quandoq; delegatur plures eadem causa: & hoc vtilius est, quàm vni, vt no. in c. prudentiã. de offi. deleg. vbi de eorum iurisdictione in ordine procedendi, & pronunciandi communiter, vel diuisim. dixi. ĩ. de hære. c. per hoc. ¶ Secundò not. ꝙ si pluribus est causa commissa per Papam, possunt aliqui ex eis alijs subdelegare vices suas: vtrum autem, & quãdo teneatur tales subdelegatos admittere, vide distinctionem Io. Calde. s̃. c. coram. ¶ Tertiò no. quòd quandoque plures cognoscunt de eadem causa, habentes iurisdictionẽ diuersam: Nã diuersa est iurisdictio delegati Papæ ab illa subdelegati. primò quò ad potestatem subdelegandi. secundò quò ad potestatem appellandi in casu, quo commissa fuerit, appellatio ne remota, & ad quem appellandi, vt legitur, & not. s̃. c. 1. & c. super quæstionum. in prin. §. porro. Similiter quãdo cognoscit ordinarius, & inquisitor hæreticæ prauitatis, & sic ordinarius, & delegatus Papæ: cum autem talis mixtura contingit, iurisdictio magis dignior debet considerari in appellatio ne interponenda ab eorum sententia, etiam si alij sint plures, vt hic: vt si magis consideretur dignitas, quàm numerus personarũ. & hoc quò ad appellationem, vt dixi: vbi verò in sententijs discordarent, starem numero, iuxta reg. c. fi. s̃. de regu. iuris. licèt gloss. innuat contrarium. ff. de re iudi. l. Põponius. aliàs si vni. Sed non bene secundùm Oldr. qui simpliciter dicit, numerum considerandum, vt C. de pala. sac. lar. l. fi. lib. 11. & de vete. iu. enuc. l. 1. & vide bonã concordantiam ad hunc tex. C. de app. l. præcipimus. ad fi. ver. eodẽ. vbi si illustris, & non illustris de causa cognoscunt, appellabitur ab eorum sententia ad Imperatorem, habito respectu ad illustrem, non ad illum, à quo deberet ad alium appellari: & ibi est etiam tex. quando non in personis diuersorum, seu eiusdem residet duplex iurisdictio. Similiter enim consideraburit iurisdictio magis digna, vt d. l. ver. ꝙ si. & tex. in d. c. super quæstionum. §. si verò duo. in fine. & etiam cum contingit ista mixtura duorũ simplicium diuersam naturam habentium, consideranda est natura simplicis dignioris. vt cap. quantò. de iudi. vbi plenius dixi.

SVMMAE.

1 *Plures quandoq; simpliciter delegantur.*

CAP. IIII.

SI contra. ¶ No. quòd quandoq; plures delegãtur simpliciter. & de hoc. s̃. c. prudentiam. † Quandoque delegantur cum clau. ꝙ si ambo, & de hoc etiam ibi. & ibi tangit Arch. an sola voluntas sufficiat: videt, ꝙ clausula, [si non possint interesse.] cõprehendat casum, etiam si nunc velint, vt d. c. prudentiam. §. adijcimus. vbi de hoc in nouella. Quandoq; fit cõmissio alternatiuè, [vt omnes, aut alter vestrũ.] & de hoc. ĩ. e. c. cũ plures. vtrũ aũt, si duo ex tribus, vel plurib. citant, teneaẽ citatus cõparere. & qualiter debet fieri fides de impedimento tertij, vt ad citationem aliorum comparere teneatur. & si duo, tertio irrequisito, processerint, an possit postea ille tertius eorum processum ratificare? dic de his, & aliś hanc materiam tangentibus, vt d. c. prudentiam. & hoc tangitur. in nouella. an sufficiat requisitio collegæ: vt sic, si non venerit, possit alter procedere. Hostiensum est,

sum est, quòd trina requisitio facienda sit. de hoc s̃. eo. c. cum causa. vbi no. Vin. ꝙ si collega requisitus impedit etiam quærẽtem datum cum clausula, ne procedat: fortè posset eum ex cõmunicare; quia iam iurisdictionem habet in impedientes: & requisitus, ratione delicti, factus est inferior. C. ne sena. vel cla. l. 2. fcđm Io. An. ¶ Tertiò no. quòd in nullo casu huius c. causa suspicionis contra iudicem allegata est probanda corã eo, sed corã arbitris, episcopo, vel collega. ratio est; quia fortè prouocatus obesset: & qua ratione suspectus est in principali, suspectus est etiam in accessorio, tangente personã suã. cesset ergo. l. si quis ex aliena. ff. de re iudi. & c. super literis. s̃. de resti. spol. habent autem locum illa iura, & similia, cum exceptio declinatoria fori concernit iurisdictionem, non personam iudicis. vnde de exceptione excõicationis infamiæ, & simili oppositа contra iudicem, non cognoscit ipse, vt no. Bar. in l. quidam consulebat. ff. de re iud. licèt contrarium dixerit Inn. s̃. c. cum super abbatia. & vide de ista exceptione contra iurisdictionem oppositа, quis cognoscat, vnum notabile dictum Inno. in c. venerabili. de censi. & l. de iure ff. ad munici. ¶ Quartò no. in §. cum autem. quòd de recusatione cõtra de legatum episcopi, vel eius vicarium oppositа, cognoscit eps, & non arbiter: quare autem non sic Papa de recusatione oppositа contra eius delegatum. dic vt in gl. antepe. prouidetur enim (vt dicit in vtroq; casu, licèt diuersimodè) laboribus, & expensis partium. ex qua ratione posset argui, ꝙ si ep. scopus, qui causam delegauit, vel vicarium dimisit, esset absens: ꝙ de causa recusationis sui delegati, vel vicarij esset recurrendum ad arbitros, sicut hic dicitur de delegato Papæ: quia eadẽ est ratio, vt parcatur &c. Inno. & Hosti. in c. suspicionis. tenent, ꝙ tunc est in causa supersedẽdum, donec reuertatur episcopus: quod dictum est probabile, si est episcopus prope intra diœcesim, vel in loco vicino. Si autem multum distaret, iniquum videtur, ꝙ reus recusans eius officialẽ, vel delegatum, debeat tam longe accedere, vel actor ius suum differre. æquum igit̃ videtur Ioan. And. quòd hoc casu recurratur ad arbitros, & de exceptione contra delegatum oppositа cognoscat eius vicarius. allegat ad hoc quod disputatũ fuit de collega, ad partes valde remotas se absentante. nam cum non possit commodè adiri. 22. q. 2. c. faciat. non est hoc casu necessariò requirẽdus. Et iura etiam volunt, ꝙ nullus sit trahendus extra prouinciam. de do. c. cũ olim. 3. q. 4. c. vltra. ad hoc de testibus. c. præsentata. vbi æquiparantur mors vnius, & longa absentia alterius. ad hoc l. cum post. C. de appel. peregrinari etiã quis non cogitur, eo. lib. de procu. c. 2. ¶ Quintò & vltimò not. quòd de exceptione recusationis oppositа contra vicarium cognoscit episcopus, & non ita de appellatione. quæ sit ratio differentiæ, consueui dicere; quia appellatio concernit iurisdictionem: quæ eadem videtur in persona vicarij, & episcopi; ideo de vno ad alium non recurritur. s̃. eo. de consue. c. non putamus. recusatio verò cohæret personæ, & eam concernit, non iurisdictionẽ. s̃. tit. 1. c. Romana. & quod no ĩ. e. c. proxi. in 4. gl. ibi [pro ista parte] &c. ¶ Vltimò tangit hic in nouel. super glo. recusatur. &c quæ sint istæ iustæ causæ recusandi iudicem. dic, vt in Spec. tit. 2. §. superest. Item vtrum pendente causa recusationis contra vnum collegam, possit procedere alius in principali, tenet gloss. magna, quòd non. similiter in nouella.

SVMMAE.

1 *Iudex delegatus Papæ legitimè recusari potest.*
2 *Delegatus potest committere vices suas in totum ante recusationem propositam.*
3 *Iurisdictio delegati per solã propositionem recusationis est impedita.*
4 *Pronunciatio facta in causa idem operatur, quod sententia.*
5 *Iurisdictio extincta de consensu partium, post pronunciationem reassumi non potest.*
6 *Iudex delegatus, si sit suspectus, an possit alteri committere.*

CAP. V.

IVdex ab. Partes patent. sunt enim duæ principales. primò quãdo delegauit causam ante recusationem contra ipsum propositã. secũda ibi [post
1 recusationem] quando post eam propositam. ¶ † No. ꝙ etiã
a iudex delegatus Papæ potest legitimè recusari a: & tunc dicit legitimè, cum causa est probabilis. plures ex istis causis enumerat Spec. eo. ti. §. superest videre. & Hosti. in sum. de ap. sub rub. de recu. §. ex quibus causis. de iure ciuili an causa legitima requiratur, dic vt l. apertissimi. C. de iud. vbi glo. dubitat, an possit ordinarius tecusari: quod de iure canonico certum est, ꝙ sic, vt d. c. cum speciali. & s̃. de foro cõpe. c. si quis. ¶ Inciderter tangit hic Io. An. post Arch. de prælato, qui in causa ecclesiæ suæ impetrauit consanguineum in iudicem. Tenet enim, quòd possit recusari. s̃. c. insinuãte. & hic plenius per eũ.
2 ¶ † Secundò no. quòd ante recusationem propositam potest delegatus committere vices suas in totũ: quæ cõmissio postea impugnari non potest, prætextu recusationis. Quod intelligunt, quidam verum, quando post citationẽ factam per subdelegatum proponitur recusatio. Secus si ante. nam ante non videtur iurisdictio efficaciter transiuisse, cum possit reuocari ĩ. c. proxi. Hanc distinctionem, vt refert hic Arch. tenuit Hosti. de appel. in c. cum speciali. Io. An. post Archi. tenet simpliciter, ꝙ sola commissio totalis iurisdictionis sufficit ad tollẽdam exceptionem, quæ excluderet ipsum subdelegãtem. Nõ ob. c. ĩ. proxi. quia loquitur in reuocatione, non in recusatio nis propositione: & sic sunt casus diuersi, non aduersi. & intelligunt hoc verum, quando subdelegatus postea acceptaret: vel alia ratione causa rediret ad subdelegantem; exceptio. n. recusationis cõtra ipsum remanet salua, quasi commissio, de qua hic, debeat intelligi cum effectu, arg. l. 1. ff. quod quisque iur. & c. relatum. de cle. non resi. ¶ Tertiò no. in ver. quod posset. ꝙ si delegans aliquid sibi de iurisdictione retinuit, potest eius cõmissio impugnari per exceptionem recusationis. Ratio est; quia ad eum posset causa redire: & sic habet potentiã nocẽdi in habitu. quod sufficit, vt recusari possit, ar. l. Lab eo. ff. de sta. lib. quod secus est, quando nil sibi de iurisdictione retinuit: quia reassumere causam non potest, nec ad ipsum reuerti. s̃. c. super quęstionum. § porro. & §. seq. Et aduerte quia tex. dicit [eius commissio impugnari] & c. nec declarat coram quo sit exceptio recusationis proponenda: an coram subdelegante, contra quem opponitur: an coram eius subdelegato. Impugnabitur igitur, secundùm Io. Mona. per hunc modum; quia notificabitur recusatio coram subdelegato, & petetur terminus ad eam proponendam coram subdelegante: & iste
3 est modus, vt hic in nouella. ¶ † Quartò no. in ver. post recusationem. ꝙ per solam propositionem recusationis est ligata, & impedita iurisdictio delegati, tantum, ꝙ eius commissio est nulla, vt hic. multò magis ergo non valeret, si procederet in causa principali. Inno. tamen dixit, ꝙ si exceptionem recusationis iudex non admisit: vel de ea mentione non habita, ad vlteriora processit, valebit processus: nisi fuerit appellatum. Nam, vt dicit, non meminit se legisse, ꝙ sola recusatio subtrahat recusantem à iurisdictione iudicis. Hosti. contra in d. c. cum speciali. & idem Bar. consuluit per l. 1. C. si quacunq; prædi. po. vbi allegans suspicionem hoc ipso eximitur à potestate, & iurisdictione iudicis recusati: & per consequens nõ valet quod agitur. de hoc in Spec. de recu. §. qualiter. ver. sed
4 quis cognoscet. ¶ † Quintò no. quòd non idem operatur probatio facta in causa, quod pronunciatio, & sententia, vt in gl. ergo ista &c. Et per hoc dicit alibi glo. singularis, quòd ex ꝙ probationibus non oritur actio in factum: aliàs iuramẽto, nec ex furto probato irrogatur infamia, nisi confessio, vel sententia intercedat, vt not. in l. sed si possessori. ad fi. ff. de iureiurã. & de hoc s̃. de his qui no. infa. l. athletas. §. calumniator. cum §. fe. & l. non alias. quando que varia sunt, sententia, & probatio. de ver. sig. c. cum olim. & de dam. infec. l. damni. §. Sabin°

& qđ

& quod no. C. de adul. l. quàmuis. ¶ Sextò no. quòd ſuper exceptione recuſationis oppoſita eſt pronunciandum. & eſt iſta pronunciatio interlocutoria, ſecundùm Archi. qui allegat de ap. c. ſignificantibus. poteſt tamen eo prætextu dici diffinitiua; quia poſt ipſam alia nõ ſperatur. quod dic, vt no. in Auth. habita. C. ne fil. pro pa. ¶ †† Septimò no. quòd iuriſdictio extincta per pronunciationem non poteſt de conſenſu partium reaſſumi. & loquitur tex. quando eſt extincta per pronunciationem ſuper recuſatione. idem ſi iudex pronunciauit ſe incompetentem. caſus eſt no. in c. ſignificantibus. ſ̃. eo. ¶ Incidenter tangit hic Archi. quis cognoſcet de cauſa principali, poſtquã eſt approbata coram arbitris legitima cauſa ſuſpicionis, & ſuper eam pronũciatum. Hoſti. ſequens Roff. dicit, quòd ipſi arbitri, qui cognouerunt de cauſa ſuſpicionis. allegat pro caſu. C. de iudi. l. apertiſsi. in fi. nam ſic eſt in appellationis articulo. ſ̃. de ap. c. vt debitus. & æquiparantur appellatio, & recuſatio. de ap. c. ſuper eo. & procedent ſecundum tenorem literarum directarum ad ſubdelegatum, vt no. in ſum. de offi. dele. §. quis ſit effectus. ver. quid ergo. alij fere omnes (vt Io. Vin. Tan. Gof. & Ber.) dicunt contrarium per c. ſecundò requiris. iuxta fi. de ap. & hæc opi. verior eſt, ſecundùm Archi. qui remittit ad Spec. de recu. §. effectus autem. & per Ioan. An. ſ̃. c. ſuſpicionis. ¶ Opponitur, & videtur, quòd etiam poſt propoſitam exceptionem recuſationis, & probatam poſſit iudex, recuſat' alteri delegare, vt in allega. c. cum ſpeciali. ver. ac ipſa probata limine. Sol. hic in delegato, ibi in ordinario, qui etiã pronunciatus vt ſuſpectus, poteſt cauſam delegare; quia remanet iudex, etiam poſt talẽ pronunciationẽ, licèt ſine exercitio illius cauſę. ad hoc c. ſi quis contra. de foro compe. vbi videas, ſi appelletur à tali delegato, an appellatur ad ipſum ordinarium recuſatum, vel ad proximum eius ſuperiorem? ibi Ber. dicit, quòd ad ipſum, qui denuo delegabit. Vin. & Hoſt. contra. & Spec. cum eis in tit. de ap. §. nunc tractemus. in fi. 1. colũ. ¶ †† Opponitur, & videtur, quòd nullo modo iudex delegatus, ſi ſit ſuſpectus, poſsit alteri committere: quia ſi eſt eius iuriſdictio, Papa aditur propter ſuſpicionem. ergo & alterius dependentis ab eo. ſ̃. ti. 1. c. . & alijs rationibus hoc probatur, de quibus in gl. 4. quæ ſoluit, q̃ ſuſpicio concernit perſonam, & vitia perſonalia non tranſeunt in aliam, vt in ea. Secus ergo dicendum, quando exceptio cõcerneret iuriſdictionem. & diceretur delegatus ipſam non habuiſſe, & per conſequens non potuiſſe ſubdelegare. Tunc enim ſublata iuriſdictione legati, non poteſt ſubſiſtere iuriſdictio in perſona ſubdelegati, vt ĵ. c. ſi à ſubdelegato. quod tenet hic Ioã. An. facit ad not. in c. 1. ĵ. de iure pa. vtrum. ſ. exceptio, quæ obſtat cedẽti, obſtat ceſſionario. tecigi. ſ̃. tit. 1. c. 1. ¶ Quærit Ioan. And. Reſcriptum eſt directum abbati ſub nomine dignitatis, qui ſtatim poſt recuſationem deceſsit: an cognoſcet ſucceſſor? Dama. diſputando innuit, quòd non. Bart. Brix. poſt. T. quòd ſic, ſi antemortem non fuerat exceptio probata: vel probata, ſed nondum lata ſententia; quia ceſſat cauſa recuſationis in ſucceſſore. vbi verò eſſet lata ſententia ante mortem, ſucceſſor non cognoſcit: quia illa iuriſdictio iam extincta erat per illam pronunciationem. & in hoc caſu ſit vera opi. Dama. ſecundùm Ioan. Andr. qui prædictam quæſtionem intelligit, quando ſuſpicio concernebat perſonam, non dignitatẽ: hoc enim caſu ſemper tranſit contra ſucceſſorem. ponit exemplũ in ſuffraganeo, vel ſubdito impetrantis, vt ſ̃. vt lit. non conteſt. c. accedens.

ADDITIO.

a ¶ Recuſari. Adde, q̃ recuſatio delegati valet, etiam ſi delegans eum ſciuit eſſe partibus ſuſpectum. glo. in c. ad hæc. in verbo elegerunt. de reſcript. quod eſt verum, niſi proprio motu ſit delegatus. glo. & Ab. in c. cũ olim. circa fi. de offi. dele. no. in c. cum inter. & ibi per eũ, & Phi. de ap. & eſt notandum, q̃ recuſatio iudicis debet fieri coram ipſo, allegata cauſa ſuſpicionis. Phil. in c. poſtremo. de ap. & etiam dicitur tollere iuriſdictionẽ. Spe. in ti. de le. §. reſtat. ver. nũ per recuſationẽ. & in ti. de recu. per totũ.

S V M M Æ.

1 *Delegatus Papæ quandoque ſubdelegat vices ſuas in totum.*

CAP. VI.

Q Vàmuis alicui. Ponit dictum, cuius rationem reddit, ibi [cum iuriſdictio] &c. ¶ †† Not, quòd delegatus Papæ quandoque ſubdelegat vices ſuas in totum. vtrum autem ſub delegandi licentiam transferre poſsit, no. plenè Ioan. And. ĵ. eo. c. is cui. & ibi dicam. ¶ Secundò no. quòd quandoque aliquid licet re integra, quod non licet poſtea pœnitere. ad hoc C. de condi. ob cauſam. l. ſi pecuniã. in materia autem, in qua ſumus, perpetuat, & confirmat iuriſdictionem ſubdelegati irreuocabiliter quò ad ipſum ſubdelegantem, non autem quo ad Papam. qui ſicut poſt vſum iuriſdictionis reuocare poſſet ſuum delegatum, ita ſubdelegatum. Sicut etiam hoc poſſet quilibet ordinarius quandoque, vt l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. in hoc ergo eſt deterior iuriſdictio delegati Papæ ſubdelegantis in totum, quàm alterius ordinarij. & quod dicit tex. de reuocatione expreſſa, idem dicit Archi. in tacita; puta ſi ad partis petitionem citat, vel procedit. alle. de ap. c. intimaſti. & facit. ĵ. de procu. c. ſi quem. Per quem autem actum inducat iſte vſus ſubdelegati: vt ſic viam claudat reuocationis. in gloſ. pe. dicit, qualitercunque. & ſic ſentit, quòd per vſum minus legitimum inducatur iſta perpetuatio. de quo hic per Archi. & Ioã. An. in c. cum plures. vbi dicam. Archi. tamen dicit, quòd non per omnem vſum, ſed per citationem tantùm inducitur perpetuatio. ſ̃. c. gratum. & dicit hanc eſſe opi. Vin. Tan. Gof. Inno. & Ber. in c. licèt. ſ̃. eo. nam citatio eſt principium proceſſus. de proba. c. quoniam contra. & quod not. Inno. de app. c. vt debitus. & Ber. ſ̃. c. ſuper quæſtionum §. ſi verò. in gloſ. hic patet. Sed pro iſta glo. ſua Ioan. An. in nouella allegat. ĵ. eo. c. cum plures. §. 1. vbi ſufficit inchoaſſe. & tex. hic, & ĵ. c. proxi. vtitur verbo, vti, vel quòd res non ſit integra. Præterea perpetuare iuriſdictionem, & inducere litis pen. ſunt diuerſa. grauis eſt ergo citationem exigi in perpetuatione iuriſdictionis: ſicut in pendentia litis, vt in Clem. 2. vt lit. pen. ſecundùm eũ. ¶ Quærit Ioan. And. Ioan. Canonicus Bonon. delegatus Papę delegauit cauſam Arch. Bono. nomine non expreſſo. qui vſus iuriſdictione deceſsit: vtrum ſucceſſor Archi. cognoſcet? Ioã. Mo. ſ̃. e. c. ſtatutum. in additionibus dicit, quòd non. Nam dictus Ioã. in futurum ſuum ſucceſſorem non tranſmitteret iſtã delegationem. ar. not. per Doc. ſ̃. de elec. c. nihil. ergo nec debet ſubdelegando tranſmittere in alterius ſucceſſorem. Non ob. ſecundùm eum. c. quoniam ab. ſ̃. eo. quia loquitur in Papa, qui non habens notitiam perſonarum, videtur exprimendo nomen dignitatis, ſibi committere: ſecus in caſu noſtro, in quo delegatus videtur potius habere cõſiderationem ad perſonam ſibi notam, cui ſubdelegat, quàm ad dignitatem. hoc dictũ reprobat Ioã. An. per c. licèt. ſ̃. eo. & c. ſi delegatus. prireſpon. pro Io. tamen Mona. allegat. l. qui habebat. ff. de reb. du. vbi ex notitia diſponentis inſpicitur, an nomen propriũ, vel dignitatis, ſiue officij inſpicere debeamus. & ex pluribus coniecturis quandoq; percipitur, quòd expreſsio dignitatis non attenditur: quas vide per Bar. in l. ſi ſernus communis. ff. de ſtip. ſeruo. facit. c. reqſiſti. & quod ibi dixi. ſ̃. de teſta. ¶ Secundò quærit etiam poſt Io. Mo. ſi ille, cui commiſſa erat cauſa, factus ſit epiſcopus, vel archi. an ſic tranſlatus cognoſcat? videtur, quòd non, per c. qm̃ ab. & c. paſtoralis. ſ̃. eo. nam trãſlatus habetur pro mortuo. 7. q. 1. §. ecce. Io. Mona. tenet contrarium: quia non cenſetur mortuus, ſed auctus: ergo durat. arg. l. 4. ff. de reg. iu. & l. ſenatores. ff. de ſenat. Non ob. §. ecce. quia verum eſt eũ haberi pro mortuo quò ad illam eccleſiã: non quò ad aliam. Et iura, quę de expiratione per mortem loquuntur, debent intelligi de morte naturali, non ciuili, iuxta doctrinam glo. in c. ſuſceptum. de reſcrip. Ioan. An. dicit ſimpliciter ſtandum. c. quoniam ab. ſ. quòd in ſucceſſorem in dignitate cognitio transferatur, & non illum ſequatur, etiam ſi cœpiſſet in iuriſdictione. Nam iſte tranſlatus non poſſet in alio loco cognoſcere, per c. ſtatutum. §. in nullo. ſ̃. de reſcript. & quantũ ad extinguendã delegationẽ in perſonã tranſlatã videt paria, abſentia, & trãſlatio, ar. c. pũcta. de teſti. & hoc verũ, qñ talis cõmiſſio ſic eſt tranſmiſsibilis ad ſucceſſorẽ; quia facta ſub nomine dignitatis, vt dixi. Si aũt non eſt tranſmiſsibilis: tũc mutatio cõditionis perſonæ iudicis delegati, & trãſlatio non curatur; quia commiſsio eum ſequitur in quocunq; ſtatu. qđ tenet Io. An. in qõne canonici, qui deſijt eſſe canonicus. de qua in præalle. c. ſtatutum. poſt prin. in gl. quæ incipit. habentibus. ad fi. & idem ibi Archi. & in Spec. eo. ti. §. fin. ver. quid ſi cauſa. & ſe.

1 Dictum, cuius rationem reddit, ibi

S V M M Æ.

1 *Mortuus cenſetur abeſſe.*
2 *Abeſſe pluribus modis quis dicitur.*
3 *Reſeruatio cuiuſcunq; actus ſufficit ſubdeleganti.*
4 *Caſus, in quo non appellatur omiſſo medio.*

CAP. VII.

5 b contra partem hoc procurantem: per hanc tamen specialem pœnam non puto recessum à pœna à iure imponenda iudicibus perperam procedentibus, & malè iudicantibus. de qua. s̃. eo. de sen. & re iud. c. 1. Nam iudex, qui fert. sententiã nullam, si ex hoc altera ps lædatur, tenetur ad interesse. quod ꝓsequor, vt no. Bar. in l. si iudex. ff. de var. & extraord. cog. & dicam in d. c. ad prædicta facit l. 1. §. dixerit aliquis. ff. de publ. & l. quot. ff. de act. & obli. ¶ Nonò not. q̃ quò ad non cæpta officium conseruatorum expirat morte. & in hoc sunt similes iudicibus delegatis, vt c. relatum. s̃. eo. cæpta ergo negotia sunt alterius naturæ, quàm alia non incæpta. Simile in l. is qui reus. ff. de pu. iud. & quod dicitur hic, est verum, quando litera conseruatoria non haberet tempus limitatum. Sed vbi haberet, vtrum quò ad cæpta duret iurisdictio post tempus præfixum. videtur, q̃ sic, æquiparando mortem, & finem termini limitati. Nam per talem finẽ dicitur iurisdictio mori, sicut & instantia iudicij, vt l. cum lite mortua. ff. iudi. solu. Item terminus iuris, de quo hic, durat quò ad cæpta, etiam post terminum, vt hic; patet ergo idem in termino hominis. contrarium putat Ioannes Andreas, quòd talis clausula tẽporis limitati imponit finem iurisdictioni, iuxta no. s̃. ca. de causis. in 1. q. & si diceremus contrarium, sequeretur, quòd etiam post secundum quinquennium posset remanere conseruator contra verba, & mentem scribentis, secundùm eum. Sed contra eius decisionem facit l. meminisse. ff. de offic. pro con. & leg. vbi etiam post tempus finitum durat iurisdictio, si non venit successor. Item administratio, siue gestio tempore limitato concessa, durat etiam post tempus in cõnexis, & contiguis tempori præcedenti, vt l tutores. ff. de admi. tu. & l. quid ergo. §. iudicis. ff. de contra. iu. tut. & l. tutor post pubertatem. C. arbi. tu. ecce ergo plura iura, quòd dispositio tempore limitata (vt turela) protenditur in longius tempus, quo ad cæpta prius. His non ob. teneo cum Ioan. An. & respondeo ad has leges; loquuntur enim in casu, quo post tempus finitum nullus successor deprehenditur, nisi detur ab homine. & est ratio, ne deseratur. publica vtilitas, vel pupillorũ. ideo tutores dati tempore limitato dñt in administratione p seuerare vsque ad trãslationẽ. hic autẽ successor est, in quem administratio transferatur, vt C. vt causæ post pub. adsit tu. in l. 1. & ff. de admi. tu. l. ita autem. §. pen. & fin. Sed in conseruatoribus, & iudicibus delegatis datis ad tempus ipso iure succedit delegans in processu: & res de facili reuertitur ad naturam suam. Ad hoc l. cum non eo die. C. quando prouo. non est ne. & Cle. si appellationem. de ap. in quibus patet, q̃ non inspicitur, an causa fuerit incæpta. j̃. tempus iurisdictionis, sed an. j̃. illud tempus fuerit terminata. ¶ Quæro. dicitur in. §. officium. quòd expirat conseruatoris officium obitu cõmittentis. Sed pone, quòd ad conseruationem antiqui priuilegij datus est conseruator: vtrum istius officium expirabit morte Papæ? Archi. quòd non per hoc c. in prin. coniuncto isto. §. ex quibus patet, quòd loquitur, cum datur conseruator super nouis iniuriis, non cum datur in casu prædicto, in quo cõseruator venit accessoriè ad priuilegium iam concessum. Si ergo priuilegium non expirat morte Papæ; ergo nec conseruatoris officium, ar. opt. s̃. eo. c. si super gratia. cõtrarium tenet glos. quæ incipit. quasi dicat. Idem corroborat Inno. & respondet ad contrarium. & dicit idem tenere Ioan. Mo. vt in ea videas.

ADDITIONES.

a ¶ Conseruator. Adde, an conseruator possit subdelegare officium suum. Spec. in tit. de iu. deleg. §. fin. vers. item quòd non est.
b ¶ Conseruatores. Adde quòd eorum officium consistit in mero imperio. ita tenet Inn. in c. statuimus. in glos. in ver. ad alia. de offi. dele. & ibi Bal. vide plene per D. Guido. Papæ ibidem.

Rub. De officio legati.

SVMMAE.

1 *Officium prælati in quo consistat.*
2 *Prælati participant de quiete subditorum.*
3 *Cardinales lætantur honoris prærogatiua.*

CAP. I.

1 OFFICII. † No. officium prælati, in quo consistat. nam debet inuigilare remediis subditorum, & ad hoc tenetur ex debito. 43. di. c. 1. Nam negligentia prælati (maximè circa correctiõem subditorũ) est maxima culpa, & videtur tacitè consentire. 83. di. c. error. & 86. dist. c. culpa, in nigilare ergo debet, vt hic. & ponitur, in, pro valde. sicut in l. Gallus. § ille casus. ff. de li. & posth. vbi plenè per Bar. de ista dictione, in. & in Spe. de dispu. & alle. § post hæc. debet ergo remouere scandalum, quod semper est vitandum, dummodo secũdùm Host. Deus per id nõ offendatur. aliàs dicit tex. vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. s̃. de renun. c. nisi cum pridem. §. pro graui. & de reg. iu. c. qui scandalizauerit. & per Host. in summa de renun. §. pe.
2 ver. est autem scandalum. ¶ †Secundò no. quòd prælati participant de quiete subditorum. A contrario ergo sensu in eorum laboribus non quiescunt. in Authẽ. vt iu. sine quoquo suffra. in prin. & hoc est, quod dicit lex, q̃ congruit bono ꝓsidi curare, vt quieta prouincia sit, quam regit: quòd non difficilè obtinebit, si sollicitè agat, vt l. congruit. ff. de offic. præsi. interest etiam supioris subditos habere locupletes. & ne qs re sua malè vtatur; ideo dat curatorem prodigo, vt s̃. de cõsue. c. ex parte. & Inst. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. in prin.
3 facit l. cum ratio. §. fi plures. ff. de bo. dã. ¶ †Tertiò no. quòd Cardinales lętantur prærogatiua honoris. & consistit in multis, de quibus hic in nouel. econtrario autẽ ista prærogatiua habet multiplex onus annexum: vnde Ber. ad Senonem epis copum sic scribit. Meditantibus honores blandiuntur: sed onera pensantibus. tædio sunt, at que formidini. multi non tanta alacritate, & fiducia currerent ad honores: si se sentirẽt & onere grauari; profectò metuerent, nec cum tanto labore, & periculo quarumlibet affectarẽt infulas dignitatum. Nũc verò, quia attenditur gloria, & non pœna, purum esse clericum erubescitur in ecclesia: seq; viles, & inglorios existimãt, qui quocunque eminentiori loco non fuerint sublimati. Ita dicit hic Ioan. An. in nouel. & remittit ad not. per eum. s̃. de præben. c. graue. super verbo. ratione. & de elec. c. venerabilem. super verbo vsurparunt, quia totus iste tit. loquitur de potestate Legatorum de latere circa beneficiorum collationem. Et gl. 3. tangit de eorum potestate circa causarum cognitionem, excommunicatorum absolutionem, delictorum punitionem, & exemptorum confirmationem. Ideo de singulis breuiter est videndum. ¶ Et primò circa eorum potestatem, & beneficiorum collationem glos. mouet du-

bium, aũ cõferre posint beneficia deuoluta ad curiam p Lateranense Conciliũ.tenet q posit.Idem Egi.& Boa.plus,secundum Fran. qui dicit, quòd legati non de latere hęc possunt.alleg.ẽ.de sup.neg.præla.c.pe. Item de talıter deuolutis cessat ratio scandali inter legatos, & ordinarios: propter quod scandalũ emanauit hæc cõstitutio.cesset ergo eius prohibitio,ar.l.adigere,§.quãuis.ff.de iur.pa.& c. cum cessante. de appella. Io.An.in nouel.circa fi.dicit, quòd curia non reciperet.seruari in legatis nõ de latere: nã & in eis refert ipse curiã dubitare, an talia posint conferre. vt hic per eum plenius. Executor autem datus per Papam ad cõferẽdũ bñficiũ spectans ad alicuius collationem bene conferret,sicut deuolutum, vt in Cle.si de beneficio.j.de præb.& quod ibi no. in glo.antepe.concludit, q Legati de latere vacantia beneficia conferunt,& vacatura reseruant,vt j.c.præsenti. vtrùm autẽ hoc sit verum,si spectant ad præsentationem clerici,vel laici? dic,vt in c.dilectus.de iurepa.& ibi quid iuris de alijs executoribus,an reseruẽr.& in Spe.de lega.§ nunc tractemus. vbi de materia, & hic breuiter de primo. ¶ De secundo .s. de eorum potestate circa causarum cognitionem. dic, q adiri possunt per simplicem querelam,omisso ordinario,vt ẽ.eod. c.1.vbi no.Ber.an posit deponere episcopũ? dic, q non : sed bene presbyterũ,adiunctis sibi alijs episcopis:qñq; etiam nõ adiunctis,vt in casu hæresis,vt in c.1.j.de hære.vtrũ aũt posit appellari ad eũ, omissis medijs.dic,vt in Spec.de leg.§.Iupereſt.vbi ẽt videas, an posit exercere iurisdictionẽ contra exẽptos,& cognoscere de causis sine strepitu, & figura iudicij de quo plenè.j.c.fi.de hære.de quo vide ẽt qđ no.ẽ.de ap. c.constitutis.vbi reuocatur in dubium, an posit cognoscere de causis deuolutis ad Papã per appellationem.¶ De tertio. s.de eorum potestate circa excõicatorum absolutionem, reuocatur in dubium, vtrum posit absoluere excõicatos propter violentam manuum iniectionem in clericos.dic,q sic,vt ẽ.eo.c.fi.qđ vtrũ sit verũ.si fuerit enormis læsio, ibi notat. & hic tenet Arch.opin.Host.q in enormib.non posit.de quo p Io.An.de sen.exc.c.ad eminentiam.& vide qđ no.9.3.dist.c.2. vbi dicit,q capiens legatum,põt ab eo absolui : qđ intelligo saluo quod no.j.de pæ.c.felicis.de quo in Spe.eo.ti.§. nec putamus.ver.sed quæritur.Circa istam absõ. reuocat etiã in dubium Io.An.vtrũ Legatus de latere.si sit extra prouinciã,posit absoluere: vt q non ; quia Legatus, sicut proconsul, extra prouinciam iurisdictionem non habet.de offi.procon.& le.l. 4.de quo vide in Spe.in ti.de le.§.nunc dicamus. vbi tangit, vtrũ non ingressus prouinciã posit exercere iurisdictionẽ voluntariã,vel contẽtiosam:vel añ eius ingressum cãs cõmittere.& si ingressus est,& exiuit aio redeũdi, vtrũ posit iurisdictionẽ cõtẽtiosã vel volũtariã exercere,ibi videas.& d.c.pe. ẽ eo. ¶ Vltimò Io.An.in nouel. enumerat quædã alia specialia in Legatis de latere.dicit,q hęc spectãt ad Cardinales, vt not.Bar.in d.c.pen.Idẽ ibi Inn.& Host.qui dicit,curiã sic tenere. multas prærogatiuas Cardinalium legatorum, vel non Cardinalium enumerat Zen. in extrauag. execrabilis. super ver.sublimitatem.& ibi inter alias reuocat in dubium, vtrum dignitas Cardinalatus liberet à patria potestate,quæ in multis consistit,vt Insti. de patria pot. per totum. & in Cardinalibus,qui sunt epi,non vt dubiũ;quia ipsa sola epalis dignitas liberat à patria ptãte,vt in Auth. constitutio quæ.de dign.§. illud.colla.6.in alijs verò Cardinalib.non epis videret prima facie dicendũ,q non liberentur; quia nulla cõstitutio hoc dicit.erubescimus ergo,cũ sine lege loquimur,in Auth. de triẽ. & se.§.confideremus.colla.3. Ipse tenet ibi cõtrariũ,& efficaciter probat. sacerdotium verò, vel alius ordo, an liberet ab ista patria potestate. dic vt in c.indecorũ.ẽ.de æta. & quali.

S V M M AE.

1 *Officium Legati in quibus consistat.*
2 *Legati sunt similes proconsulibus.*
3 *Papa confert iurisdictionem ordinariam,& quandoq; delegatam.*
4 *Iurisdictio legati non expirat morte mandatorum.*

CAP. II.

LEgatos. Duo facit.ꝑmittit, & probat declarationis cãm.secũdò declarat,ibi[ꝓñti.]
† No.in quibus versatur officiũ legati [vt euellat, dissi
1 pet] &c.quę verba exponit hic Io. An. Arch.& Io. An. ẽ. de maio.& obe.c. solitæ. ¶ † Secundò not. q legati sunt similes
2 procõsulib. p quod arguit Arch. q delegatus legati pt̃ subdelegare ; cum delegatus proconsulis hoc posit, vt ff. de offi.p con.l.legatus.ar.contra.ẽ de ap.c.cum cãm.in fi. quod contrariũ dẽt intelligi,scdm eũ,quò ad totã cãm: secꝰ fortè quò ad vnũ arti. (puta citationẽ fiendã) nã delegatus legati cogit eũ,cui cõmisit,citationẽ, si aliter expedire nõ posset iurisdictionẽ suã ẽ.de re iudi.c.cum Bertol.& hoc no.Host. de offi. deleg.c.pastoralis.super ver.citationis. ¶ †Tertiò no.q Papa cõfert iurisdictionẽ ordinariã & qñq; delegatã, vt ẽ.ti. 1. per totum.Sed qũo hoc cognoscam , vtrũ cõferat ordinariã, vel delegatam?dic,q qñque committitur iurisdictio respectu territorij; vt quia dicitur.facio te iudicem in tali loco:& videtur conferri iurisdictio ordinaria,vt l.1.§.cũ vrbẽ.ff. de offi. præsidis.Qñq; cõmittit cognitio cãrũ; vt quia dr. volo, q cognoscas de omni cã occurrẽti in tali loco, & tũc vr delegatus ad vniuersitatẽ cãrũ.& hinc est, q inquisitores hæreticæ pravitatis hñt delegatam ; quia eis committitur certum genus cãrum in loco.& ita no.Ia. Bu. in l. cum specialis. C. de iudi, & hoc verum , quando istud certum genus causarum committitur ab hoĩe.Si ergo cõmitteret à lege cognitio causarũ absq; territorio:an talis hret ordinariam,vel delegatã.dic per Iac. Bu in l.ꝓcipim⁹.C.de ap.Ego de hoc plenius referẽdo Cy. dixi in c.quoniã abbas.de offi. deleg. in 5. q. & ibi etiam per Io. An.vtrũ ãt alius,q princeps, posit dare iurisdictionẽ ordinariam.d.c,q sic,vt vniuersitas,& consuetudo. de quo plenè per Inn.in c.cum ab ecclesiarum.đ offi.or. & per Cy.post
4 gl.in l.more maiorũ.ff.de iur.om.iud.in cõmento. ¶ † Quartò no.q iurisdictio legati, veluti ordinaria, non expirat morte mandatorum.vtrum autẽ sit verum,si moriatur Papa ante ingressum legati in prouincia,glo.pe.q sic.Gul. contra.eo.ti. in Spe.§.finitur.ver.quid si Papa.delegata vero iurisdictio an expiret re integra morte Papæ, distingue tres casus . aut fuit demandata sub nomine proprio:aut dignitatis:aut sub vtroque.Primo casu expirat,& non transit in successorẽ. Insti.mã. §.item si adhuc . Secundo casu subdistingue . aut talis habebat dignitatem nomine suo,aut beneficio alieno. Primo casu transmittit in successorem in eadem dignitate,vt d. c. quoniã abbas. Secundo casu quãdo habet beneficio alieno, vt Augusta Imperatrix, vel alia cõsularis,vel vica. episcopi.& nõ trãsit in successorem delegatio eis facta,vt l. si Augusta. de lega. 2. & ibi no.Barto.de vicario episcopi.Tertio casu quãdo sub vtroque nomine, dicunt quidam,inspiciendum,quod nomen præcedit,vt no.in d.c.quoniam abbas.aliter no.Cy.in d.l.more maiorum.in 9.q.Bar.in l.si seruus.de ltip.ser.dicit,q dicta distinctio,qđ nomen præcedat, habet locum in dubio. Sed ex aliquibus coniecturis diuersa potest colligi disponentis intẽtio,ex qualitate negotij , notitia personarum , & alijs ibi per eum. & per Ioan. Andr. in regu. priuilegium. de regu.iur.in Mercu.vbi plenè.

S V M M AE.

1 *Legati possunt reseruare beneficia suæ collationi.*
2 *Tempus vacationis an trahatur ad tempus reseruationis.*

CAP. III.

PRęsenti. Tres sunt partes. Prima in vno declarat. Secunda circa duo restringit. Tertia decernit. Secunda ibi [ceterum.] tertia ibi
1 [quicquid.] ¶ † No. q legati pñt reseruare bñficia suæ collationi. & intellige etiam de beneficijs vacaturis , vt in cap. cum dilectus.de iure patro. Sed dices. per talem reseruationem inducitur votum captandæ mortis: ergo nõ valet. per c. detestanda.& c.ne captandæ.j.de concess.præb. Sol.ibi loq̃t in collatione tit. potestas autem conferendi concernit proprietatem. Ideo etiam in beneficio non vacante potest de vno in alium transferri, vt in c.cum venisset.de re.spo.& c. cõsultationibus.de dona.& infert hæc ratio, quòd etiam beneficium certi clerici viuentis posit legatus sibi reseruare:quia proprietas iuris conferendi ita penes legatum , sicut penes ordinarium,potest consistere absque voto captandæ mortis. de quo dic,vt in d.c.dilectus.& in Spe.de leg.§.nunc tractemus. ¶ Secũdò no. quòd dicit [dũmodo] &c. q reseruatio nedum vacaturi,sed etiam vacantis beneficij expirat , finito eius officio, si non sit processum ad collationem. refert hic tamen Lap. Ioan. An.sibi scripsisse, q si vacaret tempore reseruationis,non haberet locum quod hic dicitur. quod põt esse verum,secundùm eum,re non integra: puta quia facti erant executores,& processus,& postea expirauit legatio. Secus si re integra : quia tunc haberet locum quod hic dicitur in vacantibus,& facit.j.de præben.c.fi cui. §. fecus. Ego simpliciter dico standum tex.quòd collatio requiratur,vt in ver.dũmodo.quod sentit glos.3.& probatur ratione,postquam eũ extinctum est ius, & proprietas conferẽdi ẽ penes collatorẽ, in legatis omnis processus inhibitio,& decretum(tanquam accessoria)pereunt, vt in tex.ad hoc facit litera,ibi[quorum cunq; beneficiorum]quæ generaliter, ꝓut verba sonant, debet intelligi, vacantium, & non vacantium. Sed ista mea ratio non videtur bona,quando res non est integra. Nam in tali casu peremptio iuris in personam principalis, à quo actus trahit originem,non curatur,vt patet.ẽ.de offi.deleg.c.licèt. & c.graui.So. vt in glos.quæ incipit.hic post esse,&c.quæ ponit differentiam inter delegatam iurisdictionem,quæ re non integra non expirat,finito officio delegati, & reseruatiões,q̃ tãquam odiosæ expirant cum omnibus appẽdiciis, finito legationis officio.subtilior ratio redditur. j. in nouella.literæ enim ad lites conceduntur super iure creato , & in esse producto,non super iure futuro,vt c.fi.ẽ.de rescri. & l.nõ potest videri.& l.non quemadmodum.ff.de iud. Non mirum ergo, si durat subdelegatio,siue delegatio,postquam durat ius, de quo principaliter agitur,arg.c.super gratia.ẽ.tit. 1.Sed reseruationes habent tractum temporis , & pendent ex futuro euentu.facilius ergo pereunt,vt c.quemadmodum.ẽ.de iureiu.Addo aliam rationem. nam si perit ius,quod residet in ꝑsona agentis,pendente iudicio. finitur iudicium , vt l.si mulier.ff.sol.ma.& l.post finitam.ff.de susꝑ.tuto.Sed in casu huius ca. perit ius legati,quod habebat in beneficiorum collatione per finem sui officij;non mirum ergo, si perit instantia inchoata super illo iure : taliter enim extincto , & corrupto principali,corrumpitur omne id,quod ab eo dependet. ff. si quis cau.l.si eum.§.fi.& l.1.§.siquis sub conditione.ff.vt leg. no.ca.& c.tanta.de excess.pręla.accedit ad hoc l.si certarum. §. fi. ff.de testa. mili. vbi confirmatio codicillorum protensa post tempus militię non facit censeri illos fuisse militis codicillos:vt sic non tempus initæ dispositionis , sed quo dispositio sumit effectum,quantùm ad habilitatem disponentis,inspicere debeamus.& ibi ponit glos.exemplum de arbitro, q non potest statuere diem , quo non est futurus arbiter, vt ff. de arbi.l.cum dies.§.finitur.& l.in pupillari.ff.de vulga.& pu
2 pilla. ¶ † Opp.contra prædicta, & videtur,q tempus vacationis trahatur ad tempus reseruationis. Sicut dicimus in cõtractibus,& conditionalibus dispositionibus,vt existens postea conditio fingat retro,vt ff.qui po.in pi.habe.l. potior.& l.qui balneum.& de testa.mili.l.quod dicit. So. Dyn.format, & soluit istud contrarium.j.de reg.iu.c. beneficium.qđ em̃ q dicta iura loquuntur in vero domino , disponente conditionaliter de re sua:hic loquitur de legato, qui disponere nõ potest de beneficiis vltra tempus suę legationis.Tu dic,q ad hoc, vt conditio , siue dispositio in die apposita trahatur retro,requiritur, q extrema sint habilia, extremum à quo , &

extremum ad quod, iuxta illa,quæ dixi in c. si pro te.& c. q̃uis.ẽ.de rescript.sed hoc tempore existentis conditionis extremum ad quod .s. habilitas disponentis) erat extincta.Nõ mirum ergo, si eius dispositio habet tractum retro, ar. l.bonorum.ff.rem rat.hab.& per Bar. in l. ẽ is qui pro emptore. ff.de vsucap.vbi plenè de ista habilitatẽ extremorũ. ¶ Opp. & videtur,q decreta,processus,& alia, quæ fecit legatus,sint perpetua,nec expirent per finem officij,vt in c.fi.ẽ. eo. Sol.il lud loquitur de constitutione,siue decreto,quod principaliter per se stat, & purè geritꝝ , & sic statim producit effectum: hoc verò loquitur de decreto,quod non est constitutio, nec statutum:vel si est constitutio,non est statuens , sed alium actum firmans.illo ergo sublato,perit talis constitutio veniẽs ad confirmationem actus iam extincti,arg.ẽ. de fide instru. c.inter dilectos.& quod no.de præscrip.c.veniens.in glos.sic patet.secundùm Ioan. And. in nouel. ¶ Circa istam primam partem quærit Archi. hic dicitur, quòd talis reseruatio viribus vacuatur : quæro ergo, ad quem spectabit collatio talis beneficij reseruati?tenet.q ad ordinarium,cuius manus erãt ligatæ auctoritate leg.de iure pa.c.cum dilectus.& ibi hoc tenent Ioan.Phi. & Ber. Secus est in prouisore , qui pro aliquo in ecclesia aliqua reseruationẽ fecit . si enim ꝓuisor moriatur,non redibit prouisio illius beneficij ad ordinarium : sed ad Papam, cuius auctoritate prouisio facta fuit, vt not. Inno. in d.c.cum dilectus.& vide ad hoc quod ipse no.de excess.præla.c.inter dilectos. ¶ Vltimò aduertẽdum ad vnum no. Lap. per quod hoc c.limitatur in eo,q dicit, processum executoris,& oĩa expirare finito officio legati.est em̃ hoc verũ, qñ legatus simpliciter reseruauit.Si verò canonicatum cõtulisset, & præbendam proximè vacaturam sue collationi reseruasset,super hoc certis executoribus deputatis, finito legati officio,non expirat illa reseruatio,nec potestas excutoris:ideo præbẽdã vacantẽ,etiã post finitã legationẽ poterit talis executor conferre:quia collatio canonicatus facta à legato tribuit ius in peæbẽda reseruata,quãdocunq; vacet, all. ad hoc c.proxi. & c.fi clericus.& c.hi qui.& c.si postquã.& c.fi cui.j. de prẽben. & licèt dubitando loquatur de potestate executoris,isto casu ego credo , q simpliciter duret eius potestas, si durat reseruatio in præbenda , prout ipse firmat , ar. c. si super gratia.ẽ.tit. 1.& quod ibi per Ioan. An. super verbo. apo.se.& per Archi. super verbo deputatum. istam autẽ collationem canonicatus cum præbendæ reseruatione potest facere legatus,vt no.Ioan.An.j. de præb.c.fi eum. & ibi etiam quærit,an posit reseruare cum beneficio acceptandi.

§. Ceterum. No. prohibitum legato plures reseruationes facere in eadem ecclesia cathedrali,vel collegiata:in non collegiata igitur videtur, q posit,si non impediatur ex capite, de quo in ver.nec etiã. ¶ Secũdò no.q prima,& secunda prohibitio huius. §.habet locum,qñ pendet reseruatio semel facta.ex tali namque pẽdentia dicitur grauari ecclesia, vel prælatus : sicut grauatur quis ex sententia sub conditione lata.statim enim.i.añ conditionis euentum grauari dicitur:ideo.j.x.dies à die latæ sententiæ appellare tenetur,vt ẽ.de app.c. prẽterea.paria em̃ sunt,nocere,vel habere potentiã nocẽdi,vt c.Pisanis. de rest. spo.& l.Labeo.de sta. lib.Circa istã pendentiã q̃ro prio post Ioan. An.& Arch. si post factã collationẽ moueatur quæstio super dicto beneficio , an dicatur pendere adhuc reseruatio? dñt,q sic:quia finale iudiciũ pẽdet ex futuro,de frigi.& malefi.c.fraternitatis.facit Cle.si duobus.§.si verò.vt lit. pen. & quod no.Ioan.An.ẽ.de rescrip.c.Capitulum. super glos. fin. ¶ Quærit glos.quæ incipit.ille igitur.nunquid illa lata potest nouam reseruationem facere : dicit , quòd sic. Sed tunc quæro, vtrum faciendo secundam, teneatur facere mentionem de prima, ar. quod sic, c. mandatum . cum c.sequenti, ẽ. de rescr. Nam si Papa seruat hoc,vt ibi;ergo & ipsius legatus.ẽ.de rescr.c.super literis.& dicit Io.An.hoc verũ in vacatura.

tura.in nouella. sed de vacante non expedit facere mentionem,vt hic per eum. ¶Secundò quærit Io. An. Metropolitanus dedit executorem, qui conferret Titio beneficium ad se deuolutum, si esset idoneus. & cum executor inchoasset inquirere, Metropolitanus contulit illud Seio.queritur,quis sit potior:& videtur,q Seius,per l.quotiẽs.ff.de rei vend.Item talem executorem potuit Metropolitanus reuocare. l. iudicium soluitur.ff.de iudi.refert Steph. Prouincialem disputasse contrarium, cuius motiua hic videas in nouella. Quid dices in legato, qui pro Titio reseruauit beneficium vacaturũ suæ collationi, datis executoribus: quod beneficium vacans postea ipse legatus contulit Seio: executor verò illi Titio. in hac quæstione videtur, quòd Seio debeatur; quia legatus potuit suam reseruationẽ reuocare, vt in gl. ille igitur &c. Lap. dicit, quòd reuocare potest, antequam vacet, non postea. D. Io.de Li.tenet, quòd etiam postea, antequã executor ad collationem processerit, vt d.l.iudicium soluitur.& dicit ita tenere Io.An.in Spe.eo.ti.§.nunc tractemus.circa prin. ver.idem legatus.super verbo reseruare.ita dicit ipse: cuius decisio videtur contraria ei, quod.s̃. dixi in q.disputata per Steph. nõ enim video rationem, quare ibi non liceat Metropolitano reuocare potestatem executoris, antequam conferat, & liceat hoc casu legato post vacationem beneficij, & executoris processum inchoatum; & maximè quia plus afficit beneficiũ vacãs,& processus executoris legati, quàm ordinarij: & sic deberet esse reuocatio difficilior. posset igitur probabiliter in vtraque q.distingui: vtrum ille, pro quo ordinarius, vel legatus executorem dedit, ante collationem prædictorũ cõtulerit executoris processui super dicto beneficio conferendo sibi: & hoc casu non liceret ordinario, vel legato reuocare, & alteri conferre. Si verò collatio ordinarij, vel legati præuenit consensum illius, pro quo executor erat deputatus: tunc valeat prædictorum collatio. Nam primo casu post consensum accommodatum, & si non in beneficio, habet tamen ius ad beneficium, postquàm concurrit in vno vtriusq; consensus. s. volentis conferre, & eius, cui collatio est fienda. non mirum ergo, si non licet reuocare. s̃.de pac.c.1.& c.in causis. de ele. sed quando ille nondum consentit, cui erat collatio faciẽda, nullum erat sibi ius quæsitum ex facto ordinarij, vel legati, vt l.consentu.ff.de act.& ob. Non mirum ergo, si reuocatio, & collatio facta alteri de illo bñficio sunt validæ de iure. Sed dices. immo absenti, & ignoranti ius quæritur in beneficijs, respectu irreuocabilitatis, de qua loquitur c. si tibi absenti. j̃.eo.li. So. ibi loquitur in collatione iam facta: prædictæ quæstiones loquuntur in faciẽda, quæ facilius tollitur, quam iã facta. de iureiur. c. quemadmodum.

S V M M Æ.

1 *Dignitas maior post episcopum in ecclesia cathedrali est priuilegiata.*

2 *Legatus non potest committere alteri receptionem resignationis beneficiorum.*

CAP. IIII.

DE liberatione. Prima ps duo facit. Primò ponit prohibitionẽ in quadruplici specie. secundò decretum, ibi [decernentes.] secunda facit quatuor. primò ponit prohibitionem. secundo eius causam, ibi[cum per hoc.]. tertiò decernit, ibi [nos enim.] quartò prorogat, ibi [volentes.] ¶ Not. quòd de ecclesijs hic expressis in tex. legatus non potest se intromittere, nec aliquid ordinare. tangit circa hoc Io. An. in nouella. vtrum hoc sit verum, vbi ipsarum prouisio esset deuoluta ad se. Apost. tenet, quòd tunc posset, sicut posset aliã deuolutam conferre, vt no. s̃.eo.c.1. Lap. dicit, quòd licèt hoc dictum sit nouum, tamen est verum sentire contrarium. s. quòd legatus sicut de ecclesia collegiata nõ potest prouidere principaliter, vt in hoc c. ita non possit, cum est deuoluta ad Papam; quia huius c. prohibitio durat in ea; quia. s. est collegiata. Illud autem certum est, q in deuolutis ad alios inferiores à Papa durat ratio huius prohibitionis. & per consequens prohibitio. fa. Cle. si de beneficio. de præb. secundùm eum. Ego tam leui argumento suo in deuolutis ad Papam non recederem ab opi. Arch. & Io. An. nam & maiora potest, vt not. s̃.e.
1 c.1. ¶†Secundò no. q maior dignitas post episcopum in ecclesia cathedrali est priuilegiata in hoc, q legatus non potest de ipsa disponere. & cum multiplex sit maioritas, vt in glo.3. intellige de maioritate prælationis, vt in ea patet. Super qua Io. An. in nouel. mouet dubium, vtrum debet intelligi de maioritate, quæ sit in actu: an etiam de illa, quæ sit tunc in habitu, licèt casu possit etiam in actum deduci. ponit exemplum in ecclesia Taurini, vbi præpositura est maior dignitas in ecclesia post episcopum; quia maiora exercet. Sed Arch. in dicta ecclesia se. vac. gerit vices episcopi, quo tempore est sup. Præpositũ, & alios. quis ergo cẽsendus erit in maiori dignitate? Tenet q Præpositus; quia talis gestio Arch prouenit per casum aduentitium, qui curari non debet. ff. de in lit. iu. l. 1. & l. ampliorem in fi. C. de app. Aduentitij enim casus ponderãdi non sunt. ff. qui & à quibus. l. Iulianus. cum cõcor. hinc est, q per talem gestionem Arch. non vacaret eius dignitas archidiaconalis. censetur enim vicarius, vel administrator temporalis ecclesiæ vacantis: quę temporalis administratio non est attendenda, vt patet in Extrauag. execrabilis. & dixi post Papam de hac quæstione plenè in Cle. 1. de offi. vica. in vlti. q. & hic plenius in nouel. Circa actum, siue habitum quærit Lap. vtrum iste tex. debet intelligi de ecclesia collegiata actu & habitu: vel sufficit q sit habitu tantùm, licèt nõ actu: vt sic legatus conferre non possit? & aduerte, quia differt ista quæstio à præcedenti. Nam ibi loquitur de habitu temporali; quia se de vacante tantùm. quæstio verò ista loquitur de habitu, qui posset esse perpetuus, fortè per reparationem collegij nõ extincti. dicit Lap. q hoc c. debet intelligi etiam de ecclesia collegiata habitu tantum. & intelligit hoc verum. s. q habit' sufficiat, cum de iure communi competit id, de quo agitur, vt in hoc c. & s̃. de elect. c. statutum. Secus si competat per priuilegium. de ver. sign. c. abbate. & de priui. c. vt priuilegia. Oportet enim, q illud, propter quod datur priuilegium, duret actu & habitu. Nam facilius perditur quod competit ex priuilegio, quàm quod competit de iure communi, vt in Authen. de non alie. §. quia non verisimile. decisio huius q. multum pendet ex no in fi. s̃.eo.ti. de elect. c. licèt canon. in nouel. & c. de
2 multa. de præb. ¶† Tertiò no. quòd non potest legatus committere alteri receptionem resignationis beneficiorũ, & collationem ipsorum. quod est verum secundùm Lap. nisi fieret commissio receptionis, resignationis, & collationis ex causa permutationis: quo casu non haberet locum ista prohibitio, nec etiam c. fi. j̃.eo. Nam in tali casu valebit etiam per legatum facta collatio, non habita mentione beneficij, qđ is alias obtineret, cui ex causa permutationis beneficium confertur. & est ratio; quia collatio beneficij, quæ fit ex causa permutationis, non est propriè liberalitas, sed necessaria in dando, & cui dando, in Cle. 1. de re. permu. Alia collatio est libera, saltẽ in dando. s̃. de præb. c. relatũ. secundùm eum. vendicat ergo sibi locum iste. §. in alia commissione, quàm ex causa permutationis, vt dixi. Quid ergo dices, si de facto per legatum fiat talis commissio, & in manibus illius fiat renunciatio: an valebit? Arch. q non; quia iste tex. irritat talem concessionem. cũ ergo eius vigore secuta sit renunciatio, ergo irrita, vt in tex. Vtrum autẽ perdat saltem posl. talis malè renuncians. & vtrũ priuari debeat; quia malè renunciauit? vide hic per Io. An. in c. quod in dubijs. de renun. ¶ Quæro. Legatus Apost. se vniuit quandam Plebem collegiatam mense cuiusdam cathedralis ecclesiæ. quæritur, an potuerit. D. Feder. de facto consultus dixit, quòd non, per hoc. c. quod vtitur verbo, disponere, & ordinare. quæ verba comprehendunt etiam vnionem: nec eorum significatio restringitur ad actum conferendi solummodo.

modo. nam hæc verba [conferre, ordinare, & disponere] ponuntur hic vt diuersa, ar. c. cum in illis. §. 1. de præb. & q verbum, ordinare, comprehendat vnionem, notat Io. An. in ca. si tibi absenti. in glo. sed nunquid poterit. j̃. de præb. q comprehendat etiam omnem actum circa rem aliquam exercendũ, colligitur in c. 1. de offi. ordi. q etiam sub verbo, disponere, comprehendatur vnio, colligitur ex c. sicut viuere. de excess. prela. plus dixit in d. consi. 190. videlicet, q Legatus alterare non posset collegium ecclesiæ, puta religiosum locum, in collegio constituendo, vt colligitur ex c. pen. de eccle. ædi. nec ẽt inuitis canonicis posset auctoritatem præstare plebanis volentibus permutare suas plebes collegiatas; quia qui non potest conferre, non potest auctoritatem permutationi præstare. quę regula videtur colligi ex no. per Io. An. de rer. permu. in c. vno. in glo. pen. nam & si episcopus habet collationẽ ecclesię collegiatæ, non posset eam conferre legatus, vt tenet glo. 3. plus etiam tenet ibi Fede. s. q legatus simplices capellas vnire non posset, si per eius vnionem auferretur ius cõferendi ordinario loci; quia non conceditur legato iura aliena in perpetuum turbare: licèt possit ipsa non collegiata vacantia conferre. Nam & Papa vnionem faciendo non vult alicui iudicare, nec alicuius ius absorbere, vt patet in vnione, quã fecit in c. 2. de relig. do. facit l. 1. §. si quis à principe. & §. meritò. ff. ne quid in loco pu. & vide ad prædicta quod no. Spe. in tit. de leg. § nunc tractemus. ver. pen. licèt de hoc dubitet eo. ti. §. nunc ostendẽdum. ver. 5. & sic consuluisse do. Fede. refert hic Lap. succinctè, qui dicit ita declaratum per Papam Ioan. 22. ¶ Subdit tamen, quòd vnio, de qua Papa declarauit, fuit facta per legatum, durante reseruatione D. Papæ Io. de quibus reseruatis per legatum non potest fieri vnio, vt colligitur in Extrauag. Benedi. quæ incipit. Dudum felicis recordationis Ioan. Pa. 22. ¶ Circa permutationem etiam, de qua dixi s̃. dicit Lap. q legatus, etiam de consensu collatorum, vel eorum, ad quos spectat electio, vel collatio beneficiorum, vel collegiatorum, non posset talia beneficia permutare, quamuis episcopus hoc posset. Nam si legatus posset hoc iure suo facere, non requireretur prædictorum consensus. episcopus verò sine talium consensu nõ posset hoc: nisi fortè essent patroni laici, ad quos spectat præsentatio in beneficijs permutatis. nam tunc absque illorum consensu, saltem tacito, nec per legatum, nec per ordinarium valeret permutatio ipsorũ beneficiorum. de quo plenius post eum dicam. j̃. de rer. permu. c. 1. sed hic post eum quæritur, vtrum ista. s. prohibitio, inquantum prohibet consensum in genere, & in specie, vt in eo patet, locum habeat in commissione receptæ resignationis, & collationis ex causa faciendæ: tenet q nõ habet locum illa prohibitio, nec ẽt c. fi. j̃. eo. Nam in tali casu valebit etiã per legatum facta beneficiorum collatio, non habita ratione beneficij; quia aliter obtinet is, cui ex causa permutationis beneficiorũ confertur. & est ratio, quia collatio beneficij, q̃ fit ex causa pmutationis, nõ est propriè liberalitas, sed necessaria in dãdo, & cui dãdo, vt in Cle. 1. de re. permu. alia collatio est liberalis, saltem in cui dãdo. supra de præb. c. relatum. secundùm eum &c. ¶ Vltimò quæro post Io. An. si in vna ecclesia sunt duæ dignitates pariter maiores post episcopum, & apparere non potest, quæ sit maior ex eis, propter parem, & æqualẽ potestatẽ in omnibus: vtrùm poterit legatus alterã, vtranque, vel neutram conferre? Tenet, quòd neutram: nã cũ vtraque sit principalis, in vtraque debet sibi vendicare locũ prohibitio, de qua hic. ff. de solu. l. si duo, ad fi. sicut cõtra non posset conferre alteram de duabus ecclesijs cathedralib. vnitis (quod esse potest. 16. q. 12. c. temporis qualitas,) vel aliam ex collegiatis, de relig. do. c. 2. ita nec alteram ex istis dignitatibus sic vnitis in maioritate, secundùm eum.

S V M M Æ.

1 *Collatio beneficij facta alias beneficiato, de illo non habita mentionẽ, an valeat.*

CAP. V.

COllatio. Lap. circa materiam collationis beneficiorum ita hic plenè distinguit
1 post eum, vt non clarius. ita dicas. ¶ † Cum quæritur, vtrum valeat collatio beneficij facta aliàs beneficiato, de illo non habita mentione, distingue. Nã aut collatio fit à Papa, aut ab ei' legato de latere, aut à delegato Papæ, aut ab ordinario. Primo casu quando à Papa, subdistingue. aut confert, vel cõferri mandat proprio motu: aut sine. si proprio motu, & tunc aut ille habebat vnum beneficium, vel plura, quæ simul de iure poterat tenere, iuxta no. s̃.eo.li. de reseri. c. gra. & tunc tenet collatio, licèt de illis primis non fiat mentio, vt no. de prẽben. c. si motu proprio. & in Cle. si Romanus. de prẽben. Si verò non poterat illa simul tenere sine dispensatione: & valebit gratia super alio facta motu proprio: tenebitur tamen illa dimittere, habita possessione vltimi, vt in Cle. si plures. de prẽb. aut dicta beneficia retinebat sine dispensatione, & tunc gratia super tali beneficio non valebit. non ex eo, q sit subreptitia propter motum proprium; quia excludit vitiũ subreptionis: sed ex eo, q talis pluralitas iniusta reddit eum inhabilem: quam inhabilitatem non purgat motus proprius. vt hoc no. Io. An. j̃. de prẽb. c. si motu proprio. hoc tamẽ intelige verum, nisi sit ibi generalis clausula [non obstantium.] Secundo casu principali quando fit collatio à legato. & subdistingue. Nam aut in collatione nulla fuit facta mentio de beneficio, quod tenebat: aut fuit. Primo casu aut legatus contulit motu proprio, aut sine. Si motu proprio, multi tenent, q valeat. dicunt enim, q motus proprius legati, sicut Papæ, excludit vitium subreptionis, vt d. c. si motu proprio. & hoc firmat hic glo. Io. Mo. Arch. & Lap. contra. dicũt enim q expressio motus proprij legati nihil operatur. Opi. glo. tenet hic D. Io. de Ligna. Idem secundùm eum tenet. Zẽzeli. Steph. & Mathe. in Cle. 2. de offi. ordi. vbi tangam. ista tamen opi. Io. And. posito q sit vera, debet intelligi, quando ille, cui proprio motu est facta collatio, possidebat iustè. Si verò iniustè, vel etiã iustè cum dispensatione: tunc nisi primò renunciet habitis, non valeret collatio vltimi, per c. ordinarij. §. in conferendis. j̃. ti. primo. & idem, si de talibus fuisset facta mentio, vt ibidẽ. Alio verò casu, quando sine motu proprio legatus contulit, certum est. q collatio est nulla, vt hic: si verò facta fuit in collatione legati mentio de alio beneficio, valet collatio vltimi. quod verum est, si possideat iustè, & sine dispensatione. Si verò iniustè, vel cum dispensatione, oportet, quòd prius renunciet talibus: nec mentio de talibus habita sine renunciatione redderet collationem validam, vt dicto §. in conferendis. & quæ dicta sunt in collatione legati, idem intelligas in collatione sui delegati. Tertio casu principali quando fuit facta collatio à delegato Papæ; & tunc aut tali delegato Papa fecit gratiam, quòd conferret: aut fecit gratiam beneficiando: qui tamen aliud beneficium obtinebat. primo casu, aut delegatus contulit aliàs habenti beneficium sufficiens: aut insufficiens. primo casu non valet, nisi primo renunciet. secundo sic, vt infrà. de præbend. cap. is cui. si verò gratia concernebat ipsum beneficiandum: tunc non valet, nisi fuerit facta mentio de beneficio, quod tenebat: vel proprius motus Papæ interuenit, vt dicto cap. si motu proprio. Quarto, & vltimo casu quando ab ordinario fuit facta collatio: & valet, etiam non facta mentione beneficij, quod tenebat ille, cui contulit, vt dict. Clemen. secunda. & hoc verum, quando tenebat iustè, & de iure communi. Si verò iniustè, vel iustè, sed erat pluralis cum dispensatione: tunc nisi prius illis renunciet, non valeret etiam collatio ordinarij tali facta, vt d. §. in conferendis. & hæc est eius distinctio in effectu, breuius & clarius recitata.

Rub. De officio ordinarij.

SVMMAE.

1 *Archiepiſcopus cõſtitutionem foraneorum officialium in diœceſibus ſuffraganeorum prohibet.*
2 *Iuriſdictio competens habitu, non actu, non poteſt alteri demãdari.*
3 *Conſuetudo poteſt iuriſdictionem prorogare.*
Archiepiſcopus quandiu eſt in prouincia, non poteſt eius officialis
4 *contra ſuffraganeos exercere cenſuram.*
5 *Pauia ſunt eſſe in prouincia, vel eſſe circa.*
6 *Diſpoſitio quælibet an poſſit eſſe in pendenti.*

CAP. I.

ROMANA. Secundũ Ioan. Mo. in quinque partes diuiditur. Primò ponit prohibitionem. ſecundò oppoſitionem ipſius prohibitionis ſoluit, ibi [nec pro eo] tertiò ibi [quia in cauſis] ſubijcit ſolutionis rationem. quartò ibi [officiales] officialibus archiepiſcopi iniũgit quãdam moderationem. quintò ibi [& hoc idem] illã ad alios extendit. plus placet ſecundùm Ioan. And. quòd ſint duæ partes vt in
1 gl. ¶†Not. quòd prohibet archiepiſcopis conſtitutionem foraneorum officialium in diœceſibus ſuffraganeorum: in ſuis ergo hæc poſſent. & etiam quilibet epiſcopus in ſua diœceſi, ſecundùm Inn. & Hoſt. qui alle. de offi. Archi. c. fi. 36. q. 6. c. epiſcopus in ſynodo. de accu. c. ſicut olim. & de teſta. c. ꝓterea. Iſti autẽ officiales foranei non poſſunt deputari in iudices à ſe. Ap. & habet delegatum. ideo ab eorum ſententijs appellatur ad conſtituentes. quod dic, vt in Cle. & ſi principalis. de reſcr. ¶ Secundò no. prohibitum ingreſſum Archi. in diœceſi ſuffraganeorum cauſa iudicandi, diſponendi, vel aliud agẽ di. conferre igitur ordines non poterit, nec eccleſias, nec altaria conſecrare, nec celebrare diuina. de hoc tamen vltimo dic, vt in Cle. Archiepiſcopo. de priui. de ordinationibus dic, vt ſ. de temp. ord. c. cum nulli. in nouel. & hæc omnia prohibita intelligas, cum attentat ipſa auctoritate propria. auctoritate verò Papæ, vel diœceſani hoc poſſet. ỹ. eo. lib. de foro
2 compe. c. Romana. 1. reſponſo. ¶†Tertiò no. in ver. in cauſis quòd iuriſdictio competens habitu, ſed non actu, non poteſt alteri demandari. Et hac ratione reſcripta non conceduntur ſuper futuris controuerſiis. ſ. de reſcript. c. fi. quia tractus futuri temporis nõ ſpectant ad iudicem, vt l. non quemadmo-
3 dum. de iudi. & l. 1. de vſu. & ſ. de procu. c. auditis. ¶†Quartò no. in ver. niſi. quòd cõſuetudo põt prorogare iuriſdictionem Archi. vt hic, & ỹ. de ap. c. Romana. §. 1. & §. debet. Nec mirum, quia conſuetudo ſecundùm Hoſt. poteſt concedere iuriſdictionem priuatæ perſonæ, vt no. hic Arch. & Ioan. An. poſt Hoſt. ſ. de fo. compe. c. cum contingat. Aduerte tamen, quòd iſte ver. in fi. excipitur à verbo [conſtituere] non à verbo [in futuris cauſis appellationum, & inhibitionibus faciẽdis] &c. exercitium enim in his non daret conſuetudo, anteq̃
4 ſit appellatũ, vt probant ſequentia, ſecundũ Hoſt. ¶†Quintò & vltimò no. quòd quamdiu Arch. eſt in prouincia, vel circa ipſam, non poteſt eius officialis contra ſuffraganeos exercere cenſuram. Quando autẽ dicatur eſſe circa ipſam, vide in gloſ. quæ incipit. puta. ſecunda opi. quòd iſtud ſit arbitrariũ, placet Ioan. Mo. ex quò ergo Archi. eſt in loco vicino ad ferendam ſententiam cenſuræ contra epiſcopos, non debet officialis procedere: ſed eum deber requirere, non vt exiſtens extra ferat ſententiã: ſed vt ſcribat volũtatem ſuam, vel com
5 mittat. ff. de offi. procon. l. 4. de hoc tamen, an exiſtens extra poſſit excommunicare, vide. ſ. de offic. leg. c. nouit. † Et facit iſte tex, quòd paria ſunt eſſe in ꝓuincia, vel eſſe circa ipſam. & ſic eſt ar. quòd ita citandus eſt ille, qui eſt circa prouinciã, ſicut ſi eſſet intra. de quo dic, vt ſ. de do. & cõtu. c. cum olim.
6 ad fi. & de cle. non reſi. c. ex tuæ. ¶†Opp. Io. Mo. ad ver. non ſic autẽ. & videtur, quòd ꝓmiſsio, & quælibet diſpoſitio poſſit eſſe in pendenti. patet in contractibus. ff. de verb. ob. l. ſi ſtipulatus fuerit. §. 1. & l. ſi à colono. Item vltima voluntas. de reg. iur. l. quæ legata. Itẽ iuriſdictio ſub conditione, & ad diẽ poteſt committi. ſ. de reſcrip. c. ab excommunicato. per Inn. & de offi. deleg. c. de cauſis. ex quibus videtur, quòd iſte tex. qui prohibet commiſsionem, antequam ſint cauſæ deuolutę, malè loquatur. Sol. hic deficit iuriſdictio ex parte conceden tis: vnde nemo dat, quod non habet, vt in gloſ. in contrariis verò erat iuriſdictio penes delegantem. vnde delegationi, & commiſsioni poterat modum & formam adijcere, vt c. Piſanis. de reſt. ſpo. & c. cum dilecta. de reſcrip. Sed dices. videtur quòd etiam iuriſdictio, quæ non competit actu, ſiue exercitio, demandari poſsit. nam epiſcopi, & omnes iuriſdictionẽ habentes ordinariam, conſtituunt officiales foraneos ſuper futuris litibus, vt d. Cle. & ſi principalis. & dixi ſ. in 1. no. Solu. prohibitio, de qua loquitur hoc c. non fundatur; quia facta ſit de cauſis futurarum appellationum ſed quia eſt facta in diœceſi ſuffraganei: in qua cum Arch. iuriſdictionem non exerceat, niſi in certis caſibus: non poteſt ibi ſup futuris cauſis officialem deputare. quia prouideri non debet ei, quod non eſt, vt in hoc caſu, & multis ſi. de quibus. ſ. de deſpon. impu. c. ad diſſoluendum. vide quod not. Ioã. An. ſ. eo. lib. de elec. c. ſi confirmationem. Sed iterum oppones. videtur enim commodius eſſe in cauſis deuoluendis ad archiepiſcopum ꝓ appellationem deputare officialem intra diœceſim ſuffraganei, quàm ad eum accedere cum labore, & incommodo litigatorum, ar. l. cum poſt. C. de app. & ỹ. c. vt litigantes. So. Io. An. fatetur ex conſtitutione huius officialis, quòd poſſet reſultare prædicta commoditas euitandi ſumptus longioris itineris, vt dixi. Sed hic iurislator ponderauit contentiones, & diſcordias, quæ poterant ex hoc veriſimiliter ꝓuenire; quia iſti officiales ſic in diœceſi conſtituti erant oneroſi, admittendo paſsim appellationes, contra c. cum in eccleſia. de appel. Nam eminere videbantur in illa diœceſi propter maiorem iuriſdictionem: vnde alibi dicit lex, quòd etiam ex conuerſatione æquali contentio dignitatis naſcitur, vt leg. obſeruandum. ff. de offic. præſi. & ideò communio territorij, ſicut aliarum rerũ parit diſcordias, vt l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. & dicit Hoſt. hoc eſſe contra principes, & prouinciarum præſides: qui licèt non habeant iuriſdictionem in locis ſibi ſubiectis, niſi in certis caſibus: tamen quò ad illos caſus conſtituunt tales officiales, & eos vocant baiulos: vt qđ iſti non poſsint facere, ipſi faciant, allegat Authen. de defenſ. ciui. §. non habentes licentiam. & §. ſe. & Authen. de collator. §. iubemus autem omnes. coll. 9. Tales enim quodã modo per allunionem, & latenter trahũt ad ſe omnem iuriſdictionem: & potentioribus pares eſſe non poſſumus. ff. de alie. iudi. l. 3. & Prouerb. Vbi leo tenet pedem, cætera animalia quieſcunt. ¶ Tertiò quò ad caſum huius c. addo aliam rationem, quare non poſsit. Nam in cauſis deuolutis ad eum habet Archiepi. iuriſdictionẽ, vt de eis cognoſcat in ſuo territorio, vbi habet tribunal: erigere autẽ hoc tribunal in diœceſi non ſua non videtur poſſe, ar. ỹ. eo. c. cum epiſcopus. Nã habere officialem in loco, ſignum eſt euidens, quòd qui cõſtituit, iuriſdictionem habeat: ſed licèt Archiepiſcopus iuriſdictionem habeat in cauſis deuolutis: non tamen ratione talium cauſarum acquirit iuriſdictionem in diœceſi ſuffraganei; ergo ibi officialem habere non poteſt. & infert hęc ratio, quòd Archiepiſcopus non poſſet de cauſis deuolutis ad eum per appellationẽ cognoſcere in territorio ſuffraganei, à quo fuit appellatum. Sed hoc nõ credo; quia poteſt eas ibi delegare, vt in ver. nec pro eo. & ipſas ibi audire, vt ỹ. eo. c. vt litigantes. Quæro. ſi contra prohibitionem, de qua in §. officiales. feratur ſententia cenſuræ contra epiſcopos, an valebit? Gloſ. antepe. refert dicere quoſdam, ꝙ non: & in hac opi. ſunt Ioan. Mo. & Archi. Nam ſecundùm eos iuris ſufficit pro-

prohibitio ad nullitatẽ actus attentati contra legem, vt l. non dubiũ. C. de leg. Iſtud eſt priuilegiũ eꝓrũ à iure eis cõceſsũ, ne per officialẽ archiepi hoc caſu ligent ſnia cenſuræ: ſnia ergo cõtra priuilegiũ lata nõ tenet. de cõcel. pbẽ. c. quia cũctis. §. ex parte. Itẽ cũ iſta ſit inhibitio, factũ cõtra eã nõ tenet. ỹ. de ap. c. Romana. §. ſinaũt. & o. nõ ſolũ. Itẽ Papa hoc limitat, & reſtringit iuriſdictionẽ officialis: ergo nõ valet qđ facit vltra ptãtem ſibi datã, ſed eſt irritũ. ſ. de oſt. dele. c. cũ olim ab. gl. tũ hic tenet cõtrariũ, & idẽ in nouel. vbi ad cõtraria rñdet, ꝙ iſta prohibitio non emanauit hic per modũ priuilegij, ſed præcepti: nec ſunt hæc verba, quæ ſapiant iuriſdictionis defectũ. & ex opi. contraria ſeq̃ret, ꝙ nõ valeret excõicatio lata, non ꝓmiſſa monitione, vel nõ in ſcriptis, vel non ſeruata modeſtia, de qua in c. 1. ſ. ti. 1. Nã in oĩbus caſibus, & in multis alijs iura tradũt iudici certũ modũ procedendi ad ſniam cenſuræ: cuius tũ omiſsio non reddit eã nullã, ſed iniuſtã, vt patet in forma tradita in d. c. 1. & c. ſacro. de ſen. excõ. Sit ergo iſte vnus de caſib. in quib. multa nõ debẽt fieri: tñ facta tenẽt, vt no. in l. 1. ff. de feri, & l 1. §. biduũ. qñ app. ſit. ¶ Quæro text. in ver. officiales. prohibet ferri ſniam cenſuræ in ſuffraganeos ꝓpter reuerentiã pontificalis officij: vtrum ergo iſtud ſit verũ, ſi non ſint conſecrati? Hoſt. & Io. Mo. dicunt, ꝙ ſic. tales. n. ge
1 runt officiũ põtificale quò ad ea, q̃ ſunt iuriſdictionis, vt ſ. de elec. c. tranſmiſſam. Itẽ in eis vrget ratio, q̃ hẽ de accu. c. qualiter, ſ. quia ꝓp correctiones, quas faciunt, odiũ multorũ icurrunt: & iõ magis eſt eis ꝓuidendũ. & in hoc reſidet Io. An. licèt Arch. referat quoſdã contra, pro quib. adducit lr̃am põti ficalis officij, q̃ eſt in text. Sed rñde, vt dixi, ꝙ põtificale offm etiam in iuriſdictione conſiſtit. ſ. de excel. præla. c. accedenti bus. & facit. ſ. de ele. c. ſi cõpromiſſarius §. huiuſmodi. ¶ Quæro, vtrum quod hic dr̃ de officialibus archieꝓrum, locum habeat in eorum delegatis. gl. ſi. ꝙ ſic. quod probat hæc litera, q̃ loquit̃ de archieꝓo in ſingulari, & officialibus in plurali: vñ ſi vnus ex his officialibus eſt principalis, alij habent delegatam, vt not. in d. Clem. & ſi principalis. aliter ſic intelligendo hunc tex. probat̃ deciſio gl. vera, quòd etiam in delegatis hęc prohibitio vendicet ſibi locum.

SVMMAE.

1 *Iniuria illata canonicis alicuius eccleſiæ facit ceſſare à diuinis.*
2 *Scriptura ad ſubſtantiam actus requiritur.*
3 *Sigilla ſingularia in actu collegij, qui fit à pluribus, poſſunt apponi.*
4 *Plures ex vna offenſa agere poſſunt.*
5 *Æeſtimatio damni, & intereſſe iniuriæ taxatur iudicis arbitrio.*
6 *Iniuria fit eccleſiæ, cui ſubtrahitur debitum officium.*
7 *Cauſam dans interdicto ciuitatis tenetur omnibus, qui ex hoc lædumur.*
8 *Ceſſatio à diuinis debet fieri ex cauſa legitima.*
9 *Ceſſatio à diuinis dicitur aggrauare.*
10 *Celebrans in eccleſia, poſtquàm eſt facta ceſſatio à diuinis, an ſit irregularis.*

CAP. II.

SI canonici. Quatuor ſũt partes. primò ponit ceſſationis formam. ſecũda ibi [ſciturj] punit non obſeruantes illam. tertia, ibi [ſinautẽ] punit illos, propter quos eſt canonicè ceſſatum. quartò ibi [ceterum] punit quendam abuſum, quem facientes puniri decernit. ¶†No. quòd pro iniuria, & offenſa illata canonicis alicu
1 ius eccleſiæ poſſunt à diuinis ceſſare in dicta eccleſia. & hoc de conſuetudine, vt in glos. vel ex priuilegio. de verb. fig. c. ex parte vel ex conceſsione epi, ſiue ſynodali conſtitutione, vel papali priuilegio, ſcđm Archi. ¶ Secundò no. ꝙ Papa hic præfigit certam formam ſuper obſeruantia conſuetudinis, priu legij, vel ſtatuti. Nam cum poſsit ipſe in totum tollere: multò magis addere, & aliter reformare. Similiter & pacta ſuper rebus ſpiritualibus inita moderatur, vt in c. dilecto. ſ. de præb.
2 & c. ſignificatum. e. ti. ¶†Tertiò no. caſum, in quo requiritur
a ſcriptura, a ad ſubſtantiam actus. Alij plures enumerantur. ỹ.
3 de cenſi. c. 1. ¶†Quartò nota, quòd in actu collegij, qui fit à pluribus, poſſunt apponi ſingularia ſigilla. Nam & ſingulorum nomina ſunt exprimenda, vt l. fin. ff. de albo ſcrib. vnde ſi ſubſcribunt ſe ſingulariter, vt ibi; ergo & ſigilla ſua apponũt. ff. de teſta. 2 leg. ad teſtium. §. ſi quis à teſtibus. poteſt etiam iſte text. intelligi de capitularibus ſigillis: vt ſic pluralitas ſigillorum reſpiciat pluralitatẽ eccleſiarum, & Capitulorum: quod tutius eſt ſentire, ſecundùm Archi. 43. diſt. c. 1. & ỹ. de app. c. ſignificãtibus. ¶ Quintò no. in ver. ſciturj. canonicis ceſſantibus à diuinis ſine cauſa, illo tempore ceſſationis percepta reſtituunt. & eſt illa pœna condigna; vt, quia illo tempore abſtinuerunt ſine cauſa à diuinis, priuentur interim emolumento, arg. c. fin. de reſcrip. ſ. eo. lib. qui enim non ſeruit al
4 tari, non debet viuere de altari, vt in glo. in tribus. ¶† Sextò nota, quòd ſi ex vna iniuria offenduntur plures, omnes poſſunt agere ad intereſſe, & ad æſtimationem iniuriæ. vtrum autem in eodem libello, vel diuerſis? dic, quòd ſi plures iniuriæ inferuntur vni, debent omnes coniungi, non de ſingulis ſeparatim agi, vt ff. de iniur. l. prætor edixit. §. ſi mihi plures. contra plures autem inferentes iniuriam videtur poſſe eodem libello agi, vt l. 1. C. ſi reus, vel accu. mor. fus. Credo, quòd etiã poſsit ſeparatim: quia ſingulorum proprium malefactum eſt, vt l. ſi plures. ff. de iniur. & facit l. 1. §. ſi ad plures. ff. de ſepul.
5 vio. ¶†Item nota, quòd æſtimatio ad intereſſe damni, & iniuriæ taxatur arbitrio iudicis. æſtimabit autem ipſam læſus, vt in gloſ. & ex ſuperiore &c. Cui adde, quòd non ſolum quãdoque habetur conſideratio ad damnum paſsi iniuriam: ſed interdum ad lucrum iniuriam inferentis, vt l. 1. §. qui ſepulchrum. ff. de ſepul. viola. & l. medicus. de ope. lib. ſecundùm vnum intellectum. qualiter autem formetur libellus in actione iniuriarum, vide per Cyn. in l. ſi non conuitij. C. de iniur. & ibi plenè, vtrum in libello debeat æſtimari iniuria, necne. & in 9. q. & an conſiderabitur reſpectu damni, vel reſpectu lucri, ibi in 10. q. ¶ Septimò colligе, quòd in eodem libello agitur ad æſtimationem iniuriæ, & ad intereſſe: non tamen accumulantur ciuilis, & criminalis, etiam deſcendentes ex eodem facto, vt l. interdum. ff. de publ. iud. ¶ Item no. quòd in eodem iudicio, quo agitur, an ſit ceſſatum legitimè, necne, cognoſcitur de damno, & iniurijs occaſione ceſſationis deſcendentibus. & hoc placet Gul. & Archi. quòd vnica ſit inſtantia ſuper iuſtitia ceſſationis, & ſuper damnis, & expenſis. & eſt ſimile. ſ. de offi. dele. c. cum contingat. & de ſenten. excom. c. ſacro. §. cumq;. & ad hoc vide quod not. Bart. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. & l. 3. §. ſi dicantur. ff. finium regun. & de elec. c. cum dilectus. § præfatum. & de reſcrip. c. olim. Obſtat tamen huic cumulationi, quod legitur & not. in le. fundi, & l. fundum. ff. de excep. Nam præiudiciale videtur vitium ceſſationis ad petitionem damni, & iniuriæ: donec ergo de eius iuſtitia conſtet, non videtur poſſe agi ad iſta, quæ ab eo dependent: ſed cõtrarium hic apparet in ver. ſinautem. vbi dicit, quòd ſi cauſa fuerit inuenta canonica, condemnetur ad in
6 tereſſe, & ad certam quantitatem, &c. facit quod not. in l. conductores. C. loca. & de teſtamen. cap. Raynaldus. per Innocẽ. ¶†† Item nota, quòd iniuria fit eccleſiæ, cui ſubtrahitur debitum officium. ad hoc de ſenten. excommu. ca. alma. § quia verò. ſed dices, cum eccleſia ſit res inanimata (& ſic non poſſit ad damnum prouocari) quomodo poteſt dici pati iniuriã? Sol. dic quòd ex parte inferentis iniuriam requiritur intẽtio, & affectus: ex parte verò recipiẽtis non requiritur: vnde mortuis dicitur fieri iniuria, violando eorum cadauera. Item infantibus, furioſis, & dementibus, qui tamen iniuriam facere non poſſunt, vt l. 1. §. quotiens. & l. illudrelatum. ff. de iniur.
7 ¶†Item not. quòd qui dat cauſam interdicto ciuitatis, vel cãſtri, tenetur omnibus, qui ex hoc læduntur, ad intereſſe. exemplifica vt in gloſſ. nota. argu. &c. Super qua refert in nouella hoc Guliel. practicaſſe in ciuitatibus Romandiolæ, &

Patrimonij, dum ibi erat rector. & Archid. dicit se de facto sic vidisse seruari. & ponit exemplum in clericis, contra quos cessatum est, qui ex hoc non perceperunt in ecclesia consuetas oblationes. vel si erat laicus, subditi pp hoc non rudebāt sibi de tpalibus. & faciunt hæc in ar. q̄ ille, cuius occasione contra ciuitatem aliquam sunt concessæ repræsaliæ, tenetur resarcire damna oībus, qui ex hoc læduntur, declarato tamē prius per sniam, ipsum in hoc adhibuisse culpam: puta quia erat verus debitor, nec soluebat, & contra ipsum iustitia nō fiebat in sua ciuitate. ideò contra ipsam ciuitatē fuerunt cōcessæ repræsaliæ, iuxta no. j̄.c.j. de iniur. & dam. da. j̄. e. lib. &
8 per Bart. in tractatu repræsaliarum. ¶ †Item no. q̄ cessatio b
b à diuinis dēt fieri ex causa legitima, quæ sit vera, & dēt esse notoria, scdm Inno. Arch. dicit sufficere, si sit manifesta, cū examinari debeat, vt in tex. Ex quo patet, q̄ non loquitur de notoria. quod placet Io. An. ¶ Item no. in §. cæterum. q̄ cessatio † à diuinis debet aggrauari facta cū irreuerentia Creatoris, & Sanctorum. Circa hoc tractat Lap. quid sit latria, &
10 quid idolatria. hoc vide per eum. ¶ Quæro, si quis † celebrat in ecclesia, postquam est facta cessatio à diuinis: vtrum sit irregularis? gl. 4. q̄ non; quia talis cessatio non habet vim interdicti. In cōtrarium facit quod no. Inn. s̄. de spon. c. non est nobis. sed dic, q̄ aut cessatio fit specialiter in certa ecclesia: & ibi celebrans non est irregularis. & ita debet intelligi ista gl. & quod no. Inn. s̄. c. irrefragabili. & ibi in nouel. super ver. manifesta. Quandoque fit cessatio generalis in loco: & ibi celebrans bene incurrit irregularitatem. & ita debet intelligi quod not. Inno. in d. c. non est nobis. & probat Cle. j. de sent. excom. quæ ęquiparat generales cessationes inductas ab eo, qui potest generaliter interdicere: sed non ita speciales certarum ecclesiarū. & ita no. hic Ioā. An. reprobata dist. Arch. quam ponit in c. is qui. j̄. eo. li. de sent. excom.

ADDITIONES.

a ¶ Scriptura. Adde, q̄ etiam est de substantia subhastationis. Bar. in l. j. C. de fid. instr. & iu. ha. fisli. 10. Item de substantia statuti. Bal. in l. digna. & l. inhumanū. C. de legi. Car. in prog. Clem. §. nec sanè. Bal. in l. j. C. de man. prin. & in l. si qua. de epis. & cle. & in l. j. C. de sen. ref. Tamen no. quòd in contractu feudali non requiritur scriptura, cum testes sufficiant. Bald. in rub. C. de condi. ex le.

b ¶ Cessatio. Adde, q̄ cessatio à diuinis æquiparatur interdicto Car. ince. de sent. excom. non tamen quò ad irregularitatem.

SVMMAE.

1 *Ordinarius potest compellere possessorem plurium beneficiorum incompatibilium, vt ostendat dispensationem.*
2 *Causam iniustam habere præsumitur, non probans infra terminum constitutum.*
3 *Dignitates plures habenti non potest alia conferri.*
4 *Possessor beneficij an compellatur ostendere titulum.*

CAP. III.

ORdinarij. Duæ sunt partes. Prima prouidet circa collata beneficia. Secunda circa conferenda, ibi [in conferendis.] Item prima tria facit. primò prouidet circa præceptum dispensationis exhibendæ, & pœnam non exhibētis. secunda ibi [cęterum.] cum exhibetur, distinguit, an sit euidēter sufficiens, an dubitetur. secundum membrum, ibi [si verò.] Secunda etiam principalis tria facit. primò prouidet. secundò decernit, ibi [aliter.] ¶ Nota, quòd spectat ad officium ordinariorum inquirere, quòd ecclesiæ canonicè possideantur: & per ordinarios, intelligas omnes illos, qui habent in ecclesijs sic detentis institutionem, & destitutionem, vt in glos. j. idem Ioan. Mo. & Archid. alibi tamen pro ordinario debet intelligi eps. s̄. de tempo. ordi. c. cum nullus. Sed ibi loquit in materia sibi soli in diœcesi attributa. s. ordinatiōis: scdm ergo subiectā materiā sunt intelligēdi sermones, vt l. si vno. ff. loc.
1 & l. si stipulatus. de vsur. & s̄. de ma. & obe. c. solitæ. ¶ † Scdò no. q̄ ordinarius pōt cōpellere possessorē pluriū bñficiorum incompatibilium, vt ostendat dispensationē: quā nisi ostēdat, pōsumit idebitè detinere, vt in tex. cōpellere autē eos pōt per excōicationē, bñficiorū subtractionem, & alijs modis, scdm Guli. & Archi. & contra clericum latissimum est iudicis officium contra inobedientes in coactionibus inferendis, vt lit. non conteſt. c. quoniam. ad fi. & l. 1. ff si quis iusdi. non obtēp.
2 ¶ †Tertiò no. quòd non probans j̄ terminum, qui incumbit, præsumitur non habere iustam causam: ideò contra eum p̄ceditur. de excep. c. pastoralis. paria sunt non esse: & esse, sed non apparere, vt in gl. quòd ostenderit &c. ¶ Quartò not. q̄ postquàm constat ordinario collatori possessorem beneficij minus canonicè possidere, potest id alij cōferre: & etiam possessor auferre, illo vlterius non citato. Non obstat c. licèt episcopus. j̄. de præben. quia loquitur, quando est dubium de iure detinentis: de cuius iustitia non erat cognitum, nec discussum. Secus vbi fuerit prius cognitum, & per sententiam declaratum, ipsum fore priuatum: vel per sententiam priuetur. his enim casibus potest episcopus conferre alteri, & posset auferre; quia in hoc exequitur officium suum, de instit. c. 3. & de pac. c. accepimus. & c. cum clerici. licèt ergo collatio beneficij ab alio detenti possit fieri: licèt prima facie præsumat̄ contra possessorem, vt d. c. licèt episcopus, occupatio tamen possessionis fieri non debet, nisi p̄cedat sententia priuatiua, vel declaratiua priuationis, arg. c. cum secūdum leges. j̄. de hære. quod sentit hic Io. An. in nouel. super ver. conferatur. ¶ Quinto not. quòd licèt ordinarius de dispensatione Papæ non possit cognoscere, si de eius iuribus dubitetur, vt in §. si verò. tamen ad eius spectat officium, vt tales ecclesiæ, etiam cum solemni dispensatione possessæ, bene regantur, vt in versi. prouideat. licèt ergo ordinarius non habeat potestatem in principali propter dispensationem: in his tamen, quæ hic dicuntur de cura, & obsequio ecclesiæ potestatem habet: quia dispēsatio semper data, vel data intelligitur cum istis duabus modificationibus: videtur tamen, q̄ sicut non pōt talē, cum quo dispensatum est, molestare super beneficio: Ita nec super cura, vel obsequio, ar. c. accessorium, de re. iu. secundum contrarium est verum, vt hic. Nam quantū ad gubernationē ecclesiæ, obedientiam, subiectionem, & similia dispensatio nō subtrahit, nec eximit talē ab ordinarij potestate, arg. cap. per
3 tuas. de maio. & obed. ¶ †Sextò no. in §. in conferendis. quòd habenti plures dignitates, vel beneficia curata non pōt aliud conferri, nisi appareat dispensatum secum in pluralitate. ratio redditur in glo. quæ incipit. quare, &c. Cui adde quod no. in Specu. de lega. §. nunc videndum. ver. sed nunquid habens. Et an episcopus cum tali dispenset, ibi vide in ver. se. hodie verò circa resignationem priorum beneficiorum contra volentes alia obtinere pinguius est prouisum per Extraueg. exe crabilis. vbi patet, quòd habens etiam vnum solum, si recipit secundū incompatibile: primū, quod ipso iure vacat, sine mo re^{ti} dispēdio verbo, & facto sub publico testimonio in manib. ordinarij debet dimittere. aliàs est priuatus secundo, & inhabilis ad sacros ordines, & ad bñficia, vt ibi in §. quia verò. Plenius ergo ibi prouidet, q̄ in c. de multa. de præbē. ¶ Septimò no. in ver. aliter. q̄ collatio aliter facta, q̄ hic dicat, nullius penitus est momēti. Ex quo infert Fran. q̄ per talē inutilē collationē, & ēt apprehensionem possessionis nō pderet primā. allegat regu. non præstat. de reg. iur. Item secundùm eū, nō dicitur factū, quod nō durat fctm, de verb. sig. c. nam & ego. & verba cū effectu. & c. de cleri. non re. c. relatum. Contrariū est tenendum per. c. cum qui. de præben. quod Fran. non vidit, & vide de hoc plenius in Cle. si plures. de præben. & qđ ibi post glos. scripsi. ¶ Opponitur. dicitur in prin. c. non ostensa dispē sationē solemni, potest ordinari^o illa oīa liberè cōferre: & sic q̄ cōsequens oīb^o illis est priuatus. Sed contra de præall. c. de multa. vbi non ipso iure, sed per sententiam priuatur secūdo, & tunc demum, cum contenderit retinere primum. Sol. dicit Fran.

cit Fran. eoipso vī contendere, q̄ requisitus ab ordinario nō ostendit dispensationem, de qua hic. Ex hoc enim orta est cōtra eum infamia: ideò ab oībus repellendus. de excess. præl. c. inter dilectos. Sed certè per hoc non tollitur, quin necessaria sit snia per illud. c. quæ hodie non requiritur per dictam constitu. execrabilis. vt dixi. s̄. in 6. no. ¶ Ob. ēt ei, qđ dī hic in fi. illud c. de multa. in alio. ibi. n. dī, q̄ valet collatio vltimi, sed primū vacat ipso iure. hic verò in fi. dī, q̄ scđi collatio nulla est: nisi sponte priora resignet. Solu. ibi loquitur, cum primū possidebat de iure cōi: hic verò de iure speciali, s. dispensationis. non mirum ergo, si tollitur facilius quod competit ex priuilegio, quàm de iure cōi, vt l. eius militis. §. militia. ff. de testam. mili. quod sentit glo. fin. ¶ †Tertiò opponitur, & vī,
4 q̄ possessor beneficij non sit compellendus ostendere titulū suæ possessionis. C. de peti. hæredi. l. cogi. Solu. vt in glos. sed contra &c. In rebus. n. quæ possidendo possideri possunt, de iure communi non tenetur ostendere possessionis titulum. in alijs verò, in quibus ius commune resistit possessioni, cogitur possessor titulum ostendere. aliàs præsumitur vsurpasse, 100. dist. c. contra morē. & idem in beneficijs, quæ non possunt fine institutione canonica possideri, vt in c. j. de reg. iur. & infert hæc ratio, quod non solùm plura obtinens: sed etiā obtinens vnum tantùm, tenetur titulum ostendere: aliàs nō præsumitur canonicè possidere. Quod vtrum sit verum indistinctè, Archid. prolixè prosequitur: ex cuius dictis distinguę breuiter duo membra. Aut quæris, vtrum ad petitionē tertij possessor beneficij teneatur titulum ostendere: & non tenetur. quātum. n. ad ipsum liberas ædes habet, vt l. loci corpus. §. competit. ff. si ſerui. ven. & hinc est, q̄ contra possessorem agentem pro iuribus beneficij, non potest ille, contra quem agitur, excipere de titulo minus iusto, vel nullo, vt no. Inn. in c. transmissam. s̄. de elect. Aut quæris, vtrum ad petitionem ordinarij teneatur titulum ostendere: & tenetur, nisi visus fuerit in eū consentire tacitè, vel expressè. s̄. de ijs, quæ fi. à ma. par. Ca. c. ex ore. hoc tamen casu poterit ordinarius dicere, & approbare collationem contra ius factā. s̄. de præben. c. dilecta. & in hac opi. dicit residere Io. And. in d. c. j. de reg. iur. referēs in nouel. hoc dictum vltimum Arch. & quod dictum est de exhibitione tituli ordinario faciendā: idem dicas, si quis prætendat se exemptum ab eo ex priuilegio. tenet enim priuilegium j̄. terminum, ab ordinario præfigendum, ostendere. j̄. de priui. c. cum personæ. vtrobique enim. s. in beneficijs, & priuilegijs intentio ordinarij est fundata de iure communi: & qui contra eum nituntur, titulum ostendere tenentur, vt hic, & d. c. cum personæ. ¶ Conclude ergo, q̄ quasi possessio in talibus, quæ quis ex priuilegio vendicare nititur (vt militiam, doctoratum, tabellionatum, & similia) non sufficit. quod dic, vt no. Cy. C. de fid. instr. c. si solemnib. Inn. alibi in matrimonio carnali, & spirituali quærit, an sufficiat probari quasi possessionem: puta duo se diù gesserunt, vt maritus & vxor: vel vnus diù se gessit pro rectore talis ecclesiæ: vtrum talis quasi possessio sufficiat, alio titulo non probato? & quia aut est quæstio cum eisdem: aut inter tertios de istorum titu. Si cum eisdem, distinguit inter possessionem recentem, & antiquam: vt recens non sufficiat, sed antiqua sic. Si verò tertij de istorum titulo litigant pro eorum interesse: q̄ vnus dicit inter illos non fuisse matrem, vel non fuisse rectorem: alius hoc affirmat: tunc sufficit quasi possessio: vnde filium sufficit probare parentes fuisse in quasi possessione matrimonij ad probandum se legitimum: & producenti instrumentum, tanquam publicum, sufficit probare illum, qui confecit, fuisse in quasi possessione tabellionatus: & ita sentit Inn. in c. veniens. de verb. sig. & plenius in c. illud. de præsum. & ibi in nouel. & vide quod ipse de hoc no. in c. innotuit. de eo qui fur. or. & c. vbi tangitur, an ex quasi possessione sacer dotij præsumatur quis sacerdos. ¶ Vltimò aduertendum, q̄ in certis casibus ad substantiam actionis requiritur, q̄ quis sit dñs, vt in l. Aquil. hypothecaria, & si. vtrùm ergo ex possessione præterita, vel præsenti præsumatur esse dñm, si negetur? vide plenè per Bar. ff. de condi. insti. in l. quidam. vbi loquitur de possessione rerum corporalium: an per eam præsumatur possessor dñs, alio titulo non probato: sed de rebus incorporalibus (puta seruitium iure eligendi, præsentandi, iurisdictionem exercendi, excōicādi, & si.) an ex quasi possessione præsumatur titulus, & dñium. vide per eundem Bar. in l. si prius. ff. de ope. no. nun. & l. fi. §. fi. de itine. actuque priua. Et quod not. Innocen. in c. in literis. de resti. spolia. & c. cum ecclesia Sutrina. de causa poss. & proprie.

SVMMAE.

1 *Superior non potest astringere iuramentis subditos suos.*
2 *Pactionibus priuatis non potest iuri publico derogari.*
3 *Obligatio contra iura contracta non firmatur iuramento.*

CAP. IIII.

QVia plerique. Primò inhibet. secūdò decernit. tertiò p̄sumptores puniri præcipit. secunda ibi [decernentes] tertia, ibi [præsumptores.] No. q̄ plures sunt, qui habent in monasterijs, & alijs pijs locis iurisdictionem insolidū: vt ordinarij, superiores eorū, & speciales visitatores. & ratio est, vt quod vnus omittit, alius peragat: & cū vnus dormit, alius peragat: & cum vnus dormit, alius vigilet. Quid si cōcurrāt pariter, quis alteri præferatur? videtur, q̄ maiori sit deferendum, ar. de offi. lega. c. volentes. ¶ †Secundò not. q̄ non pōt
1 superior astringere iuramentis, & promissionibus suos subditos ad ęlandum veritatem superioribus inquirentibus. læditur enim ex hoc publica vtilitas, quæ cōsistit in delictorum punitione, vt l. ita vulneratus. ad leg. Aqui. & c. vt fāmæ. de sent. exc. † Priuatis aūt pactionibus non pōt iuri publico
2 derogari, vt l. neque pignus. §. priuatorum. ff. de reg. iur. & c. si diligenti. de foro compe. Est & alia ratio; quia talia pacta inter subditum, & prælatum sunt inita super iure ad alium pertinente. s. ad superiorem, quò minus puniat, & reformet: hoc aūt non pōt facere inferior. s. impedire superiorem in exercitio iurisdictionis, cum ad eum deuoluitur. vnde, ne liceat appellare: vel, appellatione pendente, liceat sententiam exequi (quia concernit ius superioris) non potest inferior statuere, vt in c. venientes. de iureiur. & hinc cōcedun
3 do. & l. seq. & ibi per Bar. ff. de aqua plu. arc. ¶ † Tertiò not.
a q̄ promissio,[a] & obligatio contra iura contracta non firmatur iuramento, nec pœnarum adiectione: ista enim accessoriè veniunt ad contractum principalem: qui si non valet, ergo nec accessorium, vt l. Seius, & Augerius. ad leg. Falc. per Bar. no. ergo casum, in quo iuramentum non obligat. facit reg. non est obligatorium. de regu. iur. & in Spec. de actore. §. j. in fi. & per hoc, quod dixi, q̄ non valet promissio, etiā iuramento vallata, cum læditur ius superioris: disputando tenuit Bar. Brix. q̄ non ob. voto de non iurando, presbyter infamatus cogitur per iuramentum purgare, & super contractu veritatem dicere: quia in omni iuramento videtur excepta auctoritas superioris, vt d. capitul. venientes. & l. fina. ff. qui satisda. cogan. ¶ Quartò not. à quibus superiores de statu ecclesiarum, personarum, & rerum debeant informari. Nam à subditis, qui melius scire præsumuntur, vt l. cōsensu. C. de repud. & de testi. c. veniens. Erit aūt hæc inquisitio gñalis: nec poterit cōtra testes excipi; q̄a nō est curandū, q̄s in talibus testificetur, vel denunciet, ut no. Host. de testi. c. in omni. & de iud. c. nouit. contra inquisitores, dicit ēt Arch. nō competit exceptio recusationis, nec contra denunciatores, qui eū diffament. alle. no. per Gof. s̄. de re iudi. c. cū I. & A. non est ergo locus subtilitatibus in tali inquisitione generali quò ad illos, qui pniam agere dēnt, vt d. c. cum I. & A hoc tū non hēt locū in foro iudiciali, quo quis recōuenit ab administratione, ut patet in c. cū oporteat. & c. dilectus. de acc.

¶ Opponitur, & videtur, q̃ valeat pactum, quo quis se obligat ad non denunciandum, vel accusandum, vt de accu. c. veniens. & l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulte. hic verò videtur omnis promissio reprobata: ergo malè. Sol. id verũ, quando illud pactum non impedit iudicem, quin procedat: licèt enim vnus, vel duo excludantur ab accusatione per pactum: tamen poterunt alij experiri. hic verò per tale pactum iudex procedens ex officio impeditur, postquam subditi sũt astricti ad cælandum veritatem, & crimina denũciãda. ideò non valet: maximè quia initũ inter prælatum, & subditos. de testibus c. intimauit. & peccatum est cælare veritatem. Nec minus de falso tenetur, qui tacet veritatem, q̃ ille, qui falsum dicit, vt l. presbyteri. C. de epi. & cle. & facit 11. q. 3. c. q̃squis.

ADDITIO.

2 ¶ Promissio. Adde Pau. de Ca. Alex. in l. si plagij ff. de verbo. obli. Rapha. in l. impossibile. ff. e. hinc est, q̃ promissio omnium bonorum non nocer. Bal. in l. 1. in fi. C. pro so. Dy. in l. nec permittendum. ff. eo. tit.

SVMMAE.

1 *Archiepiscopus de consuetudine potest̃ alibi cognoscere, quàm sit à iure prouisum.*

2 *Archiepiscopus solus an possit cognoscere de paruo crimine episcopi*

CAP. V.

VT litigantes. Tria facit. Primò ponit cõ stitutionem, ibi [statuimus.] tertiò exceptionem, ibi [nisi.] ¶ Nota, q̃ certis locis tantùm potest archiepiscop' audire causas deuolutas ad eum per appellationem, vel iure metropolitano. quæ autem hoc iure ad ipsum deuoluãtur, enumerat glos. 9. q. 3. in summa. & cum hic ponantur tria loca alternatiuè, in quibus potest cognoscere, sua erit electio, in quo velit. In præfecto tamen prætorio lex loquens dicit, q̃ si ad ipsum fuerit prouocatum: & mediocritas negocij, aut longinquitas regionis ad iudicium suum litigatores venire non patiatur, debet in prouincia delegare causam, vt l. cum post. C. de ap. Similiter Papa, patriarchæ, & archie. venientes de longinquo causa litigandi debent ad partes remittere, per illam. l. Nisi in causis deuolutis in curia, ad quarum deuolutionem multa sunt necessaria, vt no. in Cle. causam. de el. facit. 2. q. 6. c. anteriorum. ¶ Secundò no. q̃ archiep. cãm vnius diœcesis puta Bon. deuolutam ad ipsum non potest in alia diœcesi cognoscere. licèt ergo habeat sub se plures diœceses, tamẽ causam vnius in alia nõ cognoscet. legatus verò in plurib. prouinciis bene cognoscit de causis vnius in alia. Quod dic, vt de offic. leg. c. nouit. In archiep. est ratio; quia in diœcesibus suffraganeorum non plus potest, quàm vnus extraneꝰ episcopus: nisi quantum reperitur sibi iure cõcessum. 9. q. 3. c. nullus. & c. conqueſtus. Sed alius episcopus hoc non posset 6. q. 3. c. scriptum. & est hoc mirum, q̃ ratione causæ deuolutæ quærat iurisdictionem cognoscẽdi de ea in loco sibi regulariter prohib. to. Sed ratio huius c. in prin. hoc facit. ¶ †Tertiò no. q̃ de consuetudine potest archiepiscopus cognoscere alibi, quàm sit à iure prouisum. & si hoc potest inducere cõsuetudo, quæ resultat ex tacito consensu, vt l. de quibus. ff. de leg. multò magis expressus consensus partium. & hoc tenet hic glos. loquens de expresso consensu. Idem in tacito secundum eum in nouel. post Archidia. vnum tamen verbum gl. not. dicit enim, quòd requiritur consensus illius iudicis, in cuius territorio vult cognoscere de cõsensu partium. Idem no. in c. P. & G. de offi. delega. Cy. tamen dicit sufficere, q̃ ille iudex non prohibeat. posset enim prohibere, ne ille cognoscat in territorio suo: sicut posset prohibere, ne ingrederetur fundum suum. ff. de iniur. l. iniuriam. §. fi. ad hoc l. quæro. ff. de solu. ad prædicta tamen adde quod no. in Cle. 1. de foro competen. vbi videas in casu, quo alibi cognoscit de cõtensu partium, secundùm quæ statuta causam decidet; & an procedat secundùm propria, vel illius loci, vbi cognoscit. dic, vt ibi, & per Cyn. in l. fi qui ex consensu. de episcopali audi. in 1. q.

2 ¶ †Quærit Ioan. An. in nouel. vtrum solus archiep. possit cognoscere de paruo crimine episcopi, quod non requirat priuationem ordinis, sed beneficij. videtur, quòd non: quia omnis causa episcopi est tractanda in synodo. 3. q. 6. c. si quis. & c. accusatus. & q. 8. c. accusatores. nec mirum. nam si ciuiliter contra eum agatur, synodus est iudex. 6. q. 4. c. si inter. 11. q. 1. c. si clericus. refert ipse fuisse disputatum contra per c. quia cognouimus. 10. q. 3. pro hac so. facit ſ. e. c. Romana. ad fi. vbi suspensionem, interdictum, & excom. non solum archiep. sed eo absente ipsius officialis, pfert in episcopũ. Nõ ob. cõtraria, quia loquuntur in generalibus criminibus, quæ requirũt depositionem. quod patet; quia in illis diffinitio reseruatur Papæ. & vide q̃ circa hoc no. Io. An. ſ. de præb. c. graue. in glo. magna. ver. Item secundùm Inno.

SVMMAE.

1 *Episcopus per se, & per alium suam diœcesim visitare potest.*

2 *Episcopus per alium visitans nihil debet consequi.*

3 *Episcopus an teneatur, si visitans nomine suo deliquerit.*

CAP. VI.

SI episcopus. Primò prouidet circa expensas vicariorum extra victualia. secunda ibi [hi tamen] circa expensas victualium. tertia ibi [cum secũdum] causam reddit. quarta ibi [idẽ tamẽ] episcopo personaliter non visitanti recipere quicquam vetat.

1 ¶ †No. quòd episcopus potest per se, & quandoque per aliũ suam diœcesim visitare: de officio huius visitatoris qualiter se habere debeat, vide ſ. eodem lib. de censi. c. 1. quod c. loquitur in visitatore archie. in quo tamen, & in quocunque visitatore, qui vult personam visitare, habet locum quod hic dicitur, secundùm Ioan. And. in nouel. ¶ Secundò no. quòd vltra victualia sunt alia personis necessaria, quæ enumerat glo. ſ. quæ ex hoc sentit, quòd appellatiõe victus, siue victualium non veniant vestes, equi, & similia. Appellatione autem alimentorum omnia ista veniunt, vt l. legatis. & l. diariis. & l. fin. ff. de alimen. & ci. leg. ista enim, quæ debentur visitanti, sunt diaria: quia singulis diebus debentur. vltra ergo cibum, & potum alia non veniunt, vt d. l. diariis. & l. verbo victus. de verbo. signifi. vtrùm autem appellatione alimentorum veniant medicinæ, vel etiam salaria pro magistris, vide Bar. in d. l. legatis. & l. si cum dotem. § si autem in sæuissimo. ff. so. ma. hodie verò in his, quæ debent isti visitanti nomine alieno in victualibus siue in pecunia, prouisum est per constitutionem Benedicti, quæ incipit. Vas electionis. de qua per Ioan. And. ſ. de censibus c. felicis. ¶ Tertiò no. in ver. cum secundùm. ar. pro opi. Vgo. quæ notatur 9. q. 2. c. nullus primas. quòd episcopus inuitatus ad alienam diœcesim pro clericis ordinandis, altaribus consecrandis, & similibus, debet habere expensas. alle. iura, quæ ponit finis glos. fin. cum verò episcopus extra domicilium proficiscitur alia ratione, quàm visitationis, vtrum debebit habere expen. & in casu visitationis, & alius quibus debet, habebitur ratio expensarum, quas esset facturus dns. vide in c. statutũ. de reſcri. ſ. eo. lib. in §. insup. super

2 verbo. moderatas. ¶ Quartò no. in ver. Idem tamen. † quòd episcopus, qui non visitat per seipsum, sed per alium, nihil debet consequi, etiam illum excessum, quem visitatus expendisset vltra, si episcopus visitasset. ff. manda. l. si quis alicui. §. impẽdia. secundùm Ioan. Mo. ¶ Quærit Ioan. An. si iste, qui visitat nõe alieno, deliq̃rit (quia fortè plus extorsit) vtrũ eps teneat. dicit, q̃ sic, ar. l. 1. & i fi. ff. de exercitor. & de off. pcõ. l. obseruari. § pficisci. de hoc remittit Archid. ad no. in suma

3 Azo. de exercitor. §. qd̃ teneꝫ. & de fideiuſ. c. qd̃ qbusdã. p In. & de pbẽ. c. si epſ. Tu lati' dic, q̃ q̃q; ille, q̃ est ꝑpositus ab alio, deliqt in officio sibi cõmisso: & teneꝫ dns, vt l. 1. §. familiæ. ff. de publica. & ff. nau. cau. sta. per totũ. Aut deliqt extra officiũ sibi cõmissum: & nõ teneꝫ dns, vt d. §. familiæ. Nõ enim videtur deliq̃re de cõsuetia dñi. facit ad no. in c. cũ ad sedẽ. de resti. spo. Aduertendũ tñ, q̃ in casibus, in quibus tenet̃ dominus, vt dixi, liberatur exhibendo ipsum delinquẽtem. & per ista dicas, q̃ rectores terrarum tenentur modo prædicto de delictis familię, quam secum ducunt. ff. ad leg. Iuliam repe. l. 1. & l. si post depositam. C. de assessor. liberantur tamen exhibendo, vt dixi. & ita no. Bar. in d §. familiæ. Prouideat ergo si bi episcopus in casu huius c. eligere idoneum. ſ. e. c. inter, ibi [uiros idoneos] &c. ad ipsum enim spectat electio, quẽ mittere voluerit: qd̃ intelligit Archi. verum de annua visitatiõe. quotidianã autem, quę fit quotidie variis de causis emergentibus, non potest episcopus demãdare alij, quàm archid. alle. quod no. Vgo in c. episcopus. 11. q. 1. & c. perlectis. 25. distin. Io. An. dicit, q̃ hoc dictũ nõ recipit vsus, nec à iure probatur.

SVMMAE.

1 *Iudex iurisdictionem exercens sedere debet.*

2 *Episcopus in loco exempto non potest exigere tribunal.*

3 *Episcopus propter delictũ procedere põt ad captură clerici deliquẽtis*

4 *Episcopus per se, vel per alium in tota diœcesi sedere potest.*

CAP. VI.

CVm episcopus. Ponit dictum, cui' rationẽ submittit, ibi [dubium.] ¶ No. q̃ quò ad iurisdictionis exercitium intẽtio episcopi est fundata de iure cõmuni in tota sua diœcesi. ideò qui existit inter ipsam, si se exẽptum prætendat ab eius iurisdictione, debet hoc ostendere. quod dic, vt ſ. de priui. c. cum personę. & per Inno. c. in c. venerabili. de censi. vbi vide. ¶ Secundò no. q̃ qui habet certum territorium limitatum, potest ibi sedere in quocunque loco pro tribunali, in loco tamen honesto, in quo ius sine incommodo litigantium reddi possit. ff. de iust. & iur. l. pe. & de iudi. l. si locus. alibi dicit lex, q̃ debet sedere in loco maiorum. ff. de iust. & iur. l. fin. Sed dic, q̃ locus maiorum est, q̃ extra territorium ius nõ dicat, vt no. Host. in sum. de feu. §. apud quem. ver. nã is. ¶ Ter

1 tiò no q̃ † cum iudex iurisdictionem exercet, debet sedere. & ideo non valet, qd̃ fit à procedente iudice, vt C. de di. l. à procedente. & vide quod circa hoc no. ſ. de re iudi. in c. fin. vbi quid iuris, si sedet in alta turri, palatio, siue equo. & quid iuris, si sedere non potest. & quid iuris, si iaceat. dic, vt ibi, & l. 1. C. de sen. ex peri. reci. ¶ Quartò no. q̃ † in loco exempto non potest episcopus erigere tribunal. æquiparatur enim locus exemptus loco extra territorium. quod dic, vt dixi in c. vt animarum. de consti. & c. si propter. de reſcrip. Dicit tamẽ hic Io. Mo. q̃ in casibus, in quibus episcopi habẽt iurisdictionem in loco exempto, vt in casu c. ad abolẽdam. de hære. hoc bene possunt, secundùm eum: quod dictum est verũ. sed exẽplum non est bonum: vnde põderandum est, vtrùm à iure cõcessa sit eis iurisdictio in personas, an in loca. facit. ſ. de priui. c. per exemptionem. Primum, quando in personas, patet. ſ. de priui. c. 1. & de test. Cle. 1. Secundum, quãdo in loca, exẽplifica per Cle. attendentes. de sta. reg. & de reli. do. Cle. quia

2 contingit. ¶ Quintò no. q̃ † propter delictum potest episcopus procedere ad capturam clerici delinquentis: priuato verò, etiam creditori, non est permissa regulariter captura pro prij debitoris. fallit, cum fugam arriperet, vt l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, qui in fraudem credi. Itẽ fallit etiam in delictis, cum quis capit, non vt detineat, sed vt ad iudicẽ ducat. ff. de adul. l. capite quinto. aliàs capiens in casibus non pmissis caderet à debito, vt in Authen. vt non fiant pignorationes. coll. 5. & in Authen. vt nul. iud. §. quia verò. quando verò caperet res debitoris propria auctoritate. dic, vt l. extat. ff. quod me. cau. ¶ Dic tamen de ista captura post Barto. latius, distinguendo sic. Nam aut quæris, vtrùm quis possit capi à priuato pro debito pecuniario: & regulariter ñ ꝓt, vt l. ñ est singularis. de re. iur. fallit in d. § si debitorẽ. Aut q̃ris, an possit capi pro crimine: & tunc si est tale crimẽ, qd̃. ingerat pænã corporalẽ: & põt capi, etiã à quocunq; priuato, vt d. l. capite quinto. duntamen talem captum ducat ad iudicem in

fra tẽpus statutum ibi facit C. de malefi. & mathe. l. fi & l. 2. C. de fal. mone. Si verò quæris, an possit capi à iudice sine iudicis auctoritate. tunc pro causa criminali potest indistinctè capi, & etiam de domo extrahi, vt no. in l. nemo. de reg. iur. & l. pleriq; ff. de in ius voc. fallit in muliere, vt l. 1. C. de offi. diuer. iudi. Si verò quæris, an possit capi pro causa pecuniaria: tunc subdistingue. Nam aut est debitum fiscale: & potest per fonaliter capi, vt l. cum ex eo. C. ad leg. Iul. pecu. nõ tñ in carceribus ponitur, vt l. nemo in carcerẽ. C. de exa. trib. lib. 10. Nisi persistat in contumacia, vt ibi. Si verò pro debito priuato, si aliquo tpe stetit in iudicio, & promisit de sistendo iuri, & non stetit: & põt capi, vt in Auth. de exhi. re. §. si verò quidã. coll. 9. & C. qũo & qñ iudex. l. consentaneũ. Sed si in iudicio nunq̃ fuit, & cautionẽ nõ dedit: tunc iudex nõ cogetur facere eũ capi, nisi prius citet, vt not. in d. l. cõsentaneũ. Põt tñ, si vult, facere eũ capi, vt veniat, non vt in carcerem ponat: dum modo de domo non extrahat, vt d. l. pleriq;. Põere verò pro debito in carceribus iudex non põt, nisi qui condẽnatus est, vt l. 1. C. qui bo. ced. pos. qui tñ à carcere liberatur, cedendo bonis, vt ibi dicitur. & ita distin. Bart. in d. l. cum ex eo. aliàs Labeo ff. ad leg. Iul. pecu. ¶ Quæro. dicitur in tex. q̃ episcop' potest per se, vel alium sedere in tota diœcesi, &c. vtrũ hoc sit verum, quando in certa parte diœcesis alius habet iurisdictionem ordinariam ex antiqua consuetudine in omnib. causis? videtur, q̃ non; quia generalis prouisio, de qua hic, nõ videtur extendi ad loca, de quib. specialiter de iudice est prouisum, vt l. doli clausula. de verbo obli. cum fi. & hoc tenet Archi. idem Io. Mo. arguendò tamen Io. An. credit hanc opi. esse veram, cum eps ex priuilegio, vel cõsuetudine illius spãlis loci non posset immediatè adiri, adducit not. per eum. ſ. de offi. ordi. c. pastoralis. super 1. glos aliàs secus credit. Ad hoc de off ordi. c. ad hoc. & de offi. lega. c. volẽtes. ¶ Vltimò ponderat hũc tex. licèt generaliter loquatur, q̃ eps in sua diœcesi vbiq; cognoscat de causis &c. tamen dum de captura loquitur, se restringit ad personas ecclesiasticas. & sic facit ad q. vtrum in criminibus ecclesiasticis possit capere, & punire laicum: vr, q̃ non, per hunc tex. qui strictè loquitur de captura clericorum. Ad idem. ſ. de pæ. c. q̃is. & maximè de iure ciuili, secundum qd̃ nõ vr, q̃ possit cognoscere sine pside, in Auth. de mã. prin. coll. 3. pro hoc l. placet. C. de sacrosanc. ec. ver Iudex ecclesiasticus excõicauit, & secularis deportauit sacrilegum. Item in casibus, in quib. clericus est pænis legalibus puniẽdus per iudicem secularem, hoc nõ fit sine traditione, vt no. in c. cum non ab homine. de iudi. ergo conuerso ecclesiasticus non debet sine traditione inijcere manus in laicum delinquentem, arg. l. 1. ff. quod quisq; iur. In cõtrarium videtur; quia ratione delicti factus est de foro ecclesiæ, vt c. cum sit. de foro compe. Ad eũ ergo spectat corrigere, & punire, & inuocare ad hoc auxilium brachij secularis, vt c. 1. de offi. ordi & ibi per glos. & Inn. & videtur tex. C. de epi. & cle. Auth. causa quæ fit cum monacho. in fi. & hoc est exꝑssum in crimine hæresis: quod est ecclesiasticum, vt de hære. c. vt inquisitionis. & c. vt commissi. Alij tamen dicunt, q̃ ibi est speciale factum. ſ. de pæ. c. felicis. & Cle. 1. eo. tit. & ſ. eo. de cen. c. Romana. Oldra. hic arguendo pertransit consil. 90. Ioan. An. hoc eo. tit. in addi. Spe. similiter arguit. & cõcludit communiter teneri, inferiores prælatos posse tatem, de qua quæritur, non habere in laicos, præter crimen hæresis, de quo non dubitatur, vt d. c. vt commissi. & apertius d. Cle. 1. ¶ Vltimò quia in fi. hic dicitur, quòd multa sunt, quæ spectant ad officium episcopi. vide de eis in Specu. eod. tit. §. officium.

SVMMAE.

1 *Cessatio à diuinis est odiosa.*

2 *Partes transigere possunt, licèt agatur de crimine.*

3 *Constitutio pœnalis noua non tollit pœnam legis antiquæ.*

CAP. VII.

QVamuis. Sunt tres partes. prima ponit in gñe ius antiquum. & pro constitutionis causa ponit transgressionem ipsius.secũdò dat formam cessationibus ante factum,in facto,& post factum.tertiò cessationes aliter factas iubet non obseruari.secunda ibi[nos]tertia,ibi[Parte.]¶No.q̃ antiquæ constitutioni additur noua forma per constitutionem superuenientem,& cum dicto moderamine est seruanda: vt sic posteriores leges ad priores trahantur,& leges legibus cõcordentur, vt l. 2.§.posteriores.ff.de leg.& c.cum expediat.s̃.eod.lib.de
1 elec.¶†Secundò no.q̃ cessatio a à diuinis est odiosa; ideò cũ
a magna maturitate procedendum, anteq̃ fiat. tendit enim ad diminutionem diuini cultus : quem Papa desiderat augeri.s̃. eo.li.de reser.c.fin.multa igitur sunt seruanda,anteq̃ fiat, de quibus in glos.fi.¶Tertiò no.de vocatione omnium, sicut in electionis negocio.In alijs verò negocijs,& tractatibus ecclesiæ an omnes etiam absentes sint vocandi: dic, vt ỹ.de præb. cũ.c in ecclesijs.¶Quartò no.q̃ dicit[laico cuiuscunque diguitatis status]&c.nam secundũ Ioan. An.cõprehendit seruos,monachos,iudeos inferentes offensam.9.dist. c. 2.C.de Iude.l.fi nam etiam seruus,& monachus delinquere possunt. & ea ratione conueniuntur. 11.q. 1.c.de persona. In promulgatione tamen constitutionis non videtur hoc exprimi necesse Nam generalibus verbis prolata videtur includere oẽs cuiuscunque status existant, vt c.nouit.de iudi. & l.cũctos populos. C.de sum.Tri.In interp̃tationibus aũt rescriptorum,siue gratiarum vtrũ debeat fieri mentio dignitatis,& status impetrantis:vel eius,contra quem impetratio facta est. vide. s̃. de fil psby.c.fi.in nouel. & s̃.de rescri.c.ad aures.& c. cũ ordinem.¶Quintò no.q̃ requirendus est ille, propter cuius offensam,& iniuriam est cessatio facienda, vt satisfaciat,& añq̃ cessatio publicetur:videtur tamen iniquum,q̃ propter delictũ singularis personæ cesseturin ecclesia:vt sic ecclesia puniatur, quæ non peccauit.¡Nisi forsitan ille delinquens esset rector,vel dominus illius loci.ad hoc.s̃.de spõ.c.nõ est.& de
2 postu.c.1. q̃ tũ pro delicto singularis personæ possit fieri cessatio,facit.ỹ de sen.excõ. c.fi.§.illis.&c. ¶† Sextò no.in ver. nisi superueniente &c.q̃ licèt agatur de crimine: pũt tñ partes super eo transigere,& pacisci:qđ quando sit verum,vel nõ dic,vt s̃.de collu c. 1.& C.de transac.l.transigere.¶Septimò no.in ver.& continuatis &c.q̃ vbi quis tenetur comparere in loco remoto,debet cõtinuare singulis diebus iter,& gressus: quod intellige,vt in glos.non credo,&c.quam no. & adde,q̃ non minus dicitur continuum,si sit ibi interuallũ naturæ necessarium.de consecra.di. 5.c.si tibi.vbi de hoc.& facit quod de aqua quotidiana dicit lex.quam vide s̃. de causa pos.& p prie.c.cum ecclesia.in gl.ex hoc.¶Octauò no in ver.vt præsentibus.q̃ paria sunt partem esse psentem, vel absentem, tñ legitimè monitam. Nam vtroq; casu põt in cã ꝓcedi. cõcor. s̃.vt lit.non contest.c.qm̃ frequnter.& §.porro.& p hanc æquiparationẽ patet verũ eẽ,qđ no.Inn.s̃.de dila.c.2.inquãtũ dicit, absentẽ contumacẽ postea cõparẽtem admittendum ad cãm i eo statu,in quo eã reperit:& ad illos actus dũtaxat,ad quos deberet admitti, si cumax non fuisset:& exemplifica, vt ibi p eũ.¶Nonò no. q̃ monitio iur. qua monentur litigãtes corã iudice cõparere, habet vim perẽptoriæ citatiõis sup tota causa:in qua sine alia citatione proceditur, vt hic patet. Simile.s̃.eo.li.do elec.c. 1,& ibi dixi,an talis in absentia condẽnatus possit appellare.dic,vt ibi,& Cle. 1.de dolo,& contu.& ibi plenius. ¶Decimò no.ibi [præter alias pænas]&c. q̃ quis pluribus pœnis afficitur pro eodem delicto. concor. de calumnia.c. 1.ar. contra s̃.de iudi.c.at si clerici.& l.senat'
3 de accu.Solu.dic,vt ibi.¶†Vndecimò etiã ex hoc no. q̃ noua constitutio pœnalis non tollit pœnã legis antiquæ sup eodẽ facto ꝓlatæ.vtrũ sit idẽ in statutis,& cõstitutiõib. synodalibus pœnalibus: vt per eas non videatur recessum à pœna iuris communis? dic per Bar.in l. 1.ff.vi.bo.rap.& in l.qui sepulchra. C. de sepul. vio.per Cy.¶Duodecimò & vltimò no.q̃ ex eadem instantia condemnatur, qui ſprobè litigauit.ad pœnã. & de facto principali.dixi s̃.c.si canonici. in 9.no.& plenius in d.c. 1. ¶Quæro,vtrùm forma hic statuta sit seruanda in omnibus cessationibus.Nam ipsarum tres sunt species. Quædã enim fiũt per illos de Capitulo auctoritate sua, propter iniuriam,vel offensam eis illatam. Quædam ex mandato superioris mandãtis Capitulo à diuinis cessare. Quædam fiunt per statuta Cõciliorum prouincialium. Vtrùm ergo in qualibet ex p̃dictis teneant canonici ad obseruãtiã huius formæ?ad hoc dicas,q̃ in prima specie certũ est, hãc formã obseruandã esse, vt in isto c.In secũda,qũ ad mãdatũ supioris canonici cessant, dicit Archi.idẽ. quia ista constitutio gñaliter loquitur,& nullũ casum excipit.ergo &c.de coniu.lep.c.qã. nã in quolibet præcepto vr excepta auctoritas Papæ,quæ hic p̃cedit,statuẽs istã formã seruandã in cessationibus,arg.c.venietes.de iureiurã.In tertia specie dicit Ioan. An.in no. q̃ tñ videtur ista solẽnitas necessariò obseruanda,per Cle. 1.ỹ.de senten.excom.& qđ dixi in secunda specie,credo verũ,vbi superior,non cognito negocio, nec discusso, mãdasset canonicis à diuinis cessare.debet eñ tũc i cessatiõe istã formã ꝑmittere,arg.l.meminerint.C.vnde vi. Si verò supior pronũciasset,& seruasset formã,de qua hic: tũc canonici, quib. mãdat, vt cessent,nõ tenẽt ad obseruãtiã huius formæ; quia sunt cẽsendi meri executores eius,quod supior decreuit, arg. c.literis.de rescript.& quod no.Inno.in c.de cætero.de re iudi.

ADDITIO.

a ¶ Cessatio. Adde tamen,q̃ purgatur vsque ad sententiam.ita tenet Bal.in l 1.penul.col.in ver.Item no.q̃ mora. C.de his,quæ pæ,no.& vide quæ tetigi,s̃.eodem.

SVMMAE.

1 *Bona obuenientia vacationis tẽpore debẽt reseruari futuro successori.*
2 *Consuetudo super bonis obuenientibus applicandis alteri,quã futuro prælato, valet.*
3 *Clerici an possint de bonis ecclesiæ testari.*

CAP. VIII.

PResenti. Diuiditur in tres partes. secunda,ibi [porrò]tertia,ibi[sanè]prima subdiuidit in prohibitionẽ,exceptionẽ,& pœnę ipositionẽ.secũda,ibi[nisi]tertia,ibi[alioquin.]No.q̃ plati,vel alij ius habẽtes in dignitatib.prioratib.vel ecclesiis quibuscunq; , non vendicant sibi fructus dimissos, vel obuenientes vacationis tempore.Nam si hoc non licet episcopo. s.bona ecclesiarum sibi subiectarum in vsus suos conuertere. 10.q. 3.c. quia.vbi de hoc.& c.seq. fortius non licebit abbati. 25.q. 2. c.amputato.& multò minùs patrono , vel alteri habenti ius in ecclesia limitatum.nouis enim grauaminibus non sunt ecclesiæ onerandæ.de censi.c.prohibemus.& de pac.c. cum clerici. & de præben.c.auaritiæ.& aduerte,quia tex.loquitur de ecclesiis, & beneficiis vacantibus. et pro hoc erat dubium, quid de prioratibus manualibus: vel ecclesiis ſpectantibus ad mensam , in quibus hodie emanauit Cle. quia regulares.de sup.
1 neg.præla.dic vt ibi.¶Secundò no. quòd † bona obuenientia vacationis tempore:vel dimissa à defuncto debent reseruari futuro successori, vel expendi,vt hic dicitur.& ex hoc,q̃ dicit[dimissa] patet,q̃ defunctus non potuit testari, vel aliter disponere de prædictis bonis, vt de testa.c.relatum. & dicam. ỹ. Quis autem conseruabit futuro successori talia bona ? dicit gloss. quòd œconomus, vel alter , vt in gloss. super qua dicit in nouel. quòd monasterio vacanti potest episcopus dare œconomum istum , per c. cum nos. s̃. eod. & per not. per Innocen. & Hostien. de sta.monach. c. eadem quæ. §. quod si abbas , & quod ibi per Ioannem Andream super
2 ver.prouideatur.¶†Tertiò no, q̃ valet consuetudo præscripta super istis bonis obuenientibus, vel dimissis,applicandis alteri,quam futuro prælato. Sed incidenter quæro,quare magis

gis valet hic,quàm in c.quia sæpe.s̃.eo.lib. de elec. de quo loquitur.§.sanè.in eo.c. vide ibi in 2.notabili.& illud c. non extenditur vltra collegiatos,vt ibi gl.& in 5.notabili. & respondet Io.An.in nouel.q̃ ibi læditur caput per membra. hic cõuerso ; quia læditur ecclesia subiecta à capite suo. Nam læsio capitis est grauior.de accu.c.qualiter. ibi[ne concussis colũnis]&c. Vel(dicit ipse)absurdum est,q̃ filius in parentem:vel subditus in prælatum,vel ipsius bona habeat potestatem. dema.& obe.c.cum inferiore.¶Quartò no.in ver.alioquin.pœnam occupantium bona eccles.vacantis : suspensi enim sunt, donec restituãt,vt hic dicitur:restitutione ergo facta , desinit ista suspensio ipso iure sine iudicis ministerio. Secus est in ex communicatione sub dicta forma à iure , vel ab homine prolata,vt no.in Cle. 1.de deci.in glo.fic suspensi.¶ Quintò not. in ver.porrò.qualiter intelligantur bona ; debẽt enim intelligi,deductis expensis.simile dixi de fructibus, qui debent intelligi,deductis expen.de quo plenè dixi in repetitione c.si p̃pter.de rescrip.ideò hic de illis omitto.Sed in dubium reuoco,an sit verum indistinctè,q̃ bona intelligãtur, deductis expen.cum simpliciter fit mentio bonorum in aliqua dispositione.Pone enim.quidam in testamento, vel inter vnos reliquit, vel promisit tertiam partem , vel dimidiam bonorum suorum: vtrum habebo talem partem absq; onere debitorum in cumbentium?videtur quòd sic,per l.mulier bona.de iure do. Bar.de hoc tangit in l.princeps bona.de ver.sig.& ibi dicit,q̃ quandoq; verbum,bona, profertur in priuilegijs, siue beneficijs;& sumitur largè.Quandoq; profertur in vltima voluntate: & tunc dic,vt per eum in l.si quis seruum. §.fi.de le. 2. Qũque profertur in contractu:& tunc aut sub nomine hæreditatis:& continet debita,& credita,vt l. 1.& 2.C. de heredi. vel ac.ven.Quandoq; sub simplici vocabulo, bonorum:& intelligantur,deducto ære alieno,vt d.l.mulier bona. Quandoq; ꝑfertur à lege,vt l. 1.C.de bo.pos.& ibi etiam per Bar. quomodo autem veritas huius distinctionis applicetur ad interpretationem Papæ,de qua in isto §.porrò. vbi siue proferatur in priuilegijs,siue consuetudine,siue alijs:nomen,bona, intelligitur deductis expen.& debitis.potest dici, q̃ principaliter debita , & expensæ ecclesiarum concernunt illa bona mobilia, donec extant,vt in Auth.hoc ius porrectum.C.de epi. & cle. & ideo de eis sunt primitus deducenda. Vel potest dici,quòd isti episcopi, & alij contra ius commune sibi prædicta vendicant ex consuetudine , priuilegio, vel aliter.ideò propter hoc strictè nomen,bonorum,interpretetur,vt intelligatur, deductis debitis,& expẽsis.¶Sextò no.q̃ dicit [vsq; ad nouos reditus]&c.q̃ onus expensarum,& debitorum concernens bona,siue redditus,protenditur vsque ad nouos:quòd ergo dicitur in l.fructus.ff.sol.ma.q̃ fructus intelliguntur, deductis expensis,debet intelligi de expensis imminentibus', etiam post perceptionem fructuum vsque ad nouos redditus:vt in colẽdo,& seminando attributis. de quo plenè dixi in cap.si propter.de rescri.s̃.eo.lib.cir.fi.¶†Vltimò ex eo quod dicit tex.
3 [bona dimissa successori obseruanda]&c.Colligit gl.magna, q̃ clerici non possunt de fructibus ecclesiarum testari. quod verum dicit in clericis administrationem habentibus. Sed in beneficiatis simpliciter(quia in vita, & in morte æquiparantur vsufructuarijs)tenet,quòd de eis poterunt facere testamẽtum;quia faciunt fructus suos. Abintestato tamen succederet in eis ecclesia.& ita dicit de cõsuetudine obseruari.Idem no. de test.c.relatum. super verbo morientis. in nouella. Ad hoc etiam allegat quod not.in Spec.in ti.de sta.reg.ver.58.vbi dicit,quòd seculares clerici, & conuersi , qui sua propria licitè retinent , possunt testari de his , quæ acquirunt de præbenda sua,vel alio legitimo,& iusto titu.quia præsumuntur de bonis administrationum suarum habuisse:nisi contrarium ostendatur.Vnde possũt relinquere,& donare , secundùm Lap. Et q̃ possit donare,est tex.de dona.c.cęterum.Nam proprietas,& dominium talium fructuum collectorum est ipsorum clerico rum,vt not.Ioan.& Lau.25.quæst. 1.c.duo sunt. in gl.rerum probatur etiam in c.peruenit.de fideiusso.¶Archi.est in contraria opi. in c.statutum.§.assessorem.s̃.de rescript.vbi plenè de hoc disputat.& concludit,quòd siue loquamur in simplici clerico,siue canonico,siue prælato,non potest de eis salua cõscientia prouidere , siue disponere : & sentire contrarium est hæreticum in iure nostro,secundùm eum. primò inducit illũ §.assessorem.dum dicit[de suo proprio]&c.quasi dicat, non prouentibus ecclesiæ.secundò alle.c.res ecc. 12.q. 1. vbi rerũ ecclesiarum prohibita est clericis dispensatio: nisi in necessitatibus suis,seruitorũ,& pauperum eleemosynis: & aliter facere est iniquũ. 30.quæst.4.c. sic non sunt.tertiò allegat quod leg.& no.44.dist.in prin.ver.tibi ò sacerdos. Quicquid enim de agris , de frugibus, de oblationibus sacerdoti obuenerit, in iure ecclesiæ conseruari censuimus. 12.q. 1.c. episcopi de rebus.& §.si ergo. Non ob. distinctio inter clericum habentem,vel non habentem administrationem. dicit enim , quòd dicta distinctio reprobatur. 12.q.3.c. 1.in prin.vbi est expressum de quocunq; clerico. Non ob.quod dicitur,quòd sint domini:quia hoc verum,quantum ad fidelem,& debitam dispẽsationem fiendam suis,sibi, & pauperibus. 50. di. c. studeat. & 12.q. 1.c.quia tua. Non obst.c.peruenit.quia,vt colligitur ex antiqua lec.factũ fuit ibi de speciali mãdato Papę:vel licèt ibi Papa mander satisfieri de redditibus clericorum illorum: non sequitur necessariò,quòd ibi redditus prouenerint de rebus ecclesiarum:& in hoc residet Archi.cuius opi.de iure veriorem credo.Nec multum videtur probabilis hęc distinctio inter clericum habentem administrationem,vel non.Nam fauere magis clerico non habenti administrationem,quàm habenti circa facultatem testandi de prouentibus ecclesiæ , caret ratione:& vrget in oppositum maius onus,quod incumbit prælato , cui plus deberet fauoris impendi super hoc : vt sic iuxta seruitij , & laboris meritum maius beneficium conferatur,vt cap.relatum.de testa.il. 2.præterea ibi videtur tex. in contrarium in clerico non habente administrationem.Nã clericus simpliciter beneficiatus dicitur ille , qui à congregatione recipit bũficiũ sine administratione,vt est cano.tñ congregatio sibi succedit,vt ibi dicit tex. & ita ibi scripsi.i q.no. Item sequeretur absurdum,quòd clerici diuidendo bona ec. per præbendas pingues ditati de eorum fructibus testarentur pro libito voluntatis. & sic piæ voluntates disponentium bona relicta pauperibus erogari,commutarentur alibi, & in pœnis:quod non potest facere,nisi Papa,vt Cle. quia contingit.de reli.do.claudenda est ergo ista via, quę parat viam malitijs,& ad aliter disponẽdum de rebus ecclesiæ,quàm decernant sacri canones allegati. s̃.post Archi. cum infinitis similibus.ad hoc c.quantò.de diuor.& c.tuæ.de procu. per ista tamen non sentio contra decisionem Ioã. An.in q. quam ponit in reg.nemo plus potest.de regu.iur.vbi approbat consuetudinem Mutineñ. ecc. quæ permittit canonicis testari de fructibus prębendarum suarum percipiendis post mortem vsque ad annum:concludit enim ibi , talem consuetudinem valere per Extraua. quæ incipit. Suscepti.& ego idẽ sentio:quia per eam non multum grauatur ec.& ius in istis modicis,quãtum ad facultatem testandi:& quantùm ad lucrum cum fructibus primi anni beneficij vacantis debẽdis alicui consuetudinem expresse approbat.s̃.de rescrip.c.si propter.& d.c.relatum. de quo plenius videas in prædicta quæst. vbi circa fi. dicit,quòd moderatio huius.§.porro.non habet locũ in præbendis, nec in eis de facto seruatur. & ex hoc vltimo dicto,si vera est opinio Io.An.contra Arch.poterit canonicus de omnibus fructibus, qui supersunt,testari , & onus expẽsarũ incũbentiũ remanebit canonico successori, postquàm secundũ eũ hæc moderatio non vendicat sibi locum in prębendis. quæ illatio videtur iniqua,etiam in decisione suprадictæ determinationis:quã verã dixi in d. consuetudine Mutiñ. Nã quantũ ad expensas cõcernẽtes fructus:de quibus in c.pastoralis.de

deci. semper verbum, fructus, debet intelligi, illis deductis, vt d.l.fructus. & dixi in d.c. fi propter. prædicta habent locum, cum quæritur, an clerici possint testari de fructibus beneficiorum suorum. Sed de alijs rebus testando, & disponēdo in morte, vtrum valeat eorum dispositio in ijs: dio, quòd aut loquimur in monachis, & canonicis regularibus: & in his non est dubium, ꝙ non possunt, vt pote nec domini rerum, vt in Auth. ingressi. C. de sac. san. ecc. Nisi vt legitur, & no. in Auth. si qua mulier. eo. ti. & vtrobiq; per Cy. de episco. & cleri. & alios. Quandoq; loquimur in clericis, qui possunt proprium possidere: & in his dic, ꝙ aut loquimur de bonis acquisitis ante clericatum: aut de acquisitis postea. In primo casu possunt de eis disponere, vt c. 1. & 2. de pec. cle. Secundo casu subdistingue. nam aut constat, quòd acquisierunt, non contemplatione ecclesiæ; puta ex consanguineorum donatione, artificio, vel doctrina. aut constat, quòd contemplatione eccle. aut dubitatur. Primo & secundo casu dic, vt in c. quia nos. c. de testa. & c. relatum. eo. ti. Tertio casu cum dubitatur. Io. An. distinguit inter clericum habentem administrationem: & non habentē, vt in habente contemplatione ecclesiæ præsumatur quæsiuisse, & sic testari non possit. In non habente præsumatur quæsiuisse contemplatione personæ suæ: & sic testari possit, vt c. requisisti. ad fi. de testa. & de pec. cle. c. 1. vbi dixi, in dubio consideranda est habendam ad obuentiones, quas percipit de ecclesia, officio, vel patrimonio, siue doctrina: & exinde quādoq; pro vno; quandoq; pro altero præsumamus, vt ibi plenius. Sed hic occurrit dubium, quid de acquisitis non contemplatione ecclesiæ: sed occasione officij, vel seruitij ecclesiastici, vt est capellanus vnius principis, qui ei multa donauit: Host. videtur velle, quòd idem in ipsis, quod in quæritis intuitu amicitiæ. Io. An. in d.c. quia nos. diuersimodè loquitur. Sed Iac. Bu. dicit, ꝙ clerici habent bona triplicis generis. Nam habēt bona acquisita non contemplatione ecclesiæ mediatè, vel immediatè: & in his sunt censendi vt ceteri priuati. habent quæ dam alia bona: quæ quærunt contemplatione ecclesiæ immediatè: vt si relinquatur ecclesiæ, vel quęratur de bonis ecclesiæ: & in istis non testātur, vt d.c. quia nos. Tertiò habent bona, quæ conferuntur vt ipsis, non mediante ecclesia: sed dignitate, quam habent (vt pro missis dicēdis, & orationibus pro defunctis) & de his possunt testari, & disponere, & ita no. in l. sacrosanctæ. C. de sac. ecc. ¶ Circa hoc tamē occurrit dubiū: vtrum istud sit verum, si sint filij familias: & idem est dubium in canonicis, qui de fructibus præbendarum suarum testari possunt, secundùm hanc glo. vtrum hoc sit verum, si sint in patria potestate? videtur quòd non; quia tales non possunt facere testamentum, etiam de consensu patris, vt l. qui in potestate. ff. de testa. contrarium dixi in d.c. quia nos. Nam speciale est in clericis filij familias, quòd etiam in bonis aduentitijs possunt facere testamentum. ad hoc C. de epi. & cle. l. ꝓsbyteros. & l. fi quis presbyter. & d.l. sacrosanctæ. licèt ibi Ia. Bu. teneat contrarium: tamen quod prędixi, approbat Hostien. in
d. c. quia nos. ¶ Quid dices in quæritis ex illicita aduocatione, vel alio inhonesto lucro; [a] puta in ludo, vel vsuris? Host. dicit clamores sedandos, si apparent, vel per episcopū loci pauperibus erogentur, vt l. nullu. C. de epi. & cler. & Auth. omnes peregrini. C. communia de succes. de quo per eum. s. de testa. c. relatum. il. 2. de his tamen illicitè extortis contemplatione officij Cyn. formāt q. an dominus possit à tali rectore exigere. dic, vt ipse not. in l. cum oportet. in 2. q. C. de bo. quæ lib. & an in administratoribus secularibus sit præsumendum in dubio contemplatione administrationis, vel industrię? dicit, quòd in administratore perpetuo præsumitur, quòd contemplatione officij. sicut in prelato in temporali præsumitur, ꝙ ex industria sua, vt ipse no. in Auth. licentia. C. de epi. & cler. & l. si defunctus. arbi. tu. Ex prædictis patet, quòd prælatus, vel rector secularis quod quærit ex opere suo, vel industria, quęrit sibi, non eccle, vel officio. & in hoc differunt ab vxore,

a

quæ istis de causis quærit viro, vt no. Io. An. in c. cum ex officij. de testa. licet aliter no. Ia. Bu. & non bene in d. Auth. licentia. vide etiam c. cum in officijs. plenè videas in nouella. quis occupabit, & apprehēdet bona dimissa per clericos sepultos: an eius heredes ab intestato, an successor in ecclesia. & ibi ēt plenè, cum dubitatur, quantum acquisierit de bonis ecclesię, & quantum de industriali patrimonio: quæ consideratio sit per iudicem habenda, ibi videas.

ADDITIO.

a ¶ Inhonesto lucro. Adde Albe de Rosa. & quæ ibi addidi in Auth. aliarum. C. de re. & sumpt. fune. Bart. Bal. & Saly. ibidem. vide plenè in tracta. meo de aleæ vsu.

Rub. De maioritate, & obedientia.

SVMMAE.

1 *Capitulum sede vacante quandoque in iurisdictionem succedit.*
2 *Archipresbyter excommunicans canonicum suum, postea eum absoluens, quod desinit esse canonicus, an valeat absolutio.*
3 *Capitulum sede vacante an possit visitare monasterium.*

CAP. I.

1 PISCOPALI sede. ¶ Not. quòd sede vacante quandoque in iurisdictione succedit Capitulū: quandoq; alius. † Regularis autem successio est Capituli. alij verò succedunt aliquo speciali iure, vt in glo. 3. Nam in multis ecclesijs Gallicanis reges sibi sede vacāte, vsurpant tē poralium iurisdictionem. s. eo. lib. 1. de elec. c. generali. & certis dignitatibus competit ex speciali iure administratio spiritualium. facit quod dixi s. de offi. leg. c. pe. s. eo. lib. in 2. nota. post Io. An. in Cle. 1. de offi. vic. ¶ Secundò no. regulā, quòd à qualibet excōmunicatione, à qua episcopus absoluere potest, eius Capitulum, sede vacante absoluit: vtrum ergo absoluat illos, qui leuiter percusserunt clericos? Archi. tenet, quòd sic. so. An remittit de hoc ad no. per eum. s. de senten. excom. c. peruenit. Circa hoc etiam tangitur, vtrum episcopus potuerit absoluere excommunicatos ab inferioribus prelatis. Archi. dicit, quòd potest, in defectum: alias non, nisi excommunicatos per archiepiscopum: quos potest episcopus indistinctē absoluere, cum sit eius vicarius. alle. no. in 9. q. 3. c. nullus primas. & de sen. excom. c. venerabilibus §. qui autem. Idem ergo poterit Capitulum sede vacante, secūdùm Archi. ¶ † In
2 cidēter annectit Io. An. quęst. disputatā. Archipsbyter excō municauit canonicum suum; quia non residebat: deinde, post quàm desijt esse canonicus. eū absoluit. tenet enim, quòd valuerit absolutio, & hoc ratione præuentionis. de so. compe. c. pen. & ex foro delicti. eo. ti. c. fi. Tenet etiā, quòd teneret episcopi absolutio, per iam dicta, & Capi. se. va. vt hic: & vide qđ de hoc no. Io. An. s. de offi. ordi. c. cum ab ecclesiarum. in nouella. super glo. fi. ¶ Vltimò aduertendum, quòd Io. An. enumerat quosdam casus permissos Capitulo sede vacante, quosdam prohibitos, & quosdam dubios: vtrum sint prohibiti, vel concessi? vt ergo addam aliqua post Lap. singulos prosequamur. Et primo de casibus permissis. Nam administrat in temporalibus, & spiritualib. siue vacet, siue quasi vacet. s. de sup. negligen. præla. c. pen. & fi. Iudicat hæreticos. de hære. c. ad abolendam. in prin. Dat inquisitores hæresis, vt in Cle. 1. de hęreti. Confirmat electos. s. eo. cap cum olim. Instituit præsentantos, de insti. c. 1. ꝯ. per quod c. dixit Ioan. An. in c. illa. ne se de vacante. quòd Capitulum sede vacante potest commendare præbendas, quæ habent onus annexum. de præben. c. significatum. licèt illas conferre non posset, quando spectat illarū collatio ad prælatum. Item compellit executores testamentorum ad execution̄em, postquàm susceperunt officium. de

testa.

testa. c. Ioannes. vbi per Ioan. And. in glos. super verbo diœcesis. Et sede non vacante, dat coadiutorem episcopo demēti, qui non desistit, de cle. ęgro. c. vno. §. si verò. & isti casus permissi Capitulo sede vacante sunt indubitabiles. ¶ Prohibiti verò casus sunt quidam. & primò est prohibita collatio beneficiorum, spectans ad solum episcopum, ne sede vacante. c. 2. & idē iuris est in electionibus, & præsentationibus spectātibus ad solum episcopum, vt no. Gul. in Spec. ne sede vacante. circa medium. Item non alienat immobilia. nam hoc non facit visitator datus à Papa. s. e. li. de ele. c. is cui. Item non succedit in immunitatibus, & priuilegijs episcopali dignitati cōcessis: de quibus no. ꝯ. eo. lib. de priui. c. fi. Item non succedit in præbendo consilium, quod requiri debet ab episcopo. ꝯ. ne sede vacante. o. 1. §. fi. & hoc de casibus prohibitis. ¶ Casus verò dubij sunt quamplures. & primò dubitatur, an possit visitare: de quo plenè in Cle. 1. de hæreti. in glo. hæc litera. vbi dicit indigere declaratione. Io. Mo. s. e. li. de sup. neg. præla. c. ecclesiæ. tenet, quòd non possit. Arch. in c. fi episcopus. tenet, quòd possit. Lap. dicit, quòd opinio Ioā. Mo. potest esse vera in generali visitatione ciuitatis, & dicœcesis. Opinio verò Archi. est in visitatione speciali, vel inquisitione cōtra certas personas, vel loca. Item est dubium, an det subdito generalem licentiam transeundi: de quo s. eo. lib. de elec. c. fi ab batem. in nouel. vbi dicit Io. Mo. tenere, quòd sic. Archi. quòd non. Io. An. tenet ibi opi. Io. Mo. vt ibi plenè per eum. Item est dubiū, an possit præbere auctoritatem permutationibus beneficiorum. de quo in Cle. 1. in glo. pe. de re. permu. vbi dicit, quòd sic. Item an det literas indulgentiarum: de quo s. de excef. pla. c. accedentibus. in nouel. vbi tenet, ꝙ non. Item an dispensęt in septennio ratione studij, iuxta c. cum ex eo. s. eo. lib. de elec. vbi inclinat, quòd sic. Circa hoc vide plenè per do. Fed. de Se. consi. 28. Item dubitatur, an faciat alias dispēsationes permissas episcopo, de quibus in Spec. e. ti. §. nunc de episcoporum. hoc egeret declaratione, vt no. Io. An. s. eo. li. de fil. ꝓsby. c. 1. in no. Item est dubiū, an succedat in iurisdictione episcopali delegata à iure. de quo per Ioā. An. In d. c. ad abolendam. super glo. fi. vbi refert Io. Mo. tenere, quòd sic: ipse tenet ibi contrarium, dicens, quòd in illis, quæ competunt episcopo ex rescripto, vel iurisdictione delegata in casu c. quoniā ab. de offi. dele. vel ex priuilegio, vt s. c. olim. iurisdi. Capitulum nō succedit: & sic nec in casibus, in quibus episcopus habet delegatam à iure. Ex quo infert Lap. Io. An. alibi scripsisse, quòd Capitulum † [a] sede vacante non posset visitare mo-
3 a nasterium monialium exemptarum, quas posset visitare episcopus, vt in Cle. attendentes. de sta. regula. Item est dubium, an conferat beneficia ad episcopum deuoluta: de quo s. eo. c. quanquàm. de elec. in nouel. super glo. pe. vbi refert Ioā. Mo. tenere quod habetur. ꝯ. eo. li. ne se. va. c. vno. Io. An. pluribus rationibus probat, quòd in talium collatione succedit Capitulum. Nam talia deuoluta cōferre, est proprium iurisdictionis episcopalis. Sicut confirmare electos, & instituere præsentatos: in quibus certum est Capitulum succedere, vt prædixi. in collatione autem aliorum beneficiorum ideò non succedit; quia non est propriè iurisdictionis episcopalis; cum alijs inferioribus hoc competat. Non mirum ergo, si alterius naturæ sunt deuoluta beneficia, quàm alia, vt no. in Cle. fi de beneficio. de præben. in glo. antepe. deuolutio enim additamentum est ad iurisdictionē, non ad collationem, vt plenè videas in nouella. in d. c. quāquàm. Item est dubium, an succedat in cognitione feudi, de quo in c. verum. de fo. compe. super prima glos. in nouella. & ibi tenet, quòd non. Ratio est, quam. s. tetigi: quia competit iurisdictio feudalis episcopo ex priuilegio, & in talibus non succedit Capitulum, per not. in d. c. ad abolendam. vnde Perusij fuit obtentum, ꝙ se. episcopali vac. non potest dare Capitulum licentiam doctorandis: quia ibi hoc competit episcopo ex priuilegio speciali Imperatoris. dubitatur etiam, an succedat in officio executionis testamento-

rum, de quo in Specul. de instru. edit. §. nunc verò aliqua. ad fi. 1. col. ver. Item circa. & dicit, quòd sibi videtur verius dicere, ꝙ fortè Cap. sede vacante. posset exequi, vt hic etiam refert Lap. Item est dubium, an succedat in elec. quæ iure priuato competit episcopo: de quo s. de elect. c. scriptum. super glo. hæc ratio. in nouel. & ibi secundùm Lap. tenet, quòd non. Item similiter dubitatur, an possit facere statuta iusta, & salubria. refert hic Io. An. magnæ scientiæ iuris virum D. Feder. de Se. Perusij disputasse, quòd sic. quia succedit in iurisdictione, à qua causatur potestas statuendi, vt patet ex diffinitione iurisdictionis, de qua in l. 1. ff. de iurisdictione. iud. Est enim iurisdictio potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ, vt ibi no. & l. 1. ff. quod quisque iuris. per Cyn. & alios post glo. Plus ibi tenuit D. Fed. tale statutum durare in tempus episcopi substituti. Nisi reuocet, qđ posset. 12. q. 2. c. si qua de rebus. pro quo Ioan. And. adducit, quod in simili ipse no. de elec. c. licèt canon. in glo. pen. & ista enumerat Ioan. And. in no. adiunctis decisionibus in singulis casibus, quas omittit: sed ipsas in cursu lectionum hinc inde quærere, & chartas reuoluere, tædiosum est. & habent p dicta locum, episcopali sede vacante quis in iuribus episcopo competentibus succedat. Sed in alijs prælatis inferioribus decedētibus dubitatur, quis succedat in iurisdictione, & alijs eorum iuribus. de hoc vide in d. c. ad abolendam. in nouella. post Innocen.

ADDITIO.

a ¶ Capitulum Adde quam potestatem habet Capitulum se. vac. per Car. in Cle. 1. de hæreti. Io. de Lig. in c. cum olim. de ma. & obe. Io. de Imo. in c. 1. eo. ti. i. Bar. in l. vbi absunt de turo. & cura. da. ab his. glo. in c. is, qui. de maio. & obedien. infra. & in titu. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. Item circa legitimos.

Rub. De pactis.

SVMMAE.

1 *Parochianis per pactum rectoris præiudicatur.*
2 *Ius sepulturæ ex priuilegio competit monasterio.*
3 *Priuilegio priori per priuilegium liberæ sepulturæ non præiudicatur.*

CAP. I.

PACTVM. ¶ Not. quòd rector parochialis potest pacisci sup iuribus ecclesiæ suæ. & loquitur tex. cum pactum concernit fauorem ipsius ecclesiæ, & conseruationem iuris sui circa parochianorum sepulturā: quo casu non requiritur auctoritas, & decretum superioris. Secus si pactum redundaret in præiudicium ecclesiæ: quia tunc requiritur, vt c. statuimus. de trāsactio. valet ergo pactum sine superioris auctoritate, quādo tendit ad acquisitionem ecclesiæ: secus si ad obliuionem, vel damnum, arg. l. non eo minus. C. de procu. & Institu. de aucto. tu. post prin. Aduertendum tamen, quòd text. strictè loquitur in pacto inito per rectorem ecclesiæ super iure funerandi. Super alijs verò iuribus eccle. an rectores ecclesiæ possint transigere, vel pacisci: videtur, quòd sic, sicut procurator, qui habet liberam administrationē, vel l. procu. cui libera. de procu. & sicut tutor. ff. de fur. l. interdum. §. qui tutelam. & sicut administrator ciuitatis, vt l. præses. C. de transac. nam quantùm ad potestatem transigendi, gl. in d. l. præses. æq parat procu. tutorem, curatorem, patrem, & prælatum. Nam prælatus dicitur procurator, de dona. c. 2. & tutor. 16. q. 1. c. in canonibus. & administrator, & dispensator. 10. q. 2. c. precarię. & seq. omnes autem isti possunt transigere de re dubia. Nam cum incerta sit victoria iudicij ff. de pecul. l. eo tempore. neuter transigentium videtur lædi, cum vterque sit in pari causa dubitandi, vt C. de inoffic. testa. l. si pater puellæ. Intellige tamē, quòd cum transigitur super re inalienabili sine decreto, requiritur tale decretum, vt l. 2. C. si aduer. transac. Nā

si ipsum

si ipsum decretum requiritur in contractu, requiritur & in di ſtractu, qui reſultat ex tranſactione, vt l. ſi ad rem ſoluendam. C. de prædi. mi. licèt autem prælatus, & alij prædicti habeant poteſtatem de re dubia tranſigendi, vt dixi. non tamen habẽt poteſtatem remittendi debitum liquidum, vt l. pactum curatoris. e. ti. Nam gratis remittere eſt donare: ſicut confiteri debitum, de quo non conſtat, vel renunciare exceptionibus domino competentibus: hoc autem adminiſtrator non poteſt, vt l. qui legauerit. ff. de noua. & quod no. Inno. in c. cum olim. de offi. dele. pleniſsimè de hac tranſactione, remiſsione, & cõfeſsione prælati, quando ecc. præiudicent, vel non, dixi poſt Ioã. An. in c. grauis. de depo. vbi qualiter in mutuo obligetur
1 eccleſia. ¶ † Secundò no. quòd per pactum rectoris præiudicatur parochianis in elec. liberæ ſepulturæ in eccle. aliena. & ſic pactum inter duos præiudicat tertio contra l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pac. Sed licèt quis poſsit eligere in aliena ſepultura: non tamẽ ille cogitur eum neceſſariò recipere, & ad nõ
2 recipiendum poteſt obligare ſe, vt in hoc c. quod not. ¶ † Tertiò no. in verſi. quanquàm. quòd ius ſepulturæ, ſiue ius funerã di competit monaſterio ex priuilegio, & ſic non de iure communi: aliàs fruſtra fuiſſet priuilegium impetratum, vt l. 1. C. de theſaur. li. 10. Ioan. An. in nouella. hoc reuocat in dubium. vtrum. ſ. omnis eccl. habeat cimiterium de iure communi. ponit primò opi. Gof. ſecundò Raymun. qui dixit ius funerandi competere eccleſijs parochialibus, & alijs, quib. à iure, vel priuilegio eſt conceſſum. Capellis verò priuatis non competit. & idem tenet Inno. in c. 1. de ſepul. Rofre. dixit, omnibus cõpetere, poſtquàm ſunt epiſcopi auctoritate fundatæ. Hoſt. de ſepul. in ſumma. §. 2. & 3. dicit, quòd hoc ius nullus habet, niſi ei per epiſcopum ſit conceſſum. hoc placet Arch. per c. nemo. de conſecra. diſt. 1. & c. fraternitatem. de ſepul. Lap. dicit, q̃ quælibet eccleſia parochialis de iure communi habet cimiterium, id eſt ius funerandi eos, qui ſunt de ſua parochia, vt no. Archi. 13. q. 1. c. eccleſias. & ibi eſt expreſſum, quòd eccleſia parochialis habet cimiterium. ¶ Quartò no. ĩ ver. cum per dictum &c. quòd per pactum derogatur priuilegio: & hoc verum, quando pactum eſt poſterius. ſi autem pactum præcederet: tunc ſubſequens priuilegium contra pactum præcedẽs eſſet inualidum, vt in c. ex multiplici. de deci. Sicut enim priuilegium primum non tollitur per ſecũdum: ita ſimiliter nec pactum præcedens per ſequens priuilegium. ¶ Et per hanc æquiparationem priuilegij ad pactum diſputatum fuit, quòd
3 per priuilegium † liberæ ſepulturæ non præiudicatur priori priuilegio, quo conceſſum fuerat monachis, quòd eis inconſultis, vel contradicentibus, nullus poſſet eorum parochianos ſepelire. pro quo alleg. Ioã. An. no. 25. q. 2. in fin. ſummæ. & de reſcrip. c. 1. circa medium ſecundę glo. In contrarium alle. ſ. de reg. c. licèt. Sed, dicit ipſe, in arctiori religione locus eſt amplius merendi: in ſepultura non ſic. 25. diſtin. c. qual. & quod ipſe no. ĩ. de priui. c. 1. ſuper verbo. Apoſtolico priuilegio. Cõtra hoc videtur, quòd non valeat pactum, quo quis aſtringit, quòd in ſuo ſepelire non liceat, vt l. nemo. quæ eſt l. pen. eo. ti. Sol. ibi non intererat paciſcentis: hic verò intererat ſuos parochianos ab alijs non recipi ad ſepulturam. Simile dicit lex, q̃ valet pactum, ne quæras aquam in fundo tuo, ſi poſſet ex hoc deſiccari aqua fundi mei. ff. de aqua quo. & æſt. l. 1. §. ſi quis. Illa enim, quæ ſunt liberi arbitrij, poſſunt pacto coarctari, ſi intereſt illius, qui ſibi hoc ex pacto, vel alio iure vendicat: vt quòd in ciuitate non vendantur carnes, niſi in domibus Capituli. de app. c. ſignificante. ¶ Opp. & videtur alia ratione hoc pactum non valere. Nam ſepulchrum non eſt in bonis alicuius, cum ſit iuris diuini, & priuato debere ſeruitutem non poteſt. ff. communia prædio. l. c. aueri. Solu. verum eſt, quòd non poteſt debere ſeruitutem priuato, ſed alteri cimiterio, vel eccleſię ſic. Sicut vna eccleſia põt eſſe alij ſubiecta per ſolutionẽ cenſus, vel aliam ſeruitutem, de conſue. c. cum dilect⁹. de elec. c. querelam. & de ver. ſig. c. abbatem. Nam in habẽtibus ſym
bolum facilis eſt tranſitus, de re. permut. c. quæſitum. & c. ad quæſtiones. Itẽ ſepeliẽdi commoditas reputatur inter bona: vnde hoc ius poteſt remitti, & acquiri. ff. de ſerui. l. ſeruitutes. §. ſeruitus. & de ſepul. vio. l. 3. §. ſi quis in hæreditariũ. ¶ Quæro. hic fuit pactum cõceptũ, ne liceret recipere parochianos. quid ſi in prædicto pacto fuit additum, q̃ non liceret in præiudicium parochialis eccleſiæ? videtur q̃ tunc ſit licitũ recipere, ſalua quarta, quã recipiendo nullũ ſibi fit præiudiciũ. cõtrarium tenet hic in nouel. Nam haberet totũ, ſi eum ibi non reciperet: & plus eſt habere oĩa funeralia, q̃ quartã partẽ. poſſet tũ dicta clauſula operari reſpectu illorum, qui in alia eccleſia haberent ſepulchra maiorũ: tales. n. poſſent eligere ſepulturã in monaſterio, non ob. pacto prædicto, ſoluta quarta illi parochiali eccle. paciſcenti: cũ vltra eius non interſit; quia non eſſet à talibus amplius perceptura, ſcẽm Io. An. ¶ Secũdò quærò: vtrum per conceſsionem liberæ ſepulturæ poſsit ſepelire illos, quibus interdicta eſt eccleſiaſtica ſepultura? dicit Archi. q̃ non, & bene, per l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. & c. vt priuilegia. de priui. ¶ Tertiò quæro: vtrum monaſterio, cuius derogatur priuilegio, per hoc pactum detur reſtitutio, tanquàm læſo? Io. An. poſt Arch. tenet, q̃ non; quia hic, & in c. ſi. confirmat iſtud pactũ iuris auctoritate; ergo cõtra eũ reſtitutio denegat, vt l. 1. C. de his, q̃ ve. æta. impe. vnũ dicit hic Lap. ſ. q̃ pactũ, de quo in tex. ex parte religioſorũ eſt reale, ẽt ſi conſenſus, ſiue ſuperioris auctoritas non interuenerit. ſ. de trãſac. c. veniens. Nã collegiũ ſemper idẽ: ideo geſta ſub noĩe collegij debent durare perpetuò, vt l. proponebat. ff. de iudi. ex parte verò rectoris parochialis dicit, q̃ eſt perſonale, ſi non interceſsit auctoritas ſuperioris. Allegat no. in fi. in Spe. de arbitro. §. reſtat. ver. ſed nunquid electus. & de his, quæ fiũt à præla. ver. & hæc no. iſtud dictũ nõ habet rõnẽ: poſtq̃. n. hoc pactũ firmat iuris auctoritate, vt dictũ eſt. ſ. iſta iuris auctoritas non minus debet operari ad faciendũ pactũ reale, q̃ auctoritas iudicis: imò magis; quia contra iudicis auctoritatem datur reſtitutio, læſione probata: ſed non contra auctoritatẽ legis, vt d. l. 1. Itẽ per hoc pactũ quæritur eccleſiæ, nõ rectori, vt no. hic in nouel. in prin. cũ ergo ſemper eccleſia ſit eadẽ, ſicut & collegiũ: ita ex parte ſua debet eſſe reale, ſicut (tenet ipſe) debet eſſe ex parte collegij. Qualiter autem cognoſcatur, vtrum pactũ ſit reale, vel perſonale, & quid in dubio. dic, vt in l. iuris gentiũ. §. pactorum. ff. de pac. & eo. titu. l. qui in futurum. per Bar. & de inſtitu. c. cum veniſſent.

SVMMAE.

1 *Pactum inter patrem & filium, per quod obligatur filia patri ad nõ petendum, valet.*
2 *Statutum an poſſit excludere filias à patris ſucceſſione.*
3 *Iuramentum ſemper ſeruandum eſt.*

CAP. II.

QVamuis pactum. Not. q̃ valet pactũ inter pr̃em, & filium, per quod obligatur filia patri ad non pe-
1 tendum. † Et quo pacto oritur naturalis obligatio: quæ poteſt conſiſtere inter tales perſonas, ſicut inter dominum, & ſeruum, iuxta no. in l. frater à fratre. de condi. indebi. Ciuilis autem obligatio inter eos non conſiſtit, vt ibi; quia pro vna perſona reputant̃ pater & filius: & quicquid quærit filius, quę rit patri, de iure antiquo. Vnde ſi ſe obliget filio, illa obligatio ſtatim ſibi quæritur: & ideò inter patrem, & filium non poteſt his conſiſtere, vt l. his nulla. ff. de iudi. Ab extraneo autem ſtipulando vtrũm̃ pater poſsit quærere filio, vel econtra, longa eſt materia: de qua in l. quod dicitur. de ver. ob. p Bar. & ibi quid iuris de matre, an poſsit filijs quærere ſtipulando. & quid iuris de auo, dic vt in l. Gaius. ſolu. matri. de prorſus extraneo certum eſt, quòd non poteſt alteri ſtipulari, niſi ſua interſit. vt l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verbo. obliga. Conuenctio

ctio igitur perſonarum inducit diuerſitatem in iure in prædictis caſib. ¶ Secundò no. q̃ dicit tex. [dote contenta] &c. poteſt eñ ex hoc argui, q̃ nulla dote filiæ aſsignata, pactũ, per quod filia ſe excludit à ſucceſsione paterna, non valeat, etiam iuro firmatum. primò quia corrigit hoc lex ciuilis in certo caſu. ſ. qñ filia dotem habet de bonis patris: quo caſu de iure ciuili pcñ eſſet inualidum, vt l. pactum quod dotali. C. de colla. hoc ergo caſu lex debet intelligi correcta: non in caſu, quo nil percipit. Item qñ aliquid percipit. ſ. dotem, habet æquitatem obſeruantia pacti iuramento firmati; ſuccedit eñ dos loco legitimæ, quæ appellatur debitũ bonorũ ſubſidium, vt C. de inoffi. teſt. Auth. nouiſsima. Sed mulieres dotatæ hñt ſubſidium dotis, & maritorũ: & raro eis deficiunt alimenta; quia mariti eis in hoc tenentur. vt l. ſi cum dotem. §. illud. & ibi p Bar. ff. ſolu. mat. hinc eſt, q̃ dos dicitur propriũ patrimonium mulieris, vt l. 3. §. ſed vtrum. ff de minori. Item ſi pcñ nõ aſsignata eis dote, valeret iuramento firmatum, non reperirent quibus nuberent ſine dote: & hoc eſſet contra publicã vtilitatem, vt l. 1. ff. ſo. ma. Itẽ non haberent, vñ ſe alerent: ſed nõ valet pcñ cum iuro, q̃ pater non teneatur alere filiam, vt hic in nouel. vbi remiſsio ad Spe. qui filij ſint leg. ver. ſed pone quidã. quia ergo dos ſuccedit loco alimentorũ, ſicut nõ pñt pacto alimenta remitti: ita nec ius dotale ſucceſsionis, aliquo non retento; puta dote. Itẽ cum patris hæreditas naturali voto ſit filijs debita, non diſtincto maſculo à fœmina, vt l. nã & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſt. l. in ſuis. de libe. & poſth. & l. maximum vitium. C. de libe. præte. ſatis includit dolũ re ipſa renunciatio talis ſucceſsionis, dote aliqua non recepta. & ad re ſciſsionẽ actus ita ſufficit dolus velatus. i. re ipſa, ſicut dol⁹ aliter probatus, vt l. 1. ff. de do. ex. & ſatis re ipſa dicitur ineſſe, qñ actus geritur contra naturalẽ æquitatẽ, vt ibi: nec eſt veriſimile, q̃ lex canonica ſequens cõiter naturalẽ æquitatẽ contra rigorem iuris ciuilis voluerit filias pacto iurato excludere à debita parẽtũ ſucceſsione. nõ ſine igitur miniſterio puto
2 poſitum hic [dote contenta] &c. ¶ † Per ſtatuta tñ vtrum filiæ poſsint excludi à patris ſucceſsione, vel eorũ ltima minu. ? diſputat latè Dyn. in regu. indultum. de reg. iu. vbi tenet q̃ ſic: quę deciſio facit contra ea, quæ, ſ. dixi. Nam ſi hoc põt ſtatutus; ergo & pcñ, iuxta reg. de qua in rub. C. de decre. Decu. li. 10. & pro deciſione Dy. alle. Io. An. c. Raynut. de teſta. Sed certè fortior eſt excluſio per ſtatutum, q̃ per pcñ; qa tale ſtatutum non reperitur expreſsè reprobatũ à iure: ſicut reperit pcñ de non ſuccedendo. vt d. l. pcñ quod dotali. hic ãt approbatur cũ certa forma, quæ ſeruetur ad literã, prout iacet, per iam dicta. ſ. ¶ Tertiò no. q̃ hoc c. approbat pcñ iuratum, q̃ filia non ſuccedat patri. Sed nunquid econuerſo valet pcñ cum iuro, q̃ filius, vel extraneus mihi ſuccedat? Dyn. ſentit, q̃ ſic ĩ reg. nõ eſt obligatoriũ. de reg. iu. Bar. hoc reprobat in l. hęc ſtipulatio hoc modo. de ver. obl. tenet, q̃ pcñ de ſuccedendo, ẽt firmatũ iuro, non teneat. Non ob. hoc c. quia loquitur in pcõ de non ſuccedendo, quod non inducit votum captãdæ mortis: ſed magis aufert, poſtq̃ tollit paciſcenti ſpẽ ſucceſsiõis: pactũ ãt de ſuccedẽdo inducit votũ captãdæ mortis: qđ eſt contra bonos mores, vt c. ne captandæ. ĩ. de cõceſ. præb. ergo nõ firmatur iuro, vt d. c. non eſt obligatoriũ. hęs ergo duos caſus. Nam qñq; pactum interponitur ſuper iure ſucceſsionis amittẽdo, ſeu perdendo: & loquitur hoc. c. 1. Qñ que ſuper iure ſucceſsionis acquirendo: & non firmatur iuro pp votum captãdæ mortis. Sunt & alij duo caſus; quia qñque fit pactũ ſuper iure ſucceſsionis cõſeruando: & de hoc dic, vt Inſti. de leg. agna. ſuc. §. fi. Qñq; fit pactũ ſup iure ſucceſsiõis acquirẽdæ certo mõ diuidẽdo, ſeu diſponendo: & in hoc mẽbro ſubdiſtingue, vt no. Bar. ĩ. d. l. ſtipulatio hoc mõ. ¶ Quartò. no. q̃ Papa inter laicos ſtatuit hoc cap. ſeruari: & ſic diſponit inter hoies nõ ſubiectos ſuę iuriſdictioni, contra. c. nouit. de iudi & c. hoc ex ſuſceptũ. de fo. cõp. Sol. dic, q̃ iſtud cõtingit rõne iura. qđ præſtiuũ in contractu facit laicos de foro eccleſiaſtico. ĩ. de fo. cõp. c. cũ laicus. Item l. ſuccũbit canoni in caſib. in quib. lex fauet pacto, ſicut in caſu noſtro, in quo quis incurreret pcñ pp nõ obſeruantiã iuri: qđ põt ſeruari ſine
3 diſpendio &c. & ad hoc vide no. in reg. poſſeſſor. de reg. iur.
a ¶ † Quintò no. reg. q̃ iurum a ſp eſt ſeruandũ, qñ ſeruari põt ſine diſpẽdio ſalutis eternæ. & põdera hoc verbũ, diſpendiũ; quia minus importat, q̃ ſi diciſſet, ſine interitu. Interitus. n. ſonat in mortẽ aĩæ: ſed diſpẽdiũ ſonat in dãnũ, ẽt paruũ. Ex hoc infert Io. An. q̃ ſi quis iuraret facere aliq̃d pcñ veniale, nõ tenet illud iurum ſeruare; quia vergit in peiorẽ exitũ, & dãnũ, licèt nõ neceſſariò in interitũ ſalutis ęternæ, iuxta no. per eũ. ſ. e. lib. in ſalutatione. & hoc no. Io. & Lau. 22. q. 4. c. ſi aliq̃d. ¶ Quæro, qñ filia renunciat in caſu huius c. an dẽat certificari de le. bñficio? vĩ, q̃ ſic, ar. in Auth. qũo oportet epi. §. igitur ordinãdus. & 38. diſt. c. placuit. & no. Hoſt. in ſumma. de fide iu. §. & quib. ſub §. inutiliter. ver. idem eſt. Io. An. poſt Archi. tenet hic contrariũ in caſu huius. c. cũ hęc litera indiſtinctè loquatur. pro hoc adducit no. per eũ. ſ. de emp. & ven. c. pe. ſup gl. fi. Ego remitto ad not. per Bar. in ſimili in l. ſciendũ. de ver. obl. & dixi ĩ c. ſi diligẽti. de fo. cõp. ¶ Scdò qro. Iurauit debitor nõ ꝓbare debiti ſolutionẽ, niſi ꝓinſtrum redditũ. an poterit aliter probare, puta per teſtes? Io. An. remittit ad no. ĩ Spe. de prob. §. fi. ver. ſed pone q̃ in inſtro. vbi dicit, q̃ poterit probare aliter, non obſtante tali pacto. ¶ Tertiò quęrit ipſe. Filius debitori patris fecit pactum de non petendo: an eo mortuo poſsit repetere? remittit ad Spe. de pactis. ad fi. intellige qõnem, qñ filius ſucceſsit patri. Nam quia tale pactum fuit inutile à prin. non videtur nocere dicto filio paciſcenti. in cõtrariũ facit; quia qñque ius ſuperueniens venditori proderit emptori, vt l. ſi alienã. ff. de act. emp. de materia (quia lõga eſt) vide per Bar. in l. cũ prædiũ. ff. de vſuris. ¶ Vltimò aduertẽdũ; quia hoc c. excludit filiã dotatã à ſucceſsiõe paterna pp pcñ iuro firmatũ. ſed per Italiã cõiter ſunt ſtatuta diſponẽtia, q̃ filia dotata, ſtantib. maſculis, non ſuccedat. ſup pcõ igitur, de quo hic, & ſuper dcis ſtatutis oriuntur dubia, quid iuris in caſu huius c. ſi nullus filius ſupereſt, vel alij deſcendentes, vtrũ alij conſanguinei patris excludant filiã pp talem renunciationem? Item quid iuris, ſi filia viuo patre deceſſerit, relictis filijs: an iſti ſuccedant auo; ita q̃ iſta matris renunciatio nõ ſit eis nociua? iſtæ & alię quęſtiones occurrunt, quas non proſequor pro modo, vt procedam in lectura.

ADDITIO.

a ¶ Iuramentum. Adde. 22. q. 4. per totum, niſi eſſet contra bonos mores. l. qđ eis & ibi Bar. C. de nup. c. non eſt obligatorius. de reg iur. in 6. & ibi Dyn. & dominus meus D. Boe. Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de indeic. & in l. ſi qs in glin⁹. §. fi. & ibi Bart. de leg. 1. Bar. in l. pactum. & in Auth. ſacramenta. C. ſi aduer. vend.

SVMMAE.

1 *Conſtitutio c. quia. de pactis. includit omnes mendicantes.*
2 *Religioſi puritatem in ſuis actibus obſeruare debent.*
3 *Mendicantes dicuntur habere ſuperiores.*

CAP. III.

QVia ex. Primò ponit pactum. ſecundò illud decidit, ibi [nos his.] † Not. q̃ hæc
1 conſtitutio complectitur, & includit omnes mendicantes. Sed dices, cum mendicantes, & maximè minores nõ poſsiut proprium poſsidere in ſingulari, nec in cõmuni, nec ſe iudiciorum ſtrepitibus immiſcere, vt in Clement. exiui. de verbor. ſignifica. ſuper quibus ergo rebus dices cum eis inita iſta pacta, cum non cadat obligatio in perſonis eorum? dic, quòd quædam ſunt eis à iure reſeruata: vt ius funerandi, confeſsiones audiẽdi, eccleſias poſsidendi. ſuper iſtis igitur reſeruatis valent pacta inita inter eos, & illos, quorum intereſt: ſicut ſerui, monachi, & alij incapaces pro iuribus reſeruatis eis poſſunt iudicis officium implorare, vt l. ſi victum. & ibi per Bar. ff. de reg. iur. Nam dictum officium ſæpe competit in locum deficientis actionis, vt l. Quintus. §. Põpo. ff. de an. leg. & no. Bar. de his fratribus minoribus. quòd poſſunt

possunt iudicis officium implorare pro legatis factis fratrib. in causam alimentorum,& idem in quolibet religioso,vt no. ipse in l.seruos ad custodiam.ff.de ali.& ci.lega. facit l.hæreditas.ff.de pet.hære.¶Secundò no.quòd dicit tex.[pacta cũ prælatis,Capitulis] &c. quia enim inter istos nulla ponit hic copula, arguit Archid.quòd in bonis non communibus ,,sed diuisis iter̃ platũ,& Capitulũ qliber possit pacisci,& ageꝛ ptã te sua. de quo remittit ad no.s̃.de rescri. c.edoceri. Ego alibi dixi,quòd punctus ponitur hic loco copulæ, vt no. in l. cum duobus. §.in coeunda. ff. pro so.hic verò multorum nominũ concubitus sine copula operatur perinde, ac si singuli ponerẽtur in diuersis orationibus,vt no. Bar. in simili in l. 1. ff. de his,qui no. infa.& sic bene colligitur ar.de quo supra. ¶Tertiò no.quòd ita quis tenetur ad obseruantiam promissorum per prædecessorem,sicut per se ipsum.concor.s̃. de solu.c.1., ponit hic Archi.differentias inter prędecessorem,antecessorem,decessorem,& similia nomina: quæ tamen sunt synonyma,& vnum ponitur pro reliquo,secundùm eum. ¶†Quartò no.quòd religiosi dũt puritatem in suis actibus obseruare in si.tex.loquitur de ecclesia, quòd cultrix', & auctrix iustitiæ non patitur contra iustitiam aliquid fieri,etiam semel, in alterum,priuatus verò semper obuiat iustitiæ, vt in 10.coll. de alie.feu.c.1.3.charta. ¶Sed no.quòd quando fit compositio,siue pactum cum Capitulo,vel conuentu, sufficit generaliter exprimere in instrumento. Capitulum, vel conuentus talis ecclesiæ sic fecit,etiam si non fuerint singuli singulatim expressi.contrarium no.Pe.in c.quantò.de his, quæ fi.à præla. vbi pro eo videtur casus.de hoc tangit Ioan. An.in c.vlti. s̃.e. tit.Bar.in simili distinguit. Nam quandoque tractatur de alienatione rei spectantis ad collegium, vel vniuersitatem: & tunc necesse est, quòd nomina scribantur, vt C.de vendi.re. ciui,vel si. lib. 10. Quandoque tractatur de aliis actibus: & tunc si collegium est magnum(vt populus ciuitatis,vel consilium magnum)tunc non est necesse,quòd nomina scribantur,vt d. c. si.debet tamen dici in instrumento, omnes fuisse præsentes: vel tot,quot faciant duas partes, vt l.qđ maior.ff. ad municipalẽ.Si autem collegium est paruum(puta anciano rum,vel priorum)& eorum nomina debent nominatim inseri, vt C. de legatio.l.fi.lib. 10. de hoc etiam Spec de syndico. §. 1. ver.Item opponitur. & ego dixi plenius in d.c. quantò. ¶Sextò no.quod dicit litera[de *suorum conuentuum*]&c.q̃ in pactis, & conuentionibus præsidentis collegio requiritur consilium,& consensus collegiatorum: licèt quædam iura requirere videantur consilium tantùm,de his quæ si à præla.c. nouit Quædam consensum,& subscriptionem,eo. tit. c. 1.& vltra prædicta illa iura exigunt episcopi auctoritatẽ, de qua in isto c. non fit mentio.dicit ergo, quòd quãdoq; tractatur de alienatione rerum inferioris ecclesiæ:& requiritur episcopi auctoritas,& consilium sui Capituli, vt d.c.nonit.Clericorum tamen alienantis ecclesiæ requiritur subscriptio, & consensus.12.q. 1.c.placuit.& ad hoc vide quod not.ĩ.de reb.ecclesiæ non alie.c. 1. Quandoque tractatur de alienatione rerum ecclesiæ cathedralis:& tunc canonicorum requiritur cõsilium,consensus,& subscriptio,vt d.c. 1.de his,quæ fi.à præla. vbi de hoc.de istis tamen nõ expedit plenius hic tractare; quia c.loquitur in mendicantibus, qui non possunt possidere proprium in communi. In compositionibus igitur, & pactis initis super iuribus reseruatis eisdem non magna requiritur solemnitas,sed sufficit illa,de qua hic.& ratio fortè,quare non ita exacta requiratur solẽnitas;quia nõ de magnis rebus transiguntꝝ componunt:sed super funeralibus, confessionibus,pœnitentiis,& aliis.non mirum ergo,si super minimis relaxetur iuris solẽnitas. 12.q.2.c. vltraneus, & l. scio.de rosti.in integ.cum simi.& ex hoc infero,quòd *compositio*,siue transactio abbatis cum Capitulo non sufficeret super re, quam nomine eccl. vẽdicaret, vt eam aliquo recepto tradat, cum contra eam agitur:vel dimittat aduersario, cum abbas agit; sicut in alienatione ; ita in compositione tali dico necessariam episcopi auctoritatem. 17. q. 3.c. in venditionib.& d.
3 c.placuit.& l.si ad dissoluendam.C.de prædi.minorũ. ¶†Septimò & vltimò no. quòd isti mendicantes habent suos superiores:& fratres prædicatores appellant eum magistrũ : minores ministrum:Augustiniani priorem; ideo ista tria hic ponuntur: & ipsorum auctoritas nõ requiritur in compositionibus initis per priores conuentuales, & Capitula : licèt sint eis subiecti.Quid dices in aliis.pone.Abbas, prior,vel plebanus habet iurisdictionem in prioratibus,& capellis:an in alienatione rerum talis prioratus, vel capellæ requiratur eorum auctoritas,vel episcopi?dic, vt in c.statuimus. de transac.vbi dixi.& Ioan. An, de priui. c. cum plantare.in glo.non solum.& Cle.1.de reb.eccle.non alie.

Rub. De procuratoribus.

SVMMAE.

1 *Laicus potest esse procurator in causis spiritualibus.*
2 *Inhabilis procurator an possit constitui ad constituendum habilem.*
3 *Procurator alium substituere non potest.*
4 *Procurator in rem suam ante litem contesta. alium potest substituere.*
5 *Dominus non potest dare potestatem alium substituendi.*
6 *Procurator ad negocia potest quandocunque alium substituere.*
7 *Procurator datus post litem contesta. an possit substituere.*

CAP. I.

ON indiscretè.Tres sunt partes, quæ patent.¶No.q̃ dicit[non indiscretè]à cõtrario enim si iudex admitteret personã inhabilem pro alio, diceretur indiscretè agi.nam debet ipsam ex officio repellere,etiam parte nõ opponente; puta in famẽ, excommunicatum, militem,& etiam principalem non idoneè comparentem, vt l.quos prohibet.ff.de postulando.& c.1.ĩ.de excep.& l.si filius.§. veterani.ff.eo.& c.cãm.de iudi.Et si dicatur.secundũ eũ hoc suppletur de facto qđ non pôt, vt dixi de postu.c.bonę.il.2.Dicas,q̃ ideo isto casu potest; quia ista inhabilitas subijcitur oculis eius,& constat de ipsa ipsi iudici vt iudici; ideo supplet tali casu,ar.l.nullum C.de testi. & s̃.de confes.c.2.Itẽ ad suũ officium spectat prouidere ,,ne iudicium suũ sit delusorium, vt dixi in d.c.causam.& quod no.in l.1.ff.de assess. ¶†Secundò no.q̃ laicus potest esse procurator in causis spiritualibus: & sic potest quis tractare nomine alieno , quod nõ pôt suo, vt c.decernimus. de iudi. sed contra,sicut iudeus non potest esse Christianis suo nomine, vt de iudeis.c.2. ita nec nomine alieno.54.dist.c.nulla.& in hęretico,qui nec pro se,nec q̃ alio potest beneficium impetrare,in c.2.ĩ.de hære.& in excõmunicato sicut non agit pro se,sic nec pro altero. de proba. c.post cessionem.ad hoc.s̃.de rescr.c.statutũ §.in nullo.Sol. ista est,via brocardica. ideo dic, & solue, vt in reg.potest qs. de re.iur.& in illa q.Cy.vtrum possit constitui † procurator
2 inhabilis(puta frater minor ad substituendum habilem) de qua per eum in l.quod quis. C. eo. & plenè in Cle. si religiosus.de procura.vide tamen quod no.in c.accedens. de præb. in no.vbi tangitur,an laicus possit recipere inuestituram beneficij nomine absentis.dicit tutius esse, quòd sit clericus, & sic seruatur.tangit & ibi,an habens gratiã cum beneficio acceptandi, possit ad acceptandum constituere laicum ? & ibi concludit,quòd sic,secundùm communem obseruantiam.& minimè sunt mutanda,&c.vt l.minimè. C.de legi. Sed dices, in casu huius c.& in alijs spiritualibus, in quibus admittitur procurator laicus,videtur malè dictum;quia per procuratorem non quæritur domino ipso iure, nisi mediante cessione, vt no.inc. quanquã. ĩ.eo. lib.de vsur.ante ergo, quàm cessio fiat,videtur spiritualis titulus radicatus in laicum:sed hoc est impos-

sibile,q̃ in eum cadat,vt in d.c.decernimus.& in d.gl. 3.Sol.dicit,quòd in iuribus inseparabilibus à persona procurator præbet nudum ministerium : & recta via quæritur domino absq; alia cessione,vt no.Bar. in l.posses. quoq;.ff. de ac qui.posses.dixi plenius in d.c.accedens.& hoc tetigi; quia vti
3 le pro intellectu illius c.¶†Tertiò not.in §.licèt autem,quòd ante lit. contesta. non potest procurator alium substituere. Idem dicas in tutore,& curatore,vt l. neque tutores.C.eo.& est ratio secundùm dominum meum ibi; quia procurator debet constitui à domino,& ab eo, qui *suo* iure potest in illo actu,de quo quæritur,vt ff.eo.l. 1.sed ante lit.contesta. isti nihil possunt illo iure. post litem verò contesta. sic : quia ex ea resultat quidam quasi contractus,vt l.3.§. idem scribit.ff. de peculio. ideò procurator tanquàm dominus illius quasi contractus potest alium substituere , vt l.quæcunque gerimus.ff. de actio.& obliga.Aduerte tamen,quia ista substitutio,quãdo procurator substituit iure suo , fit periculo procuratoris substituentis,si substitutus negligit,vel dolosè versetur,vt no. Innocen.in cap. 1.s̃.vt lit.non contesta.& hic Ioan. An.in nouella. dum dicit, quòd procurator constitutus ad negocia, potest alium substituere , & ille alium, & sic in infinitum , & vnus alteri tenebitur : sed tantum æstimabitur, quantum interest domini principalis constituentis , vt ff. de nego. gest.l. si,quis mandato Titij. hoc etiam tenet dominus meus in d.l. quod quis.alleg.l.cum plures. §. feruum. in fin.ff.locati. Ego pro hoc in fin.allego l.solet.in fin.ff.de testa.tutela. vbi coadiutor constituitur periculo tutoris , vt l. si procuratorem.§.si
4 tutores.ff.mand.ibi[non *sunt igitur* excusandi]&c.¶†Quartò not.quòd procurator in rem suam potest alium substituere ante lit. contesta. & ratio , quia agit ad vtilitatem suam,& suo iure potest in actu,de quo agitur,vt l.illud.C.de donatio. ideo cessat ratio,de qua s̃.in proxi.not.& hinc est, quòd talis impropriè dicitur procurator:quia non administrat negocia aliena,sed propria,vt not.in l.1.ff.eod.& Cyn.C.eo.in rub.& per hoc potest argui,quòd procurator rei,qui satisdedit,possit ante litem contesta.substituere alium,arg.l. Titius.ff.eod. nam in eo fit executio,vt l.Plautius.ff. eod. de quo in Specul. de procura.§.1.ver.sed nunquid defensor.Item si est quæstio super procuratorio,& non super negocio principali,similiter quòd ante lit. contesta. possit procurator alium substituere: quia quęstio mandati reputatur propria ipsius procuratoris, vt no.in Spe.de procu.§.ratione.ver. porro restat. duas remis
5 siones ad Spe.sup p̃dictis dat dñs meus in d.l.qđ qs.¶†Quintò no.q̃ pôt dñs dare procuratori suo pcãte aliũ substituẽdi, ẽt incertũ: nã de certo substituendo nõ videbat tanta dubitatio;quia tũc noiatus à procuratore,à dño noiatus vĩ, vt in gl. tunc.n.&c.de condi.insti.l.institutio talis.& no.in l.1.ff. eod. Sed idẽ hic decidit̃ de incerto:nã attento fine, nõ pôt dici incerta dispositio,posteꝙ est per aliũ declarãda. ff.de ma.vin.l.supu.& l.vnũ ex familia.ff.de le.2.& l.Theopõp°.ff.de dote ple. Contra hoc tñ op.glo.antepe.& solue,vt in ea.Iac.de Are.solu it aliter.dicit enim distinguendum in modo faciendi procuratorem.Nam aut constituit cum potestate substituẽdi: & valet,vt dixi;quia vĩ per dñm substitut°. si autem dicat: facio te procuratorẽ,& quęcunq; feceris postea:& non valet substitutio,vt l.dũmodo.& l.tutor incertus.ff.eod.& ita refert Cy.Ia. tenere in d.l.quod quis.& legitur tex. in constitutione procuratoris.ad substituendum alium,etiã incertum.¶Sed nũquid idem est in testatore , vt possit alij cõmittere electionẽ cõmissariorum?Refert hic Io.An.in nouel. Lãbertinũ de Rãpo. disputasse,q̃ non,illa ratione; quia actus morientiũ non debet esse in suspenso,vt l.tutor incertus.ff.de testa.tu.& Cõia prædio.l.fi.facit ad hoc,l.nulli.C.de epi.& cle.& in Auth.de ecc. le.ti.§.si aũt ,p redẽptione, noiationẽ aũt pauperũ vĩ q̃ testator possit cõmittere suo fideicõmissario,& ille poterit cõmittere noiationẽ,cui voluerit,vt no.Io.An.ĩ.de testa.c.si pr̃.sup
6 gl.licèt certa.scdm Lap.¶†Sextò.& vl.no. q̃ procurator ad negocia põt qñcunq; aliũ substituere:& quare magis iste,q̃ pro curator ad iudicia,Cy.tangit in d.l.qđ quis.D.Bal. reddit ibi multas rõnes:sed illa videt efficacior;quia negociũ extraiudiciũ sumit originẽ ī personã ministri , & per eũ trãsit ad dñm, vt l. quæcũq; gerimus.de act. & ob.vnde in factis ipse procurator est dñs,quò ad originẽ facti:secus in iudicijs;quia oẽ iudicium fundat̃ in personã dñi, & postea trãsfundit̃ in procu
6 cur. ideo hic non prosequor. † Quandoque opponitur exceptio procuratoria ratione formæ: & tunc si est talis defectus in forma, qui non redderet mandatum nullum: & potest semper opponi. Si verò redderet mandatum nullum (puta cum est factus procurator tantum ad agendum) & tunc debet opponi ante lit. contest. sicut aliæ exceptiones procuratoriæ. & illa distinctio, quibusdam additis, est Bar. in d. §. rati. ¶ Vltimò quia hic in fi. fit differentia inter iudicia & negocia, quid de negocio inito, siue quod debet coram iudice explicari sine figura iudicij? Spe. tangit in procuratore constituto ad pe tendum interpositionem decreti super venditione rei minoris: & tenet, quòd accedat ille actus ad naturam iudicij; quia exigit causæ cognitionem, vt l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eo. & ita not. in tit. de procur. §. 1. ver. quid ergo si. & credo hic vnum. nam decretum illud non potest interponi super tali alienatione die feriato ratione prædicta, quia. s. requirit causæ cognitionem, vt l. actus. C. de fer. p Cy. si autem aliud à iudice, non in figura iudicij, impetratur, fortè talis actus accedit magis ad naturam actus extraiudicialis, quàm iudicialis; postquàm non est ibi figura iudicij necessaria. ¶ Vltimò aduertendum ad id, quod dixi de exceptione procuratoria: tu non es procurator, &c. quòd quando est de ipsa cognitū, & super ea pronunciatum, vel non, sed præstita cautio rati (quod non potest vltra opponi) vtrum id sit verum in præiudicium domini absentis, qui nō interfuit in prędicta lite? Cy. variat in prælle. l. licèt. C. eo. tit. vbi in. 4. q. tenet, quòd non, per l. cum non iusto. ff. de collu. det. Non ob. l. 1. §. Pomponius. ff. quod falsò tu. au. quia dare tutorem, vel curatorē est in iudicis potestate: ideo eius procuratio, & decretum super hoc habet effectum produ ctum: sed dare, vel creare procuratorem, non est in eius potestate: ideo eius sententia non potest inducere, nec procuratorem facere, qui non est. ibi postea in se. q. dicit, quòd si propositis exceptionibus pronunciat, quòd eis non obstantibus, admittatur: quòd præiudicat talis sententia, vt d. l. fi. de fi. instr. Idem Cy. cum examinat quæstionem, an mandatum procuratoris possit probari per testes. & an præiudicabit domino talis probatio facta inter ipsum, qui se procuratorem asserit, & aduersarium, qui hoc negat. & quidam, quòd sic, sicut præiudicaret probatio facta per literas, & instrumentum. Cy. non audet hoc firmare per illam reg. inter alios acta &c. quod dic, vt per eum plenè in l. 1. C. eo. in 6. q. vtrùm autem sententia præiudicet ipsi procuratori, si postea detegatur, ipsum non habere mandatum? dic, vt no. in d. l. licèt. & l. si expressim. de ap. & Bar. sentit, quòd sibi præiudicet, postquàm se liti obtulit alienæ in c. mandato. s. eo. nam alibi dicit Bar. quando procur. promittit aliquid procuratorio nomine, saltem ad hoc est obligatus vt se procur. doceat, vt l. 1. C. credi. euic. pig. non de. vel tenetur ad hoc, quòd dominus ratum habeat, vt l. si procur. falso. de condi. ob cau. & hic no. Bar. in l. si procur. qui pro euictione. ff. eod.

ADDITIO.

a ¶ Procurator. Adde Spe. in tit. de procur. §. 1. ver. pen. Cardin. in Cle. 2. de procura.

SVMMAE.

1 *Procuratores plures quis constituere potest.*
2 *Procuratores plures insolidum constitui possunt.*
3 *Conditio occupantis dicitur esse melior.*
4 *Occupatio per quæ attentatur.*
5 *Iudicij instantia pluries est ambulatoria.*
6 *Procuratores plures quando dati sunt, an vnus contra alium agere possit.*

CAP. VI.

SI duo. Diuiditur in duas partes. prima loquitur in duobus procuratoribus datis simul, vel insolidum in causis prophanis. secũda loquitur in datis in
1 causis electionum, ibi [sanè.] ¶ † Not. q̃ potest quis plures procur. constituere. & sic in eadem causa possunt interuenire plures defensores, & etiam plures agere nomine alieno, qđ non est verum indistinctè; & ideo dic, vt no. in l. non tantum. §. si tamen plures. ff. iudi. fol. & l. omnium. ff. eo. & l. ne in plures. de exercitor. Veritas enim est, q̃ ex parte rei defensio nõ põt diuidi in plures, quando quis conuenitur vna actione; secus si pluribus: sed ex parte actoris bene potest in plures diuidi: nisi natura negotij exigat, quòd per vnum agatur, vt l. quod si nolit. §. q̃ si plures. ff. de ædil. edic. & per Barto. in d. §. si tamen plures. vbi etiam quid iuris de pluribus hæredibus, an cogantur per vnum se defendere. dic vt ibi. ¶ Secundò no. quòd plures procur. simpliciter constituti non videntur constituti insolidum, sed pro parte; ita q̃ vnus sine altero nihil potest. Idem in iudicibus, & arbitris, de offi. deleg. c. prudentiam. & de arbi. c. 2. In tutoribus dicit secus, vt l. si plures. ff. de admini. tut. in executoribus testamentorum dic, vt in dicto titu. cap. fina. In principalibus verò personis (puta reis debendi, vel credendi) vtrum insolidum, vel ꝑ parte concernat eos obligatio, & actio. dic, vt no. in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duo. reis. ¶ † Tertiò no. q̃ plures procu. põt constitui insolidum, & secundùm Io. An. non est vis, vtrũ per istud verbum, insolidum, vel per aliud, quod importet idem,
2 fiat constitutio, vt ff. e. l. de offi. dele. c. cum plures. ¶ † Quartò no. q̃ melior est conditio occupantis in pluribus constitutis insolidum; & ideò dicitur melior; quia occupanti ita placet: aliàs graue est, & onerosum agere, vt no. ff. eo. l. pluribus.
3 bonum tamen, & lucrum etiam censetur, adimplere suã voluntatem, vt no. in l. pe. ff. de condi. ob causam. ¶ † Quintò no. per quæ attentatur occupatio, siue præuentio; quia per litis contest. vt hic, alibi dicitur, q̃ per citationem, vt c. pen. de
4 for. comp. Alibi dicitur, q̃ per sententiam, vt in glo. tunc &c. Super qua Io. An. distinguit in nouel. Sed tu distingue pleni', vt no. Bar. & post eum Doct. in l. si pluribus. de leg. 1. & dicas sic. aut tractatur de prꝰoccupatione officij: & tunc aut officium est vniforme in qualibet sui parte, vt iurisdictio, & præuentio, quæ inducitur per citationem, vt d. c. pe. & l. si q̃s postea. ff. de iudi. aut per lit. contest. vt hic. Quandoq; tractatur de præoccupatione in ordine procedendi. & ille dicitur prꝰoccupare, qui primò dedit libellum, vt l. qui prior. & l. in tribus. de iudi. Quandoq; tractatur de præoccupatione ẽt effectus eius, de quo agitur: & tunc aut plures agunt ad idẽ, aut ad diuersa. Si ad idem, aut ex eadem causa, aut ex diuersa. Si ex eadem, aut nõ est possibile illas causas duas esse simul veras: & tunc ille dicitur præoccupasse, qui prius venit ad sentẽtiam; exẽplum in duob. vendicãtib. eãdem rem ratione q̃uij, vt l. si is à quo. ff. de rei vend. & l. pe. de pet. here. Si verò põt esse simul veræ illę duæ causæ, & sunt: & tunc aut habuerunt originem eodem tempore: & ille dicitur præoccupasse, qui prævenit ad contestationem, vt l. si pluribus. de lega. 1. & l. si ex duobus. de duo. reis. & l. si fideicommissa. §. inter. de leg. 3. Si verò non habuerunt originem eodem tempore: & tunc ille dr̃ prius occupasse, qui prius habet ius petendi, vt l. in operis. ff. eo. ca. Si verò non petitur idem, sed diuersum, vel ex diuersis causis: tunc per lit. contest. nemo potest dici prꝰoccupare; quia cuiuslibet petitio tendit ad diuersa: Sed oportet, q̃ deueniatur ad sentẽtiam, quæ est causa immediata executionis: & ille per executionem prꝰoccupasse dicitur, vt l. si quis à multis. de noxa. & l. si vero. ff. de pecu. Et ista est distinctio pro maiori parte Bar. in d. l. si pluribus. vbi do. meus inducit prædicta ad q. Quidam hæreticus de Marchia stetit Bonoñ. per 10. vel 20. annos; inquisitor de Bononia cæpit contra eũ inquirere, & litẽ contestari: postea incæpit inquisitor de Marchia, & præparauit se; ita q̃ prius tulit sententiam, q̃ inquisitor de Bononia. & hoc fecit propter bona. quæritur igitur, ad quem pertineant? D. Dyn. dixit, q̃ ad eum, qui prævenit per sententiam, vt d. c. pe. de for. comp. & l. si quis postea. de iudi. alijs etiam rationibus hoc ibi approbat. idem Do. & D. Bal. ¶ Sextò no. in ver. nisi dictum. q̃ non sit melior conditio occupantis. nõ enim operatur in totum, quod verbum sonat. nam præventio locum habet ad exclusionem alterius, illo, q̃ prævenit, præsente. Sed eo negligente non valente: prævenꝰtus exercitium sibi vendicat sub eisdem modis, & conditionibus, quibus ille impeditus, vel negligens sibi occupauerat. Ex quo patet, q̃ nullo casu sunt simul admittendi plures procur. insolidum ad agendum, vel defendendum: posset. n. propter talem cõcursum negocium intricari, vt ff. §. fanè. & d. §.
5 sit tamen plures. vbi Bar. ¶ † Septimò not. q̃ instantia iudicij pluries est ambulatoria de vno in alterum. Et collige secundùm Guil. & Iac. Bu. q̃ multiplex potest esse ista mutatio. aut enim mutatur res causa agendi, vel actio: & habet locum l. cũ quærebatur. in fi. ff. iudi. fol. Aut mutatur iudex. i. non adiit ille iudex, cuius respectu fuit stipulatio interposita: & tunc habet locum l. 3. ff. iudi. fol. Aut mutatur iude x ex vi appellationis interpositæ: & habet locum l. cum apud Sempronium. eo. tit. Aut mutatur persona litigatoris, quæ non fingitur eadem cũ prima: & loquitur l. 1. in fi. ff. quib. mod. pignus vel hypo. sol. Si verò fingitur eadem cum prima: & habet locum l. si cum hominem. ff. de fideiuss. & quod dixi in c. quia. de iudi. Sed si p̃ sona non mutatur; sed superuenit mandatum non habenti: & loquitur l. Iulia. ff. qui satisd. cogan. in istis omnibus mẽbris dubitari potest, si fuit prestita cautio, siue satisdatio in iudi. & cõtingat ista mutatio altero ex prædictis, an fideiussores dati teneantur? & pone exemplum in casu huius c. si procurator, q̃ occupauit, satisdedit, vt dixi: deinde eo impedito, vel negligẽte, alius comprocurator insolidum superuenit: an fideiussores dati per primum tenebuntur in isto iudicio sic translato in alterum? Bart. format q. in procuratore, qui post satisdationẽ per eum præstitam alium substituit: an extinguetur satisdatio? & distinguit; quia aut substituit alium ex vigore mandati sibi facti de substituendo: & tunc iste videtur substitutus à domino, vt l. 1. ff. eo. & ideò sicut mutatione personæ vnĩ' pro curatoris extinguitur satisdatio, ita hic. Sed si procurator substituit eum ex virtute iuris sibi quæsiti per lit. contest. tũc nõ extinguitur: sicut quando reus satisdedit pro seipso, & ipse idem dedit procuratorem. & ex hoc infert ipse in casu huius ca. q̃ si lis fuit cæpta per vnum ex procuratoribus datis insolidum: si facta mutatione, de qua in tex. causa fuerit per alium terminata, extinguitur illa fideiussorum datio; quia procurator superueniens est datus à domino, nõ à procuratore: ideò satisdandum est pro illo superuenienti. & ita ipse no. in l. si añ acceptum. ad fi. ff. iudi. sol. quod dictum no. pro intellectu huius. c. ¶ Septimò etiam subtiliter loquitur de ista mutatione, an possit fieri inuito aduersario: & quot modis contingant, & durent, vel extinguantur satisdationes factæ tali mutatione, ibi plenius vide. ¶ † Quæro, quando dati sunt procuratores,
6 an vnus contra alium possit agere in eo, in quo est dominus obligatus? Gl. pe. ff. c. proxi. loquens de duobus procuratoribus oĩm rerum, dicit, q̃ vnus non potest exigere ab alio sine speciali mandato: pro quo est casus in l. qui proprio. §. fi. ff. eo. Sed lex ibi se. dicit contrariũ. s. q̃ hoc ponit gl. in d. §. fi. soluit dictum contrarium multis, & primò, q̃ illa l. se. intelligitur

gitur secundùm precedentem. §. s. q̃ loquatur, cum habet speciale mandatum. Alij distinguunt; quia aut est procurator ad exigendum debita: & loquitur ille. §. fi. Aut est procurator omnium bonorum: & loquitur l. se. & est ratio differentiæ; qa in procuratore ad exigendum non videtur alicui ex eis mandatũ, q̃ à seipso exigat; quia exigere est ab iuito extorquere, vt l. 11. §. scire. de le. 3. & nemo seipsum cogit, vt l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Treb. Secus in procuratore omnium rerum: ibi enim videtur tacitè mandatum, vt soluat dño id, qđ debet; ideo illud denoluitur in actione mandati: sicut debitum, in quo tutor tenetur pupillo, vt l. quotiens. ff. de admin. tut. & hac ratione secus dicendum esset in speciali mandato, in quo non venit, vt sibi soluat, vel à se exigat, quod domino debet; & ideo alter agat, vt l. si verò non remunerãdi. §. apud Iulianum. ff. mandati. ¶ Tertia so. est, quòd in l. se. fuit administratio diuisa; ideo agit vnus contra alium; quia non cõcurrunt mandata circa idem, vt vult ille §. Istæ sunt sol. glos. ibi, quam approbat Bar. & addit, q̃ prædicta non habent locum in duobus procuratoribus non datis insolidum; quia in ipsis vnus sine alio nil potest, vt hic. & l. pluribus. ff. eod. Item non habet locum, si vnus datus fuit post alium; quia tunc primus reuocatus videtur per dationem secundi, vt not. hic in glo. 2. Habent ergo, secundùm eum, locum quæ dicta sunt, qñ duo fuerunt dati insolidum: vel fuit datus secundus non animo reuocandi primum. Sed tũc op. & dices, q̃ sunt dati insolidum; ergo vnus potest exigere ab alio indistinctè, sicut in tutorib. vt no. in l. 2, C. de diui. tu. so. aliud in tutore, vt ibi, aliud in procu. vt hic. ratio differentiæ est; quia ibi principalis deficit, qui cõtra alterũ agat. ideò lex supplet, dando potestatem exigẽdi contutori: sed in pluribus proc. reprobatur principalis p̃sona. i. dominus, qui contra alterum ex procu. debitorem suũ potest sibi prouidere; & ideo videtur hæc alteri non demandasse. nam, vt dicit gl. asinus intumescit, cum videt se per comparem apprehendi, vt no. in l. per seruum. ff. de acquir. hered. ¶ Et ex hoc infert, q̃ si dati sunt duo executores vniuersales in testamento, vnus contra alterum ex eis debitorem defuncti potest agere: in istis tamen est alia ratio; quia cũ vnus non vult exequi, alius habet potestatem in totum, vt in c. fi. de testa. Si ergo ille, qui est debitor, sibi, vel socio non soluit: appa
1 ret q̃ non vult exequi; ideo alius in totum potest petere. ¶ Vt igitur ista materia liqueat tibi: vtrum plurib. procu. simul datis, vnus possit contra alium agere, sic distingue. Aut sunt dati ad diuersa: & vnus potest agere contra aliũ in his, quæ spectãt ad suam administrationem, vt ff. in 3. so. Aut sunt dati ad idem: & tunc aut non est dictum, vel subintellectum, insolidum: & non potest vnus sine alio aliquid facere, vt d. l. pluribus. & hic. Aut fuit dictum, vel subintellectum, insolidum: & tunc aut fuit mandatum ad exigendum tantùm: & vnus potest ab alio exigere, vt in 2. so. prædictorum. Aut fuit mandatum vniuersale: & tunc aut supereſt persona mandãtis, q̃ põt sibi prouidere: & vnus non potest agere contra alium, nisi habeat speciale mandatum, vt d. l. qui proprio. §. fi. aut non supereſt persona mandãtis: & tunc vnus potest contra aliũ agere, vt l. si plures. de admi. tu. & no. in d. l. 2. de diui. tu. & ex hac distinctione apparet verum consuluisse do. Fed. de Senis. cõs. 175. Refert Lap. ff. eo. c. qui ad agendum. q̃ si sunt plures p̃cu. dati insolidũ ad petẽdum, exigendum, & recipiendum de bita præsentia & futura: quòd vnus potest exigere ab alio comprocuratore debita post constitutionem contracta, alle. d. l. 2. de diui. tu. & rationem d. §. fi. & d. l. qui duos. in fi. ff. eo. & l. 1. §. vsuras. eo. tit. & per istam distinctionem sit istud c. expeditum, exceptis glo. ad quas venio succinctè.

SVMMAE.

1 *Lacens an videatur consentire.*
2 *Depositum apud amicos communiter fieri solet.*
3 *Dissentiens semel, postea consentire potest.*

CAP. VII.

LIcèt. No. q̃ absens constitutus ab alio procuratore; nisi post mandatum susceptum recusẽt officium, acceptare, videtur. de quo est hodie casus in Cle.
1 2. ff. eo. pñs verò si constituat, an, si † tacet, a videatur consen
a tire. Io. An. q̃ non, per l. filius. §. inuitus. ff. eo. Cy. dicit hoc verum, cum constituitur extraneus, qui tacendo non videt consentire, sed potius dissentire, vel deridere. Si verò constituitur coniuncta persona, eius taciturnitas habetur pro consensu, & hoc ratione coniunctionis. ff. de do. inter vir. & vxo. l. si seruꝰ. & idem dicit econuerso ex parte constituentis: pone. quidã me põte agit in causa mea: certè inter me, & ipsum rõne conuentionis videor consentire, secundùm Ia. de Ra. Idem si est multum amicus, secundùm Pet. quod est notandum ad vnũ
2 secundùm Cy. † Nam depositũ solet fieri communiter apud amicos. Modò pone, q̃ socius in camera socij, socio põte, & non contradicente, dimittit librum suum; nunquid vr̃ cõsentire, vt depositi teneatur? videtur q̃ non; quia contractus depositi innititur cõsensu, & iste non consensit, ergo &c. vt l. 1. §. adeo. ff. de pac. ipse tenet contrarium: nam propter amicitiam verisimile est, q̃ velit. sicut enim propter cõuentionem; ita tenetur quis ratiõe amicitiæ naturaliter amici negotia expedire. ff. mandati. l. pe. §. Lucius. & ipse no. ita in l. inuitus. C. eod. tit. vbi pulchrè per eum de illo generali, an taciturnitas habeatur pro consensu. & per Bar. in l. qui dotis. so. ma. & di
3 cam in d. Cle. 1. ¶ † Secundò no. q̃ qui semel dissentit, põt postea cõsentire ante mutationem voluntaris illius, qui ad eum misit nuncium, vel epistolam, vtrum hoc sit verum in omnib. contractibus, qui perficiuntur consensu inter absentes? de quibus in l. consensu. de actio. & obli. videtur q̃ sic; quia ille text. loquitur in contractu mandati, qui oritur ex consensu adhibito in transmissione procuratorij, vt d. Clem. 1. ergo idem in alijs eiusdem similitudinis, & naturæ, arg. l. illud. ad leg. Aql. Præterea in obligationibus, quæ contrahuntur inter absentes post nuncij missionem ad impediendum obligationẽ nasci, oportet vnius consensum alteri intimari, vt in Cle. 1. de regu. ante ergo intimationem dissensus potest qui dissensit, cõsentire, & no. hunc articulum per alium hic notatum. ¶ Opponit gl. fi. de l. 1. § qui semel. de suc. edic. soluit, q̃ ibi ius repudiatum denoluebatur ad alium, hic ad nullum. Idem ergo esset hic, si in defectum primi repudiantis denoluereꝰ ad alium procuratoris officium, secundùm glo. quæ idem dicit in electo; vt post dissensum consentire valeat, si persistant electores in eadem voluntate. intellige tamen, q̃ dissensum reuocet infra tempus iuris. de quo ff. eo. lib. de elect. c. q̃ sit. facit quod no. Io. An. in c. si tibi absenti. ff. de præb. vbi ponit q. in prouiso. hic verò in electo. Idem hic dicit in iudice delegato, & multò fortius, cum ipsius officium sit necessariũ. de rescrip. c. fisicatus. & de offi. præsi. l. legatus. ¶ Opponitur extra gl. & Doct. iste tex. innuit, q̃ officium procuratoris sit vo lũtarium à prin. dum relinquit in sua potestate acceptare, vel non. Sed contra, immo videtur necessarium; quia est munus publicum, vt l. seruum quoque. §. publicè. ff. eo. So. vt not. Cy. in l. inuitus. C. eo. ti. vbi dicit, q̃ triplex est munus publicum: quædã, n. sunt publica auctoritate, & vtilitate, vt officia publica magistratuum, vt l. 1. §. ius publicum. ff. de iust. & iur. & ista suscipiuntur ab inuitis, vt c. pastoralis. de offi. deleg. l. munerum. §. iudicandi. de mune. & hono. Quædam sunt publica auctoritate, sed vtilitate priuata, vt tutelæ, & curæ. & idem, vt in l. 1. in prin. ff. de admi. tut. Quædam econuerso sunt publica vtilitate, sed auctoritate priuata, vt officia procuratorum: & ad ista nullus à principio inuitus cogitur, vt d. l. inuit'. post susceptum autem an cogatur, dicam in d. Cle. 1. vbi de hoc. ¶ Quæro. pluribus procuratoribus succesiuè datis, vt dicit gloss. primus acceptauit, & re integra decesit: an sequens poterit acceptare? videtur, q̃ sic; quia non videtur acceptasse, postquàm non duravit, vt l. 1. §. versum. ff. de in rem verso. dic,

so, dic, vt notat Cynus. in l. post aditam. C. de impu. & alijs subtitu.

ADDITIO.

a ¶ Tacet. Adde Bar. & Pe. de Su. in l. 1. C. de rela. Raph. & Pet. de Su. in l. 3. C. quomodo. & quando in. Lanfr. in tracta. de ar. 1. parte. Bar. in l. ne in arbitris. C. de arb. Bart. Cepo. in cau. 168. Ale. in l. 1. de verb. obl. Dyn. in reg. qui tacet. & ibi do. meus domi. Boerij, & post eum Do. Diffutus. vbi subtiliter tractauit materiam, licèt aliqui eo minores doctrinæ eius nõ applaudant.

SVMMAE.

1 *Procuratoris officium ad tempus suspendi potest.*
2 *Procurator ad tempus an posit constitui.*
3 *Differentia inter actum domini voluntarium, & necessarium.*
4 *Præsumptio vna aliam dicitur tollere.*
5 *Procurator impeditus an teneatur alium procuratorem substituere.*

CAP. VIII.

SIquem. Ponit quæstionem, quam distinguendo soluit. secũdum membrum, ibi [secus.] & ad decisionem secundi membri excipit plures casus,
1 ibi [nisi.] ¶† Not. q officium procuratoris potest ad voluntatem constituentis ad tempus suspendi: & tunc est procurator illo tempore absq; exercitio. sic in iudice, qui q̃q; habet iurisdictionem, sed ligatam, vt in c. pastoralis. s̃. de rescrip. & circa hoc vide l. Titius. ff. de excu. tuto. vbi de dictione, donec, & quousque: quę dictiones non inducunt conditionem perpetuò extinctiuam, sed suspensiuam. Sicut hic dicitur de dictione, quotiens. Aliud est enim ad tẽpus suspendere: aliud tollere, vt no. Inn. in c. cum inter. de consue. & l. 4. §. si per interualla. ff. de seruit. Et per ista dico, q̃ si procurator cõstitutus (vt hic dicitur) fuit litem contestatus, domino absente, tãdem reuersus tractauit causam per seipsum: si iterum eo absente procurator causam reassumpsit, non potest contra eum opponi exceptio procuratoria; quæ proponi posset, si tanq̃ nouus procurator accederet, vt l. Pompo. §. rati. ff. eo. coniuncta l. 2. C. de consor. e. litis. & hoc innuit iste tex. dum dicit
2 [quinimo idem procurator] &c. ¶† Vtrum autem posit cõstitui procurator ad tempus; puta vsque ad annum. vide in Spe. de procur. §. ratione autem formæ. ver. quid si mandatũ. ¶ Secundò no. tacitam reuocationem procuratoris simpliciter constituti; cum. s. dominus tractat causam voluntariè per seipsum: de hac reuocatione tacita & expressa dixi. s̃. eod. c.
3 quamuis. ¶† Tertiò no. differentiam inter actũ domini voluntarium, & necessarium quò ad reuocationem procuratoris. nam voluntarius actus inducit tacitam reuocationem, nõ necessarius: similiter in tacita reuocatione legati distinguit inter voluntariam, & necessariam alienationem rei legatæ, ff. de leg. 3. l. 11. §. si rem. facit l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satis. cogan. Inducitur etiam tacita procuratoris reuocatio, si mutauit mores; puta quia est effectus prodigus, ribald⁹, vt no. Bar. in l. sicut Cornelius. de solu. & dixi in c. nulli. s̃. eo.
4 lib. de elect. ¶† Quartò no. q̃ vna præsumptio tollit aliam. Nam præsumpta reuocatio per tractationem causæ tollitur per aliam; quia hoc facit ex necessitate. facit de præsumpt. c. literas. & de resti. in integ. l. diuus. ff. ¶ Quintò not. in fin. c. q̃ propter impedimentum contingens in personam procu. tenetur dominus venire ad causam necessariò per seipsum. Casus tamen contingens in personam procuratoris excusat dominum à contumacia, siue à pœna, vt c. significante. de pign. & l. cum à matribus. C. qui pe. tu. Ipsius aũt procuratoris negligentia, siue dolus an noceat domino. dic plenè, vt lit. non contesta. c. 1. in nouel. post Inn. & per Bar. in l. cum filius. de
5 verb. obl. ¶† Sed hic quæritur, an procurator impeditus teneatur alium procuratorem substituere ad causam suis expẽsis: vt sic non teneatur domino ad interesse ratione mandati: vel non posit domino imputari culpa, siue negligentia quò ad hoc. Inn. & post eum Io. An. tangunt hoc in d. ca. 1. & tenẽt secundùm quosdam, q̃ si procurator erat litem contestatus, teneatur ad hoc: si verò non, non teneatur necessariò: licèt posset sponte, si voluisset; quia habebat à domino hoc in mãdatis: non imputatur ergo domino, si hoc non facit; quia dare sibi illam potestatem fuit de gratia, non de necessitate. Alij tamen contra, vt ibi per eos. dominus autem impeditus an teneatur necessariò procuratorem mittere. dic, vt dixi post gl. s̃. eo. c. querelam. & c. cum dilecti. de do. & contu. ¶ Op. ad ver. secus. vbi dicitur, q̃ dominus post li. contest. per procuratorem, tractans causam per seipsum, videtur eum reuocare. contra, quod non potest fieri expressè, non potest fieri tacitè, vt l. qui ad certum. ff. loca. sed expressè non posset dicto casu eum reuocare, vt s̃. eo. c. 2. ergo nec tacitè. Sol. vt in glo. mag. quæ bene soluit: & idem tenet Archi. & dixi in d. c. 2. ¶ Quæro post Io. An. in nouel. si dominus peregre profecturus constituit procuratorem simpliciter, non adiecta ista clausula. [quotiens eum abesse] &c. si reuersus mandatum non reuocat expressè, & iterum se absentat: an duret mandatum primum? & q̃ non duret, alle. quia eo reuerso, finita est cã mandati: Sicut finito negocio, ꝓpter quod cõtracta fuit societas, vt ff. pro socio. l. actiones. §. item si alicuius. Si ergo est finita, non reuiuiscit per secundam peregrinationem, vt l. qui res. §. aream. ff. de solu. Sicut nec dos reuersa ad aliquem per diuortium intelligitur reintegrari, reintegrato matrimonio, vt l. insulam. §. fi. ff. sol. ma. In contrarium alle. quod dicitur de conductore, qui finito conductionis tempore remanet in conductione: intelligitur enim conductio renouata, vt l. item quæritur. §. fi. ff. loca. & non videtur veniſſe, qui non stetit. s̃. de iud. c. 1. & de acquir. posses. l. non videtur. cum si. tenuit Pileus disputando, q̃ peregrinatione finita, q̃ fuit causa mandati, expiret mandatũ, vt d. l. actione. ¶ Vtrũ verò reintegretur p se cũdã peregrinationem, distinguit; quia si statim discesit, nõ reintegretur: si moram traxit, & videns causam illum prosequ passus fuit, videtur tacitè renouasse, & confirmasse, vt C. de inoffi. test. l. 3. & dic de hac q. vt no. in l. qui mutuã. §. nõ ideo. ff. man. ¶ Extra quæro. dicitur in ver. vt si forsan. q̃ si emergat articulus, in quo dominus melius nouit veritatem, quàm procurator, debet dominus comparere. quæro ergo generaliter: vtrum posit aduersarius recusare comparitionem procuratoris, & petere, q̃ compareat principalis, tanquàm melior, vel legalior? Aduerte; quia materia est pulcrha, & habet principaliter duo membra. quandoq; recusatur ille, qui venit ex parte rei: quandoq; qui venit ex parte actoris. primo casu q̃ ex parte rei, aut sine mandato, aut cum mandato. Et si sine mandato, aut animo nouandi, aut animo defendendi suo periculo: quæ membra, & alia prosequere, vt distinxi in c. pastoralis. de iudi. vbi est materia. Econtrario quandoq;. s. com parente principali, petitur, q̃ compareat, non per se, sed per procuratorem. Nam hoc fieri debet, quando principalis p̃sona est indiscreta. Idem si sit in magna dignitate: ita q̃ p̃sentia sua posit videri horribilis aduersario, vt l. si. C. eod. & vide per Bar. in l. si. §. si actor male. ff. eo.

SVMMAE.

1 *Mandatum speciale requiritur ad matrimonium contrahendum.*
2 *Procuratore constituto ad renunciandum ex causa permutationis: an valeat renunciatio, & permutatio facta post reuocationem.*
3 *Nuncius priuati nunquam potest esse generalis.*

CAP. IX.

1 PRocurator. †No. q̃ ad matrimonium contrahendum requiritur speciale mandatum. multos alios casus enumerat glo. pe. in c. qui ad agendum. s̃. eo. Est tamen differẽtia inter hunc casum, & illos; quia in illis sufficit in genere exprimere tales casus, vt ibi dixi in 1. q. hic verò requiritur expressio nominatim, & specifica, vt no. hic in glo. sed nunquid. ver. sed quid dices. qui etiam dicit, q̃ ex p̃sis quibusdam de talibus casib. sub clausula generali non venit casus iste, q̃ posit matrimoniũ contrahere: & sic est alterius naturę hic casus, quàm alij, qui exigunt speciale mandatum, concor. ff. de acqui. here. l. si qs mihi

mihi bona. §. sed vtrum generaliter. & quod dixi in d. 1. q̃. ¶ Secundò no. in ver. & quamuis. casum, in quo procurator constitutus ad actum extraiudicialem alium nõ substituit. & hoc propter grauitatem negotij cõmissi, regulariter cõtra s̃. eo. c. 1. rationem etiam specialitatis assignat Io. An. in no. Nam multa procuratori suo dixit dominus viua voce cũ confidentia, quæ alij non dixisset: & natura negotij huius est per domesticos expediri, non per extraneos. non mirum ergo, si vbi fides, & industria eligitur, substitutio denegetur. c. fi. s̃. de offi. dele. sed contra hoc videtur casus in c. is cui. de offi. dele. s̃. eo. li. Nam post quàm persona, cum qua debet contrahi, est expressa, deputatus ad hoc potest alium substituere; quia nulla in hoc casu vertitur industria, vt ibi dicit tex. Solu. aliud in carnali, vt hic, aliud in spirituali, vt ibi: vbi tamen apparet, q̃ spirituale potest demandari contrahi cum persona incerta, carnale non, vt hic. Et sic ex illo c. coniuncto cum isto habes duas differentias inter carnale matrimonium contrahẽdum, & spirituale. Similiter de contracto dirimendo, de transl. epis. c. inter corporalia. vbi de hoc. ¶ Tertiò no. in §. sanè. casum specialem, in quo reuocatio procuratori non intimata, vel illi, cum quo debebat contrahere, impedit actum gerẽdum in spirituali matrimonio: secus in Cle. 1. de renun. quod c. loquitur, cum instituitur procurator ad renũciandum simpliciter, & sic ad dissoluendum vinculum spirituale contractum: procurator autem constitutus ad spirituale matrimonium cõtrahendum (puta ad eligendum, vel confirmandum electum) si
2 renouetur, reuocatione procuratori non intimata, an subsequẽs electio, vel cõfirmatio procuratoris erit inualida? Lap. hic, q̃ sic, q̃ dicit sic Pan. tenere ĩ d. Cle. 1. †Quid ergo dices ĩ procuratore constituto ad renunciandum ex causa permutationis: vtrum valeat renunciatio, & permutatio facta post reuocationem procuratoris sibi non intimatam? Quidã dicũt, q̃ nõ valet, sicut nec matrimonium carnale, vt hic. Lap. tenet contrarium. dicit enim, q̃ illa Cle. locum habet siue ad renunciandum simpliciter, prout dicit ille tex. siue ad renunciãdum ex causa permutationis fuerit procurator constitutus, & renocatus intimatione non facta. Nisi in casu, quo permutanti cum procuratore reuocatio fuisset nota. quo casu saltem quò ad illum, qui reuocationem sciuit, renunciatio, & permutatio esset nulla; quia in dolo fuit tacendo reuocationem sibi notã. & in his beneficialibus debet omnis dolus abesse. de ele. c. cũ dilecti. cum si. hic alle. per eum. Ex cuius dictis concluſiuè habes, q̃ reuocatio non intimata procuratori, impedit spiritua
le matrimonium contrahendum. Similiter hoc dicitur de carnali: nõ aũt impedit renunciationem facĩã simpliciter, vel ex causa permutationis: nisi illi reuocatio innotuerit, cum quo erat permutatio facienda. ¶ Opponitur, & vĩ, q̃ sola reuocatio nemini intimata non solum in casu huius c. sed in omnib. impediat actum gerendum, vt l. si pater. de manu. vindi. Sol. quandoq; quis contrahit per nuncium, vel epistolam: & tunc si ante horum pũtationem mittentem pẽniteat, obligatio impeditur, vt ibi. Qñq; quis contrahit per procuratorẽ, vel syndicum: & tunc ad impediendum obligationem contrahi, dẽt procuratori reuocatio intimari, vt no. in l. 1. §. fi. ff. de cõtrahen. emp. ¶ Vtrum etiam contrahenti sit intimanda? remittit Io. An. ad no. per eum de rescrip. c. ex parte decani. super gl. sed ĩ. ¶ Sed hic quæro de rõne differentiæ, quare magis ꝓ curatori, q̃ nuncio, est intimanda talis reuocatio? Rñ. q̃ a nuncius concipit verba in personam dñi. dicit. n. dñs meus mittit me ad te. & dicit, q̃ vult emere talem rem tuam, vt l. q. aũt. de consti. pecu. est igitur nuncius tanq̃ pica & organũ, p̃ quẽ dñs profert verba. deficiente ergo cõsensu domini tempore, quo profert verba, nuncius nil agit, etiam si non fuerit cercio ratus, licèt glo. in d. l. 1. §. fi. etiam in nuncio, vel epistola teneat contrarium. Sed cum dominus procuratorem cõstituit, facto ipsius procuratoris voluit obligari, & sic alterius ministerio. necesse est ergo illum, per quem consensum suũ transtulit, certiorari, vt ff. quod iussu. l. 1. Ex prædictis igitur habes differentiam inter nuncium, & procuratorem; quia nuncius in p̃sona domini, procurator in persona propria profert verba: & si aliter conciperet, non valeret actus, vt l. multum. C. si
3 quis alteri, vel sibi. vbi de hoc. † Et ex prædicta differẽtia infert Bar. q̃ nuncius priuati nũquam potest esse generalis; ita q̃ ex virtute illius generalis mandati descendat ad aliqua speialia: tunc enim non esset tanquàm organũ, postquàm aliud facit, vltra quàm dominus mandauerit, & hoc videtur velle tex. in l. 1. ff. eo. Ex hoc etiam infert Cy. in d. l. multum. q̃ idẽ, quod facit quis vt nuncius, non posset validari ratihabitione, si mandatum non præcesserit; quia tunc non potest dici organum domini. & vide quod de isto nuncio vltra prædicta not. Bar. in d. l. qui autem. §. constituere. vbi tangit, vtrum requiratur, q̃ persona nuncij sit idonea, sicut persona procuratoris. remittit ad no. per eum in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuca. in materia fictionis translatiuæ de persona ad personam. Advertе ad vnum verbum Io. An. in nouel. super glo. dicit. n. q̃ in casu huius c. procurator est quasi pica, minister, & organũ domini, vt l. & licèt. ff. de consti. pec. & no. in d. l, multum. hoc fortè dicit propter effectum, quem. s̃. dixi in c. 1. in 2. notabili. ver. si dices. & si hoc est verum, videtur, q̃ procur. in casu huius c. non debet concipere verba in persona sui, sed dñi, vt no. in summa de spon. §. qualiter cõtrahat. post prin. ¶ Quærit etiam in nouel. Nuncius portat literas ignarus ipsarũ continentiæ: mulier receptis literis, consentit: sed consensum suũ nulli intimauit. dicit, quòd non est matrimonium, nisi consensum intimauerit nuncio, & alteri. nam solus consensus non notificatus non facit matrimonium, alleg. no. per eum. s̃. de spon. cap. tuæ.

Rub. De his, quæ vi, metus ve causa fiunt.

SVMMAE.

1 *Absolutio violenter extorta licèt non teneat, tamen punitur qui violentiam intulit.*
2 *Metus excommunicationis comminatæ an sit censendus iustus.*
3 *Amissio rerum, quibus vita corporalis adimitur, inducit iustum metum.*

CAP. I.

ABSOLVTIONIS No. q̃ vis, & metus reddunt ipso iure nullam absolutionem à sua censuræ. Quid in excommunicatione per vim, vel metum extorta? Gl. quæ incipit. ipso iure. tenet, q̃ secus. de hoc 11. q. 3. c. iustum. & 25. q. 1. c. omne. Regula est enim, q̃ quæ vi, vel metu fiunt, valent, sed rescinduntur per actionem quod met. causa. fallit hæc regula in multis casibus enumeratis in c. abbas. s̃. eo. quibus adde casum huius cap. Sed posses instare, q̃ omnia gesta per metum sint nulla; quia metus continet in se dolum. dolus autem dans causam contractui, reddit eum nullum, vt l. eleganter. ff. de do. So. vt no. Cy. C. eod. l. si vi. ¶ Secundò no. in ver. ne autem. q̃ contra inferentes violentiam hoc c. proui det in hoc casu, cum s. absolutio extorquetur per vim, vel metum. emanauit etiam contra dominos temporales: qui cogunt aliquos violare, interdictum de sent. exc. Cle. grauis. & aduerte; quia tex. iste loquitur, cum per vim, vel metum violatur sententia suspensionis. Si ergo aliter cogerentur clerici reuocare cessationem diuinorum, non esset locus huic cõstitutioni; quia cum sit pœnalis, non est extendenda. s̃. eod. lib.
1 de elec. c. statutum. ¶† Item no. q̃ licèt absolutio violenter extorta non teneat: tamen punitur qui violentiam intulit. & sic punitur affectus: licèt nõ sequatur effectus. concor. l. si qs seruo.

Rub. De in integrũ restitut.

SVMMAE.

1 *Forma petitionis ecclesiæ super restitutione in integrum.*
2 *Ecclesia vsque ad quadriennium admittitur aduersus cõtractum, vel sententiam beneficio restitutionis.*
3 *Fraus aperit viam ecclesiæ ad petendam restitutionem in integrum.*
4 *Fraus impedit cursum præscriptionis quadriennij.*

CAP. I.

ECCLESIA. Not. q aduersus sententiã, vel contractum competit ecclesiæ restitutio: & appellatione ecclesię intelligas monasteria, & omnem pium locum. Nam ista æquiparantur. de test. c. requisti. §. quia secus, & ĩ. eod. lib. de ele. cap. sciant. & c. generali. & de sup. neg. præla. c. 2. quæ omnia possent induci in contrarium. ita dicit Io. An. ĩ. c. proxi. in nouel. Ego de hoc dixi in c. auditis. ĩ. eo. vbi tex. monasterium appellat ecclesiã quò ad istud restitutionis beneficium, & remisi ad do. Bal. de epi. & cle. C. Authen. hoc ius porrectum. vbi tenet, in hospitalibus auctoritate episcopi fundatis competere istud beneficium, si lædantur. Sed non fundata auctoritate episcopi non habent priuilegium piæ domus. 18. q. 1. c. quidã. & Cle. quia contingit. de reli. do. præsidentes igitur talibus hospitalibus non gaudent priuilegio clericorũ, vt no. in Spe. de sta. mo. ver. 36. ¶ Tangit ibi de rebus fraternitatum, quæ sunt licitæ, & capaces, vt no. 11. q. 1. c. si clericorum. & tamen non habent hoc priuilegium, secundùm eum.

1 ¶ † No. formam petitionis ecclesiæ super restitutione in integ. petit enim se restitui aduersus sententiam, vel cõtractũ. ipsa igitur restitutione concessa, an fiat restitutio ad rem ipsam, super qua est lata talis sententia, vel contractus initus? Io. An. post Inn. hoc plenè prosequitur in c. tam ex literis. ĩ. eo. Breuiter dic, q restitutio est in statum pristinum repositio, vt l. q. si minor. §. restitutio. ff. de mino. illud restitutio restituit, quod abstulit læsio. Ex quo infero in prædicta q. q aut ecclesia fuit læsa in tradendo possessionem, ex contractu, vel sententia: & tunc rescissa sententia, vel contractu, restituetur etiam ad rem ipsam: & sic erit vnum iudicium. Si verò fuit læsa solum in vendendo, non in transferendo possessionẽ (quæ fortè apud emptorem erat:) tunc restituetur solum aduersus contractum: non autem fiet possessionis restitutio, in qua læsa non fuit. & sic erit necesse nouum iudicium. Eodem modo exemplificaui in sententia, vt si per eam amissa fuit possessio, ad eãdem fiat restitutio. Si verò propter eam non sit perdita possessio, sed dimissa, aduersario absoluto à petitione ecclesiæ, aduersus ipsam tantummodo erit restituenda. & sic ea res scissa, opus erit nouo iudicio, vt d. c. tam ex literis. vbi tamen vide, an possint hoc casu hæc duo iudicia accumulari, & peti, q sententia rescindatur, & ea rescissa, res per eandem sententiam adiudicetur: vt sic super læsione sententiæ, vel contractus, & super re principali probationes permixtim recipiantur. dic subtiliter, vt ibi: vbi etiam vide, si sunt duo iudicia, an probationes factæ in vno iudicio prosint in alio. & vide qd no. Cyn. in Auth. si omnes. C. si vt se ab here. absti. Idẽ etiam Cy. loquens, cum absens causa reipub. petit restitui aduersus vtucapionem rei suæ: vtrùm vno iudicio possit petere, q vsucapio, vel præscriptio rescindatur, & res sibi restituatur. de quo plenè per eum in l. quo tempore. ff. de test. mil. Et formã libelli (cum est vnum iudicium, aut duo, iuxta prædictã theoticam) vide per eum in l. si ab hostibus. C. ex qui. cau. ma. in 13. q. ¶ Tertiò no. q dicit [ecclesia postulat se admitti] &c. & sic verba sententiæ, vel contractus, & cuiuslibet dispositionis concipiuntur in personam ecclesiæ; quia iura, & actiones dicuntur penes eam consistere, vt not. ĩ. de causa poss. & q prie. c. cũ sup. aget tũ ecclesia per prælatũ suũ: sicut vniuersitas per

tas per syndicum, & hæreditas procuratorem sibi datum. ista enim. s. ecclesia, vniuersitas, & hæreditas sunt personæ repręsentatæ, & fictæ, vt l. mortuo. ff. de fideiuss. ideo sunt capaces iurium, & bonorum, vt l. 1. §. municipes. ff. de acquir. pos. & l. 1. quod cuiusq; vni. no. & l. sicut. eod. ti. & dicit hic Archid. q si aliqua de causa repellatur prælatus ab agendo, admittitur ecclesia. ĩ. de insti. c. cum venissent. & quod ibi not. ad fi. & de transac. c. contingit. & de simo. c. querelam. in contrarium fa cit quod no. 68. dist. c. fi. Quidam dicunt hoc casu dari curatorem, vt no. 5. q. 3. c. fi. & ĩ. de rescrip. c. edoceri. & quod ibi

2 per Io. An. ¶ † Quartò no. q vsq; ad quadriennium admittit ecclesia aduersus contractũ, vel sententiam bñficio restitutionis. p viã aũt nullitatis audiret perpetuò. Et vtrũ possint ista remedia: accumulari, dic, vt dixi post Inn. ĩ. eo. c. constitutis. & aduerte quia istud quadriennium incipit currere ecclesiæ statim post contractum, vel sententiam. minori verò incipit currere post 25. annum. & sic bene dicit hic glo. q ecclesia ęquiparatur minori facto maiori. ¶ Vtrum autẽ sit semper verum, q aduersus læsionẽ detur quadriennium: dic, q sic, cũ petitur aduersus sententiam, vel contractum, de quibus loquit text. Si autem petatur restitutio aduersus læsionem contingentem ex tempore. Tunc aut est læsio tanti temporis, quantum ad quadriennium, & vltra: & idem; quia quadriennium conceditur. Si verò est læsio minoris temporis, fortè anni, vel mensis: vtrum tunc detur quadriennium, magna est altercatio legistarum: de qua per Cyn. in l. superuacuã. C. de tempo. in integ. resti. in 6. quæst. quæ hodie est decisa in Clemen. 2. ĩ. eod. vide. Et per Cyn. in vlt. quæst. vtrum per viam exceptionis vltra quadriennium possit ecclesia, vel minor se restitui petere aduersus contractum, vel sententiam, si ex eis conueniatur. & dicit, quòd non. Nam quando ad idem com petit actio, & exceptio, eiusdem vitæ est exceptio, cuius est actio, vt not. subtiliter Ioan. An. post Inn. supra de ordi. cogi. cap. fin. quod not. pro limitatione illius regulæ. quę annua sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. C. de except. l. licet. debet enim intelligi, quando competit mera exceptio, non ad idem actio. facit quod no. in l. nã & postea. §. si minor. ff. de iureiuran. vbi restitutio potest peti per viam exceptionis. ¶ Quintò innuit iste text. quòd sufficit petere restitutionem infra quadriennium: sed in l. superuacuam. prælegata dicitur, quòd debet dicta causa infra dictum tempus incipi, & finiri. & idẽ in Clemen. prima. ĩ. eod. ver. de hoc in gl. hic est &c. vbi etiam no. quid iuris, si post istud tẽpus de cursum restitutio concedatur, de quo etiam in dicta l. superuacuam. ¶ † Sextò not. quòd fraus a prævaricatio, & quæcunque rationabilis causa interueniens aperit viam ecclesiæ ad petendam restitutionem vltra quadriennium, & sic vltra tempus iuris. Rationabilis autem causa potest esse vita prælati malè alienantis, vt in glo. fin. quam tenet Ioan. Mona. Archidia. contra, vt hic in nouella. super dicta glosi. & bene.

3 a

4 ¶ † Not. quòd fraus, & prevaricatio impedit cursum præscriptionis quadriennij ipso iure, vt innuit hic text. Similiter certa alia impedimenta faciunt præscriptionem dormire, quædam verò cursum præscriptionis non impediunt: sed parant viam restitutionis in integrum impeditis: quod dic plenè per Innocen. in cap. ex transmissa de præscript. Aduerte etiam, quia iste verbic. nisi. non ponit casum specialem in ecclesia. quia idem in alijs, quibus per beneficium restitutionis subuenitur: vt impeditis non currat quadriennium, vt dicta l. superuacuam. in fin. & leg. intra vtile. ff. de mino. ¶ Quærit Ioan. And. in nouella. Ecclesia conuenta interdicto vnde vi, omisit exceptionem (& sic lata est sententia cõtra eã super dicto possessorio) impetrat rescriptum super restitutione in integ. non expresso iudicio possessorio, super quo fuerat lata sententia. Primò quæritur, vtrum possit aduersus dictam sententiam restitui. secundò si potest, an prædicta subreptio vitiet rescriptũ. in prima q. arguit, q nõ detur restitutio; quia iudicium possessorium est momentaneum: & dicitur talis possessio vilis, & abiecta propter iudicium proprietatis, quæ possessionis causam ad se trahit, vt c. cum dilectus. de causa poss. In vilibus autem, & modicis non datur restitutio, vt l. scio. ff. eo. Item appellatio, & restitutio in hoc sunt pares: quia quod præstat appellatio maioribus, hoc indulget restitutio minoribus. s. ad rescisionem actus. ff. de mino. l. præses. Sed in hac causa maior non appellat. C. si de momen. pos. l. 1. ergo simili ter minori, vel ecclesiæ restitutio non competit. Item in hoc iudicio momentaneæ possessionis minor habet legitimã personam standi in iudicio, vt C. qui leg. perso. l. momẽtaneæ. ergo non videtur debere restitui, ne quis decipiatur legis auctoritate, vt l. 1. C. de his, qui ven. æta. impet. His non ob. tenet cõtrarium. s. q aduersus talem sententiam super possessorio latam detur restitutio, maximè de iure canonico, quod permittit appellare à quolibet grauamine, vt c. super eod. de app. & quod not. in c. significantibus. de no. oper. nun. & est expressum in hoc iudicio, quòd possit appellari in c. cum ad sedem. de resti. spol. Si ergo appellatio est permissa in tali possessorio, ergo & in integrum restitutionis petitio, vt in d. l. præses. nec est verum, quòd possessio sit vilis: immo magnum affert commodum, vt Insti. de interdict. §. commodum. & præsertim quòd difficile est probare proprietatem, agendo rei ven. vt l. at qui natura. §. cum me absente. de neg. gest. Non ob. q si minor habet in hoc iudicio legitimam personam, ergo non restituit. istud non est verum, imò restitutio competit minori in omnibus casibus, in quibus admittitur tanquam maior, vt no. in d. l. 1. C. si de momen. pos. & c. ex parte. de restitu. spol. ¶ In secundo dubio, an talis surreptio vitiet rescriptum. dicit Io. And. glo. innuere quòd non. ipse addit q. Ia. qui tenuit disputando, quòd si per ecclesiam opponitur surreptio contra rescriptum gratiosum, & succumbit, & non appellat: poterit petere aduersus illam sententiam resti. in integ. Si verò rescriptum erat secundum ius commune dans iudices: si surreptionem illam repulsam in vim dilatoriæ opponere velit restitutionis beneficio in vim peremptoriæ, non est talis restitutio concedenda secundùm eum. Aduerte. iste passus, vtrum scilicet aduersus dilatoriam solutionis, vel aliam, vel peremptoriam, siue declinatoriam fori omissam, vel oppositam, sed nõ probatam, detur restitutio ad opponendum, vel probãdum. Ioan. And. post Innoc. & Hosti. plenè examinat. ĩ. eo. c. corã. ex quorum dictis ibi distinxi, & vide in Spe. de resti. in integ. §. 1. ver. sed pone.

ADDITIO.

a ¶ Fraus. Adde, quòd præsumitur ex actuum celeritate Bald. in leg. eam quisquam. C. de fideicom. Item vbicunque minor apparet læsus, glosi. in l. fin. C. si ad, ven. item in emptione facta per interpositam personam, l. pupilli. §. fin. & ibi Barto. ff. de aucto. præstan. item ex petitione clandestina. Barto. in l. Barbarius. ff. de offic. præto vbi in donatione, quando sit coniunctæ personæ: Pau. in consil 63. item in patre alienante in præiudicium filiorum: item quando facit, vt priuet successione eum, cui de iure deberetur. cap. 2. §. nouì. per Bal. per quem fiat inue. colla. 10. item si alienat titulo lucratiuo. l. cum autem. de his, quæ in frau. cre. item si alienat titul o oneroso pro modico precio, per l. diuersas. C. manda. & plenè vide alia per Alexand. de Imola. in leg. omnes. §. Lucius. quæ in frau. cre.

SVMMAE.

1 *Confessio prælati an noceat ecclesiæ.*
2 *Cursus quadrienij incipit à tempore læsionis.*
3 *Error de iure communi reuocari potest.*
4 *Renunciare an idem sit, quod concludere.*
5 *Pupillus an restituatur contra propriam confessionem.*

CAP. II.

SI aduersus. Not. q contra confessionẽ ꝑpriã põt infra quadriẽniũ restitui. Confessio † aũt solius ꝓlati an noceat ecclesię, vel cõfessio tutoris, vel curatoris pupillo, vel adulto, vel confessio ꝓcurato-

ris dño, dic plenè per Cy. C. de confes. l. vna. in 14. & 15. q. & l. certũ. §. sed an & ipsos. ff. de confes. ꝙ Bar. post gl. Aduers⁹ aũt aliũ articulũ emergentẽ in cã vtrum posit ecclesia restituti (puta ad productionem instrorum, vel testium post didicta testificata) dic vt ☞. eo. c. auditis. per Inn. & per Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de not. opere. nunc. & leg. minor. 25. ann. cui
2 ff. de minor. ¶ † Secundò nota. quòd à tempore læsionis incipit cursus quadriennij, quod conceditur ad petendam restitutionem. & in hoc differt ecclesia à minore, vt dixi. ☞. c. ꝓxi. in 4. notabili. ¶ Tertiò no. in ver. vbi verò. quòd nõ ita breui tempore tollitur remediũ iuris cõis, ſicut tollit̃ remediũ singulare restõnis in inte. & hinc est verum qđ dicit, ꝙ tollitur difficilius ius cõe, q̃ singulare, vt l. eius militis. §. militia. ff. de test. mil. vtrũ autem posit concurrere, dic ꝙ nõ. nam restõ in integ. est remedium extraordinarium: quod nunq̃ competit, vbi habet locum ordinarium. i. iuris cõis, vt l. in causæ. 2. de mino. & per Bar. in l. ī prouinciali. ff de no. ope. nun. ¶ Quar tò hunc tex. inducit Io. An. contra Ia. de Are. qui dixit, ꝙ error facti in iudicio ante sententiam non reuocatur, nisi per restitutionem in integ. vt refert Cy. in l. error. ad fi. C. de iur. & fact. igno. Nam hic est casus, quòd reuocatur per viam iuris cõis. quod ibi tenet Cy. post Pet. qui dicit, ꝙ error facti, ſi
3 ue in iure, ſiue extra ius ante sententiam reuocatur ipso iure: sed post sententiam reuocatur ex clausula generali, vt ibi plenius, & per Io. An. ☞. de confes. c. fi. ¶ † Quintò no. quòd de iure communi potest error reuocari quandocũq; ante negocium finitum: & finitum intelligas, vt in glos. fi. cui additur in nouella. quòd finitum etiam potest dici post cõclusionem in cã, vt ☞. de procu. c. auditis. & de causa pos. & proprie. c. pastoralis. & quod no. Cy. C. de tute. l. quãuis. nam post conclusionem non est cognoscere, sed cognitum esse: & sic non est probatio accipienda, quæ tamen est necessaria in reuocatione erroris, ſcđm Arch. ☞. de fi. instru. c. cum dilectus. & ff. de euic. l.
Contrahentes. Secundùm Ioan. Mo. materia huius §. est quotidiana: ideò plenius distinguenda, de lib. leg. l. legaui. in prin. & quatuor facit, secundùm eum. ponit regulam, prouisionem annectẽs, ibi [vel fic.] & executori prouidet, ibi [sed tunc.] ¶ Not. q̃ ista prouisio respicit contrahentes, idem dico de quasi contrahentibus: vt ibi, vbi contrahunt, fortiantur forum. nã verbum, contrahere, in ista materia includit quasi contractus, delictum, & quasi delictum, vt no. ℨ. eo. c. cum sit. in gl. & qđ ibi dixi in 7. q. remittendo ad Bart. in l. mutuum. §. j. & l. mota. ff. de acqui. hære. & l. apud Iulianum. §. si pupillus. qui. ex cau. in poss. eatur. ff. & C. vt acti. ab hære. & contra hæred. l. j. ¶ Secundò not q̃ licèt ratione contractus fortiatur quis ibi forum: tamen, si ibi non reperitur, non potest inuitus cogi ad comparendum. à contrario ergo sensu si reperiretur, posset inuitus cogi, secundùm Ioan. An. ad hoc l. consentaneum. C. quomodo & quando iu. Ego dico, q̃ etiam si non reperiretur ibi contrahens, in duobus casibus posset cogi. primò quando coram iudice satisfecit de iudicio sisti, & iurauit in lite persistere, & deinde discesserit. cogitur enim omninò illuc redire, vt est casus in Auth. de exhi. & intro. re. §. si verò etiã quidã. coll. 5. Secundò si contraxit in loco, & renunciauit priuilegio fori: nam licèt promissio non declinandi forum non sui iudicis non obliget precisè ad ipsum forum subeundum, vt l. si conuenerit. de iurisd. om. iud. tamen si ibi contrahens sic promittit. sibi respondere, vel non declinare, cogitur ibi præcisè litigare: & habebit locum remissio, vt est gl. fin. ff. si quis in ius voc. nõ ie. l. j. habes ergo duas limitationes ad istum. §. quas no. ¶ Tertiò no. quod dicit [licèt alibi sui copiã faciãt] &c. q̃ electio iudicis est actoris, non rei. si quis. n. potest conueniri in pluribus locis (vt in loco contractus, domicilij, & similium, de quibus in Auth. habita. C. ne fi. pro patre. & no. in j. cõ stitutione Digest. ad fi. si tũ sub altero litigare se pacto astrinxerint, postea declinare non poterunt, vt l. pe. C. de pac. & dixi in c. j. de iudi. ℨ. ¶†Quartò no. q̃ licèt non possit quis præcisè cogi in certo iudicio litigare: potest tamen in contumacia constitui quò ad missionem in poss. & in bonis alterius territorij: quod est mirum, vt plus iuris habeat iudex in bonis non sitis in suo territorio, quàm contra personã sibi subditam, & effectam de suo foro ratione contractus. Sed dic, q̃ licèt propter contractum efficiatur de foro, vbi contraxit, illius iudicis: non tamen efficitur eius subditus, vt est gl. not. in Cle. j. ℨ. eod. in gl. super verbo. subdito. Per hoc autem, quod dicit text. [non possunt ibi trahi inuiti] tenet Io. An. q̃ tales contrahentes excommunicari non poterunt; quia solum hic permittitur missio: non est ergo nostrum leges extendere, vt l. si verò. §. de viro. ff. solu. ma. Item si possẽt excommunicari indirectè, cogerentur inuiti comparere, vt in c. cum contingat. de offi. dele. & sic via (vt dixerim) indirecta traherentur, contra. c. tuæ. de procu. & ita tenet hoc in nouel. vbi etiã not. quando possit re, vel verbo quis inuitus trahi ad iudiciũ, vel non. Ponit. n. tres casus: nam quandoque non trahitur re, nec verbo: quando que re, & verbo: quandoque verbo, & non re, vt hic videas super verbo, trahere. in casu aũt huius. §. vtrum sicut põt quis decernere alicui missionẽ in bonis non sui territorij: ita & etiam possit eum non comparentem mulctare? vẽ q̃ non, postquàm non posset eum excommunicare. Iac. Butr. tenet contrarium. s. q̃ mulctare poterit, sicut ad pignora, & tenutam procedere. ita no. in l. hæres absens. ff. eo. & in hoc sentit aliter, quàm Ioan. An. inquantum dicit, q̃ non est nostrum leges extendere. extendit enim istum §. qui loquitur de missione, ad impositionem mulctę, & ad alia remedia contra contumaces prodita; eo excepto, q̃ psona non trahatur inuita. quod credo verius. ¶ Quintò no. quòd ratione p̃sonæ, quæ est, de eius foro ratione cõtractus, potest quis decernere super bonis alibi sitis. Circa hoc vide quod dixi. ℨ. tit. j. c. fi annum. in 8. notabili. versi. quæro circa hoc. & bene. ¶†Nota. quòd vnus iudex non exequitur sententiam alterius, nisi ad requisitionem illius iudicis proferentis sententiam. Idem dicas de sententia diffinitiua, vt C. de iudi. l. properandum. §. finautem reus. & in Spe. de prola. sñiæ. §. sequit. ver. quid si iudex. & per Cy. in l. 1. C. de confes. in 10. q. Bar. circa hoc plenius sic distinguit. q̃ quæris, vtrum sententia lata per vnum iudicem possit mandari executioni per aliũ, qui succesit in eodem tribunali: & non est dubium, q̃ põt; quia censetur idem iudex, vt l. proponebatur. ff. de iudi. Si verò nõ succesit, sed est omnino alius: tunc si eiusdem tribunalis: & non potest sine voluntate primi iudicantis, vt l. 1. de offi. consul. ff. Aut est alterius tribunalis: & tunc si est talis, ad quem spectet de iure communi, vel municipali executio sententiarum: & potest exequi, vt l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iudi. Aut ad eum non sic pertinet: & tunc quæris, an possit ad literas iudicis pronuncianti: & potest. Aut sine literis: & nõ potest, vt d. §. finautem reus. & in isto §. Si verò coram isto diuerso iudice non peteretur, sed vellet qui habet sententiam pro se, agere actione in factum, vel iudicati, quæ oritur ex sententia: & posset; quia talis actio sic allega. potest vbiq; exerceri, vt l. fi. C. de præscrip. lon. tempo. officium ergo iudicis, à quo petitur executio, non potest peti coram diuerso iudice sine literis: sed bene potest intentari actio iudicati, vel in factum, vt dixi. & quare sic diuersum? dic per Bar. in d. l. 1. in prin. & ibi per eum, an Potestas possit exequi sententias capitanei, & econtra. & ibi de sententia rectoris scholarium exequenda. & quid iuris, si iste alius ad literas non vult exequi? dicit, q̃ potest cogi per superiorem, & etiam puniri, vt in Aut. vt dif. iudices. §. 1. & hic plenius in nouel. super ver. faciet. tenebitur etiã parti actione in factum ad interesse, vt l. si iudex. de var. & extraor. cog. ¶ Et quid iuris, si ille alius, qui ad literas exequitur, excedit modum in exequendo, ad quem appellabit, vtrũ ad superiorem exequentis, vel pronuncianti? Dicit Barto. q̃ si exequitur ad literas, appellabitur ad superiorẽ iudicis exequẽtis; quia ipsam exequit iure suo, vt delegatus iudicis iudicantis. quod verbum no. & dixi in Cle. 1. de offi. deleg. Si verò ipse alius non exequitur, sed exequenti præstat auxilium: & tunc aut præstat auxilium iuris (puta excommunicando, mulctando:) & idem; quia ad eius superiorem appellabitur: aut præstat auxilium facti. (puta præbẽdo familiam, & fi.) & tũc appellabitur ad superiorem iudicantis; quia ipse est, qui lędit alterius ministerio. & ita dicit in d. l. à diuo Pio. ¶†Sexto no. ver. nec clericos. q̃ officiales suffraganei non possunt trahi coram archiepiscopo, ad hoc ℨ. eo. c. §. nec etiam. Sed nunquid episcopus poterit cognoscere de delictis suorum officialium, & etiam de quæstionibus ciuilibus? hic datur intelligi, q̃ poterit, postquam coram archiepiscopo non possunt. Sol. in delictis dic, quòd quandoq; officialis deliquit in officio: & poterit iudex de hoc cognoscere, vt l. si quis. ff. de pœn. & l. 2. C. de sportu. Quandoq; deliquit extra officium in alium: & tũc nõ possit iudex de hoc cognoscere, & ita debet intelligi gl. in l. senatus. de offi. præsi. & hoc verum, nisi crimen esset notorium. & ita no. Bar. in d. l. si quos. ff. de fer. vbi quærit etiam econtra; si aliquis delinquat cõtra officialem. vel familiã, an Potestas possit de hoc cognoscere? dic, vt ibi, & per Cyn. in l. 1. C. ne qs. in sua causa. & per Inn. in c. fi. de pœ. & de verb. sig. l. familię. vbi plenius. & vide quod no. in Spec. de comp. iud. adi. §. sequitur. ver. item no. Et adde, q̃ in casibus, in quibus rector potest de delicto inf officialis cognoscere, non poterit ab eius sententia appellari; quia non præsumitur, quod iudex ferat contra eum iniquam sententiam: nisi clarè reperisset delictum. casus est notabilis in l. nulli. C. quo. appel. non re. quam l. ita intelligit Placen. in summa sua. & glo. in c. nulli. 2. quęstio. 6. ¶†Septimò no. ibi [nec clericos] ar. q̃ notarius non potest conficere instrumentum extra territorium illius, à quo creatus est tabellio. istorum enim sigilla faciebant scripturas contractuum auctenticas, non tamen extra diœcesim illius, à quo dati erant: & hoc no. Specu. in titu. de instr. edi. §. restat. ver. & no. q̃ tabellio. & ver. ego credo. Bart. de hoc no. plenius. in l. cunctos populos. de sum. Tri. vbi si persona legitimatur ad actum (puta q̃ filius fa. possit testari, vel spurius à patre heres institui:) vtrum effectus statuti, quò ad personam subditã extendetur vbiq;, etiam extra territorium? ibi vide. & dixi in c. olim. de cle. coniu. ¶ Expeditis notabilibus, id, quod restat vtile, in nouella expediã p̃ tres oppo. ¶ Et primo opponitur. dicitur hic, q̃ contrahentes non inuenti in loco contractus, si ibi citati non comparent, tanquàm contra contumaces põt fieri missio: & sic innuit, q̃ possint extra citari. Sed cõtra hoc opponitur, & videtur, q̃ extra territorium ius dicentis, &c. ℨ. de consti. c. 1. eod. lib. & l. extra territorium. de iurisd. om. iud. Sol. Io. An. prolixè istam q. hic examinat. s. vtrum quis possit citari extra territorium. & primò probat, q̃ possit, per hunc tex. & c. ex tuæ. de cle. nõ resi. Item locus, in quo quis citatur, non est necesse, q̃ sit de territorio citantis: quod patet in arbitro, qui citat per nuncium, & epistolam: & tamen non habet territoriũ, vt l. licèt interpellatus. §. 1. de arbi. Itẽ canonicus citat canonicum, & pars partem, vt de elect. c. cum nobis olim. & eo. tit. c. 1. li. 6. & Cle. causam. eo. ti. Item sicut ex delegatione facta extra territorium proceditur. ff. de of. præse. vbis. l. fin. sic ex citatione facta extra potest intra procedi. Item arguendo de tempore ad locum, quod est validum, vt l. vinum. ff. si cer. pet. sicut valet citatio facta die feria to: & sic die inhabili, si confertur in diem habilem. i. nõ feriatam, valet, vt no. Doct. in c. fi. ℨ. de fer. ita in loco dicamus, q̃ valeat facta in loco inhabili, si citationis effectus conferatur in locum idoneum. ista sunt argumenta pro vna parte. Pro alia primò adducit præall. c. fi. & l. extra territorium. Secundò Cle. pastoralis. de re iud. vbi nõ valuit citatio Imperatoris de rege Roberto facta in territorio Ecclesię. Tertiò p̃bat arguendo de toto ad partem, per l. quæ de tota. de rei vendi. nam totus processus non potest agitari extra territorium, vt d. c. fi. ergo nec pars. s. citatio, quæ est pars processus, vt c. quoniã cõtra. de prob. Quartò p̃batur per locum à speciali in Cle. 1. ℨ. eo. nam si ibi est speciale, q̃ in alio territorio potest citare, & p̃cedere, vt patet ibi, dũ dicit [indulgemus] ergo in cõtrarium est ius commune, vt l. quod verò. ff. de legi. Quintò probatur. iudex personaliter extra territorium existens censendus est vt priuatus quò ad exercitium iurisdictionis contentiosæ. ff. de offi. præsi. l. 3. multò fortius ipsius nuncius, vel epistola censeri debẽt, vt priuati, postquàm extra territoriũ conferuntur. quid ergo dicendum? Breuiter Io. An. tenet primam partem. s. quòd iudex citare possit extra territoriũ: sed non insinuando, vel requirendo iudicem illius, vt citet. adducit pulchras rationes pro hac ratione factas: & istum tex. dũ dicit [eorum auctoritate citati] &c. ergo non alterius sui iudicis, sed ipsius auctoritate citatur. Ad contraria respondet satis efficaciter, vt hic videas in nouel. vbi refert tres opin. Io. Mo. qui dixit, q̃ cõtrahenti iniungitur, vt vadat ad locum: de linquens vero remittitur. sed prædictam opi. Ioan. And. tenet Cyn. post Pe. & Iacob. de Are. in l. omnes. de epi. & cleri. Bar. vltra alios distinguit. dicit enim, q̃ quædam sunt territoria distincta, sub vno tamen domino sunt omnia: vt Imperium diui sum per præsidatus: & tunc vnus præses poterit citare in prouincia alterius, qui sit sub eodem domino. Quidam sunt territoria adeo separata, q̃ vnum dominum non recognoscunt, vt Imperium, & Sacerdotium: tunc vnus nõ potest citare in territorio alterius: nisi ille requiratur. & ita sustinet Cle. pastoralis. de re iud. quam Cy. dixit emanasse ex errore canonistarum in quadã sua dispu. & ita no. in d. l. omnes. & in l. 1. ff. de requ. re. & plenius in Extraua. ad repri. super ver. per edictũ. vbi quantum ad propositum vltra quærit. s. si in territorio cõtractus citatus comparuit, & postea se absentauit, qualiter citabitur. ibi inter alia dat practicam, q̃ eum moneat, vt eligat sibi locum certum in ciuitate, vbi citetur. Item quando citatur, ordo citationis esse debet, q̃ veniat in tota causa, processurus

furus, ſicut in fi. facit Papa. de reſti. in integ. c. cũ ex literis. in fi. & tũc dẽt ſtare vſq; ad fi. in ciuitate, ita ꝙ extra nõ expediet vlterius iterare citationẽ: ſed citabit̃ per gñale proclama: vel ad domũ, ſi quã elegerit. & plenius de hoc vide per eũ. in l. 4. de dam. infec. D. Bart. dictam. q. de citatione extra territoriũ pleniſsimè examinat vltra oẽs in d. l. omnes. §. ſi verò aptior, vbi magis aperit intellectum d. Cle. paſtoralis. vt ibi dicam.

5 ¶ † Secundò op. & videtur, ꝙ iudex non poſsit decernere ſuper bonis non ſitis in ſuo territorio, vt l. cum vnus. §. pen. ff. de bon. auctо. iud. poſſ. Sed ſecundùm Ioan. An. generaliter decernendo videtur decernere ſuper bonis in ſuo territorio conſtitutis, vt ibi: ſed hic ſpeciali caſu poteſt decernere, non ꝓcipere, vel exequi, vt ſ. e. c. poſtulaſti. & hanc opi. tenet Ioã. Mo. Hoſt. & Archi. licèt idem Hoſt. ſecundùm d. ſuum aliter dixerit in d. c. poſtulaſti. Bar. in d. §. pen. tenet opi. prædictorum, ſcilicet quod expreſsè iudex pronunciat petitorem mittendum in bonis, quę non ſunt ſita in ſuo territorio, licèt exe cutionem facti facere non poſsit. ad hoc l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eo. vbi ratione perſonæ ſibi ſubiectæ interponit decretum ſuper rebus alibi ſitis, vt no. in fi. Inn. in c. paſtoralis. de priui. alibi dicit Bar. ꝙ diſpoſitio, quæ fit in pœnam alicuius, non poteſt directò egredi locum iudicis diſponentis, vt l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdi. & rele. ſed ſi nõ fiat in pœnam eius, ſed fauorẽ, licèt forte alius damnum ſentiat: tunc valet illa diſpoſitio, etiam extra locum. puta iudex interdicit bonis prodigo; iſtud enim interdictum, tanquàm ſibi fauorabile, extenditur ad bona vbicunque ſita, vt l. j. C. de emã. lib. & idem ipſe no. in d. §. interdicere. Similiter in tutore, cuius dationis effectus extenditur ad vniuerſum patrimonium: & tamen non valeret datio nominatim facta in rebus extra territorium, vt ſentit glo. in l. propter litem. §. licèt. de exc. tu. Do. meus tenet, ꝙ valeat; quia officium tutelæ ir primitur principaliter pſonæ, & pſona eſt ſubiecta: & per conſequens trahit ad bona alibi ſita. & ita no. in l. non ſolũ. §. qui teſtamento. de excu. tu. & no. hunc paſſum, in quo pa-

6 tet contradictio aliqua ex prędictis iuribus. ¶ † Tertiò op. & videtur, ꝙ ad locum contractus poſsit quis inuitus trahi; vt C de ratio. ope. publi. l. 2. & C. vbi decu. vel cohar. l. fi. præterea delicta & contractus æquiparantur, vt l. oẽm. & l. tam ex contractibus. ff. de iud. ſed in delictis habet locum remiſſio, vt in Auth. iudi. fine quoquo ſuſ. §. neceſsitatem. Sol. prima duo contraria locum habent in caſibus ſuis, qui ſunt ſpeciales. §. neceſsitatem loquitur in delictis, in quibus habet locum remiſsio, & in hoc differunt à contractibus. rationem diuerſitatis vide hic in no. ſuper glo. dicebam. de quo dixi latius in repeti. cap. poſtulaſti. de foro compet. & tangit Ioan. Cal. in repe. c. 2. de rap. vbi etiam plenè. ¶ Quartò op. & videtur, ꝙ non poſsit quis conueniri ibi in loco contractus, vt ſ. in verſi. nec ſubditos. Nam ratione procurationis, & aduocationis in loco videtur clientulus contraxiſſe cum procuratore, & aduo. poſtquam ibi implementum operis confertur, vt l. contraxiſſe. de act. & oblig. & tamen non põt ibi conueniri, vt ibi patet. Sol. gloſſ. quæ eſt in dicto §. nec ſubditos. quæ incip. non ergo &c. dicit, quòd ad curiam archiepiſcopi accedens de aliena diœceſi, videtur cum prædictis cõtrahere, vt viator: non mirum ergo, ſi ibi conueniri non poteſt, vt l. l. hæres abſens. ff. de iudi. & ex hoc infertur, quòd ſi quis hic Bonon. vendidit viatori ronzinum ſuum, nõ poterit eum hic Bonon. conuenire ad pretium. Sed hoc vẽ iniquum, ꝙ venditorem, qui roncinum tradidit, oporteat pro prętio proficiſci in Alemaniam. Propter quod Bar. in d. l. hæres abſens. dicit, ꝙ quædã ſunt, quæ veniunt expedienda tpe contractus; puta vt tradita re offeraẽ pretiũ. & econtra ille, q non implet ex parte ſua, tanquàm fallens, rõne ſaltẽ delicti ibi poterit conueniri. Sed quædã ſunt, q̃ veniunt expedienda poſtea, vt euictio, ſi immineat: vel pretij ſolutio, ſi de eo eſt habita fides. & in iſtis habet locum, quòd aduena, & peregrinus non poterit conueniri in loco cõtractus: vbi etiam dicit, quòd euntes ad nundinas, & erigentes ibi pergulam, vel tabernam poterunt ibi conueniri. ¶ Quærit etiam de debitore, qui cæpit vagari per mundum, nec in aliquo loco figit ſe. dicit glo. in d. l. heres abſens. quòd ille tanquàm vagabundus poterit vbicunq; cõueniri. Idem no. in l. 1. C. vbi de cri. agi opor. & de dam. infec. l. 4. §. ait prætor. et ibi tangit Barto. Iac. But. tangit etiam de ſcholari, an poſsit conueniri in loco ſtudij. dicit, quòd ſic, ſi ibi contraxit, & non aliter. Idem Bart. in d. l. heres abſens. & Cy. in l. 2. C. de iur. om. iu. plenè. ſ. eo. c. quod clericis, in nouel. Sed aliàs dubitaui, vtrum ratione aſsiduæ conuerſationis ſortiatur quis forum in illo loco. Inno. ſentit quòd ſic ſ. eo. c. ex parte. pro quo videtur tex. in l. 1. vbi ſena. vel clari. Cy. all. dictum Innoc. quod intelligit verum, ſi conuerſatio fuerit aſſidua 9. anno. aliàs ſecus, vt C. de inco. l. 2. ¶ Quintò oppo. & videtur, quòd quò ad forum non debet inſpici locus contractus: ſed domicilium contrahentis, vt l. exigere. ff. de iudi. Sol. ſpeciale eſt in dote, quòd inſpici debeat domicilium viri: licèt in domicilio vxoris fuerit celebratus cõtractus dotalis. quod dicit Bar. eſſe not. propter lucrum dotis ex forma conſue. vel ſtatuti proueniens marito in caſu ſoluti matrimonij per obitum vxoris: debebit enim attendi conſuetudo, quæ eſt in domicilio mariti: licèt cõtractus fuerit alibi celebrat⁹. & eſt ſpeciale in contractu dotis: nam in aliis contractibus licèt quis ſortiatur forum in loco deſtinatæ ſolutionis, vt d. l. contraxiſſe. tamen verba contractus interpretabimur ſecundùm conſue. & ſtatuta loci, vbi eſt celebratus contractus, vt not. Bart. poſt Cy. in d. l. contraxiſſe. ¶ Ex prædictis patet, qualiter debeat intelligi iſte. §. inquantum dicit, quòd poteſt quis conueniri in loco cõtractus. vtrum ergo alibi, & ibi ſemper? habes ex prædictis. quibus adde quod leg. & nota. per Bart. in l. ſi vt proponitur. ff. de fideiuſſ. eſſet hoc nimis lõgum, ſi vellet quis per modum repetitionis vltra procedere, declarando quot aliis modis ſortiatur quis forum, quàm ratione contractus. qđ dic, vt ſ. eo. c. fi. vbi non tangitur modus ratione originis paternæ, ſiue maternæ: ſed dic per Cy. vt in d. l. 2. C. de iuriſ. omiu. ¶ Quæro poſt Io. And. in nouel. ſi citatus à non ſuo iudice, tanquàm ibi contraxerit, compareat, & neget ſe ibi contraxiſſe. dicit Ioan. An. quòd non cogitur reſpondere libello ſuper principali. q. porrecto, niſi prius ſummariè pateat cũ ibi prius contraxiſſe: & tũc iudex iudicabit ſuam eſſe iuriſdictionem cognoſcendi de principali. ff. de iudi. l. ſi quis ex aliena. & poſtea coget illum ſuper principali q. reſpõdere libello, & vterque ſuis iuribus vtetur, ſecundùm Innoc. Similis eſt quæſtio de accuſato, qui ſe negat in territorio deliquiſſe: de qua in Specu. de compe. iudi. adi. ver. ſed pone aliquis, & ſ. de reſcrip. c. ſuper literis. in nouel. in glo. fi. ver. quærit Inno. ita ſcribit hic Io. An. ¶ Bar. iſtam q. in contractibus, & delictis plenius examinat in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vti. pu. & refert ibi Iac. But. tenere opi. de qua ſ. & Gul. de Cu. tenet cõtrarium. ipſe no. d. q. 3. ſ. quando id, quod opponitur per modum declinatoriæ iudicij tangit negocium principale: vtrum debeat examinari ante litem conteſt. vel poſt. & ibi plenè examinat, & opi. prædictorum diſtinguendo concordat: cuius dicta non recito; quia longum eſſet. & dixi ſ. eo. c. ſi clericus lai cum. vbi etiam de hoc in nouella. Ex omnium tamen dictis vnum notabile collige: quòd licèt aliàs per negationem facti principalis deducti in libello inducatur li. conte. vt ſ. de li. cõteſt. c. 1. tamen ſi illius facti negatio concernit etiã iuriſdictionem iudicis, quia eliditur per negationem illius facti, vt in prędictis exemplis: tunc non inducitur lit. conteſt. ſed ex negatione tali reſultat declinatoria fori. quod eſt no. ¶ Et de prædictis vide per Cy. & Bar. in l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius vo. non ie. & no. ĩ ti. 1. c. 1. vbi quod de iſta quæſtione deficit, ibi tangam. Eſt etiam hoc quærendum, quando in rei veritate ille, qui dicitur deliquiſſe in alterius territorio, vel contraxiſſe, qui non contraxit, vel non deliquit: iudex tamen contra ipſum cõ-

ſum comparentem, vel non comparentem proceſsit, & ſententiam tulit, vtrum valebit? dic per Innoc. ſ. de dila. c. 2. vbi plenè, & ſubtiliter de his, & alijs ad materiam huius. §. facientibus.

S V M M Æ.

1 *Iudex laicus an poſsit mandare executioni ſententiam latam contra clericum per iudicem ſuum.*
2 *Iudex eccleſiaſticus exercet iuriſdictionem contra iudicem ſecularem clericos moleſtantem.*
3 *Clerici non poſſunt per iudices ſeculares ſuper debitis arctari.*
4 *Clerici coram iudice laico an poſsint litigare.*

CAP. II.

SEculares. No. ꝙ anteq̃ iſti laici compellerent clericos ad ſoluendum, recipiebant ſolum probationes. & præſuppoſita iudicis competẽtia, an iſtud eſſet bene factum, certè non ex ſolis probationibus quantuncunq; liquidis; quia non, ex eis, ſed à ſententia oritur actio in factum, & ius compulſionis, vt eſt gloſſ. no. in l. ſed ſi poſſeſſori. ante fi. de iureiu. & dixi. ſ. eo. li. de of. dele. c. iudex. iſtud ergo ius compellendi ſine ſententia procedebat ex ſtatutis, vel conſue. laicorum: quib. clerici non ligantur, vt c. ec-

1 cleſia. de conſti. ¶ † Vtrum ergo ſniam latam contra clericũ per iudicem ſuum poſsit iudex laicus mandare executioni? credo, ꝙ non: tum pp defectum iuriſdictionis in exequendo, vt ſ. c. proxi. §. contrahentes. tum ẽt; quia ad literas iudicãtis eſt per alium exequenda: vt ibi dixi. ad literas iudicis ſui poſſet ipſos condemnatos cogere, vt c. ſi clericos. de ſen. excom. ĩ. eo. li. ¶ Secundò no. ꝙ licèt literæ propria manu ſcriptę, & alia inſtrumenta legitimè confecta plenam fidem faciant: tamen receptę à non ſuo iudice ſunt nullius valoris: nec mirũ; quia nec etiam propria confeſsio fidem facit, vt c. at ſi clerici. ſ. eo. Similiter ſnia, ad quam acta referuntur, ſi eſt lata per iudicem incompetentẽ, vt ibi; ſimiliter, & acta. Nam vt no. dicit Inn. in quibus caſibus prodeſt ſententia, acta proſunt, vt ipſe no. in c. cum cãm. de teſti. vt ergo dicit hic Io. An. in no. ſi des eſt coram iudice facienda, vt no. in l. is apud quem. C. de eden. Subdit etiam, ꝙ literę ſigillatæ ſigillo iudicum ſecularium in locis, in quibus non eſt vſus tabellionum, facient fidẽ coram iudice eccleſiaſtico: ſicut inſtrumenta tabellionũ laicorum. quod bene probat c. cum dilectus. de fi. inſtru. ex defectu igitur iuriſdictionis, non probationis in ſe efficacis, emanauit hæc prohibitio, de qua hic. ¶ Tertiò not. ꝙ hæc cõſtitutio prohibet generaliter omnes perſonas eccleſiaſticas compelli per iudices ſeculares. & per perſonas eccleſiaſticas accipe clericos primę tonſuræ, clericos coniugatos, non bigamos, ſi incedant in habitu & tonſura. Item ſcholares, & ſeruitio eccleſię deputatos. Item depoſitos, ſiue degradatos, vt no. de his omnib. ſ. c. nullus iudicum. & de duob. alijs hic in glo.

2 3. ¶ † Quartò no. ꝙ iudex eccleſiaſticus exercet iuriſdictionem contra iudicem ſecularem moleſtantem clericos: & ſic ratione iniuriæ, & offenſæ irrogatæ in ſubditum alicuius domini efficitur quis de illius foro. ſi ergo Florentiæ quis delinquat in ciuem Bon. poterit ratione illius delicti hæc Bon. conueniri, tanquàm deliquerit in perſonam hic ſubditam: qđ nõ eſt verum. nam in laico offendente clericum eſt alia rõ, quare efficiatur de foro iudicis eccleſiaſtici; quia clericatus qualitas alterat delictum: ſicut cum res eccleſię occupatur, incidit occupans in crimen ſacrilegij. & ſic efficitur de foro eccleſiæ: & hoc dixi in repe. c. poſtulaſti. ſ. eod. in 5. q. referendo Bar. in l. cunctos populos. de ſum. Tri. q. 8. Fateor tamen, ꝙ ſi quis vendicat iuriſdictionem in ſubditos alicuius, poteſt illius dominus contra talem agere, & ſubditos defendere, vt c. dilectus. & ibi per Inn. de app. & ff. ad muni. l. de iure. vbi plenè per Barto. & ita intelligitur hic iſte text. qui plus tribuit iudici ſubditi talis oppreſsi; quia ipſe in talem offendentem iuriſdictionem exercet, & hoc propter crimen ſacrilegij, in quod incidit, vt prædixi. ¶ † Vlti. collige hic argu. ꝙ ſicut clerici non poſſunt per iudices ſeculares ſuper debitis arctari: ita nec ſimiliter per eorum ſtatuta. ſicut enim cauſa finita non poteſt producere effectum infinitum: ita iuriſdictio limitata ad certum genus perſonarum, non poteſt complecti alterum genus, ẽt per ſtatutum ipſius iuriſdictionẽ habentis. vt in c. fin. ſ. de conſti. eo. lib. & per hoc glo. pe. reprobat ſtatutum Boñ. vt in ea patet, ſuper qua in nouel. dicit dictum ſtatutum fuiſſe reuocatũ poſt traditum regimen dictę ciuitatis domino Hoſt. & aduerte, quia iſtud ſtatutum diſponebat expreſsè de perſonis eccleſiaſticis. Sed quia qñq; indirectè nituntur laici per ſtatuta ſua cogere clericos ad litigandum coram iudice ſeculari, quæritur de remedio. pone exemplum. Sunt ſtatuta in multis ciuitatib. ꝙ quicunq; declinauerit iuriſdictionem Poteſtatis, ſit eẋ protectionem cõis, & nõ debet audiri in ciuili, vel criminali. modò clericus conuẽtus coram Poteſtate non audet declinare propter periculum ſibi imminens, nè ſit extra protectionem, & poſſet impunè offendi: ex aduerſo timet pœnam canonum litigando. quid ergo faciet ſia perplexus? dicunt quidam, ꝙ comparere debet, & allegare coram iudice laico, ꝙ non poteſt coram eo litigare, nec venit contra ſtatutum; quia non declinat. Nam aliud eſt nolle, aliud non poſſe, vt l. hæc conditio. de condi. & demon. tutius tamen eſt, ꝙ nil dicat, ſed à ꝓpareat in habitu, & tonſura patenti: per hoc enim non eximitur, ſed lex eum eximit à iudicio ſeculari. ergo dixi talem ſtatutum generaliter ſic loquens non includere clericos; quia eſſet contra eccleſiaſticã libertatem ex eo, ꝙ clerici propter ipſum efficerentur timidiores, vt l. 1. §. qui honorandæ. ff. qua. re. act. non da. & c. nouerint. de ſen. excom. per Inn. & de iſta q. plenius dixi in ca. ſi diligenti. ſ. eo. in vlti. q. & Do. meus poſt Ia. But. ponit ipſam

4 in Aut. ſtatuimus. C. de epi. & cle. vbi plenè. ¶ † Si tamen clericus ſponte litiget coram iudice laico ignaro de tali clerica tu, an valebit ſnia? dic plenè per Io. An. in c. ſcienti. de regu. iur. in Mer. ¶ Oppo. & videtur, ꝙ clerici poſsint coram iudice ſeculari litigare, vt c. ſi clericus laicum. ſ. eo. Sol. id regulare, hoc ſpeciale. Sed quæro, in caſib. in quib. clericus fortitur forum iudicis ſecularis, vtrum cauſa tractabitur, & decidetur ſecundùm leges? de hoc dixi plenè. ſ. eo. c. quod clericis. Itẽ an in dictis caſib. iudex laicus ſuam ſniam mandabit executioni? Inn. loquens in cauſa feudali dicit, ꝙ ſic in d. c. verum. quod Ioan. And. ibi non approbat. ego ſuſtineo ibi dictũ Innoc. ſanè intelligendo, vt ibi plenius. de cauſa reconuentionis tangit hic Ioan. An. remiſsiuè. dicam poſt Archidia. ĩ. de cle. coniu. cap. 1.

S V M M Æ.

1 *Fideiuſſor tenetur ſoluere creditori, etiam de ſubſtantia ſua.*
2 *Iuramentum aliquando facit laicum de eccleſiaſtico foro.*
3 *Fideiuſſor, qui ſoluit debitum creditori, debet agere contra ipſum debitorem.*
4 *Obligatus nullo iure volens liberare captum pro debito, animo repetendi, an poſsit repetere, ſi ſoluit, illo capto inuito.*
5 *Iurans non fideiubere, an iuramentum ſit licitum.*

CAP. III.

CVm C. laicus. Nota, quòd hic tex. loquitur imperſonaliter, dum dicit [ſoluiſti,] & ſic poteſt intelligi in clerico, & laico fideiubente: quando autem ſit verum in clerico, dic vt ſ. de fideiuſſ. c. 1. & c. quod quibuſdam. vtrum autem qui tenetur dare fideiuſſorẽ, dando clericum, liberetur à tali obligatione? dixi in d. c. 1. remittendo ad Bar. in l. 2. ff. de fideiuſ.

1 & ad no. in l. 1. ff. ſi quis in ius vo. nõ ie. ¶ † Secundò not. ꝙ

a fideiuſſor a tenetur ſoluere creditori, ẽt de ſubſtantia ſua, vt hic: poteſt etiam ſoluere de ſubſtantia debitoris, & res eius vendere pro ſoluendo debitum, vt eſt caſus in l. ſi procurator em. §. ſi ignorantes. ff. manda. & aduerte, quia hic ſoluit ipõte. Vtrum autem conueniri poſsit? dic ꝙ ſic: hęc tamen beneficium

ficium ordinis, vt ſ. prius conueniatur principalis, quàm ipſe: quod dic, vt no. in Auth. præſente. C. de fideiuſ. fallit ſi debitor eſſent notorie inops, vt no. in l. fideiuſſor. ff. de pac. & l. ſi cer. pet. Similiter ſi renunciaſſet tali beneficio, vt not. Inſti.
2 de fideiuſſor. §. fin. ¶ †Tertiò not. magnum effectum iuramẽti præſtiti in contractu. facit enim laicum de eccleſiaſtico foro. vtrum autem ex tali iuramento oriatur noua actio? dic, vt in c. cum veniſſent. de conſt. & ibi dixi in quarta oppo. remittendo ad Barto. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſ. & ad Hoſt. in ſumma de aſſer. iur. §. j. verſ. quis ſit effectus. & quod not. j. q. 7. c. quotiens cordis oculus. Sed hic quæritur: quia iſte tex. loquitur in iurante, vt rum ita ſit dicendum in eius hærede, vt conueniri poſsit coram iudice eccleſiaſtico propter iuramẽtum defuncti? videtur quòd ſic. quia hæres ſortitur forum ex perſona defuncti, vt l. hæres abſens. ff. de iud. & ſ. de ſepul. capit. fina. per Abba. ibi. contrarium tenet ibi Ioan. An. per hunc text. dum dicit [à ſe præſtitum] &c. iuramentum enim licèt ex parte recipientis ſit tale. i. tranſmiſsibile ad hæredes: tamen ex parte præſtantis eſt perſonale, & ad hæredẽ non tranſit, vt no. Inno. in c. veritatis. de iureiur. & hoc per l. generaliter. C. de reb. cred. Non obſt. Auth. quod obtinet. C. de probat. vbi hæres cogitur ſtare iuramento defuncti. nam licèt obligatio cõtracta in eum deſcendat, non tñ obligat ad periurium, nec accumulatur forum foro, iſta enim accumulatio fit propter pactum tranſgredientis, vt hic, dum dicit [temere veniendo] quod periurium non poteſt cadere in hæredem, poſtquàm in eum non deſcendit obligatio iuramẽti: licèt deſcendat obligatio principalis, & hoc teneo in d. ca. fin. ¶ †Quartò. no. quòd fideiuſſor, qui ſoluit debitum credi
3 tori, debet agere contra debitorem: quod intellige actione mandati, quando fideiuſsit de conſcientia debitoris. ex hoc enim videtur mandare, quòd ſoluat, vt l. indebitam. de cõdi. indeb. ff. & hoc in fideiuſſore contractus. fideiuſſor autem iudicij, qui fideiuſsit de iudicato ſoluendo, ſi ſoluit poſt condemnationem, habet executionem paratam contra debitorem condemnatum: ſicut econuerſo ſententia lata contra debitorem condemnatum, poteſt exequi contra eũ ſine nouo proceſſu, vt eſt tex. no. in l. fi. C. de vſu. rei iudi. & ibi per Cy. & gl. no. in c. j de iniu. & dam. da. j. & no. illam differentiam inter fideiuſſorem contractus, & fideiuſ. iudicij de iud. fol. de fideiuſſore autem de iudicio iſti non eſt dubium, quòd liberatur per ſententiam, vt l. græcè §. & poſt litem. ff. de fideiuſſor. & nota. in d. capitul. 1. quod tene menti. ¶ Quintò nota. quid conſequitur fideiuſſor, agendo contra principalem; debet enim conſeruari indemnis. & ſic eſt argumentum, q̃ ſi ſoluit vſuras, poteſt ab eo repetere. In contrarium facit: qa obſtante exceptione, eas ſoluere non tenebatur. vnde imputet ſibi, ſi exceptionem peremptoriam non oppoſuit, vt ff. man. l. fideiuſſor. vbi plene, quando ſit fideiuſſori imputandum, vel non, ſi exceptionem peremptoriam, vel dilatoriam reo competẽtem non oppoſuit. de prædicta tamen quæſtione vide per Ioan. An. in c. damnum. de reg. iur. in Mercu. Sed pone, q̃ oppoſuit, ſed iudicis iniuria, vel imprudentia ſuccubuit: an talis iniuria ſibi facta per iudicẽ noceat ſibi, vel debitori, pro quo fideiuſsit? vide per Bart. in l. acceptatione. ff. de fideiuſ. facit l. ſi per imprudentiam. ff. de euic. ¶ Vltimò not. quòd in caſu, quo laicus eſt de foro eccleſiaſtico, compellitur ſatisfacere per ipſum eccleſiaſticum iudicem per cenſuram. & hoc not. quia eo ipſo, quòd concedit compeſci per cẽſuram, videtur denegare per capturam perſonæ, vel rerum: de quo dixi. ſ. eod. lib. de of. ordi. c. cum epiſcopus. ¶ Quæro poſt Ioan. An. in nouel. dicitur hic, quòd propter iuramentũ præſtitum in contractu laicus efficitur de foro eccleſiæ. Sed vtrum poterit conueniri etiam coram ſuo iudice ſeculari? refert Ioan. Mo. & Archid. ſentire, q̃ non, dum dicunt, q̃ adiectio iuramenti mutat forum: pro quibus facit; quia periurij eſt crimen eccleſiaſticum, vt ſ. eo. c. cum ſit. in 3. glo. ergo iudex ſecularis cognoſcere non poteſt: Sicut nec de hæreſi. vt j. de hæreti. c. inquiſitionis. §. prohibemus. ad hoc. ſ. eo. c. nouit. de iudi. & de elec. c. venerabilem. §. inſuper. Io. An. tenet contrarium. ſ. ſ. quòd etiam conueniri poterit coram iudice laico, ſi agitur de intereſſe partis, non ad pœnitentiam peragendam de periurio: quia tunc ſine dubio eſt crimen eccleſiaſticum, vt not. Ioan. And. de purg. ca. c. nos inter. ſuper 1. gloſ. adiectio igitur iuramenti non mutat forum ſui iudicis, ſed accumulat ſibi aliud forum. ſ. eccleſiæ. Non obſt. quòd ſit crimen eccleſiaſticum; quia non eſt ſic neceſſar iò crimen mere eccleſiaſticum, quòd ſecularis non poſsit de illo cognoſcere, & etiam deierantem punire. & quòd cognoſcat, probatur e. li. de iureiu. c. licèt. ibi [quamuis eis conſtet legitimè] &c. & in ſi. c. ibi dicitur, quòd pronunciare non impediuntur; imò coguntur: quòd etiam punire poſsit iudex laicus deierantẽ, patet. C. de tranſact. l. ſi quis maior. & de iureiu. c. ſi duo. §. ſi. & probatur. 22. q. 5. c. rex debet. Nõ ob. §. prohibemus. quia ibi loquitur de delicto merè eccleſiaſtico. & ita in tex. ponitur ibi, merè. Ad c. nouit. & c. tuam. de or. co. reſpondet hic in nouel. vbi demum diſtinguit, an agatur ex iuramento, vt ſeruetur. An excipiatur ex illo. Primo caſu contra laicum vterque eſt iudex competens, ſicut de ſacrilegio no. ſ. c. cum ſit. Secundo caſu ſi contra agentem in ſeculari foro excipiatur de iuramẽto, laicus iudex cauſæ de hoc cognoſcet, & diffiniet: in qua diffinitione ſeruare dẽt ius canoni. & ad hoc p eccleſiam cogi poteſt. & ſic loquitur c. licèt. ſic etiam practicatur c. quamuis. ſ. de pac. ead. l. 2. & Auth. ſacramenta. C. ſi aduer. ven. Si tamen reuocaretur in dubium, vtrum iuramentum ſit licitum, vel illicitum, eſſet hoc ad eccleſiaſticum iudicẽ remittendum, vt d. c. venerabilem. & ita in hoc reſidet. & tene iſta mẽti de crimine adulterii, an ſit crimen eccleſiaſticum, remittit ad no. per eum in d. c. cum ſit. de vſura remittit ad Cle. diſpendioſam. j. de iudic. & de vſur. j. c. 1. vbi per eum. ¶ Secundò quæro poſt eum. dicitur hic [q̃ iſto iure poterit conueniri] &c. Sed vtrum iudex ex officio ſuo poterit contra talem inquirere? remittitit ad not. ſ. de iurei. c. ad noſtram. il. 2. in nouel. ſuper gl. pe. vbi mouet dubium de certis alijs caſibus, vtrum iudex in eis poſsit inquirere ex officio. dic ergo, q̃ aut quæris, vtrum poſsit inquirere ad priuatum intereſſe: aut ſuper iuribus eccleſiarũ: aut ſuper criminibus: aut ſuper matrimonijs: aut ſuper iuribus principis. Primo caſu. ſ. ad intereſſe priuatæ perſonæ non poteſt: ſed procedendum eſt in eis, oblato libello, & ſeruato iuris ordine. & p hoc vide no. ſ. de iudi. c. nouit. in nouel. ſuper ver. corrũpere. ver. eſt & alia. Secundo caſu, in quo quæritur de rebus eccleſiarum. & idem. ſ. quòd non inquirit ex officio. fallit in Papa, q̃ hoc facit ex plenitudine poteſtatis. de hoc ſ. de teſti. c. cum olim. & in q. diſputata, de qua. j. ſubdã. Tertio caſu cum quæritur ſuper criminibus: & poteſt iudex inquirere, non ad priuatum intereſſe, vt dixi, ſed ad pœnitentiam imponendã: & ſic loquitur c. j. de of. ord. talis tñ pœnitentia includit reſtitutionem intereſſe; quia aliter fructuoſa eſſe non poteſt, vt in reg. peccatum. j. de reg. iur. & 14. q. 6. c. 1. Quarto caſu, cum quæritur ſuper matrimonijs. dic, quòd poteſt inquirere de quolibet impedimento canonico: nam in eis eſt eadem ratio, quæ eſt in criminibus; ergo idem ius, arg. ſ. de conſan. & affi. c. tua. & in contrahendo eſt expreſſum de clan. deſpon. c. fin. Quinto caſu, cum quæritur de iuribus principis, certũ eſt, q̃ poteſt inquiri. C. de bo. va. l. pe. & fi. lib. 11. & per Hoſt. ſ. de confir. vti. vel inu. c. cum dilecta. §. nolentes. & hanc diſtinctionem (quia vtilem) collegi ex no. ſuper d. glo. pen. Cui adde quod no. Bar. de inquiſitione criminum prohibita, vel permiſſa in l. 1. §. ſi publico. ff. de adul. Et iſta faciunt ad quæſtionem diſputatam hic poſitam in nouella. ſi laicus denunciat clericum, quòd cum multitudine hominum damna, & ſpolia intulit, dicens id notorium, & emendam petens. concludit enim, quòd iudex non poterit ex officio procedere: ſed

ſed oblato libello, & ſeruato iuris ordine procedet. ad hoc ſ. de or. co. c. 2. vbi in facto ſimili ſeruatur iuris ordo. & de off. deleg. c. conſultationib. Nã regulare eſt, q̃ in cauſis offertur libellus, etiam in criminalibus: niſi in certis caſibus not. in c. vt noſtrum. vt eccle. bene. de quibus iſte non eſt. Item etiam ſi dicatur agi officio iudicis in prædicta q. tñ cum intentatur officium iudicis nobile, eſt offerendus libellus. Secus ſi incidenter, vt no. Doc. poſt gl. ff. de interro. act. in rub. Nõ ob. q̃ in facto, quod dicitur notorium, non ſeruatur iuris ordo; qa habet locum in notorio actu permanente, non tranſeunte: ſicut eſt iſtud. Item habet locum, cum ad punitionem agit̃, nõ
4 ad priuatum intereſſe. & ita in hoc reſidet. ¶ †Tertiò poſt eũ quæro: vtrum nullo iure obligatus ſponte volens liberare capetum pro debito animo repetendi, poſsit repetere, ſi ſoluit, illo capto inuito? Quidam q̃ nõ, per l. ſi. C. de neg. geſ. refert fuiſſe contrarium diſputatum de æquitate, non ob. l. vlt. quæ loquitur in eo, qui geſsit negocium voluntarium: ſed iſtud erat neceſſarium, ſecundùm eum. & ſic dicta deciſio locum habet, qñ deficiebat omnis ſpes liberationis, niſi per ſolutionem. Bar. format. q. in genere, qñ quis liberat inuitum: vtrum habeat actionem ne. geſt. refert Gul. de Cu. dicere, q̃ ſic. ſimiliter Cy. in d. l. fi. ipſe tenet cõtrarium. in l. Stichũ. §. ſi ab alio. ff. de noua. & alle. caſum contra eos in l. ſi pro te. ff. mand. cui legi difficile eſt reſpondere, ſecundùm D. meum in d. l. fin. & etiam rationi. Nã prohibitio facit ceſſare conſenſum expreſſum, & tacitum. & ſic facit ceſſare ciuilem, & naturalem obligationẽ. Sed ponamus ſecundùm eum, q̃ coniunctus meus erat in periculo perdendi perſonã, niſi pro eo ſoluerem certam pecuniam: ſolui, eo vetante. quæritur, vtrum repetam? dicit ipſe, q̃ ſic; quia non minus intereſt reipub. homines conſeruari, quàm mortuos tumulari: pro quibus tumulandis expenſa exigitur ab inuito, vt l. & ſi quis. §. Idem Labeo. ff. de relig. & ſump. fu. Præterea intereſt (mea ratione cognationis, & amicitiæ, vt l. 3. & 4. ff. de lib. cau. & de app. l. non tñ. & ita no. in d. l. fi. & pro iſta eius opin. facit deciſio prædictæ. q. diſputatę, quæ proponitur, vbi erat captus pro debito. iſta verò, cũ erat in periculo perſonæ, niſi ſolueret. & ſic maiorem habet æquitatem talis repetitio; cum natura hominum gra-
5 tia omnia cõparauerit, vt l. in pecudum. ff. de vſur. ¶ †Quartò quæro poſt eum. ſi quis iurat non ſolui debere pro aliquo: vtrum iuramentũ ſit licitũ? tenet, q̃ ſic; quia ſi pro vtilitate p̃ximi iurare poteſt, fortius p̃ ſua, vt no. Arch. 22. q. j. c. nõ eſt. ¶ Quintò & vlti. quæro vltra Doct. Quidã clericus fideiuſsit pro laico in iudicio ſeculari de iudicato ſoluẽdo: condẽnatus eſt laicus in mille. vtrum ergo ſicut contra ipſum laicum ſententia habet paratam executionem: ita contra ipſum clericum fideiuſſorem? Si enim non fuiſſet clericus, ſed laicus, certũ eſt, q̃ haberet, vt dixi ſ. in 4. not. & videtur, q̃ exequi contra eum poſsit. Nã in iudicijs quaſi contrahitur in l. 3. §. idem ſcribit ff. de pecu. ratione ergo quaſi contractus (ſicut ratione contractus) coram non ſuo iudice reſpondere tenetur, per c. dilecti. ſ. eo. coniuncto quod dixi in §. contrahentes. in 5. nota. ſ. e. c. j. Item illa condemnatio facta de principali concernit clericum fideiuſſorem incidenter, & venit ex iuris diſpoſitione, non ex ſententia iudicis principaliter. ergo non prohibita, vt in ſimili dicit l. j. ff. de aucto. tu. Cy. format iſtam q. in. l. j. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & tenet contrariũ in prædictis terminis. ſecus, ſecundùm eũ, ſi fideiuſsiſſet coram delegato; quia poteſt eius iuriſdictio prorogari: ſed certè iuriſdictio delegati nõ poteſt prorogari ad alias perſonas, quàm expreſſas in reſcripto, vt in c. P. & G. de offi. deleg. iſta ergo ratio non eſt bona: ſed ratione quaſi cõtractus, qui ex tali fideiuſsione oritur, & ex ſententia ſubſecuta contra principalem, vtrum poſsit ſententia exequi contra ipſum fideiubẽtem coram delegato Papę, vel coram alio iudice eccleſiaſtico, eſt dubium ſubtile, & pulchrum. in quo cogita.

ADDITIO.

a ¶ Fideiuſſor. Adde etiam, q̃ tenetur in dubio ſoluere vſuras. quod eſt ſing. dictũ gl. in ſ quæro. ff. loca. Cy. in l. fideiuſſor. C. de fideiuſſ. Doc. in c. conſtitutus. e. ti. & in l. centum Capuę. de eo, quod cer. loc. Ale. in l. ſi cum dotem. §. ſinautem. ff. ſolu. matri.

Rub. De litis conteſtatione.

SVMMAE.

1 *Exceptio peremptoria propoſita ante litem conteſtatam non impedit litem conteſtari.*
2 *Exceptiones ſunt tres, quæ impediunt litem conteſtari.*
3 *Exceptio vel iudicatæ impedit nouum proceſſum inchoari.*
4 *Exceptiones peremptoriæ quæ dicantur.*
5 *Taciturnitas peremptoriæ excommunicationis aduerſario competentis non reddit reſcriptum ſubreptitium.*
6 *Executio præſentationis, an impediat litis conteſtationem.*
7 *Exceptionem ſurreptionis opponens contra reſcriptum quis probare debeat.*
8 *Surreptio, quæ reddit gratiam uitioſam, an uitiabit literas executorias.*

CAP. I.

1 EXCEPTIONIS. ¶ Ponit regulã, in cuius ventre exceptionẽ inſerit, quã regulã exaggerat, ibi [licèt] ſcdm Io. Mo. ¶ No. q̃ † exceptio peremptoria ꝓpoſita ante lit. cõt. non impedit lit. cõt. ſed dẽt proponi poſtea: & cautũ eſt ipſam proponere, poſtquàm actor fundauit ſuam intentionem. Nam (vt notabiliter dicit glo.) ſtultus eſt reus, qui prius probare nititur exceptionem, quàm fundet intentionem ſuam actor, vt no. in c. de teſtibus. ſ. de teſti. quinimmo non cogitur reus recipere terminum ad probandum defenſionem ſimul cum actore ad intentionem probandã: qđ dic, vt no. in Cle. ſępe. ver. & quia ſuper. ver. partes. de ver. ſig.
2 ¶ † Scdò no. tres exceptiones, quæ impediunt lit. cont. & eſt ratio in eis, ne rei, vel litis ſemel finitæ cogat̃ reus ſubire inſtantiã, conteſtando litẽ: quia iſtæ exceptiones cõcernunt inſtantiam, & ipſam finiunt. alia verò concernunt rem ipſam, ſecundùm Io. Mo. Sed certè tranſactio non præſupponit inſtãtiam neceſſariò; quia extra iudicium facta valet, & per eam extinguitur actio, quandoq; ipſo iure, quandoq; ope exceptionis, ut l. vbi pactum. C. de tranſa. Item finitur lis alijs modis, nulla inſtantia pręcedẽte, vt per præſcriptionem, & iuſiurandum voluntarium: non eſt ergo eius ratio generalis. ſit ergo ratio in iſtis, & ſimilibus, vt ſit litium finis: ad quem finem omnes exce. (de quibus. j. ſubijciam) ſunt inuentæ. ¶ Sed hic quæritur. ſi tranſactio facta eſt poſt litẽ motã, & ſic poſtea opponatur: an impediat reliquum ꝓceſſum: vel cognoſcetur tanquàm de peremptoria? dicit Ia. Bu. q̃ ea, quæ ante litem conte. competentia tunc oppoſita impediunt proceſsũ: ſi poſtea incipiant competere, habent impedire reliquum ꝓceſſum, ut l. elegãter. §. ſi qs poſt. de cõd. ind. vbi circa hoc. Et quæritur ſi exceptio tranſactionis competens ante li. cõt. poſtea proponatur: an impediet reliquum proceſſum? tenet q̃ non; quia poſtea oppoſita habet effectum peremptoriæ: quia effectus tunc declinatoriæ eſt extinctus. modus ergo, & finis attendi debet, & ſecundùm illud fieri. ſ. de or. co. c. ij. & dixi. ſ. de iudi. c. exhibita. in 13. not. ¶ Quærit ẽt Ia. Bu. in d. §. ſi qs poſt. exceptio tranſactionis ortũ habuit poſt. li. cont. ita quòd poteſt opponi in vim declinatoriæ, vt dixi. Sed pone, quòd non ſtatim eam opponit: ſed proceſsit ad aliquos actus. vtrum amodo ad iſtum effectum impediendi quod reſtat, opponi poterit? Tradit ibi pulchram theoricam, dicens, q̃ ſi ſingulæ exceptiones veniunt opponendæ contra

singulos actus;licèt qs ꝑcludat sibi viã quò ad actus ꝑfectos & consummatos: non tñ quò ad sequentes fiẽdos. ponit exẽplũ in l. agraria. ff. de termi. amo. & l. pe. & fi. ff. de col. illici. & qđ no. in l. j. C. de anna. excep. Sed vbi est una exceptio cõtra totũ processum: si passus fuerit fieri actũ, quem poterat impedire ꝑ obiectũ exceptionis, amõ sibi viam præclusit ad ipsam opponendam; nisi fuerit protestatus. protestatio. n. reseruat sibi ius illam ẽt opponendi. ff. qui satisf. cog. l. fi fideiussor.
3 in pr. & l. dẽt. §. item si prædixerit. ff. nau. cau. sta. ¶ ††Tertiò no. ꝙ exceptio rei iudi. impedit nouum processum inchoari: sed pone, ꝙ ea omissa, vel opposita, & reiecta, lata est secũda sñia, an valebit? dicit Bar. ꝙ aut secunda sñia fertur cõtra primam ex nouo processu: & valet secda, siue scda noceat reo, siue actori. imputet. n. sibi, qui eam non opponit, vt l. duobus. & quod ibi no. ff. de excep. rei iud. & quod no. in l. j. C. si plures vna sen. & est casus in c. inter monasteriũ. de re iudic. Aut secunda sententia fertur ex eisdem actis, quibus lata fuit prima. & tunc est nulla indistincte, siue concordet, siue discordet à prima. Nam cum finita sit instantia per primam sñam: ita ꝙ iudicis officium nihil potest amodo super illa instantia perempta, vt l. terminato. C. de fruc. & li. exp. & l. Paulus. & l. index. de re iu. concluditur ex hoc, ꝙ secunda sñia reperit lata siue instantia. i, sine libello, li. conteſt. & fi. ergo nulla, vt l. j. C. qũ provo. non est ne. In iureiurando, & transactione dicẽdum est, quòd nouissima valẽt, ratione diuersitatis. vide per Bar. in l. nã & postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. & l. si diuer-
4 sa. C. de transact. ¶ ††Quartò not. quæ dicantur exceptiones peremptoriæ: dñr enim illæ, quæ tangunt negocium principale: & sic opponuntur ad perimendam intentionem agentis. Sunt & aliæ, quæ non concernunt merita causæ principalis: sed opponuntur ad processum, & ad ipsum impediendum, & istæ an impediant litis cõte. Dicas, ꝙ quędam est exceptio dilatoria, siue impediens processum ꝓp priuilegium fori: & illa debet opponi in iudicio, antequã fiat aliquis actus, per quẽ videatur in iudicem consentire, vt l. fi. C. de excep. & d. c. inter monasteriũ. Quędã est exceptio, quę impedit processum ꝓp personam agentis, & ista qũque purgatur per lit. cont. vt exceptio procuratoria. cum enim per contestationem efficiatur dominus litis, non potest amodo sibi dici. non es procurator. vel non potes esse procurator, vt l. Pomponius. §. rati. ff. de procura. & C. eo. l. ita demum. quandoque non purgatur per litis contesta. vt executio excommunicationis. Sicut enim ab initio, ita post contestationem remanet excõicatus. & ideo licèt ista exceptio non possit opponi contra ea, quæ acta sunt: poterit opponi contra illa, quæ restant, vt j. e. lib. de except. c. pia. Quædam est exceptio, quæ impedit litis conte. ex natura causæ (vt rei iudicatæ, transactionis, & si.) & tunc ad impediendum processum debet opponi ante lit. contest. vt hic. Sed si opponatur postea, cognoscitur de ea vt de peremptoria. C. sen. rescin. non pos. nisi haberet ortum postea: tunc enim opponi põt ad impediendum reliquum processum, vt s. dixi, per d. §. si post. vbi prædicta no. Bar. de ista exceptione. ¶ Sed hic quæritur. si simul opponuntur plures exceptiones, de quib. dẽt cognosci ordine succesiuo, vt declinatoria fori, de procuratoria, perẽptoria, & similib. an pmixtim possit iudex cognoscere: uel potius in eis ordo ꝓposterus reddat iudiciũ nullũ? dic, qnõ, attẽto ordine scripturę: illa. n. vł prius opposita, q̃ de sui natura dẽt aliã in cognitione ꝓcedere, vt no. Bar. in l. qđã consulebãt. ff. de re iud & si iudex velit in cognoscendo ordinẽ ipsarum peruertere, grauat partẽ: & per consequens poterit appellari, vt est casus notabilis in c. exhibita. de iudi. vñ in casu huius. c. si iudex exceptionẽ tranlactionis oppositam, vel aliam (de quib. hic) ad impediendum processum vellet reseruare post lit. contest. & de cã cognoscere in vim peremptoriæ, posset ab eo appellari, per d. c. exhibita. peruersio aũt ordinis inter exceptiones dilatorias, quæ proponuntur ordine succesiuo, de quibus dixi, nõ
redderet iudicium nullum, vt no. Bar. & post eum D. meus in l. si quæramus. ff. de testa. vbi ẽt notabiliter dicit, ꝙ qñ est ordo in exceptionibus opponendis. si exceptio secundò, vel tertiò proponenda opponitur prius in dilatorijs: vł sic excipiẽs renunciare præcedentibus omissis, vt l. sed si susceperit. de iudic. ff. in peremptorijs secus, alleg. gl. singulariter. ff. de excu. tu.
3 eo. li. de iura. cal. c. j. ¶ † Quartò no. Io. An. q̄ non ſemper negatiua (ēt quę per negantem probari non pōt) transfert onus probandi in negantē. nā ſi ſola negatio transfert, inutile eſſet remedium huius c. ſcdm eum. Pro cuius declaratione quęro, q̄ eſt illa negatiua ſimplex, & abſoluta, cuius probandi onus incumbat ipſi neganti, maximè ſi habeat ex aduerſo affirmatiuam, vt in exemplis glo. 2. & 3. ex quibus non colligitur, q̄ neganti incumbat onus probandi; ſed affirmanti. & ſic non congruunt huic. c. q̄d innuit neganti onus probationis incumbere. Vt ergo exempla ad ipſum c. habeas, præmitte hāc regulā, q̄ vbicunque negatio eſt cā intentionis agentis, ſiue excipientis: ei, qui negat, incumbit onus probandi. & in agente, q̄ debeat probare negatiuam, cum eſt cauſa ſuę intentionis, eſt caſus in l. hoc iure. ff. de verb. obl. & l. ſi ita ſtipulatus. ver. quòd ſi ab initio. e. ti. & idem ſi eſt cā exercitij meæ actionis. puta non poſſum peruenire ad pignorum poſſeſſ. niſi qñ principalis non eſt ſoluendo; hoc. n. debeo ꝓbare, vt in Aut. hoc ſi debitor. C. de pig. & in Auth. præſente. de fideiuſſ. alia exēpla vide per Bar. in l. in illa ſtipulatione ſi Calēdis. de ver. oblig. verſic. quid iuris. ſi opponitur exceptio, tu es periurus; quia in termino non ſoluiſti: vel non debes audiri; quia non ſoluiſti gabellam: vel non debes tu tutor audiri; quia inuentarium non feciſti: vel es priuatus hæreditate; quia voluntatem defuncti non impleuiſti. in his. n. exemplis, & ſi. an tali negan ti incumbat onus probandi. & qualiter probabuntur tales negatiuæ loco, vel tempore non coarctatæ, ibi plenè videas. & facit quod not. Innocen. in cap. ſuper his. de accuſa. vbi ſubtiliter loquitur de iſta negatiua: cuius dicta refert Barto. vbi ſupra, & Cyn. in l. 2. C. de iure emphyt. ¶ Quintò not. quòd vtrum talis negatiua poſitio ſit admittenda, vel non, relinquitur arbitrio iudicis, à cuius arbitrio ſi pars ſenſerit ſe grauatam, poterit appellare, vt dicit gl. ſi. Lap. circa hoc ponit vnā additionem, arguens contra iſtam glo. q̄ non poſsit appellari in caſu huius c. quia tex. dicit [poſsint] ergo non tenentur, de offi. deleg. cap. conſuluit. & quod no. in Spec. de offi. iud. §. impedit quoque. ver. quid ſi iudex. & per Ioan. An. de excep. c. exceptionem. in fi. & de regul. iur. c. infamibus. Sed ſecundùm expoſitionem Hoſt. Archid. & Ioan. Mo. qui exponunt [poſsint] ſubaudi, & tenentur. gl. bene dicit, q̄ poterit appellari ſecundùm Lap. Ex quo no. quòd in reſeruatis arbitrio iudicis habet locum appellatio, ſi iniquè arbitratur, ad hoc. s. c. j. de di. in pęna arbitraria, quòd poſsit appellari ab ea, no. Ber. de accu. c. ſuper his. contrarium tñ ſentit Inn. in c. fin. de ſcri. & aduerte, q̄ dicit hic [ſi viderit expedire] quæ verba ſonant, q̄ nō poſsit iudici referri qō ſuper eo, quod ſibi viſum fuerit, vt no. Io. And in c. 1. de iur. calum. eo. li. in nouel. ſuper verbo, expedire. & hic dicit, q̄ poterit appellari. ergo ſibijpſi contrarius, dic, vt ibi dixi. ¶ Primò quæro extra gl. quare negatiua non eſt probabilis. dic ex eo, q̄ teſtis debet deponere ſuper eo, q̄d percipit altero ex quinque ſenſibus corporis, vt no. Inn. de teſti. c. cum cauſam. & l. qui teſtamento. §. fi. de teſta. iſta aūt negatiua ſimplex. non fui citatus: nō fuit mihi pecunia numerata: non cognoui Bertam. & ſimil. non poſſunt cadere in ſenſum teſtis; ideo non probant. & hoc eſt, quod dicitur, quòd plus creditur duobus teſtibus affirmantibus,

bus, quam mille negātibus, vt l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arb. quod intellige, vt dixi. s. de arb. c. j. eo. ti. Cy. in l. actor quod aſſeuerat. C. de proba. Et de iſta, qñ ſit probabilis per teſtes: & qualiter debet ſuper ea deponere, vt cōcludant, dic vt no. Io. And. in c. bonæ. il. j. de elec. in nouel. ſuper gl. & hic etiam poſt Io. Mo. tangit de directa, & indirecta probatione, & qūo probetur miraculum. Negatiua coarctata loco, & tpe probatur directò, ſicut affirmatiua, vt no. Bar. & exemplum ponit. C. de cano. frumen. vrb. Romæ. lib. 11. ¶ Secundò quæro de materia poſitionum, quam per modum ſummæ Ioan. An. plenius tentat, & proſequitur, quam materiam proſequitur Cy. in l. 2. C. de iura. cal. & ibi Iac. But. Bart. & Bal. Spe. in tit. de poſitionib. multum plenè. & ex multis ibi vtiliter declaratis hoc proſequor breuiter: q̄ qñque quis poteſt probabiliter recuſare, ne rñdeat poſitionibus plurib. de cauſis: nam qñque contra ipſas allegatur incertitudo: qñque impertinentia: qñque contrarietas: qñq; q̄ eſt negatiua: qñq; q̄ eſt criminoſa. dic primò, q̄ qñq; cōtra poſitionē opponitur incertitudo: & hoc dupliciter. vel ex parte rñdentis, vel ex parte ponentis. Primo caſu pone. continet poſitio, q̄ Titius eſt mortuus. Ego, qui debeo rñdere, an ſit ita, poſſum reſpondere, dubito: ſed an mihi dubitanti in prædicto exemplo, & alijs iudex debeat dare tempus ad deliberandum? diſtinguit Barto. inter factum antiquum, & recens: vt in primo caſu deturq̄ memoria hominis labilis eſt, vt l. peregre. de acqui. poſ. In ſecundo caſu idem, ſi negocium erat valde implicitum, vt l. pe. ff. de confeſ. ſi verò non erat implicitum, non debet dari terminus ad deliberandum, vt l. quanquàm. ff. ad Velle. Et hæc vera, cū petitur tempus ad deliberandum de facto proprio. Si verò poſitio cōtinet factum alienum: tunc, dicunt quidam, q̄ non cogetur reſpondere. alij dicunt, q̄ cogetur: ſed præfigi debet terminus ad deliberādum, qñque incertitudo emanat ex ipſa poſitione, ſiue ex facto ponētis: tunc debet, antequàm rñdeatur ei, declarari. qñq; n. poſitio eſt implicita, ſeu captioſa, vel multiplex, & non eſt ei rñdendū, vt no. in c. prox. in gl.

4 ¶ † Secundò contra poſitionem opponitur, q̄ eſt impertinēs & hoc tripliciter. Nam quandoq; eſt proceſſus impertinens (puta, pero. 10. & pono, q̄ rex eſt in Francia) & non debet rñderi, vt c. cum contingat. s. de offi. deleg. & de iureiu. c. ſi duo patroni. §. Iulia. & l. ſi quis liberta. de pet hære. Qñq; petitio non eſt pertinens neceſſariò, ſed per præſumptionē iuris eſt pertinens. vt pono me fuiſſe olim dñm: tunc admittitur, vt l. ſi ne poſsidetis. C. de prob. vide tñ ad hoc q̄d leg. & no. in l. certū. §. ſi fundus. ff. eo. Qñque poſitio eſt impertinens in ſeipſa ſola. ſed iuncta cū alia eſt pertinēs: puta pero à te centum. Itē q̄ Titius eſt publicus notarius. Iſta enim ſola eſt impertinēs: ſed conuncta cum prima, quam volo probare per inſtrumē tum huius notarij, eſt pertinens. Et hoc no. in d. l. 2. §. q̄d obſeruari. In dubio aūt ſi dubitatur, an ſit pertinēs, vel non, dēt admitti, ſaluo iure impertinentium &c. Et ita ſeruatur, vt no. s. de offi. deleg. c. cum contingat. De prædicta etiam dependenti dicit hic Io. An. q̄ interdum ſecunda dependet à prima negata, quæ non dependet à prima affirmata: vt ſi pono, q̄ appellaui, ſecundò q̄ in ſcriptis, tertiò q̄ infra x. dies. negata prima, negatur ſecunda, & tertia: & ſic dependent. Sed ſi confeſſetur prima, erit neceſſe rñdere ſecūdę, & tertię. ¶ Tertio op. & vī, q̄ non eſt rñdendum rōne cōtrarietatis hic duobus modis, primò q̄ ponens eſt ſibi contrarius: & tunc non debet audiri, vt c. ſollicitudinem. de app. & l j. C. de fur. Secundò ſi rñdens reſponderet ambabus, incideret in contrarietatem; quia vna dependet ab alia. Præterea pono, q̄ inſtituit me ſuū hæredem, certè illa dependet à prima; iō non debes illi rñdere, vt colligitur ex no. in d. §. vbi circa hoc quærit gl. vtrùm eidem poſitioni teneatur quis ſępius rñderi, dicit q̄ nō, niſi ex cā. dic vt ibi. Sed hic quęro poſt Lap. pone, q̄ actor facit duas poſitiones, quarum ſecunda dependet à prima, & prima fuerit negata, ſecunda verò cōfeſſata, an ſiudicet reo confeſsio? dicit, q̄ nō. ar. eius, qđ de torto dr̄. qui ſi torqueat minus legitimè, confeſsio eius nihil ei præiudicat. ff. de qō. l.

5 diuus. §. ex quib. & l. maritus. §. pe. quod not. ¶ † Quartò op. contra poſitionē, q̄ eſt iuris, & huic vtrum quis teneatur rñdere? gl. ibi arguit pro, & cōtra. Bar. diſtinguit inter ius diſponens & diſpoſitū. ius diſponens eſt lex, ſeu ſtatutū: in quo caſu dic, q̄ aut poſitio eſt iuris cōis: & non dēt ei rñderi. & ſi reſponſum fuerit aliter, quā diſponat, non valet, vt l. ornamentorum. de aur. & arg. leg. & de confeſ. l. 2. & ibi no. ¶ Quædā eſt poſitio iuris municipalis: tūc ſi eſt alterius ciuitatis, quàm in qua lis vertit: & dēt probari; quia eſt in facto, & in facto conſiſtit, vt in c. j. s. de conſt. e. lib. facit qđ no. Bar. in l. oēs populi. ad fi. de iuſt. & iur. Si verò eſt eiuſdem ciuitatis, in qua lis vertitur: tunc ſi quidem eſt ius non ſcriptum, vt conſuetudo: & dēt huic rñderi; quia eſt probabile, ergo ponibile. Sed ſi eſſet ius ſcriptum: tunc non dēt rñderi eadem ratione, quia non dēt poſitioni iuris cōis. alio verò caſu qñ eſt ius diſpoſitum. vt ob. actus, ſeruitus, & ſimilia. tūc ſi de tali fiat poſitio, eſt rñdendum, vt l. ſi. ff. de iureiu. & l. quidā in iure. ff. de don. ¶ Quintò op. q̄ eſt negatiua: & huic non vī, q̄ debeat rñderi: quia ponens non hēt neceſſe probare. ſed dic, q̄ qñq; hēt, vt s. dixi. Ideò ſi tūc æquitas ſuadeat, rñdere tenetur, vt hic, & l. optimum. de contrahen. ſtip. Adde q̄ dictio, abſque, & dictio, tantùm, ſunt negatiuæ, & in eam reſoluuntur, & adijcian tur orationi affirmatiuæ: vt ſi dicat ponens. fuit abſque eo, q̄ eſſem in tali loco, tali die. vel fuit tantùm Titius ibi, vt no. Io.

6 An. in d. ca. bonæ. ¶ † Sextò oppo. q̄ eſt poſitio criminoſa. in hac dicit gl. quòd reus non cogitur reſpondere, per c. non tibi dico. alle. in gl. & no. 50. diſt. c. ex pœnitentibus. per Arch. & s. de elec. c. dudum. 2. in nouel. §. tandem. in gl. ſuper proceſſu. Bar. diſtinguit. Nam quandoque per poſitionem talem detegitur aliquem eſſe detentatorem rerum ad alium pertinentium, vel eſſe alterius debitorem: & cogitur reſpondere, vt l. quotiens. §. præter. de noua. & l. qui petitorio. de rei ven. niſi per hoc retractaretur quod ſemel deciſum eſt, vt l. quoniam iuraſſe. § ſi patet. & ibi gl. ff. de iureiu. & l. ſi à te. in pr. & quod ibi no. de excep. rei iud. Qñque per hoc delictum nō detegitur, ſed ſolùm perſona repellitur: & tunc non debet reſponderi huic poſitioni criminoſæ. & ita intelligit not. ꝓ Inn. & Doc. in c. dudum. prędalle. Primum membrum huius diſtinctionis impugnat D. meus. D. Bald. dicit enim, quòd ex dicto eius ſequitur, q̄ quis tenetur rñdere huic poſitioni, an ſit vſurarius: quia per hanc poſitionem detegitur quem eſſe alterius debitorem. ſed hoc falſum dicit. Nam ſi poſitioni captioſæ quis non cogitur reſpondere, ne incidat in periurium: multò minus criminoſæ, per quam ſi fatetur, & ſuum crimen detegat, infamiam incurrit: ad quod nemo compellendus eſt. Item ſi negaret, periurij incurrit. Et ſic ab vtraq; parte ſe in periculo ponit: ſed vī, q̄ indiſtinctè cogatur quis ſup crimine rñdere; quia interrogatur quis, an dolo deſierit poſsidere, l. qui petitorio. ff. de rei ven. de pe. hæ. l. qui interrogatus. Item accuſatus de crimine cogitur ſuper eo reſponderе, l. neganda. qui accu. non poſ. & s. de accu. c. cum dilectus. & l. Marcellus. ff. rerū amo. ¶ Sed ex iſtis leg. iſte diſtinguit. nam qñque quis interrogatur ſuper crimine, delato ſibi iuramento litis deciſuo: & cogitur reſpondere, vt d. l. Marcellus. Aut interrogatur ſuper crimine ad alium effectum: & tunc refert, aut ad præparationem iudicij, & talis interrogatio eſt de natura cauſæ: & debet reſponderi, vt l. qui petitorio. fit enim ex officio iudicis, cuius maior eſt auctoritas, quàm potentis: aut fit ad inchoationem iudicij: & debet ſimiliter reſponderi propter neceſſitatem ordinis iudiciarij, qui incipit à cōteſtatione litis, vt d. c. cum dilectus. & l. neganda. aut interrogatur poſt litis conteſta. ſuper poſitionibus criminoſis: & non tenetur reſpondere, nec ſe prodere, & aduerſarium releuare ab onere probandi. Et ita intelligit iſtam materiā: qui ſubdit, q̄ ſi non fiat poſitio ſup crimine, ſed ſuper

infamia, cogitur respondere: similiter in spiritualib. & vbi fit positio de sñia super crimine prolata, allegat Inn. in d. c. dudum. in nouel. & dicit de teste, ꝙ non cogitur respondere, an sit criminosus: de quo in c. testimonij. de testibus. & de prædicta materia etiam no. Bar. in l. Marcellus. rerũ amo. & in Spe. de posi. §. 7. ver. 19. D. meus in d. §. qđ obseruari. in ista positionũ materia aliqua dicta ponit, inter alia, ꝙ formans positionem debet habere libellum præ oculis, & ex ipsius tenore positiones formare, & ex ipso eas euellere: contra, positiones rei debent fundari super defensione rei, vt no. Spe. de posi. §. 5. ver. formans. n. & hoc collige per positiones, quas hic format gl. magna. dicit. n. Spe. ibi in ver. in summa. ꝙ ille, qui non cognoscit naturam actio. vel exceptio. non potest scire formare exceptiones, & positiones. Ex quo sequitur, quòd non sana est exclamatio Hostien. contra Innoc. quòd nõ sit curãdũ de specie acti. vt s̃. de iudi. c. examinata. & cap. dilecti. ¶ Quæro. fecit actor positionem, quòd reus tenetur sibi in centum. reus rñdet sub conditione (puta) promisi dare tibi, si Titius mortuus fuerit: an reus videatur purè confessus? Archid. arguit primò ꝙ sic; quia contra se quis testificari potest, pro se minimè. 24. q. 2. §. 1. de transa. c. prꝫterea. ff. de interroga. actio. l. de ætate. ergo creditur sibi in eo, quod dixit promisisse: sed non in eo, quòd dixit conditionaliter promisisse: nisi conditionẽ probet. 6. q. vlt. c. accusator. C. de ꝓbat. l. exemplo. Archi. tenet, quòd ex tali confessione actor nõ fundet intentionẽ suam. mouetur, quia qđ quis approbat pro se, etiam approbare debet cõtra se. 19. di. c. 1. vbi de hoc. & 4. quæstio. 3. c. si quis testibus. 36. dist. c. si quid veri. s̃. de censi. c. cum olim. in fin. vnde cum ipsa responsio sit vnica: & vnico constructu ipse actor aut totum approbet, aut totum reprobet, & quodcunque eligit, sequetur dicta conclusio. Item reus non videtur fateri quod non sentit: sicut nec actor videtur in iudicium deducere, quod non sentit. ff. de excep. rei iu. l. si ex testamẽto. Pe. de Bellaper. distinguit, quòd aut respondet per vnicum capitulum ex vnico constructu verborũ, vel p plura capitula cõnexa. & tunc procedat quod dictũ est. Aut rñdet per plura capitula diuersa: & tunc posset partẽ approbare, & partem reprobare. & sic intelligit l. Publia. §. fi. ff. de posi. Et per illam l. dixit Ia. de Are. terminatam istam quæstionem vltra montes contra consitentem. facit s̃. de insti. c. cum venissent. & quod not. C. de dona. ante nupt. l. 2. dicit tñ Arch. ꝙ cogeret eum rñdere simpliciter, sicut simpliciter ponitur. & dicit hic Io. An. ꝙ putat, ꝙ reus iuste petere posset declarari per actorem, an ponat ipsum promisisse purè, an sub conditione. & sic cessaret dicta perplexitas. de quo remittit ad Spe. de positionibus §. fin. in fin. Conclusio est ergo, quòd si confessio fit purè, postea additur conditio: ꝙ tunc confessio posit pro parte approbari per aduersarium, vt addens conditionem illam probet. & de hoc est tex. de ele. c. dudum. 2. ver. tandem. & ibi glo. & tex. in c. prꝫterea. 2. de transa. Aut fit sub vno constructu: & tunc debeat in totum approbari, vel reprobari, per iura alle. per Arch. Io. And. Sed circa hoc potest dubitari, quando dicatur confessio facta in eodem capitulo sic connexo, & quando in separato. D. Io. de Imo. dicit, ꝙ Bar. in d. l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de libe. lega. dicit, ꝙ vnum capitulum, vel plura connexa dicitur, qñ vnum factum ponitur cum qualitatibus suis. ponit exempl. si promitto tibi centum sub conditione, hoc est vnum capitulum: si verò promisi tibi centũ, pacto apposito in continenti, vt vadas pro me Romam: tunc sunt plura connexa. Diuersa verò capitula, & separata dicuntur, quando diuersis temporibus facta sunt: vt si promisi tibi centum. demum ex interuallo feci pactum de non petendo. Item si sunt plura pacta incontinenti, quorum vnum nõ venit qualificatiuè ad aliud: vt si promitto tibi scribere librum. Item promitto ire Romam. Et p hoc patet, ꝙ non est differentia, siue dicatur, promisi sub conditione: siue dicatur, promisi; quia est totum vnum capitulum, ex quo fit in continenti talis qualificatio. secus si ex interuallo: vt si hodie dico, promitto. & cras dicerem, ꝙ verũ est; sed sub conditione, arg. de testi. cogen. c. prꝫterea. secundùm eum. Tu dic, ꝙ si plura separatè etiam eodem instanti dicuntur, ista censentur diuersa, de appellatio. c. intimasti. & ꝯ. de consc. eccl. vel alta. c. 1. in fi Sed si plura separata eodẽ instanti dicuntur, sed non separatè (quia iungũtur aliquo signo denotante vnitatem) tunc dr̃ vnum negocium, vt est gl. no. de consc. dist. 2. c. non oportet. Si verò plura dicuntur, sed non separata; vt qa vnũ venit accessoriè ad aliud: si illud accessoriũ nõ exprimitur eodem tempore, censetur diuersum. probat text. in dicto cap. 1. §. 1. infra de consecra. ecclesiæ, vel alta. arguendo de distantia temporis ad distantiam loci, quæ argumentatio procedit. de plus petitio. c. 1. Si eodem tempore dicuntur, censetur vnum argumentum. d. c. 1. §. 1. & idem si qualificatè exprimatur. vt s̃. eod. lib. de electio. c. ab eo. de probatio. c. licèt causam.

ADDITIO.

a ¶ Confessio. Adde Anto. de Bur. in c. fin. de li. obla. in l. sed & si. §. pen. ff. de iureiu. Bar. in l. 1. in fi. ff. de offi. consu. & ibi Alex. Bal. in l. à diuo. §. sñam. de re iud. & dicitur habere vim sñæ. l. 1. C. de confes. Pau. de Cast. cõsi. 4.

SVMMAE.

1 *Post, dictio potest referri ad actum mediatum, & immediatum.*
2 *Iuramenti duæ sunt species.*
3 *Positionibus aliquando per iuramentum veritatis respondetur.*
4 *Positiones, & interrogationes qualiter differant.*
5 *Positiones non debent fieri, nisi cum iuramento.*
6 *Positionibus per procuratorem responderi potest.*
7 *Differentia inter interrogationem, & iussum.*
8 *Taciturnitas habetur pro confessione.*
9 *Recedens à iudicio sine licentia iudicis punitur ta nquàm contumax*
10 *Tanquàm, dictio quandoq; est nota veritatis.*
11 *Taciturnitas procuratoris nocet domino.*
12 *Contumax si moriatur, antequàm iudex pronunciet, non transit ad eius hæredes pœna, quòd habeatur pro confesso.*
13 *Index super dubio dicitur interrogare.*

CAP. II.

a 1 2 3 4 5 6 7 8 SI post. [a] Glo. 1. summat & sunt duo dicta. scdm, ibi [verum.] ¶ †No. ar. ꝙ dictio, post, põt referri ad actũ mediatũ, & immediatum. ¶ † Not. hic duas species iuramenti. ad idem de iur. cal. c. 1. ¶ †No. ꝙ positionibus quandoq; respondetur per iusm veritatis: qñq; per iuramentum cal. ¶ † Et in quo differant positiones, & interrogationes secundùm diuersitatem iuramenti, habuisti glos. magnã. s̃. cap. proxi. ¶ † No. argu. quòd positiones non debeant fieri, nisi iuramento de calumnia, vel veritatis præcedente. de quo per glo. s̃. c. proxi. ¶ † No. ꝙ positionibus potest responderi per procuratorem. & no. ꝙ contumacia procuratoris nocet domino. d e quo, vt lite non conte. c. 1. ¶ No. ꝙ iudex, non pars, debet aliam partem interrogare super positionibus, glo. s̃. c. proxi. ¶ † Not. differentiam esse inter interrogationem, & iussum. & sic simpliciter interrogatus nõ dicitur præcipere: quod not. quia facit ad dubium volentis probare electionem factam per metum principis; quia si testis diceret, quòd princeps præcepit, probaretur metus, vt no. gloss. 24. quæstio. 8. cap. conuenior. super verb. morere. secus si testis diceret, ꝙ interrogauit electores, si vellent eligere talem; quia dato, ꝙ hoc probaretur, nõ esset probatus metus, cum aliud sit iussus, aliud interrogatio, vt hic. ¶ No. pœnã huius tex. nõ habere locũ, qñ quis denegat ex cã rationabili positioni respondere. ¶ No. ꝙ paria sunt, qñ quis arctatur ad rñdendum, expressè denegare, vel non respõdere, & à præsentia iudicis contumaciter discedere. ad hoc, s̃. de dolo, & contumacia. capit. secundo. ¶ † No. ꝙ taciturnitas habetur pro confessione. ad hoc de postu. prela. c. 1. & de ordi. cogni. c. cum dilectus. ¶ Nota, quòd contumax habetur pro confesso. vide gl. 4. quæst. 9. c. decernimus. 11, q. 3. c. rursus.

Arch.

9 Arch. in c. vt commissi. ỹ. de hære. ¶ †Not. ꝙ recedens à iudicio sine iudicis licentia, punitur tanquàm contumax. ad hoc de iudi. c. 1. 9. q. 3. c. certum. de elec. c. si postquàm. s̃. eod. lib.

10 ¶ †Not. ꝙ dictio, tanquàm, [b] quandoque est nota veritatis,
b gl. in c. cũ pro causa. de sen. exc. Pau. in Cle. j. de vsu. in fi. qñq; est nota similitudinis, de biga. c. nuper. gl in c. solitæ. de maio. & obe. in verbo, tanquàm. Ex isto tex. colligunt Io. Mo. & Archid. contumaciam procu. nocere domino post lit. cont. ar. ff. de doli excep. l. si procurator. ¶ Sed dubium est de contumacia ante li. conte. dicit Lap. ꝙ Io. Cal. in c. j. vt lite non cont. in j. dis. scripsit, ꝙ aut loquimur de his, quæ fiunt in iudicio, & quæ possunt sequi ex sola ficta contumacia (vt missio in possessionem, & similia) & tunc dolus procuratoris, vel contumacia nocet domino. Aut de his, quæ inferuntur ratione veri doli, & contumaciæ: & tunc lit. conte. nocet. de re iudi. cap. suborta. de app. c. sæpe. ante verò litem contestatam non nocet, nisi sit procurator generalis. ff. de lib. cau. l. apud Celsum. §. quæsitum. & l. si procurator. in prin. & l. post litem. saluo ꝙ in vltimis duobus casibus propter ignorantiam domini ex il la contumacia procuratoris dominus non excommunicabitur; quia excommunicatio requirit propriam contumaciam. 11. q. 3. c. nemo episcoporum. & 24. q. 3. c. si habes. secundũ Ioã. Cal. & sic videtur intelligendum istud. c. Si ergo ante lit. cont. procurator sit contumax in respondendo positionibus interrogatus, & iussus à iudice, non propter hoc haberi dẽt pro confesso; ita ꝙ domino ignoranti nocere non debet. Secus si post lit. conte. vt dicit istud c. facit quod scripsit Comp. s̃. e. li. de elec. c. j. in gl. qualiter probationes. §. sed de quo cõtumace. vbi tenet, quòd licèt procurator propter dolum', & contumaciam suam ante litem conte. appellare non possit: dominus tamen infra decem dies à tempore scientiæ appellare poterit, secundùm Lapum. ¶ Quid si positio fiat ante iuramentum, an habeat locum dispositio istius text. Ioan. And. quòd non, per hunc text. qui ponderat, quando positiones sunt factæ post. à contrario ergo secus, si ante. istud dictum multum restringit istum textum: quia secundùm hoc non videtur, hunc text. habere locum in positionibus, quę fierent ante lit. contesta. cum iuramentum calumniæ præstetur post, vt in cap. 1. de iuramen. calumn. & tamen text. hic, quantùm ad confessionem, videtur ponderare tantùm contumaciam, & contemptum nolentis respondere. & ideò puto Ioan. Andr. intellexisse, quando nullum iuramentum interuenit ex parte interrogati, & iussi. sed si iurasset, etiam ante litem contesta. quòd verum respondit (ad quod bene potest arctari, etiam ante litem contesta. vt not. in glo. magna super cap. prox.) tunc puto etiam hunc tex. habere locum. & ita credo Ioan. Andre. intellexisse: licèt aliter se non declaret: aliàs magna esset restrictio huius text. ¶ Quid si facta positione ponens petat aduersarium, vt respondeat: iudex autem non præcepit, & ipse respondet: an valeat responsio? Archid. & Host. s̃. cap. proxi. tenent, quòd sic. alleg. ff. de interroga. actio. l. si sine. & s̃. de dolo. c. prout. Ioan. An. ¶ Sed pone. principalis respondet quibusdam positionibus, iudex præcepit sibi, ne discedat à iudicio, donec responderit omnibus: ille postea recedit, antequàm respondeat: an intelligantur positiones illæ confessatæ? tenet hic Archid. quòd non, per hunc tex. & idem Spec. de positio. §. 8. vers. item pone de illo. & Ioan. And. & quod dicit text. hic de recusante, intellige, siue recuset expressè, siue tacitè, scilicet malè appellando. s̃. eo. lib. de dolo. cap. eum qui. Ioan. Andr. ¶ Quid 11
si reus recuset respondere positionibus in causa beneficiali, an habeantur pro confessatis? Archid. hic dicit, ꝙ non; quia sicut expressa confessio non iuuaret aduersarium in beneficialibus, neo in eis pateat vitiosus ingressus, vt s̃. de eo, qui mit. in pos. c. 1. eod. lib. ergo nec ista recusatio. Ioan. And. dicit, ꝙ est verum, quantùm ad vtilitatem ponentis. sed quantùm ad præiudicium ipsius nolentis respondere, bene præiudicaret; quia etiam sibi tunc præiudicaret sua confessio, secundùm Lap. abb. hic. & an si reus est contumax, non respondendo positionibus, possit ferri sententia diffinitiua contra eum, si liquet de causa, eo aliter non citato? Spec. de positio. §. 8. in fi. dicit, ꝙ sic. & ita dicit se pronunciasse de mandato Clementis quarti. Nec ob. si dicatur. ꝙ licèt ipse sit contumax super articulo positionum: nihilominus deberet vocari ad alios actus, arg. eorum, quæ no. glo. s̃. eo. lib. de dolo. c. eũ qui. quia ipse respondet, ꝙ contumacia circa articulos positionum est talis, ex qua pendet tota causa. & ideò in illis contumax, quò ad alia contumax reputatur: quod secus est in alijs articulis. Ioan. An. hic tenet contrarium; quia contumacia circa positiones interuenit altero de duobus modis, vt patet hic in tex. Primus quando interrogatur, & iussus per iudicem non respondet: & tunc certa pœna est sibi statuta, vt habeatur pro confesso, vt bic: sed si iste confessus esset, citaretur ad reliqua. ergo & iste, qui pro confesso habetur, citabitur: nam ex quò certa pœna est statuta, alia superaddenda non est. de iud. c. at si clerici. Secundus modus cõtumacię est; quia si est citatus, vt veniat illis responsurus. & non venit: tũc huic non imponitur noua pœna: sed tanquàm contra contumacem procedi iubetur. Modus autem procedendi est, vt in cap. prout. de dona. & secundùm illum modum certum est, quòd debet ad sequentia vocari. nisi appellasset, vt d. c. eum qui. & sic patet, quòd vtroque casu requiritur citatio. Nec obst. ratio Gul. quia illa contumacia respicit totam causam; quia contumacia nolentis respondere libello plus respicit totam causam, quàm positio; quia libellus continet plenã narrationem, & conclusionem: positiones verò narrationem solùm, vel eius partem. & sic est maior contumacia nolle respondere libello, quàm positionibus: & tamen ille, qui non vult respondere libello, citandus est, antequàm procedatur, de testi. c. cum olim. secundùm. Io. An. ¶ Quid si iste abest ex iusta causa, an habeantur positiones pro confessatis? sol. dic, ꝙ non; qa nõ esset contumax, quod requirit iste text. & ff. de re iud. l. cõtumacia. §. pe. & vlt. & dicit Arc. ꝙ iusta causa absentandi tollitur. 18. dist. c. peruenit. & in eo, quod ibi no. Io. An. ¶ Quid si interrogatus iubetur à notario, vt respondeat. ipse non vult: an incurrat hanc pœnam? sol. quidam Gul. Ban. hic tenet, ꝙ non, per tex. qui dicit [à iudice.] ergo secus, si à notario. & dicit hoc verum esse, etiam si iudex commiserit notario: quia cum iste tex. loquatur de iudice, & sit pœnalis, non debet extendi ad alium casum. s̃. de ele. c. statutum. eod. lib. secundùm eum. ¶ Glo. 2. recita per contrarium, ꝙ in spiritualibus vtrunque iuramentum exigatur. cuius contrarium innuit tex. qui loquitur alternatiuè. gl. fol. ¶ In fi. gl. no. istam gl. ꝙ vbi aduersatiua, aut, ponitur inter diuersa, quorũ vtrũq; est necessarium ad materiam, in qua profertur, exponitur in coniunctiuam, ad hoc gl. in ver. figura. in Cle. sæpe. de ver. signi. & gl. ij q. 5. c. omnibus. Arch. 20. q. j. c. monachus. ¶ Gl. super ver. reus. quærit quid de actore. & fol. in fi. glo. ¶ Not. istam gl. ꝙ constitutio pœnalis loquens de reo, habet locum etiam in actore, quando eadem est ratio in vtroque, & cõstitutio. ideò expressit de reo; quia communis actus, super quo disponit, accidere solet in reo. ad hoc facit, qđ no. gl. in simili in Clem. j. de rescri. super ver. possident. in fi. de quo dixi. s̃. de tempo. ordi. c. j. super j. glo. ¶ Glo. super ver. procurator. colligit notabile ex tex. ¶ In fi. gloss. dicit Ioan. An. quòd hic
c etiam probatur detaciturnitate, videlicet quòd taciturnitas procuratoris nocet † domino. & idem tenet Innoc. in c. j. de postu. prælato. & Guliel. in Specu. de positionibus. §. 9. post prin. & facit. ff. de procur. l. non solum. in prin. Io. An. ¶ Gl. super ver. iussus. recitat per quæst. & soluit in fin. gloss. idem quod glo. tenet Archid. hic & Dyn. in reg. contra eum. infra de reg. iur. Ioan. And. & Spec. de positi. §. 8. vers. item quia. tenet, ꝙ si mittatur citatio ad domum cum comminatione, ꝙ habebuntur pro cõfessatis, si talis non comparet: sed Buc.

in l.2.§.fi.C.de iura.cal.dicit,q̃ sufficit,si mittatur copia positionum ad domum: & habebuntur pro confessatis,si iubetur,vt respondeat.& ista pars gl.videtur vera de rigore iuris: quia tunc videtur factum à iudice,quod fit per nuncium,ar. l.3.§.si procurator.ff.quod quisque iuris.dicit tñ Io.de Imo. q̃ credit glo. seruari in practica.& pro isto dicto Bu.facit camulieres.in fi.de sen.exc.vbi ille dicitur facere, cuius auctoritate fit actus: ergo si interrogat eum,mittendo positiones ad domum,& iubet respondere,concurrunt illa,quæ hic requiruntur:tamen cõtra facit tex.hic,qui videtur velle, quòd ista interrogatio,& iussus fiat in iudicio in præsentia iudicis, vt patet ibi [seu contumaciter se absentet.] & sic videtur tutior opi.gl.hic.¶ Glo.in ver.rationabili.ponit.12.exẽpla,quibus quis potest denegare rationabiliter respondere positioni.¶ Ibi [vel impertinens] intellige glo.veram,quando constaret, q̃ esset impertinẽs:sed si esset dubium:tunc tutius est, q̃ admittatur, saluo iure impertinentium. & ita seruatur in practica,secundùm Io.And.hic.& idem tenet in c.bonæ.j.s̃. de elec. Aliqui tamen iudices pronunciant, q̃ si respondetur positioni impertinenti,habeatur pro non responso.& similiter pars protestatur. & talis protestatio videtur prodesse, vt probat gloss. 1. supra eod.libr. in proœmio. & ibi feci notari ad hæc illam gloss.& intellige istam glo. secundùm D. Ioan. de Imol.quando positio esset impertinens,etiam iuncta cum alia: sed si esset per se impertinens, si iuncta cum alia esset pertinens, debet admitti. exemplum, peto centum. pono, quòd promisisti mihi. Item pono, quòd talis est notarius. Item pono, quòd publicus. Item pono, quod fuit rogatus de tali promissione.nã posito,q̃ talis est notarius, per se non facit ad causam:sed iuncta cd alijs bene facit.¶ In gl.ibi [vt responsum] & est ratio; quia cum ponens velit habere certũ responsum, debet etiam ipse ponere certum: vt sic illo iure vtatur, quò ad alios,quod ipse exigit.ff.quod quisque iur.l.j. de consti.c.cum omnes.secundùm Io.An.¶ Ibi [l.Titia primo responso.] idem si sit dependens à negata. hoc intellige, quando prima,à qua alię dependent,est negata.sed si postea esset confessata,deberet etiã rñderi dependentibus positionibus. exemplum. primò pono, q̃ appellaui. secundò, q̃ in scriptis.tertiò,q̃ j̃. decem dies. si nego primam, per consequens nego secundam,& tertiam, dependentes à prima. vnde non deberem compelli ad rñdendum alijs duabus dependentibus. Sed si confiteor primam,bene teneor rñdere scdæ, & tertiæ;quia prima põt esse vera, & non secunda, vel tertia secundùm Ioan.An.hic.& Ioan.Mo.s̃.c.proxi. ¶ Ibi [de viduis] si actor facit positiones,& reus positiones,quis debeat primo rñdere?dicit Io.An.& Archid.s̃.c. proxi. q̃ aut positio rei est præiudicialis positioni actoris; quia illam interimit:& tunc actor primò debet respondere positioni rei,alle. 23.q 4.c.qui peccat. Aut non est præiudicialis illi:& tunc nõ tenetur primò rñdere.& sic intelligitur secundũ Io.de Deo. ff.de proba.l cura. quia qui prius appellat,prius agat.de or. cog.c.2.ad hoc optimè tex. j̃.de testi.c.præsentium.§ j.qđ limitat verum Io. An. nisi actor inutiliter occuparet tempus, & hoc relinquitur arbitrio iudicãtis.& sic dicit,q̃ habet cõis consuetudo curiæ,quæ est optima legum interpres, de consue.c.cũ dilectus.& in Spe.de positionibus.§.4.ver.hoc quoque.& seq.& d.c.præsentium.§.præterea. dicit super hoc ibi Inno.q̃ si in vna positione continentur plura:q̃ licèt aliud sit falsum,aliud verum,q̃ non debet tota negari:sed debet particulariter responderi ad singula contenta in eadem positione,& hoc expresè voluit tex.in d.§.præterea.¶ Ibi [figillatim] aliàs disiunctim super quolibet articulo in qualibet positione contento.D. meus in capit.dilecti.de maiori. & obedien.concludebat in hac materia,quòd aut ponens petit totum, & quamlibet partem in petitione contentam, prout est debita: & tunc non potest totum negari propter partem indebitam,cum petit etiam partem.& istud tenet hic Pau.vn de dicit,q̃ communis practica hodie sic se hẽt,& bene; quia dẽt cuilibet parti responderi.Sed si simpliciter diceret. peto positionibus responderi: tunc procedat ista glos. secundùm Pau.Si autem positio est simplex:tunc si comprehendit plures articulos distinctè. & tunc non potest tota negari, vt d § præterea. Si verò continet plures articulos non distinctos,sed quorum vnus venit qualificatiuè ad alium,& qualitas est indebita: vel petitum est indebitum secundum qualitatẽ inductam:tunc põt negare totum. vt si debitum sub conditione,petatur purè,ar.s̃.de plus peti c.j.& quia iste est vnicus articulus à qualitate inseparabilis: & inseparabiliter vt deductus.qđ patet;quia ad victoriã non sufficit probare substantiam sine qualitate, de probat.c. licèt causam. de elec. c. ab eo.s̃.eo.lib.secũdùm D.meum.¶ Ibi [iuris.] dic q̃ si positio fit de iure communi in corpore iuis non clauso (vt est de extrauaganti) cum in illa detur probabilis dubitatio:tunc super illa posset fieri positio.ad hoc de fid.instr.c.pastoralis.ita no.Io.An.in Addi.Spe.de posi.§.7.ver.12.vide quod no.Archid.18.dist.super gl.summæ.Aut positio fit de iure communi clauso.& tunc aut continet in parte quod est iuris,in parte quod est facti(vt puta quia procurator.agit ad salariũ contra dominum,& ponit,q̃ de tali administratione meruit centum)& tunc talis positio est ad.nittenda; quia licèt illud verbum, meruit, sit iuris (cum remuneratio sit debita de iure communi.12.q.2.c.charitatem) tamen æstimatio remunerationis est facti. & ideò super illo exigitur probatio.ita not. Spe.in d.§.7.ver.fed pone procurator.& idẽ Old.tenet in cõsi.242.Aut positio fit in totum de iure communi: & non cõpellitur,vt no.glo.Aut fit de iure speciali(vt puta: statuto,vel consuetudine)& tunc,cum illa sint facti,& in facto consistãt, vt in c.j.de consti. tunc de illa potest fieri probatio per positionem.ita not.Lap.hic.& ita no.etiam Ioan. An. in c.fin.de consuetu.in tractatu.§.circa quintum. in prin. idem Oldr.in d.consi. 242. ¶ Ibi [item si sit impossibilis.] dic vt in gloss. ¶ Et ibi[non tibi dico] de hac materia per Archid. 50. dist. c.de pœnitentibus.per Inno.de elec. c. dudum. 2. de confess. c.2.& in Spe.de positio.§.7. ver. 18. Conclusio est,quòd aut crimen est manifestum,vel notorium: & tunc debet respondere.de accu.c.qualiter.j.& 2.& tunc si negat positionem,ipse tenetur probare contrarium; ex quò est notorium, vt est casus in d. c. dudum.Aut non est notorium: & tunc si est de delicto infamatus, tenetur respondere; quia peccaret, ex quò est infamatus,grauando aduersarium onere probandi. & tunc si confitetur infamiam,& delictum,tunc planum. Si confiteretur infamiam,& negat delictum: tunc indicetur ei purgatio.de accu.c.cum. P. & c. inquisitionis.non tamen præcise compellitur respondere positioni super infamia,sed cautiuè: vt videlicet si renuerit respondere,sicut & si se purgare renuerit,punietur tanquàm conuictus.de accu. c.cum. P. Si autem crimen est occultum: tunc non compellitur respondere. & sic procedit gloss.hic.¶ Gloss.super ver.eiusdem.quærit,& soluit.¶ In fin.glo.intellige gl. de procuratore speciali. Sed in procuratore generali bene daretur dilatio ad consulendum dominum.s̃. de procurat.c.dilectus. si non fuit in culpa, vt ibi not.licèt ibi loquatur de dilatione deliberatoria ad rñdendum petitioni. & hic de illa, quæ datur ad rñdendum positioni, secundùm Ioan.And.¶ Glos.penul.quærit de pluribus, & soluit, ibi [per sententiam.] istud tenet hic Ioan. Monac.sed Archid.& Ioan.And. hic tenent, quòd ipso iure. Bartol.in l.fin. §. quod si actor. C.de iur.cal.dicit, quòd necesse est, quòd iudex pronunciet eum contumacem in respondendo:vel pronunciet eum sine rationabili causa recusare:vnde oportet iudicem patefacere eius delictum,antequàm habeatur pro confesso.all.pro casu,l.eius qui delatorem.in pr.de iu.fi.scdm Bar.Et per præmissa dicit ibi Bart.q̃ si contumax,anteq̃ iudex pronunciet,moritur, non † transit ad eius hæredem ista pœna,q̃ habeatur pro confess. & alleg. pro

q̃ casu.l.eius qui delatorẽ. Ex isto dicto Bar. apparet, q̃ ipso ẽt tenet hñi q̃ cõfes.ipso iure,sed requritur declaratio iudicis, q̃ denegauit rñdere positioni.Et ad hoc facit.j̃.de hęre.c.cũ scdm.de homi.c.pro humani.& c.felicis.de pœnis.& quod ibi not vbi apparet,q̃ qñ imponit pœna à iure ipso iure,requirit declaratio,& quòd sit lata sniæ.probant verba tex.ibi [habere debet pro confesso] quia ista verba prolata ab eo, qui habet potestatem inducendi qualitatem, æquipollent istis, esse talem,vt patet in c.ex parte.de sponsa.& qui fi.sint legi.c. tanta.ergo idem est dicere, haberi pro confesso, q̃ si diceret, est confessus. ¶ Ibi [pro negante] idem Host.& Arch.& in Spe. 13 de positionibus.§.9.ver.item illud. ¶ † In fi.glo.ibi [diuersitatis ratio] quia iudex super dubio interrogat, nec iurat.ps verò ponit super certo,& iurat,quasi sit mens Io.And.iuncta ratione hic assignata per glo. q̃ si ex interrogatione nõ habe ret,,pbatio,qñ est sibi damnosa,habetur pro negãte,& nullũ commodum haberet altera pars ex tali interrogatione: sed secus in positione;quia ponens intendit,quando facit positionem,habere probationem ab aduersario de eo, quod ponit: sed si habetur pro confesso, etiam si sit vtile contumaci, ponens habet id, quod intendit.

ADDITIONES.

a ¶ Post.Adde Bar.& Doct.in l.2.§ creditum.in 1.col.in ver. venio ad versiculum veluti.ff.si certum pet.Io.de Imo.in l.mortuo.ff.so.ma.Bart.in l. quibus.ff.de condi.& demon.& in l.si filius. ff. de dolo.

b ¶ Tanquam. Adde Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.Bal.in l.apud anti quos.C.de fur.in l.si pater.§.qui duos.de optio.leg.

c ¶ Taciturnitas.Adde,quòd semper tacens in iudicio habetur pro consentiẽte. Bar.& Pe.de Anc.in l.3. C. quomodo & quando iud. Lanfr.in tra.de arb.1.parte.10.col.Bar.in l.ne in arbitris.C.de arb. Bar. Cæpo. in caute. 172. Alexan.in l.1.ff.de verb.obli.Dyn. in reg. qui tacet. & ibi D. meus do.Boer.& post eum Dissutus.

Rub. De testibus, & attestationibus.

SVMMAE.

1 *Agentes, & consentientes pari pœna plectuntur.*
2 *Leges quamuis dispònant super his, quæ frequentius accidunt: tamẽ quandoq; dispònunt de his, quæ quandoque occurrunt.*
3 *Mediator regulariter ad testificandum non admittitur.*
4 *Testes propter criminis enormitatem aliquando admittuntur, qui aliàs non admitterentur.*
5 *Cumuliter, & criminaliter aliquando de crimine agi potest.*
6 *Mediator quare censetur suspectus ad testificandum.*
7 *Emolumenti appellatione quid continetur.*
8 *Pro xeneta si receperit promissionem salarij, an repellatur à testimonio.*
9 *Per, dictio semper refertur ad personas principales actum gerẽtes.*
10 *Probatio sufficit in vno modo agendi, quæ non sufficeret in alio.*
11 *Turpitudinem suam allegans an sit audiendus.*

CAP. I.

1 MEDIATORES. Gloss.1.summat, & ponit dictum,cui subdit triplicem determinationem, ibi [si non.] ¶ Not. quòd mediator etiam dicitur facere id,cuius p fectioni operam dedit.& hoc probat tex. ibi [committitur;] quia agentes † & consentientes,&c. de quo per gl.in c.1.de of fi.dele.quod no. pro statutis imponentibus pœnam committentibus delictum: quod videtur includere etiam mediato-
2 res. ¶ † No.q̃ licèt leges prouideant super his,quæ frequentius accidunt,vt s̃.eo.lib.de rest.spol.c.frequens.tñ quãdoq; dispònunt de his,quæ quandoque occurrunt probat text.ibi
3 [plerunq;.] ¶ † Not.ar. q̃ mediator non admittitur regulariter ad testificandum super negocio,de quo fuit operator.fal-
4 lit isto casu,de quo aliquid hic in glo. ¶ † No.q̃ propter criminis enormitatem quandoq; admittuntur testes, qui aliàs
5 non admitterentur.ad hoc de confess.c.1.¶ † No. q̃ de crimine potest agi criminaliter, & ciuiliter. & quando dicatur agi de crimine simonię criminaliter,vel ciuiliter.vide opti.tex. in
6 c.per tuas.il.1.de simo.in fi. ¶ † No.q̃ propter participationẽ emolumenti mediator censetur magis suspectus ad testificandum super contractu,ipso mediante,gesto.& ideo minus fibi
7 creditur. ¶ † Quæro, quid continetur appellatione emolumenti? exponit Arch.i.fructus laborum,vel acquisitionis alicuius rei: tamen propriè dicitur fructus,vel redditus molendini,vt no.Io.An.in c.nemo.de simo.latè dicitur quilibet ,puentus,vt hic.& in Cle.statutum. de elect. & est ratio, secundùm Io.Mo.quare iste repellit;quia ex quò recipit emolumẽtum,est magis infectus.& ideo minus est sibi credendum,secundùm Io.An. ¶ Gl.primam in ver. & per hanc. recita per contrarium de opi.Io.& Bar.glo.Sol. ¶ Glo.secundam recita per contrarium, quòd licet recipere salarium perxenetæ. glo.sol.q̃ in spiritualibus prohibetur. contraria in temporalibus loquuntur. ¶ † In fi.glo.quid si proxeneta receperit ,p
8 missionem salarij,non tamen salarium, an repellatur à testimonio? Io.An.hic tenet,q̃ non repellitur, per tex.hic,qui q̃tum ad repulsionem perxenetæ requirit culpam, & receptionem salarij in odium criminis:ergo sola culpa non inducit re pulsionem.& potest esse ratio differentiæ; quia quando subest sola culpa, ille est astrictus tantũ pœnitentiæ propter culpam,& non restitutioni: sed quando est culpa, & receptio, ille est astrictus pœnitentiæ. & restõni. quod est grauius. de symo.c.fi.& facit quod no.ff.de testi.l.fi.vbi dicitur,q̃ aduocatus,qui conuenit de salario,ex quò illud nõ recepit, potest esse testis in causa,secundùm Io.An.¶ Sed contra istud dictũ Io.An. videtur tex in c.veniens.il.1.s̃.eo.tit.vbi repellitur testis,tanquam socius criminis,& muneris.& tamen nihil receperat; quia ibi rector tantum remiserat bariles vini.Solu.potest dici,q̃ ibi iam ex illa remissione consecuti fuerant emolumentum; quia cum ipsi essent obligati ad soluendum bariles vini,& rector remiserit eis,iã consecuti fuerant emolumẽtum; quia per illam remissionem cõsecuti fuerunt liberationem obligationis, saltem per respectum ad ipsum remittentẽ. nam ille, qui remittit,dare intelligit. 8.q.3.c.talia. no.ibi gl.1. Sed ex sola promissione de dando adhuc non est consequutus emolumentum: & ideò non repellitur, cum iste text. hoc requirat,vt dicit Io.An.tamen non bene satisfacit illa solutio illi tex.quia ille tex.ibi non dicit, q̃ remiserit bariles vini,sed promisit remittere:nisi velles intelligere,q̃ tex.in prin ci.loquitur de promissiõe facta ante pñtationem:sed postea, qñ testes examinabantur, remiserat eis bariles vini;quia tempore examinationis testium iam erat institutus in beneficio, vt apertè colligitur ex tex.& sic iam consecuti fuerant remissionem. ¶ Glo.tertiam recita per cõtrarium, q̃ immo symonia cõmittatur per ipsos principales,non per ,p xenetã; quia ipsi pacisc̃entes sunt symoniaci,vt patet de symo.per totum.
9 Solu.exponendo,vt in gl. ¶ † Et no.glo. q̃ dictio,per, a sem-
a per refertur ad personas principales actum gerẽtes.Sed qñque refertur ad personas, quarum ministerio principales inducuntur ad actum faciendum: quod facit ad saluandos testes,qui dicerent,q̃ talis contractus fuit factus per talem, & ille non fuisset principalis,sed mediator; quia dictũ testis posset saluari,vt per illũ factũ fuerit,i. eius ministerio, vt vult gl. hic. ¶ In gloss.super ver. plerunque. No.ex gloss.quòd hæc dictio, plerunq;,non denotat continuationem actus, sed interpositionem.quod no.quia si quis vellet probare se p̃scripsisse ius eligendi, & probaret, quòd plerunque elegit, non esset probata præscriptio: quia oportet, quòd sit continuata possessio, de præscrip.c.illud. & verbum,plerunque, non denotat continuationẽ,vt vult glo.hic. ¶ Gl.super verbo, testimonium.recita per contrariũ, quòd etiam in alijs casibus tales testes admittantur, & sic non est speciale in istis.gloss.

soluit per tex.illum.& deinde quærit,quid de accusatione,& sol.¶Ibi [veniens] not.glos.quòd testes inhabiles aliàs,licèt non plenè probent:tamen inducunt præsumptionē.idem no. Inno.in c.cum dilecti.j.de accu.glo.fi. & ibi Innoc.de re iud. c.cum I.& A.& glos.2.q.3.c.2.Io.An.in c.2. de cle. peregri. ¶Gl.super ver.auctoris.quærit,quare isti admittuntur,& soluit.¶In fi.glo.Nota gl.quòd de facto proprio,quæstione vertente inter alios,potest quis testificari,quando actus est talis naturæ,quòd per alios conuinci non possit; vt quia fit occultè.vide glo.in verb.& fi tres.in c. cum dilecti.de elec.& gl.de proba.c.3.quod no.quia videtur, quòd mediator possit esse testis in causa solutionis vsurarum;cum talis actus fiat cōmuniter occultè,ita,vt probari non possit,vt in Clem.1. de vsuris.¶Glo.super verb.criminis.quærit,an intelligatur de teste emendato,& soluit dupliciter.¶In fine glo.ista secunda solutio videtur melior,per quam ista Decret.est nimis contraria iuri communi; vt sic intelligatur in casu, in quo minus lædat ius commune,quàm fieri possit,argu.reg. quæ à iure.j.de regu.iur.¶Glo.super verb.criminaliter.alleg.concor. ad text.
¶In fi.gl.per istum tex.& illum colligit Ioā. An.notari,quòd
10 probatio sufficit † in vno modo agendi, quæ non sufficeret in alio.nam in criminibus requiruntur probationes apertissimæ.5.q.6.c.Epiphanium.2.q.6.c.sciant cuncti.& vbi de salute hominis tractatur,strictius est agendum.C.de appel.l.addictos.Io.An.¶ Glo.pen.recita per contrariū,q̄ non sit speciale in isto crimine,quòd mediator admittatur ad testificandum,vt no.de testi.cog.c.dilectorum.. gl.fol.quòd immo est speciale hic.¶In fi.glo.idē Host.& de hoc remittit Io.An.ad no.per se in d.c.dilectoū.¶ Gl.fi.primò quærit,quid de alijs criminibus exceptis.deinde opponit contra tex.& sol.tripliciter.¶In fi.glo.glo.hic tenet secundam solutionē gl.magnę, in fi.79.di.c.si quis Papa. dicit isto casu speciale propter horrorem criminis, quòd quis audiatur allegans turpitudinem suam,& quòd eius confessio non puniatur, vt in illo casu par
11 cat sibi † sicut parcitur socio criminis læsę maiestatis consocium accusanti;cum ista non sit directa confessio,quando cōfitetur, vt alium repellat.de hoc per Hosti.in summa de simo. §.qui ad accusationem.in fin.& in Spec. de accu.§.1. ver.caue tamen.& §.præced.secundùm Io.An.Sed quærit glo.in d. c.si quis Papa.quid si iste confitens nō potest probare crimē, nunquid sit puniendus.& tenet ibi glo. quòd sic; quia fuit in culpa,cum tacere debuisset crimen,quod probare non poterat.2.quæst.7.c.plerique;6.q.2.c.si tantum.contra deteruinationem illius glo.facit quod no.hic; quia sic taliter excipiens non habetur pro confesso. ergo propter illud crimen non deberet damnari, de quo non constat.posset tamen saluari illa glo. vt non damnetur de crimine propter illam confessionē: sed vt damnetur de calumnia, ex quo non probauit quod obiecit.ſ.de elec.c.1.& c.si fortè.eo.li. ¶ Et not.ex secunda sol. glo.limitationem ad dictum Inno.in c.qualiter.2. de accu.q̄ potest quis damnari ex confessione criminis,nō attento modo instantiæ inchoatæ;quia illud verum, quando crimen confitetur simpliciter:secus quando non simpliciter,sed implicitè.¶Item not.hic aliam limitationem, quòd crimen,de quo constat p confessionē, quando est connexum negocio principali,de quo agitur, non punitur nec pœna ordinaria,nec extraordinaria, quādo confessio non est simpliciter. sed fit quasi conditionaliter,obijciendo exceptionem, cum talis obiectus non habeat vim confessionis.sic limita no.de excep.c.1. de ele.c.per inquisitionem.& de confes.c.2.

ADDITIO.

a ¶ Per.Adde Bald.in l.ex arrali.C.de ac.empt.in l.vrbana. de verb.signifi. Barto.in l.quinquaginta.de excusa.tuto.Bald.in cap.1.§.si quis.si de feu. fuerit contro.colla.10.Bald.& Doct.in l.si cui.ff.de.leg.1.Dyn.in l.iurisperitos.in apostillis.ff.de excu.tuto.Car.in Clem.causam.de elec.

SVMMAE.

1 *Congregatio & vniuersitas regularium appellatur conuentus.*
2 *Prælatus non pōt agere super iurib.ecclesiæ sine consensu conuētus.*
3 *Libellus potest dirigi, quando agitur de subiectione.*
4 *Olim, dictio refertur ad tempus præteritum.*
5 *Res diuersæ in eodem libello peti possunt.*
6 *Syndicus agens pro vniuersitate,in animam propriam iurare debet.*
7 *Actor potest facere positionem post testium productionem.*
8 *Personæ principales debent per se positionibus respondere.*
9 *Positio non est repellenda, licèt in ea contineantur plures articuli.*
10 *Scire, & credere differunt.*
11 *Abbas an possit reuocare mandatum datum procuratori à cōuentu.*
12 *Abbas, & monachi an possint esse testes in causa monasterij.*
13 *Syndicus an possit iurare sine speciali mandato de calumnia.*
14 *Forma iuramenti.*
15 *Expensas interrogatoriorum à reo factorum quis exoluet.*

CAP. II.

PRæsentium. Gl.1.summat,& sunt tres partes.prima tractat de positionibus,iurō, & rūsione ipsarum.secūda ibi [testes] de testibus reprobatorijs probatoriarum.tertia ibi [si verò.] de re-
1 probatorijs reprobatoriarum. ¶ † No.q̄ congregatio,& vniuersitas regularium appellatur conuentus.secularium verò clericorum Capitulum appellatur: tamen quandoq; nō seruatur.de quo per Doc.ſ.de rescrip.c.Capitulum sanctæ Cru
2 cis. ¶ † No. ar.q̄ prælatus non potest agere super iuribus ecclesiæ sine consensu conuentus,de quo de rescri. ca. edoceri. de procu.c.1. ¶ No. q̄ quando nominatur ecclesia, quæ non est principalis in loco,fit denominatio sub vocabulo alicuius Sancti: secus quando est principalis in loco,etiā dato,q̄ non sit cathedralis ecclesia.hoc probat text.hic expresse in expōsione,quā facit de priore,& conuentu;quia exprimit eos sub nomine loci,& non Sancti.de hoc per gl.& Io.An.in c. quā-
3 uis.1.j.de præb. ¶ No. quando agitur de subiectione potest dirigi libellus contra subiectū: nec videtur necesse,q̄ dirigatur contra possidētem. de quo.de ma.& ob.c.inter quatuor. de præscri.c.auditis. ¶ No.q̄ non vitiatur libellus, licèt agēs possessorio recuperandæ in incorporalibus petat se restitui ad possessionem.& non dicat de quasi possessione. nam licèt incorporalia non possideantur,sed quasi possideantur, vt est tex.de iud.c.fi & no.glo.in c.conquestus.de for.comp.tamen
4 non vitiaretur libellus, posito q̄ appelletur possessio, & non
a quasi. ¶ † No.q̄ dictio, olim a refertur ad tempus præteri-
5 tum.ad hoc tex.& gl.de accu c.2. ¶ † No.arg q̄ in eodē libello possunt accumulari,& peti diuersæ res, & iura. vide de elect.c. querelam.glo.in ver.personalibus.in c.fi. de rescri. &
6 Inn.in c.constitutus. de testi.in inte. ¶ † No.q̄ syndicus,vel procurator agens pro vniuersitate, debet iurare in animam propriam,& vniuersitatis.& sic extenditur glo.in c.in pertractandis.de iura.cal.& 83.di.c.tibi domino.quæ dicit,q̄ iurat in animam propriam; quia debet etiam iurare in animā constituentium.formam autem huius iuramenti ponit gl.in d. c. tibi dño.¶No.arg.q̄ in actibus vniuersitatis non sufficit fieri à saniori parte:sed copulatiuè requiritur maior, & sanior
7 pars.de quo per gl.in c.ecclesiæ.2.de electio.¶†No.q̄ actor potest facere positionem post productionem testium suorū, etiam super eo,super quo testes produxerat ad probandum. ¶ No.hic opt.tex.q̄ actor prius debet iurare de calumnia,q̄ reus.hoc probat tex. hic; quia primò præmitit iuramentum exigendum ab abbate,qui erat actor, quàm à priore, q̄ erat reus.& sic habes decisionem dubij tacti per Doct.in ca.1. de iura.cal.ſ.eo.lib.& idem videtur hic de positionibus, q̄ primò debeat reus respondere positioni actoris,quàm actor positioni rei.de quo per Io.An.in c.2.de confessis.eo.lib. super
8 glo. ¶ † No.q̄ quando principales personæ debent per se respondere positionibus, propter distantiam loci fit remissio ad partes, vbi sunt principales personæ litigantes;non autem compelluntur personaliter comparere ad respondendū positionibus coram iudice. ¶ † No.arg.q̄ non est repellenda positio,licèt in ea contineantur plures articuli. sed iudex debet separatè

separatè interrogare partem super quolibet articulo, in positione contento.de quo.ſ.ti.proxi.c.fi.¶Not.quòd non sufficit quælibet responsio facta positioni,sed debet esse respōsio sufficiens: aliàs potest iudex partem compellere ad responsionem sufficientem.¶Not.quòd, postquàm positiones sunt à iudice receptæ, approbatæ, & examinatæ, non admittitur contradictio partis in responsione, sed debet sic approbatè respondere.¶Not.quòd quando principalis persona respondet positionibus per iuramentum: si postea super eisdem interrogatur procurator,vel syndicus,non est necesse,quòd iu-
10 ret.¶†Not. quòd aliud est scire, aliud est credere circa eandem rem.& sic videtur, quòd testis, qui dicit primò se scire, & postea se idem credere, tanquàm contrarius sibijpsi non probat.de quo aliquid per Io.And.in c.inquisitionis.ſ.de accusa.tamen quòd probet,optimè facit tex.de re iud. ca.cum olim.ista sunt notabilia vsq; ad §. testes. Expediā dicta Doc. & glo.super ista parte.¶Oppo.primò,quòd abbas,& conuētus non possit agere contra priorem, & conuentū; quia non possunt plures insolidum eandem rem possidere eodem iure.de fide instru.c.inter dilectos. vnde vel abbas solus possidebat,vel conuentus. Sol. secundùm Inno. hic abbas agebat tanquam minister conuentus, & nomine conuentus contra Priorem,tanquàm ministrum, & nomine alterius conuētus: vnde ministri,& prælati dicuntur esse procuratores,non domini.12.q.1.c.si primates; & sic iste conuētus dicebatur possidere,tanquàm vnum corpus,& in isto corpore includuntur ministri,& prælati. de consuet.præben. c. post electionem.cū concor.& bene agit conuentus nomine proprio;quia sunt domini.2.q.6.c.biduum.ver.palam.ff.quando appel.sit l.1.§.in propria.dicit tamen,quòd idem videretur, si etiam ministri actionū non sunt de conuētu,vt sæpius est videre in vicedominis,& in syndicis,qui deputant monasterijs.sufficit.n.contra alterum ferri sententiam,vel contra abbatem nomine conuētus: vel etiam contra ipsum conuentum nomine proprio.Io. An.Et per hoc cessat contrarium supra formatū;quia isti possidebant simul,tanquam vnum corpus,non tanquàm plures. & isto vltimo casu procedit contrarium.¶ Opponitur secundò,quòd sufficit, solum abbatem,& priorem respondere positionibus, cum ipsi possint agere, de rescript. capit. edoceri. si ergo possunt agere; ergo possunt respondere positio- 12
nibus,vt ſ.de confess.cap.2. sol.secundùm Hostiē.hic abbas agebat,& conuentus. ideo hic interrogantur tanquàm honestiores,& propter vehementiores causas. C. de procu.l.fin.& quia etiam simul egerunt,vt patet in tex. nam si solus abbas egisset,solus potuisset requiri:vel ideò conuentus,& abbas simul requiruntur; quia honestior reputatur conuentus collectus ex abbate,& monachis,quàm solus abbas.Io.An.¶Oppo.tertiò, quòd non deberent compelli isti prælati ad iurandum de calumnia; ex quo in curia litigabant per procuratores.& quia illi habent iurare de calumnia,ex quo habēt mandatum,de iura.calum.c.1.& eo.ti.c.fi ſ.eo.lib.Sol.Inno.fatetur contrarium.sed dicit, quòd ideò isti iurant; quia placuit partibus,quòd per istos iuraretur,& erat consonum iuri,& æquitati, cum essent capita conuentuum. Vel dic,secundùm Archi.quòd contrarium loquitur in iuramēto calumniæ: hic loquitur in iuramento de veritate.quæ iuramenta valde differunt,vt patet ex no.per glo.in c.1.de confes.ſ.eo.lib.¶ Quærit hic Host. quæ expressio requiratur in rescripto, in quo fit commissio causæ?dicit Host. quòd requiritur expressio quatuor substantialium iudicij.quæ optimè hic in tex.exprimuntur,videlicet iudicis,actoris,rei,& causæ,sup qua vertitur lis:. quorum vno deficiente,non erit iudicium.de verb.sign.c.forus.& error in talibus vitiat rescriptum,vt ſ.de rescript.c.super literis.remittit ad summam eo.ti.§, quæ possunt.ver.hoc
11 autem.secūdùm Host.Io.An.¶ † An abbas solus possit reuocare mandatum datum procuratori à conuentu nomine conuentus agendi in causa?dicit hic Inno. quòd sic ante litis contestationem pro libito voluntatis;quia ipse ex officio suo habet exercitium actionis,de rescrip.c.edoceri. post litis verò contestationem non potest,nisi in casibus, in quibus posset alius dominus procuratorem suum reuocare. de quo ſ.de procu.c.2.eod.lib.Secus autem esset,si conuentus vellet reuocare;quia tūc singulares de conuentu hoc non possent: sed re quireretur consensus omnium, vel maioris partis; ex quo consenserunt,tanquam conuentus.de elec.c.in causis.hoc vltimum dictum ponit Inno. in c.bonæ.2.de postu.præla.in gl. quia non erat.primum dictum Inno.intellige verum, quando esset constitutus procurator à conuentu de consensu abbatis in casibus, in quibus solus conuentus non posset sine prælato agere. sed si esset datus in bonis diuisis per Capitulum: tunc abbas non posset reuocare; quia exercitium actionis esset penes conuentum,iuxta not.in c.edoceri.de rescrip. & ideò abbas tunc reuocare non posset. & hoc videtur etiam fuisse de mente Inno.hic,qui dixit,quòd abbas ideò potest; quia habet exercitium actionis.¶Quid si abbas agit in causa monasterij simul cum procuratore conuentus,& ambo simul contestantur litem:an postea possunt agitare causam simul, & separatim?Inno.dicit,quòd sic, ficut si essent procuratores insolidum,quorum quilibet agere posset,vt not.de procu.c.in nostra.nam de abbate planum est,quòd habet exercitium actionis,& etiam constitutus est à conuentu:quia appellatione cōuentus comprehenditur etiam prælatus,de consuet.præben.c. post electio.propter quod infert istud procedere, etiam si libellus esset datus nomine conuentus:vt quia libellus diceret. talis abbas agit, & talis procurator constitutus à conuentu nomine conuentus. quia licèt quò ad verba libelli videantur agere diuersis nominibus:quia tamen constat,quòd eiusdem nomine agitur,videlicet nomine monasterij:ergo poterit qui libet istorum causam per se agitare.quod secus esset, si causa specialiter tangeret abbatem: quia tunc talis procurator illā agitare non posset,secundùm Inno.¶ No. ex isto dicto Inn. per quod videtur limitare tex.c.si duo.ſ.de procu.eo.li. vt q̄ alius procuratorum datorum insolidum aliter non possit se intromittere post litis contestationem, quando alter præoccupauit locum per litis cōtestationem.sed secus videtur velle hic inno, si ambo simul litem contestētur. de quo aliquid ibi dixi. ¶ † Quæro,an abbas,& monachi possint esse testes
12 in causa monasterij?Inno.dicit hic,quòd aut abbas,& monachi simul constituunt procuratorem ad causam:& tunc quilibet ipsorum poterit esse testis.de iureiuran.c.& si Christus.in fi.& licèt instrumentum dicat.Abbas,& monachi constituūt talem procuratorem,propter hoc non repelletur abbas:quia tunc facit illum actum,vt pars conuentus.& ideò sicut quilibet de conuentu hoc posset;ita & ipse. Aut ipsi nō constituūt simul procuratorem, sed abbas per se, & monachi per se.& tunc licèt monachi simul constituerint procuratorem:tamen in illa causa poterunt esse testes; quia tunc nullus monachorum singulariter est defensor.sed conuentus simul,& res collegij non sunt singulorum.12.q.2.c.qui manumittuntur. Aut abbas constituit procuratorem solus per se:& tunc non potest esse testis; quia cum ipse sit legitimus defensor monasterij,de rescriptis.c.edoceri.non debet gerere duplicem vicem in iudicio,videlicet actoris,& testis.4.q.4.c.nullus.istud vltimum non placet Host.immo dicit,quòd si abbas agit per procuratorem,quòd poterit esse testis in illa causa tanquam priuata persona.ſ.eo.c.insuper.& c.cum nuncius.& c.tuis.& ratio est, quia procurator abbatis est factus dominus litis per contestationem.ſ.de procu.c.1.vnde abbas in illa causa remanet tanquam priuata persona:vnde procurator, & non ipse, iurat de calumnia.j.c.proximo. & sicut res collegij non sunt singulorum.12.q.2.c. qui manumittuntur (quæ est ratio,quare singulares collegij admittuntur in testes.)sic & res ecclesię non sunt prælati, cum ipse sit procurator, non dominus.de dona.c.2.ergo sicut Capitulo licet testificari i causa ecclesiæ:

ita &

ita & prælato, ex quò causam per se non agitat. ad hoc de
præscrip.c.cum non liceat.secundùm Host.Ioan.An.in c.in-
super.eo.tit.reducit opi.ad concordiam:vt si prælatus consti
tuit procuratorem in bonis mensæ suæ: quòd tunc non pos-
sit esse testis in illa causa; quia videtur propria. ita procedit
opinio Inno.si autem constituit procuratorem in bonis com
munibus, vel ecclesiæ cõmunem causam agitat procurator:
tunc poterit esse testis.& ita ptocedit opinio Host.Et ista vi-
detur æqua distinctio;quia si prælatus agit pro fructibus de-
putatis pro victu suo, ipse videtur suspectus: & est præsum-
ptio cõtra eum, ne ex illa affectione potius deponat pro sua
parte,quàm pro alia: quæ est causa, propter quam quis re-
pellitur à testificando,vt patet ex notatis infra c.proxi.in pri
ma gloss. ¶ Sed quid si procurator reuocatur ex causa post
litis contestationem,an prælatus possit esse testis?dicit Host.
quòd si prælatus vult prosequi causam in propria persona:q
tunc non poterit esse testis,argu ff.c.proxi.& eodem modo,
si ipse ante reuocationem procuratoris iam fuerit testifica-
tus in causa,non poterit assumere officium procuratoris: im
mo habebit necesse alium procuratorem constituere, ne in
eodem iudicio sit testis,& pars.de verb.sig.c.forus.4 q. 4.c.
13 nullus.arg.ff.de procu.l.in causæ.secundùm Host.¶†An syn
dicus iuret sine speciali mandato de calumnia.Solu.secundũ
Archid.Aut est syndicus datus ad vnam causam tantùm: &
tunc non iurat sine speciali mandato, sicut nec procurator
priuatæ personæ.ẽ de iur.calum.c.fi. Aut syndicus datus est
ad omnes causas monasterij:& tunc talis iurat; quia talis ha
bet generalem administrationem.ad hoc quod no. de iur.ca
lum.c.cum causam.de procu.c.quia in causis.secundùm Ar-
chid.Idem Specu.de iur.calum.§.restat.vers. sed quid dices.
Sed dicit hic Inn. quòd syndici iurare possunt de veritate di-
cenda,tam super diffinitione causæ,quàm super expensis, &
super toto negocio. C. de iudic. l.properandum. in fin.C.de
rebus creditis.l.pe §.pe.arg.C. de iuramen calum.l.fi. § j. &
tunc licèt sine iuramento possit inquiri de credulitate: tamẽ
per iuramentum inquiri non debet, vt hic. dicit tamen, q
aliqui in iuramento de veritate addunt,quòd etiam de credu
litate respondebit. Ioan. An. ¶ Quæro nunquid isti prælati,
qui prosequuntur causam per se,possint committere alteri,
vt præstet istud iuramentum?Solu.dicit Inn.q sic.vt ẽ.de iu-
ram.calum.c.1.in fin.licèt isti prælati hic nõ agitent causam
per se, vel fuerint litem contestati:tamen partibus placuit,q
per istos iuraretur.& erat consonum iuri,& æquitati; cum es
sent capita conuentuum.& pro isto dicto Inno.no.alleg.Ar-
chid.ẽ. de iura.calum.c.2.& in c.in pertractandis.& ca.cum
causam.& ẽ.e.lib.& titu.c.fin.tamen dicit,quòd illa iura non
multum faciunt,quia loquuntur in iuramento calumniæ, &
hic de veritate. & ista multum differunt, vt infra dicetur.ta-
men dicit verum dictum Inn.duntamen specialiter detur po
testas iurandi de calumnia,vt d.c.fi.& 63.dist.c.tibi Domi-
no & persona sit idonea,vt d.c.in pertractandis.cum cõcor,
Ioan.An.¶ Quæro,quare isti iurent nomine suo. Solu.dicit
Inn.q isti sunt de conuentu,& inter respondentes faciunt nu
merum.sed Pet.exponit, nomine suo,idest in causas suas,se-
cundùm Ioan.An.¶ Quæro,quare isti iurent in animas suo-
rum conuentuum.Solu.secundùm Inn.ratio est,quia isti non
faciunt hoc vt procuratores,vel partes:sed vt nuncij,& orga
num conuentus.nam si essent procuratores,vel syndici:tunc
in causis, in quibus licet procuratori iurare de veritate dicẽ
da(vt puta in causis,quando hoc sibi mandatum est.ff.de iu-
reiuran.Liusiurandum. & de hoc de iura. calum. c. fin.) non
iurarent in animam alterius,sed in suam: & hoc bene proba
tur hic,secundùm Inn.nam à syndico quæritur quid scit, vel
credit.& sic patet,quòd de sua scientia,vel credulitate respõ
det,non alterius.ad idem facit; quia videmus, quòd in iura-
mento decisiuo tutor,& procurator iurare debent in animã
suam:quia illusorium esset, q in animam pupilli iuraret, cũ
non habeat intellectũ:ergo idem dicendum est in iuro,quod
præstat in prosecutione causæ,scdm Io.An.Sed Lap.ab.hoc
non placet, q in iuro de veritate non iuret etiam in animam
constituentis: vnde & iurabit in animam propriam, & con-
stituentis,vt ẽ.de elec.c.procurator.e.li. & facit.ẽ.de iuram.
calum.c.2.& fi.& quod ibi not.secundùm Lap.¶ Sed quæro,
quare isti de conuentu in animam suam iurant per alios, &
non per se.solu. dicit Innoc.q ratio est;quia sic placuit par-
tibus ẽ.de testi.c.tuis.vel secundò dic,q hoc faciunt auctо-
ritate huius Decret.per quam licitum est collegijs per alium
iurare.& est ratio; quia cum collegium in causis vniuersita-
tis fingatur vna persona,dignum est,quòd per vnum iurent:
licèt possint per se iurare, si velint.C.de iuramen. calum.l.2.
§.hic etiam.& sit hoc etiam; quia facilius expediuntur posi-
tiones,& responsiones per eos,si fiant per vnum:aliàs quili-
bet per se,& in animam suam iurare debet.de iuram.calum.
c.fi.& in c.in pertractãdis.idem videmus in Imperatore,qui
per alium iurat.63.dist.c.tibi Domino.& allegat Host.100.
distin.c.optatum. 17.q.4.c.metuentes.Ioan.An.¶†Sed quę
erit forma iuramenti? Solu.secundùm Innoc.component sic
iuramentum.Iuramus per talem, quòd veritatem dicemus,
vt d.c.tibi Domino.63.dist.vel si illi,in quorum animas iura
tur,non sint præsentes,iurabit sic:Iuro in animas talium di-
cere veritatẽ,quã sciunt. vel dic melius.Iuro in aias taliũ,q
ipsi per me veritatem,quam sciunt, dicent. vel ipse iurat, q
per meipsum veritatem respondebit. & alleg.Host.de præb.
c.accedens.& dicit hoc quotidianum in curia.& ideò cautus
debet esse dominus,cui animam suam committat: quia non
est ludus in vndis,secundùm Ioan.An.¶ Sed pone, q post-
quàm nũcius sic iurauit,pars petit, vt dominus etiam inter-
rogetur super negatis.Solu. planum est, quòd cum semel iu-
rauerit,iterum iurare non cogatur.de testi.cog.ca. præterea.
de elec.c.significasti.C.de iur.calum.Auth.hoc sacramentũ.
sed putat Host. quòd ex causa respondere cogetur. imò sic
responsiones factæ per nuncium,si sunt contra cõscientiam,
statim debet illas corrigere:aliàs incurrit periurium.hoc pa
tet.ẽ.tit.proxi.c.fi.in fi.alleg.Host.de offi.delega.c.cum olim
abbas.in fi.Ioan.And.¶ Quæro, quando sit præstandum il-
lud iuramentum de veritate. Solu.dic,quòd statim post litis
contestationem est præstandum, cum succedat loco iuramẽ
ti de calumnia, vt ẽ.eo.lib.de iuram. calum.c.1.& hoc hic te-
net Host.& Ab.Ioan. An. ¶ Sed quæro, an isti possint nouas
positiones facere.solu.videtur q sic.quia tex.hic dicit,quòd
isti tam ponendo,quàm respondendo iurare debent. & sic
videtur,quòd alias positiones facere possint,secundùm Pet.
sed Boa.tenet contrarium; quia (vt hic apparet) positiones
iam factæ erant in curia, & transmissæ sub bulla.vnde expo-
nit tex.dum dicit [positiones faciendo] i. iam factis respon
dendo,& illas repetendo.Ioan.Andr.¶ Sed qualiter debeat
rñderi positionibus. solu.dicit Inn.q qũ iurm est præstitum
de veritate,ponens,& rñdens nõ debet dicere, quòd credit,
sed q nouit.arg.3.q.9.c.hortamur.sed qñ iuratur de calum-
nia: tunc ponitur, secundùm quod credit. & sic de credulи-
tate rñdetur.C.de iura.calum.l.2.§.j.& idem notatur de iur.
calum.c.ex literis.in prima glo.& vide quod not. ẽ. super gl.
sed licèt. & alias sex differentias, quas not.hic Host. vide in
Spec.de iuram.calum.§.j.in fin.& per Hostien. in summa de
iura.calum.§.quando.dicit tamen Innoc.quòd si esset causa
ciuilis,vbi iuratur de calumnia,nõ esset necesse,quòd in ani-
mas conuentuum iuraret, sed in animam suam tantùm,& se
cundùm suum placitum positionibus responderet. ẽ. de iur.
calum.c.cum causam.Ioan.An.¶ Quæro, an procedat text.
indistinctè, q syndicus nullum iuramentum debeat præsta-
re?Solu.dic,quòd sic; quia non iurabit de veritate,cum iam
sit præstitum per Abbatem,& Priorem. Item nec de calum
nia;quia de illa in his casibus non iuratur, secundùm Host.
& vide quod no.hic in quinta gl.& hoc intellige verum in ca
su isto:

su isto: sed in iuramento calumniæ secus videtur; quia licèt
dominus iurauerit de calumnia:nihilominus procurator,vel
syndicus etiam iuraret de calumnia in animam propriam.&
de isto iuramento non loquitur iste text. & per hoc patet, q
non obst.c.2.ẽ.eo.lib.de iuramen. calum. secundùm Archid.
Ioan.An.¶ Sed quæro,an confessio huius syndici præiudica
ret ecclesiæ?Sol.dicit Inno.q sic.sicut enim confessio princi-
palis personæ sine iuramẽto facta præiudicaret:sic & ista.nec
ob.ff.de confes.l.certum.§.pen. quia illa loquitur de confes-
sione facta per procuratorem minoris,quæ cum effectu non
præiudicat,cum detur restitutio secundùm Io.An.non video
quare in hoc faciat Inno.differentiam intet ecclesiam, & mi
norem:quia ecclesia restituitur aduersus confessionem. ẽ. de
restitu.in integ.c.1.Sed de isto,an confessio præiudicet eccle
siæ,tractabitur cum glo. ¶ Super glo.1.quærit Archi. an ista
remissio examinationis testium,quæ fit per partes,sit de rigo
re iuris.an verò fit in arbitrio iudicantis.Arch.hic disputat p,
& contra.& primò, quòd de iure fit facienda, alle. quia cau-
sa ibi debet tractari,vbi sunt testes. 2.q.2.c.fin.vbi non sit dif
ficile illos producere.33.q.2.c.siue.de fideiuss.c.constitutus.
de appel.c.ex parte.immo videtur,quòd iudex ad locum ac-
cedere debeat de offi.ord c.significauit.in contrarium,quòd
immo debeat ad se testes vocare.3.q.9.c.hortamur.& maxi-
mè si ibi altera pars suos testes produxit.ẽ. de priuile.c.cum
olim.vt sic seruetur æqualitas. Sol.quòd ista remissio,quæ fit
de vna ciuitate ad aliam,procedit ex iudicis arbitrio, alle.in
Auth.eo.ti.§.sed & quoniam.& quod ibi no.iudex ergo,etiã
in ciuilibus,præcipere poterit,testes coram se præsentari,etiã
inuitos. C. de testi.l.si quando.ex quo sibi sic videtur propter
magnitudinem causæ, vel propter suspiciorem testium: & sic
loquitur,secundùm Accur.in Auth.vt defuncti,seu funera.§.
illud.ad idem.3.q.9.c.testes.ibi tamen no.Io.An.quòd in ta-
libus seruetur cõsuetudo regionis.ff.de testi.l.3.in fi.ad egre
gias tamen personas iudex mittere debet, vt ipsorum dicta
recipiantur,in Auth. de testib.§.& quoniam.ad hoc optimè.
11.qõ.1.c. episcopum.vbi mittitur ad episcopum, si eius te-
stimonium est necessarium:& hoc in ciuilibus, & non in cri-
minalibus, vt in d.c.testes.3.q.9.secundùm Archi.videtur p
decisione Archi. casus in l.iudices. C. de fide instru.ibi,dum
dicit [vt possint,si hoc perspexerint.]nam verbum,posse,non
inducit necessitatem, vt notat glos.in Cle.auditor. de rescri.
15 ¶ † Sed quis soluet expensas interrogatoriorum datorum à
reo,secundùm quæ petit testes examinari? Domini de Rota
conclusione 62.in antiquis.dicunt,quòd aut actor propter ta
lia interrogatoria non erat expensurus plus, quàm expendat
pro missione testium: & tunc nihil reus solueret. Aut actor
erat aliquid vltra expensurus propter portationem articulo-
rum:& tunc reus contribuet ad alias expensas.alleg.ff.fami.
hercis.c.ex parte.secundùm eos vidi hoc anno dubitari.reus
dat positiones;& quia dicit principalẽ melioris conditionis,
quàm procurator,vult,quòd dominus,qui erat in domicilio
valde remoto, respondeat positionibus: propter quod iudex
decreuit remissionem ad partes,vt ibi respondeatur positioni
bus.quis habeat soluere expensas huius remissionis?reus di-
cebat,quòd actor;quia ipse debebat esse in iudicio,vbi litiga
batur:vnde ipse est causa, quare remissio fit ad partes.ergo
ipse, qui dat causam huic remissioni, & expensis, debeat il-
las facere,argumen.c.fin.de iniurijs.¶ Ego dicebam contra-
rium.primò quia actor non est in culpa,licèt litiget per pro-
curatorem,cum ius hoc sibi concedat,de procura.cap. que-
relam. & maximè cum procurator esset paratus positioni-
bus respondere, quod poterat.ẽ.de confess.c.2.Item video,
quòd quando remissio fit ad partes pro probatione ex parte
rei,quæ potest prodesse etiam actori, reus facit in totum ex-
pensas,vt ẽ.de iudi.c.mulieres.§.1.& de rescriptis.c.statutũ.
§.pe.eo.li.multò fortius isto casu,in quo reus vult probatio-
nem tantùm pro se: cum responsio ad positiones non profit
respondenti,ar.4.q.3.c.Item nullus.& quod etiam not.gl.pe.
in c.2.ẽ.de confes.eo.li.Sed probatio testium facta per reum
bene prodest actori; quia testis bene deponit pro vtraq; par
te,vt no.glo.in d.c.mulieres.& dicto c.statutum.§. pen. ergo
videtur, quòd solus reus debeat facere expensas. & sic obti-
nui,& seruani in practica.Sed contra hoc facit quod habetur
in text.& gloss.3.in l.2.§.defendi. & ibi per Barto.ff. ex qui-
bus causis in possess.eatur. vbi videtur tenere contrarium.&
bonus est tex. ad dubium in l.pe. §. his de præsentibus.C.de
iureiu.¶ Gl.super ver.possessione. recitat per contrarium,q
tex.malè dicat:quia deberet dicere,quasi possessione. gl.solu-
uit. Item per aliud contrarium, quòd non deberet iurari de
veritate,sed de calumnia; cum causa possessoria non dicatur
spiritualis.gl.soluit. ¶ Ibi[qa de incorporalibus]per hoc col
ligit hic Abbas,quòd etiam in incorporalibus; quia spoliat,
& in eis competit possessoriũ,vt hic:& remittit Archi.ad not.
84.dist.c.quisquis.1.q.1.c.nullus episcopus grauamen.in fin.
2.gl.& 2.q.2.c.nullus.2.de causa pos.& proprie.c.cum eccle
sia.in glo.hic ideo.de resti.spolia.c.olim.3.vt lite pendente.ic.
1.facit canon.16.q.1.c.reuertimini. qui dicit, quòd scientia
possidetur,secundùm Ioã.An.¶ Nota istam glos.iuncto tex.
quòd licèt libellus super possessorio incorporalium cõcludat
restitui ad possessionem,non vitiatur, posito quòd nõ dicat,
ad quasi possessionem.quod not.pro saluandis libellis.¶ Gl.
super ver.conuentum.recitat per contrarium,quòd non pos-
sit iudex deferre iuramentum in animas conuentuum, cum
non habeant animam;quia sunt res inanimatæ. glo. sol.expo
nendo tex.deinde glo.opponit,quòd sufficiat solum iurare in
animam prælati,glo.etiam soluit:deinde colligit notabile,an
confessio prælati,& conuentus præiudicet ecclesię.¶ Ibi[Ro
mana]No. istam glos. quòd vbi dispositio refertur ad vniuer
sale,& materia est talis, quæ non congruit vniuersitati collec-
tiuè, sed tantùm singularibus de vniuersitate, illa dispositio
debet sumi distributiuè quòad singulares vniuersitates,& nõ
collectiuè,vide glo,super ver.non competunt.in c.si sententia.
ẽ.de senten. excom. vnde si vniuersitati conceditur indulgen
tia,vel remissio peccatorum, illud intelligitur concessum nõ
vniuersitati collectiuè, sed singularibus de vniuersitate,vt no.
Gul. de monte Lau.in proœmio Clemen.¶ Sed contra illa,q
habentur hic in glo.opponit Archi.quòd prælatus non possit
habere mandatum à Capitulo,cum ipse sit ille,qui habet pro
curatorem constituere, ẽ.de procu.c.1.& de iudic.c. causam
quæ.vnde debet esse differentia inter datum,& dantem: rece
ptum,& recipientem,vt in c.fi.de inst.fol.Si quæritur,an istud
mandatum tribuat effectum,vt virtute illius dicatur admitti:
& dicendum est,quòd non, vt in contrarijs. Sed si quæritur,
an operetur, vt appareat ipsum agentem habere consensum
sui Capituli.& dicendum est,quòd sic:vnde ostendit,q præla
tus,tanquam legitimus administrator,agit,de rescri.c.edoce
ri.ff.de serui.vrb.prædi.l per fundum.ff.de pac.l.si vnus.§ pe.
Io.An.¶ In fin. gl. de hoc, an confessio plati noceat ecclesię.
vide gl.22.di.c.de Constantinopolitana.¶ Gl.in ver.dicenda.
quæ incipit,notarius.in c.dudum.2.de ele.& gl.fi.in c.fi.de p
scri.Et dixit hic Io.An.q ideo gl.hic dixit[solius plati]quia si
prælatus haberet mandatum à Capitulo:tunc bene præiudi-
caret ecclesiæ, vt not.in dicto c. de Constantinopolitana.ni-
si probaretur error.de confe.c.fi.dic,quòd aut prælatus agit
in bonis discretis,& distinctis à Capitulo: & sola eius confes
sio præiudicat; ex quò administrationem habet. Aut agit in
bonis communibus: & tunc requiritur mandatum Capituli.
ita intelligitur ista glos.similiter econtrario de Capitulo;quia
si agit in bonis discretis,& distinctis,præiudicat confessio:se
cus in bonis cõibus.& ista distinctio sumit ex no.de rescri.c.
edoceri.quia ex quò quilibet ipsorum habet mandatum à iu-
re, vt per se agere possit, præiudicabit actus. & hoc videtur
etiam fuisse de mente Inno. vt not. ẽ. super glos.in verb. illos.
¶ Gloss. super verb. ipsorum. recitat per contrarium, & per
quæst.

quæſt. gl. fol. ¶ In fin. glo. Not. iſtam glo. quæ facit regulam, quòd in actibus Capituli nunquàm abſentes ſint vocandi, niſi in tribus caſibus hic poſitis. Do. meo, Do. Anto. de Butr. plus placebat dictum Inno. in c. 2. de no. oper. nunc. vbi facit regulam, quòd in omnibus cauſis magnis, & arduis abſentes ſint vocandi, & in tribus caſibus poſitis hic in gl. vocanſ. rõ alia non eſt, niſi quia ſunt ardui. ita no. ipſe in c. licèt de uitanda. de elec. in c. fin a. de maio. & obedien. & d. c. 2. de noui oper. nuncia. Nec ob. c. fin. de maior. & obed. & d. c. 2. de no. oper. nuncia. vbi agebatur de negocio magno, & arduo; quia ibi illud proceſsit propter mandatum Papæ, qui expreſsè voluit tantùm præſentes vocari, & non abſentes, ſecundùm eum. Et pro dicto ſuo facit glo. in c. j. de his, quæ fiunt à maiori parte Cap. quæ vult, q̃ in actu ſtatuendi abſentes ſint vocandi. & idem gl. in c. cum omnes. de conſtit. quæ glo. an ſint veræ, examinat Ioan. And. in reg. quod omnes. ff. de reg. iur. in Mercu. Dicit tamen Federic. de Senis. in conſil. 156. quòd etiam in actibus, in quibus non vocantur abſentes, non debent vocari omnes, qui ſunt præſentes: ſed illi, qui ſunt præſentes, & occleſiæ ſeruientes, motus per tex. 10. quæſt. 2. cap. hoc ius. qui dicit [ibidem ſeruientium] per quod limitatur hæc glo. quæ dicit tantùm de reſidentibus. pro cuius dicto facit tex. ff. de cleri. non reſiden. c. vnico. vbi aliud eſt reſidere: aliud eccleſiæ deſeruire. & tex. in dicto c. hoc ius. de ſeruientibus loquitur. & dicit hic Inno. quòd non ſufficit, quòd in aliqua poſitione conſentiat maior pars iurantium: ſed maior pars conuentus ibidem reſidentis. & eſt ratio; quia confeſsio minoris partis non poteſt præiudicare toti conuentui, ſecundùm Io. And. ¶ Glo. ſuper ver. tranſmiſsis. quærit & ſoluit in fine gl. & ſic bulla Papę ibi appenſa omnem ſuſpicionem excludit, vt dicit Inn. in c. ex parte. de fide inſtrum. ſecundùm Archid. Ioan. An. ¶ Glo. ſuper ver. illos. in prin. declarat tex. Deinde quærit de duabus quæſtionibus. & ſol. ibi [ſcientiæ prælati.] Io. An. hic recitat dicta Innoc. aliqualiter confuſa. vnde reducendo ad aliquem ordinem, diſtingue: quòd aut prælatus interrogatur de aliquo, quod ipſe ignorat: ſed alij, quorum etiam nomine iurauit, ſciunt. & tunc ſi maior pars conuentus dicit ſibi certum quid ſcire: tunc debet illud reſpõdere. ſi verò minor pars conuenit in illo: tunc de eo non dẽt reſpondere, vt vult ille textus. Si verò nullus de cõuentu ſcit, ſed ipſe tantùm ſcit: tũc recitat duas opiniones. vna quòd tenetur reſpondere. & ratio eſt; quia ipſe ſuo nomine iurat, vt de his, quæ ſcit, veritatem dicat, etiam ſi alij neſciant. ſed iſta opinio ſibi non placet: vnde reſidet in opinione, quòd ſi illud, ſuper quo interrogatur, eſt de facto proprio: & tunc non tenetur reſpondere, licèt ipſe etiã ſciat, ex quò alii ignorant. & eſt ratio differentiæ; quia quando interrogatur de eo, qđ ſcit, non debet reſpondere, nec præiudicare; quia non interrogatur vt procurator, cum cauſam non agiter, nec etiam vt teſtis, & licèt compellatur iurare in animam ſuam dicere quod ſcit, hoc non fit, niſi vt dicat veritatem eius, quod ſcit vnà cum alijs: non autem eius, quod ſcit ſolus. Item alia ratio; quia lex permittit, q̃ quis interrogetur de facto proprio. C. de quæſt. l. interrogari. ſed quando interrogatur de facto alieno, non interrogat eo modo, vt hic, ſed tanquàm teſtis. dicit tamen, quòd ſi iuraret dicere veritatem tãtùm in animas aliorum: & ipſe ſcit, & alij, in quorum animas iurauit, ignorant: tunc nil dicet; quia de ſe non iurauit: ſed de illis tãtùm. Item ſi illi dicerent prælato, quòd aliter dicat, quàm ſe hẽat veritas, quam veritatem prælatus ſcit, non reſpondebit ſecundùm dictum ipſorum; quia pro nullo homine debet falſum dicere, vel contra conſcientiam facere: immo debet illos monere vocatis illis, qui prodeſſe poſſunt, vt abſtineant à falſo teſtimonio, vel dicto. 22. q. 5. c. hoc videtur. allegat Hoſt. de ſenten. excommu. c. inquiſitioni. tamen dicit, quòd ſi voluerit reſpondere per ſe, non per procuratorem, non videt, quare non admittatur, ſecundùm Ioan. And. ¶ Quid ſi dominus iurauit reſpondere poſitionibus, poſtea vult reſpondere illis per alium non iuratum? In hoc format dubium, & nõ ſol. Io. An. dicit, quòd putat ipſum poſſe reſpondere per procuratorem, ſi ſibi eſt datum mandatum expreſſum de ſic reſpondẽdo. Non obſt. c. fi, ff. de iureiur. in fin. quia hic procurator eſt conſtitutus ad hunc actum ſpecialiter. tamen dicit Io. And. quòd commendaret iudicem, qui talem procuratorem non admitteret: niſi cauſa legitima ſubeſſet, ſcđm Ioan. An. in fi. glo. hoc limitat verum Io. And. niſi prẽlatus reſponderet ſuper his, quæ eſſent diuiſa inter abbatem, & cõuentum, & ſpectarent ad ſolum abbatem: quia tunc ſtaretur dicto abbatis, de reſcriptis. c. edoceri. ſed iſta erant communia inter ipſos; & ideò abbatis reſponſio non præiudicat, ſecundùm Innoc. Hoſt. & Ioan. An. dicit tamen Hoſtien. q̃ iudex, qui ſentit cõuentum diſcordare, vocare debet illos coram ſe, & informare eos de reſponſione ſeniorum, & illorum, per quos id, de quo agitur, geſtum fuit. arg. qui matri. accuſa. poſſ. c. videtur. & ff. eo. c. veniens. 2. in fi. & c. in noſtra. & ſi factis iuuenes nolunt eis cõſentire, ſcribat dicta vtrorumque, & quod ſcribit, & quod inde ſentit, reſcribat. ff. de fidefuſſo. c. conſtitutus. in fi. Ioan. And. ¶ Glo. ſuper ver. poſitionibus. quæ incipit, ſigil latim. quærit de ratione text. & ſol. ibi [negari.] Inno. tenet, quòd debet ſuper quolibet capi. contento in poſitione reſpõdere, per hunc tex. dic, vt dixi de confeſ. c. 2. ff. eod. libr. ſuper glo. ¶ Glo. ſuper ver. quid ſciat. quærit, & ſoluit. ¶ In fin. glo. no. ex fine iſtius gl. quis dicatur titubare. quia ille, qui eſt poſitus inter duo extrema, & neſcit animum ſuum ad alterum applicare. vide glo. in ver. titubare. de procurato. c. in noſtra. ſecundùm Ioan. And. in c. apoſtolicæ. de cleri. excom. mini. & Archid. 38. diſtin. c. quamuis. ¶ Secundò not. quòd quando negatio præcedit verbum, credo, non includit certam credulitatem in eius oppoſito. & ratio eſt; quia tũc nihil ponit: ſed negat tantùm; quia poteſt eſſe, quòd non credit eum mortuum, nec credit eum viuum: ſecus ſi poſtponeret negatiuam dicendo credo eum non eſſe mortuum: quia tunc crederet eum viuere; quia tunc ponit certum quid. ita ponit Spec. de poſitionibus. §. 6. verſicu. ſed nunquid. & gloſſ. antepen. C. de iuram. calum. l. 2. § j. & dicit Hoſt. quòd debet reſpondere non ſolùm de ſcientia: ſed etiam de credulitate. tamen dicit, quòd quicquid dicatur, iurans de veritate debet reſpondere de credulitate. quia ſi id, quod non credo, confiteor, & aſſero verum eſſe, deiero. alleg. de re iudic. c. cum olim. §. j. in fi. & quod no. in ſumma de iuram. calum. §. quandoque. ver. ſed; qd refert. dicẽs hic, & ibi, q̃ veritate inſpecta iuramentum eſt de credulitate; quia ſi id, quod non credo, confiteor, & aſſero verum eſſe, deiero. 23. q. 2. c. homines. de iureiuran. c. & ſi Chriſtus. de elect. c. ſignificaſti. 23. diſtin. c. pſalmiſta. in omni ergo iuramento cauendum eſt, ne quis dicat contra conſcientiam. de ſcruti. ca. vno. & ſi illam ſequatur, ſufficit. 3. q. 9. c. hortamur. Nec ob. iſte tex. ibi, dũ dicit [quam ſciunt] &c. quia illud ſcire dicuntur, quod ab alijs audiuerunt. 22. quæſt. 5. c. hoc videtur. ff. de reſcr. c. cum contingat. & ideò ibi ſubiunxit tex. [& per illos intelligunt] &c. dic maximè in notorijs, & eccleſiaſticis contra ſubtilitatem per iudicem reſpuendam. 22. quæſt. 4. c. innocens. Ioan. And. ¶ Glo. ſuper ver. inquiras. quærit & ſoluit. ¶ In fi. gl. Io. And. hic concludit, quòd aut prælatus, & Capitulum confeſſi ſunt certum quid: & tunc illis ſtabitur, nec fiet interrogatio à ſyndico; quia confeſsio, quæ eſt probatio, amplius reuocari non poteſt. de probat. ca. per tuas. & quis non debet admitti ad probandum, quod probatum non releuat. de offic. dele. c. cum contingat. ergo non recipietur interrogatio ſyndici. Si verò prælatus, & Capitulum non reſpondent certum quid de credulitate: & ſyndicus habens mandatum reſpondet de certa ſcientia. & tunc, cum poſsit præiudicare, de cõfeſ. c. ex parte. tunc ſibi derogant: ſicut ſi vnus eſſet ſibi contrarius, de appel. c. ſollicitudinem. Si autem econtra prælatus,

tus, & Capitulum de certa ſcientia, & ſyndicus de credulitate, ſtabitur confeſsioni conuentus. quia maior eſt ſcientia cõuentus, quàm credulitas. & vterque principalem perſonam repræſentat. alle. no. ff. e. c. ſuper gl. in ver. illos. Si verò vterq; de certa ſcientia, vel de credulitate loquitur, & ſunt cõtrarij; videtur quòd ſibi derogent, ſicut ſi vnus eſſet ſibijpſi contrarius, vt dicto. c. ſollicitudinem. ¶ Pro quo autem tunc feratur ſententia. dicit, q̃ ſi iudex poterit informare motum animi ſui per aliquas circunſtantias, illis ſtabitur. ff. eo. c. præterea. Si autem non poterit informare, ſententiabitur contra dñm, ſicut quando confitetur pro ſe, & cõtra ſe. ff. de interro. act. l. de ætate. §. j. 14. q. 2. §. 1. & eſt ſimile, quod not. de procur. c. ſi duo. in 3. gloſſ. ſup. eod. libr. Si autem omnino obſcura ſunt iura, procedat quod nota. de probatio. cap. ex literis. & de re iudica. cap. finali.

ADDITIO.

a ¶ Dictio, olim. Adde glo. in l. nec emptio. §. 1. ff. de cõtrahen. emp. Ale. poſt Bart. in l. 1. §. 1. ff. de ope. no. nun. Bar. in l. eius qui. ff. ti cer. pet. Alex. in l. viro. ff. ſol. mat. Iac. Butr. in l. cum aliquis. de iure delibe.

SVMMAE.

1 *Articulos probare volens nomina teſtium in eis exprimere debet.*
2 *Dilatio data per menſem certum, intelligitur de proximo.*
3 *Exceptio criminis contra teſtes poteſt opponi in genere.*
4 *Exceptiones in ſcriptis, & non verbo, porrigi debent.*
5 *Articuli an de neceſſitate in cauſa ſint dandi.*

§. Teſtes. ¶ No. hic differentiam eſſe inter articulos, & poſitiones probat hic tex. quia. ff. dixit de poſitionibus prioribus. nunc dicit de ipſarũ articulis. vide de hoc per Io. An. ff. de iureiuran. c. fi. ¶ No. quòd licèt actor produxerit ſuos teſtes in curia: reus tñ non dẽt cõpelli ad producendum ſuos ibidem. de quo de priui. ca. cum

1 olim. il 1. ¶ † Not. argu. q̃ volens probare articulos, debet in eis exprimere nomina teſtium, per quos intẽdit: quod an ſit

2 verum, examinabitur cum glo. ¶ † No. arg. pro & contra, q̃ dilatio data ad menſem certum, intelligitur de proximo, & non de alio remoto. ad hoc ff. de præben. c. non poteſt. ¶ No. q̃ pars, contra quam fit examinatio teſtium, eſt illa, quæ de-

3 bet formare interrogatoria. ¶ † No. q̃ exceptio criminis cõtra teſtes poteſt opponi in genere abſque ſpecificatione aliqua: tamen ad probandum quis non admittitur, niſi primò crimina ſpecificet. de quo per Inn. in c. cũ dilectus. de purg. cano. Pau. in Cle. conſtitutionem. ſuper ver. cęterum. de elec.

4 & examinabitur. ff. ſuper gl. ¶ † No. arg. q̃ exceptiones dẽt porrigi in ſcriptis, & non verbo. vide gl. in verbo confeſsione. in c. prudentiam. de offi. deleg. & glo. in cap. appellatio. ff. de app. ¶ Quæro, an ſimul poſsit dari idem terminus ad producendos teſtes probatorios, & reprobatorios. Io. An. dicit hic, q̃ licèt poſſit: tamen non expedit, vt ſimul detur, ſed q̃ primò detur ad probatorios. & illo elapſo, detur ad reprobatorios: prout fecit hic Papa. & hoc expedit ad euitandas fraudes, quas poſſet facere actor, producendo ſuos teſtes probatorios vltima die termini: de quo remittit ad Spec. titu. de proba. in princ. vbi datur remedium circa hoc. ſ. q̃ detur reo noua dilatio ad iſtam probationem faciendam, arg. C. de tẽporibus in inte. reſt. per l. petendæ ad hoc 3. q. 3. c. ſpacium. ver. ei autem. ¶ Quid ſi Papa cõmittit iſtis examinatoribus, vt recipiant teſtes, & inſtrumenta, quæ vtraque pars duxerit producenda: an iſti poſsint recipere confeſsiones partium; ita vt talis confeſsio partium facta corã talibus probet vt iudicialis? Do. de Rota concluſione. 389. dicunt, q̃ maior pars ipſorum tenuit, q̃ ſic; quia nomine inſtrumentorum omnia comprehenduntur, quib. cã inſtrui põt. ff. de fi. inſt. l. j. ad idẽ allegat gl. in ver. munimenta. in c. corã. de reſt. in integ. Item quia iudices recipiendo cõfeſsionem, quaſi iuxta mandatũ, & non contra mandatum faciunt. arg. ff. iudi. ſol. l. ita tamen. § in hac. ſecundùm Do. de Rota. contra ipſos poſſet allegar iſte tex. quia dicit expreſsè, q̃ datur poteſtas recipiendi confeſsiones partium. ergo ſecus videretur, ſi non habuerunt ẽt expreſſum mandatum. Item licèt ex quadam latiſsima ſignificatione vocabuli appellatione inſtrumentorum comprehẽdantur omnia, quibus cauſa inſtruitur: non tamen de ſtricta ſignificatione, vt no. gl. in d. l. j. & no. Archid. 12. q. 2. c. ſi quis de clericis. hoc probat etiam diuerſitas rubricarum: quia in compilatione Gregoriana ponuntur tanquàm diuerſæ. ergo delegatus datus ad receptionem teſtium, & inſtrorum non poterit recipere confeſsiones; cum iſtud non contineatur in mandato: cuius forma ſeruanda eſt, de reſcr. c. cum dilecta. de reſti. ſpol. c. Piſanis. & ſic talis confeſsio videtur facta coram non ſuo iudice, quæ non valet. de iudi. c. at ſi clerici. ad idem glo. fi. 7. q. j. c. peruenit. & 27. q j. c. ſi homo. quæ gl. determinat, q̃ ſi Papa committit vni, q̃ alium excommunicet, non committendo ſibi aliter deciſionem cauſæ: q̃ talis delegatus excommunicatum à ſe abſoluere nõ poterit: quia delegato vno articulo iudiciali, non venit reliquus articulus, vi delicèt abſolutio. ad hoc etiam optimè facit. c. ſuper quęſtio nũ. j. vbi cõmiſſo vno articulo cauſæ, nõ venit alius articulus. Ad rationes dominorum de Rota rũde, q̃ gl. in c. coram. de reſt. in integ. loquitur de munimentis ad cauſam facientibus: ſed fateor, q̃ appellatione munimentorum comprehenduntur confeſsiones, cum ſit nomen generale. ad quod optimè ſupra de electio. cap. cupientes. §. j. eod. libr. ſed teſtes, & inſtrumenta ſunt nomina ſpeciei, quæ differunt à confeſsione, vt eſt dictum. Ad l. j. de fide inſtrumen. eſt reſponſum ſupra. Ad id, quod dicunt, quòd recipere confeſsiones eſt iuxta mandatum, nego: illa enim dicuntur iuxta mandatum, & delegato commiſſa, ſine quibus negocium ſibi commiſſum non poteſt expediri, vt in capitul. præterea. de offic. delega. ſed ex quo eſt ſibi commiſſa tantùm receptio teſtium, & inſtrumentorum, iſti duo articuli bene poſſunt expediri ſine receptione confeſsionis. ergo eorum poteſtas ad illam confeſsionem ſe non extendit. ad quod optimè facit glo. 3. in capit. ſolet. infra de ſenten. excommunicatio. & quod ſuper illa not. Ioan. And. vbi expreſsè voluit, quòd licèt delegatus poſsit illa, ſine quibus negocium expediri non poteſt: non tamen poteſt illa, per quæ cauſa facilius expediretur; ex quò non includuntur in mandato. vnde licèt ex confeſsione negocium principale facilius expediatur: quia tamen delegatus poteſt expedire negocium ſibi cõmiſſum ſine receptione confeſsionis, illam recipere non poterit. ¶ Gloſſ. ſuper ver. articulus. quærit, quid ſit articulus. ¶ In fin. gloſſ. Ioan. Andr. hic ponit multa ſignificata huius nominis, articulus.

5 ¶ † Sed quærit, an de neceſsitate articuli ſint dandi in cauſa. Solu. dicit Archidiaco. quòd ſi petantur, debent dari: aliàs ſufficit, qualitercunque teſtes ſint producti: dummodo ſuper libello deponant, ſiue ſint facti articuli, vel poſitiones, ſiue non. alleg. per Hoſtien. in ſumma huius tituli. §. ſuper quibus. ſub. § & cuncta. ver. fiunt autem. & ſequenti. & in Specul. eod. titul. §. nunc videndum. per totum §. & facit de reſtitutio. ſpoliato. capitu. cum ad ſedem. dicit tamen, quòd ca uere debet tradens articulum, vel poſitionem, ne faciat illum plura continentem, ne obliget ſe ad totum probandum, taliter quòd perdat cauſam, niſi probet cui mos gerendus eſt, de probatio. capitu. licèt cauſam. quia bene poteſt ſe obligare probationi ſub amiſsione cauſæ. de electio. capitu. cum dilecti. de crimin. fal. capitu. fina. ſicut & ſtare dicto aduerſarij, teſtibus non iuratis. C. de fideiuſſor. l. fina. & de teſtib. capitul. tuis. aliàs ſufficeret probare vnum de mille propoſitis: quod ſufficeret ad intentionem fundandam. de appellatio. capitu. ſignificauit. de præbend. capit. cum iamdudum. allegat iſtud dictum, quòd plura narrans in articulo, vel poſitione, videtur ſe aſtringere ad proban-

dum omnia in illo contenta ¶ Gl. super ver. productos. q̃rit corã quib. isti testes fuerint producti. Deinde recitat p cõtrariũ, q̃ non potuerũt recipi, lit. non cõte. glo. sol. Item opponit glo. q̃ post examinationem, vel receptionem testiũ nõ iuret de calum. nec fiant positiones, glo. soluit in fin. ¶ Contra determinationem glo. opponitur, q̃ nõ possint fieri positiones, quia aggrediendo productiones testium, pars sibi præcludere vr̃ viam ponendi. ¶ Nec ob. quod glo. inducit de iura calũ, quia illud ideò põt præstari in qualibet parte litis; quia nõ pstaretur propter partem tantùm, sed propter vtilitatem publicam, cuius interest lites dirimi. sed positiones tantùm fiunt fauore partium. ad quod facit de foro compe. c. fi diligenti. ita dicit Io. Mo. quosdam tenuisse: sed ipse dicit tenendum, quod tenet glo. ne probationis copia sic angustetur. C. de hæreti. l. pe. in fi. secundũ Io. An. ¶ Glo. super ver. nomina. quærit, quare nomina testium exprimunt: deinde qualiter nomina practicentur. Item an possit alios à nominatis producere, & soluit in fine glo. Ex verbis glo. concludit Ioã. An. q̃ non sufficit excipere in genere contra testes, q̃ sunt in talibus criminibus irretiti: sed sigillatim contra quemlibet testem debet exprimere crimen, in quo est irretitus. ad hoc de ele. c. per inquisitionem. & ꝯ. de sen. excom. c. constitutionem. inducit etiã Archi. de ele. c. 1. s̃. eo. li. & istud examinabitur. ꝯ. dicit tamẽ Io. An. ponderandum, q̃ in exemplis positis hic in glo. non exprimit locus, vel tps criminis cõmissi. Et ista potuit esse ratio quare Papa mandat, q̃ in partibus fiat specificatio causæ. Vel posset dici, q̃ in curia nõ erat facta specificatio, prout hic gl. assignat. sed dicebatur [intendit probare Titium adulterum, periurũ] &c. & sic specificatio, de qua dicitur hic in tex. latiꝰ sumetur. Io. An. ¶ Gl. super verbo interrogatoria. ista glo. ponit practicam interrogatoriorum. ¶ In fi. glo. No. ex ista glo. quæ facit in argumentum, q̃ non valet dictum testis, nisi partes cognoscat. de quo p̃ er glo. in c. cum causam. s̃. e. ti. per Archi. 3. q. 3. §. item testiũ. Super dubio gl. dicit Io. An. q̃ si pars nulla daret interrogatoria: q̃ iudex debet facere per se illa, quæ habentur in c. cum causa. eo. ti. & consuluit Hosti. q̃ potius fiant superflua, q̃ omittatur aliquod necessarium, vel vtile: & hoc, quia si fuit omissum interrogatorium tale negligenter, vel dolosè, fiet iteratò examinatio testium, non ob. publicatione, s̃. eo. ti. c. per tuas. quod secus esset, si nullum fuisset factum. Item vtile est; quia fortè iudex plura resecaret, q̃ expediret. & arguit contra iudices, qui committunt examinationem testium notarijs, vel alijs, cum deberent examinationẽ per se expedire. C. de fide instru. Auth. apud eloquentissimũ. vel ad minus committere personis idoneis, & discretis, s̃. e. c. si qui testium. de testi. cogen. c. 1. de consan. & affi. c. 1. cũ. n. in probationibus sit tota vis causæ, potius deberent committere alia, q̃ examinationem testium. 43. dist. c. quiescamus. sed quia istud est onerosum; ideò de facili cõmittitur etiam per eos, qui sportulas exigunt, contra id ff. de reg. iuris. l. secundùm naturam. & de cle. coniugatis. c. diuersis. de præben. c. cũ secundum. & ideò dicit Io. An. q̃ Bononiæ est consuetudo, q̃ quælibet pars ponat pro sua parte vnum examinatorem. & isti duo examinant secundum interrogatoria data, per iudicẽ correcta ¶ Glo. super ver. specificatione. colligit notabile ex tex. ¶ In fi. gl. per tex. & alleg. per gl. dicebat Inno. q̃ non sufficiebat excipere contra testem, dicendo, q̃ erat periurus, vel adulter. sed an in talibus exceptionibus debeat specificari locus, & tempus commissi criminis in accusatione. Idem & fortius in exceptione, cum minus sit odiosa accusatio, quàm exceptio contra testes. vnde in exceptione compelluntur testes, & in accusatione non. de testi. cogen. cap. dilectorum. Et idem tenet hic Archi. & dicit Io. An. q̃ licèt iste tex. sic allegetur, quòd specificatio requiratur in exceptionibus: tamẽ iste tex. non probat, sed bene probat, quòd specificatio non facta in exceptionibus debet fieri, antequàm probatio super illis admittatur: quia hic erant admissæ exceptiones. & Papa mandat, q̃ fiat specificatio ante probationem exceptionum, siue facta non fuerit primò: siue facta, sed non plenè, vt dixi. s̃. super ver. nomina. & istud multum tenet Lap. Abbas hic. & etiã dicit tenere Pau. in Clem. constitutionem. § cæterum. de electio. super ver. circunstantiarum. & allegat ibi istum tex. dicens, q̃ ille, cui datus est terminus ad opponendum crimina, vel defectus, satisfacit termino, ea indeterminatè ponendo. & si petatur declaratio, poterit declarari post terminum; quia qui declarat, non addit. ff. de testa. l. heredes palã §. quod verò quis. & de appe. c. vt nostrum. tamen dicit Lapus, q̃ talis exceptio efficaciter nõ dicetur recepta, donec fiat specificatio, cũ illa requiratur ante tps probationẽ, vt hic. & sic receptio talis exceptionis ex futuro dependet euentu. de fi gi. c. fi ater nitatis. & s̃. eo. li. de elec. c. si fortè. ergo quod à principio debebat fieri, fiet postea ante receptionem testium super ea. facit tex. 8. di. c. quæ contra. scdm Lapũ. & idem tenet Pau. hic. & dicit ita fuisse consultum per do. Guidonem episcopũ Cordieñ. & ita dicit Steph. Ieruari in Romana curia, secundùm Paul.

S V M M A E.

1 *Testes coram iudice produci debent.*
2 *Differentia inter productionem, & receptionem testium.*
3 *Index an possit præfigere terminum ad testium personas reprobãdas ante attestationum aperturam.*

1 §. Si verò ¶†Nota primò, quòd testes debent pro-
2 ducere coram notario. ¶† Nota differentiam esse inter productionem, & receptionem testium, & inter examinationem. & sic videtur, quòd astrictus ad productionem testium, & infra certum terminum satisfacit termino, si producit, licèt testes infra terminum non sint examinati. de quo. ꝯ. de excess. præla. cap. vno. ¶†Nota, quòd exceptio criminis ad repel-
3 lendum testes potius videtur opposita contra testes, quàm contra producentem. & sic videtur hic text. contra dictum Innocen. in cap. verum. de foro competen. vbi dicit, quòd potius videtur opposita contra producentem. Sed potest intelligi dictum Innocen. quantùm ad effectum. quia ex tali exceptione producentis frustratur intentione sua, cum probare non possit intentum propter talem repulsionem. ¶ Nota iuramentum malitiæ exigendum, quando est præsumptio contra excipientem crimina. ad hoc supra de iura. cal. cap. 2. in fin. eod. lib. ¶ Nota opti. argumen. quòd iudex potest eodem instanti assignare partibus super expeditione diuersorum actuum diuersos terminos: vt primo termino lapso pro vno actu assignato, expediatur alius actus in alio termino. ad hoc de priuileg. cap. cum olim. secundo. † An iudex possit præfigere terminum ad reprobandas personas testium ante aperturam attestationum. Innocen. hic tenet, quòd sic, per hunc text. vbi expressè apparet, quòd statuitur terminus ad reprobandum personas testium: quorum dicta non erant publicata: cum ipse examinator hic haberet remittere dicta testium, cum clausula tamen, quòd etiam potuisset opponere contra personas post aperturam testium, si isto terminus hic non fuisset statutus, iuxta nota. eod. titu. cap. præsentium. ¶ Sed an poterunt reprobari testes reprobatorij reprobatoriorum, quò ad dicta ipsorum post publicationem; quia quò ad personas secundi reprobatorij. reprobari non possunt. supra eod. titu. capit. licèt. quod patet, quia text. ibi dicit [contra personas testium.] &c. & videtur, quòd contra dicta istorum secundorum reprobatoriorum possit opponi: quia pars non potuit videre eorum dicta ante publicationem: ergo non potuit percipere quid dicerent. admittendus est ergo postea, & maximè si corruptionem admisceat, iuxta no. de proba. c. licèt causam. in gl. 2. aliàs dabitur ipsis

piens habet probare ſuam exceptionem, de hoc. ſ. de reſtitu. ſpo. c. frequẽs. eo. lib. ¶ No. q paria ſunt quò ad impediendũ iudicium. quid non eſſe: vel eſſe, & non poſſe probari. ad hoc ſ. de offi. ordi. eo. li. ¶ No. q † deficiens in probatione exceptionis dilatoriæ debet ſtatim condemnari: non autem expectari finis litis. ad idem dictum. c. frequẽs. de reſt. ſpo. ¶ No. q condemnatio expenſarum, quæ fit propter aliquem articulum iudicialem, non debet extendi, niſi ad expenſas factas circa illum articulum, non autem ad alios. ¶ † Not. taxationẽ debere præcedere condemnationem expenſarum. ad hoc dictum. c. frequens. & hæc ſunt notabilia vſque ad dictum ver. ſi verò. ¶ Oppo. q eccleſia non fecit ſtatutum, ſed Papa, vt patet. ſ. eo. ti. c. exceptionem. Sol. dic, quòd etiam, quod facit Papa, intelligitur facere Eccleſia generalis; quia ipſe eſt generalis ſponſus Eccleſiæ. Vnde quod ipſe facit, Eccleſia intelligitur facere, ar. de tranſ. præl. c. 1. 2. & 3. 24. q. 1. c. quodcunque. & c. rogamus. & c. cum beatiſsimus. & ideò ipſius cõſtitutio generalis omnes aſtringit. de cõſti. c. fi. ſecundùm Hoſt. & 9. q. 3. c. cuncta per mundum. & c. per principalem, ſecundùm Arch. Io. An. ¶ Oppo. ſecundò, quòd ſola † poſitio exceptionis non differat lites. quia non ſufficit opponere exceptionem, niſi probetur. de re iudi. ca. cum ſuper. & c. ſuborta. Sol. dic hoc verum, & ad tex. reſponde, q differt, quando de ea conſtat, & non prius; quia ſi eſſet occulta, ſecus eſſet, ſecundùm Hoſt. & Arch. & Io. An. Sed dicit Lap. Abb. q etiam, antequam conſtet de ea, differt proceſſum negotij principalis, ſi fuit admiſſa; quia pendente dilatione data ad probandum exceptionem, differt ſuper principali proceſſu, ſicut in alijs exceptionibus dilator js ſecundùm ea, quæ no. in Spe. de excep §. nunc videndum reſtat. ver. eſt ergo. ſecũdùm Lap. Sed dicit dominus Io. de Imo. q poſſet ſaluari dictum Hoſt. quòd non differtur effectualiter, ſi non probatur infra terminũ, licèt ſic, durante termino, ſecundùm eum. & credo, q iſtud ſit verum, & hoc probat optimè iſte tex. qui non loquitur de dilatione litis, quæ fit ſuper probanda exceptione: ſed loquitur de illa, quæ fit propter inhabilitatem excommunicati, vt patet per tex. qui dicit [lites differat, & repellat agentes] ſed agens non repellitur ſuper proceſſu probationis excommunicationis, ſed tantùm excommunicatione probata. & ſic bene intellexit Hoſti. text. licèt dictum Lap. etiam ſit verum in ſe. ¶ Quæro, quid ſi appellatus eſt excommunicatus, & vult proſequi appellationem à diffinitiua, quã appellans negligit proſequi: an obſtet ſibi exceptio excommunicationis? Arch. hic tenet, q ſic: nam ius ſuum nõ fuit per iudicem læſum: ſed per ſententiam fuit magis firmatum. ff. de pig. l. grege. §. etiam. de re iud. c. cum inter. & c. ſuborta. Item ipſe habet remedũ appellatus, appellante non proſequente; quia rata manet ſententia. 2. q. 6. c. ei qui. & de ap. c. cum ſit Romana. Item ſi victor excommunicatus peteret ſententiam confirmari, vel exequi, repelleretur. primum patet de confir. vti. vel inuti. c. bonæ. 2. ĩ. eo. c. §. pe. facit. ſ. de accu. c. accedens. Nec ob. ca. ſignificauit. ſ. eo. tit. vbi vtraque pars admittitur; quia ibi vtraq; pars appellauit à ſententia lata, inquantum erat contra ſe: qd fieri poteſt, de teſta. c. Raynal. & c. Raynutius. fatetur tamẽ, q cõmune eſt tam actori, quàm reo, q, poſtquàm appellat, proſequi poteſt appellationem: aliàs appellare nihil prodeſſet. ſ. eo. c. venerabilem. Io. An. ¶ † Quid de appellante extra iudicium, an repellatur exceptione excommunicationis? Io. Mo. concludit, q aut appellatio eſt merè extraiudicialis: & tunc cum illa ſit quædam prouocatio ad cauſam, de appell. c. cum ſit Romana. bene repellet talem; quia tunc venit voluntariè ad iudicium, quo caſu repellitur, eo. ti. c. cum inter. Aut appellatio non eſt merè extraiudicialis, vt in illo, qui appellat ab executore, qui vult alteri prouidere de beneficio: & tũc, quia talis vexari, & grauari poteſt ab executore, appellare poterit, & proſequi, non obſtante exceptione excommunicationis. ad hoc. ſ. eo. lib. c. venerabilem. cum tunc non veniat voluntarius ad iudicium: ſed ſtimulatus venit ſe defendendo, quo caſu admittitur. ſ. eo. ti. c. cum inter. ſecundùm Archid. & per hanc viam, dicit Io. An. poſſunt ſaluari duo dicta Inn. quæ videntur in hoc contraria: quorum vnum poſuit in c. dilecti. de ma. & obe. aliud poſuit in c. cum inter. ſ. e. ti. ¶ No. vnum incidenter hic, q appellatio interpoſita à collatione executoris dicitur appellatio extraiudicialis, licèt non merè. hoc limitat verum Inn. in c. ad diſſoluendum. de deſp. impu. in glo. mag. in fi. quando non aſſumeret partes iudicis, ſed meri executoris. Sed quando aſſumeret partes iudicis (quod põt, vt no. in c. dudum. de præſump.) tunc nõ cenſetur appellatio extraiudicialis, quod eſt no. vt appareat, an in talibus appellationibus debeat ſeruari c. vt circa. de ele. eo. li. quod non habet locum, niſi in appellationibus extraiudicialib. vt eſt caſus in c. conſtitutio. ſ. eo. ti. & li. Et hanc partẽ tenet hic Pau. dicens, q quædam eſt appellatio merè extraiudicialis, vt eſt illa, quæ interponit ab electione, vt ĩ. de appel. c. cõcertationi. quædam eſt mixta inter iudicialem, & extraiudicialem, vt eſt, quando interponitur à collatione executoris, quæ participat de iudiciali; ex eo quia vice iudicis confert, cũ habeat iuriſdictionem. Item participat de extraiudiciali; quia ibi nullus actus iudiciarius interuenit. & ideò dicitur mixta, ſecundùm Pau. ¶ Quæro, quomodo differat lites oppoſitio excõmunicationis. Sol. dic, quia non poteſt eodem inſtanti procedi ſuper exceptione ipſa, & negocio principali, vt ſ. de iudi. c. exhibita, igitur oportet, q differatur cognitio negocij principalis, ſecundùm Io. Mo. & Io. An. ¶ An † quando opponitur exceptio excommunicationis, habeat locũ abſolutio ad cautelam? Arch. diſtinguit, q aut talis exceptio opponitur in vim dilatoriæ: & tunc habet locum abſolutio ad cautelã, de cle. ex. mi. c. Apoſtolicę. de ſen. excõ. c. venerabili. & ĩ. de ſen. excom. c. ſolet. & c. venerabilibus. §. pe. & fi. Aut opponitur in vim peremptorię: & tunc non habet locum, ſecundùm Arch. & Io. An. ¶ Quid ſi reus iurauit non opponere contra actorẽ aliquam exceptionem dilatoriam, an poſsit opponere exceptionem excommunicationis ſine pœna periurij? Io. An. hic dicit Io. de Montemurlo diſputaſſe, q poterit opponi ſine pœna periurij, ſi illam probat. vel etiam, ſi non probat, dummodo habuerit veriſimilem cauſam opponendi, all. ſ. de ſen. excom. c. ſacro. & ſ. eo. li. de elect. c. 1. Item ſicut non excluditur reus à tali oppoſitione per tacitam renunciationem, quã facit litem conte. vt hic. & ſ. eo. c. exceptionem. vel per lapſum termini ſtatuti ad illam opponendam, vt in Cle. 1. eo. ti. Eodẽ modo non debet excludi per generalem renunciationem. Itẽ neceſsitas excuſat à periurio. de iureiur. c. querelam. & de pigno. c. ſignificante. ſed iſte propter periculum communionis ad hoc videtur à iure aſtrictus, vt hic vult tex. & ex rationib. prædictis, & maximè propter iſtam vltimam concludit Ioã. An. idem eſſe, ſi expreſsè iuraſſet hanc exceptionem non opponere. alle. in ſimili quod no. in d. Clem. 1. in gl. penul. Ioan. Andr. & ad hoc optimè facit tex. in c. 2. ſ. de iureiuran. eo. li. vbi etiam iuramentum ſcienter præſtitum ſuper re illicita nõ aſtringit iurantem. ¶ No. illud dictum, quòd non valet renunciatio exceptionis, quando renuncians incurreret peccatum, ſi illam non opponerẽt. de quo per dominum Anto. in cap. ex parte. 2. ſ. de offi. deleg. ¶ † An excommunicatus poſsit dici hæreticus? Archid. hic dicit, quòd ſic, lato ſumpto vocabulo. alleg. 4. q. 1. c. quòd autem. Item ipſi excõmunicati remouentur ab eccleſiaſtica communione, & mittuntur extra eccleſiã: ob quam cauſam Diabolo traduntur. 11. q. 3. c. omnis Chriſtianus. & hæreſis idem eſt, quod ſeparatio. 23. q. 3. c. inter ſchiſma. c. hæreſis, & c. hæreticus. ſecundùm Archi. & Ioan. Andr. vide de hoc gloſſ. in dicto c. quod aũt. & in capit. firmiſsimè. ſuprà de hæret. & hic per Innocen. ſub rub. de ſchiſma.

SVMMAE.

1 *Exceptionem turpem opponens an teneatur actione iniuriarum.*

§. Si quis.

§. Si quis. An sit necesse, ꝙ dilatio. 8. dierum hic in text. ponitæ assignetur per iudicem. Hostien. hic tenet, quòd non, imò post admissam exceptionem excommunicationis currunt ipso iure absque alia iudicis assignatione, secundùm Host. hic. & idem Spec. in titu. de dila. §. 1. sed nunquid. & ibi dicit Io. And. in addi. ꝙ in illa dilatione computantur etiam dies feriati, alle. C. de dila. l. fiue pars. & de fer. l. j. illud tamen non procedit in terminis ꝛc. cupientes. de elec. e. lib. nisi vt ibi no. Ioan. An. Et intellige dictum Host. quòd currit tẽpus octo dierum, exceptione admissa per iudicem. Si autem illa opposita, statim contra illã exceptionem replicaretur, & in ista replicatione transeunt 8. dies, nocẽt, cum adhuc non fuerit admissa. & sic dicit Paul. quẽdam se vidisse maliciosè opposuisse, & tñ nihil ei profuit secundùm Pau. ¶ An sufficiat produxisse testes infra istũ terminum; licèt non fuerint examinati? de hoc tract. Ioan. And. & in Spec. de test. §. qualiter. ver. de his quoque. & in ti. de' dila. § j. ver. sed quid si. Ita concludendo materiam simul iungendo omnes distingue, ꝙ aut est statutus terminus ad testes producendos: & tunc sufficit, si producit eos, & facit eos iurare infra terminum, licèt non fuerint examinati, arg. C. de testi. l. pen. facit. s̃. de testi. c. præsentium. eo. lib. 2. & 3. respon so. Aut datus est terminus ad probandum, vel ad producendum, & faciẽdum illos examinari: & tunc non sufficeret producti cum iuramento, nisi fuerint examinati. ad hoc de probatio. ca. licèt causam. & d. cap. præsentium. nec est necesse, quòd fuerint publicati: immo etiam post terminum poterit petere publicationem. nam publicatio pertinet ad iudicem, non ad partem. & sic pars producendo, & faciendo eos examinari, fecit qđ in ea fuit. sunt. n. isti articuli diuersi, examinatio, & publicatio, vt patet de proba. c. quoniam contra. ergo parti non debet imputari; ex quò infra terminum fecit, quod sibi incumbebat. Et hoc etiam videtur esse de mente Pauli in Cle. 1. de concess. præb. & pro hoc optimè facit text. de pœni. di. 4. c. nouit. vbi dicitur factum, licèt nondum sit publicatum: tamen domini de Ro. in conclu. 392. tenent, quòd isto casu sufficeret iuramentum, cum testes quandoquè habeant produci de longinquo: & etiam requirat examinatio lõgum tractum propter interrogatoria, & scripturam. vnde qñque posset vix infra terminum statutum adimpleri, secm eos. credo verum primum dictum de iure. & si impedimentum esset (prout dicunt Do. de Ro.) tunc tempus non curreret, vel prorogaret, vt infra dicetur. Aut est statutus terminus ad probandum, & probatum habendũ: & tunc non sufficeret etiam examinatio, nisi fieret publicatio. ita videtur sentire Ioan. And. in addi. Spe. t. tu. de testi. §. præalleg. Quidam autem statuunt terminum ad probandum, & probatum habendum per omnem modum, & quamlibet speciem probationis: & tunc post terminũ non admittitur probatio, ẽt per iuramentum, in defectum plenæ probationis; cum talis termini assignatio videatur excludere omnem modum probandi. & post dilationem datam ad probandum quis admitti nõ debet, de proba. c. licèt causam. hæc omnia procedunt, quãdo non stetit per excipientem, sed per partem aduersam, vel per iudicem, vel propter infirmitatem probare volẽtem, vel propter aliud iustum impedimentum; quia tunc non curreret terminus, vel saltem fiet prorogatio. ad hoc de re iudi. c. cum Bertol. & quod not. de app. c. ex ratione. & j. de sent. excommu. c. solet. & hoc vltimum etiam tenet Archid. 2. q. 7. cap. testes. ¶ Quid si probat reus excommunicationem, & actor absolutionem: an habebit locum condemnatio expensarum? Ioan. And. concludit, quòd aut absolutio erat ita publica, quòd non licuit reo ignorare: & tunc fiet condemnatio expensarum; quia in casibus publicis ignorantia non excusat. de post. præla. c. j. aut non erat publica absolutio, sed occulta; ita quòd probabiliter ignorabatur: & tunc excusatur à condemnatione expensarum, ad quod faciunt nota. s̃. de elẽct. c. 1. in glo. & quod no. glo. fin. hic in ista parte. & de hoc in Specu. eo. tit. § j. ver. quid si probatur. & hanc vltimam partem tenet hic Arch. & Ioan. An. An. sufficiat eo probare, ꝙ actor petierit absolutionem? Archid. tenet hic, quòd non. de quo Ioan. And. remittit ad not. per se. de elec. c. venerabilem. ver. fuit. Ioan. And. ¶ Sed si excommunicatio opponatur contra iudicem, quis cognoscet de illa? Io. An. hic recitat opi. & nullã eligit. vna est opi. ꝙ iudex superior de illa cognoscat, & hanc ponit Host. hic, & Io. Mo. rõ; quia reus in exceptione fit actor. ff. de excep. l. j. & actor dẽt sequi forũ rei. de fo. compe. c. cũ sit. pro hac opi. all. dictũ Gof. in c. interposita. de ap. vbi dicitur, quòd si opponatur exceptio, quæ non concernit iudicem, est proponenda, & probanda coram eo, si contingat iudicem: licèt sit coram eo proponenda, non tamen probanda; quia facilè probationes subuerteret: sed probabitur coram superiore. & istam opi. Gof. tener Archid. 3. q. 5. c. quia suspecti. neque arbitri cognoscent isto casu, cum non reperiatur iure cautum, nisi in causa suspicionis. & illa iura, quæ volunt, quòd iudex cognoscat, an sua sit iurisdictio, loquuntur, vbi non est suspicio de iudicij subuersione. vnde cognoscat superior. & hoc seruat curia, secundùm Archid. ibi. sed ratio impugnatur; quia concludit contrariũ. Nam si reus est actor in exceptione: vbi primò conueniebatur coram suo iudice: nunc debet conuenire actorem, qui efficitur reus, coram suo iudice, & non coram iudice superiore iudicis excommunicati. & sic ista ratio non concludit. Itẽ secundò quia multi sunt ordinarij, qui non habent alium superiorem, quàm Papam. & sic difficile erit semper Papam adire. ¶ Secunda est opin. etiam Host. hic, & Egidij in suo libello in rub. qualiter excõmunicationis excep. & Gul. in Spe. de recr. §. fi. ver. fi. sed nun quid excommunicatio. Isti tenent, quòd cum iudex in hoc articulo meritò sit suspectus, de offi. dele. c. suspicionis. recurre tur ad arbitros, vt ibi. & j. de app. c. legitima. Item cum eadẽ fit ratio in suspicione, quare itur ad arbitros, quæ in ista; ideò arbitri de ista causa cognoscent, cum aliter iurisdictio ista ne queat expediri. & licèt aliqui velint hoc restringere in delegato, illa cõcludit etiam in ordinario. sed in delegato Papæ posset distingui secundùm dispositionem c. si contra vnum. s̃. de offi. dele. eo. lib. Sed Io. And. dicit hic (sub dubio fortè) hanc opi. non posse bene defendi, quòd arbitri, qui iuris necessitate adeuntur, assumi debeant, nisi in casibus à iure expressis, qui habentur. s̃. de offi. dele. c. ab arbitris. eo. li. in tex. & in gl. ¶ Tertia opi. est Inno. in c. cum super. de off. deleg. vbi tenet, ꝙ hæc exceptio sit proponenda, & probanda coram iudice, contra quem opponitur. qui si eam admittit, habet opponẽs intentum. si non admittit, sed repellit, opponens appellet. Recitatis opinionibus, sic residet Io. And. Io. de Fan. hic dicit, ꝙ Bar. in l. quidam consulebat. de re iud. tenet, ꝙ qñ exceptio contingit personam iudicis, & eius famam, vel honorẽ suggillat (vt quia opponitur, ꝙ est seruus, vel infamis. & idẽ si opponitur excommunicatio) ipse non cognoscet, sed superior. & tenet etiam, quòd vbicunque superior de exceptione cognoscere habet, possunt arbitri eligi. C. de iudic. l. apertissimi iuris. & supra de appellatio. cap. cum speciali. secundùm eum crederem, ꝙ si opponitur delegato habenti collegam cum clausula, ꝙ si non omnes. vel delegato, siue officiali ordinarij: quòd tunc seruetur dispositio cap. si contra vnum. s̃. de offic. deleg. eod. lib. nec alius collega, vel ordinarius cognoscet, vt sensit. s̃. Ioan. Andr. Si autem opponitur delegato non habenti collegam, vel ordinario principali: tunc si excommunicatio est notoria, sufficit sola oppositio absque probatione. s̃. de fi. presby. c. quoniã. dictum est Inn. in d. c. cum super. Aut excommunicatio non est notoria, sed occulta: & tunc credo, quòd possit cognoscere, & pronuncia re; ex quo non opponitur exceptio funditus excludens habi tum iurisdictionis, sed exercitium tantùm impediens; quia ex quò est iudex, & vertitur in dubium de exercitio iurisdictionis:

ctionis: tamen potest cognoscere, an sua sit iurisdictio. de rescri. ca. super literis. nec potest ab eo discedi, nisi per viam appellationis, vt in c. vt debitus. s̃. de app. & ita videtur tene
2 re D. meus Anto. de But. in d. c. cum super. ¶ † Sed an teneatur iniuriaram actione iste, qui opponit exceptionem turpẽ si illam non probat? Sol. vide in Spe. de accusatore. §. fi. versi. sed pone Ioan. And. Et ibi alleg. pro & contra. & demum dicit, puto, quòd pater, vel patronus habent actionem iniuriarum, si contra eos filius, vel libertus turpem obiciat exceptionem, secundùm Lap. Abb. & est ratio; quia in eis est speciale, vt tales exceptiones opponere non possint. ¶ Sed quid si iudex pronunciat exceptionem non probatam, non tamen condemnat in expensis; an postea poterit vsque ad diffinitiuam, vel indiffinitiuam condemnare? Archid. hic tenet, ꝙ sic, qui remittit super hoc ad Spec. eo. tit. §. 2. versi. sed quid si iudex. & de expensis. §. postremò. ver. illud. alle. etiam not. per Hostien. s̃. de appella. c. sæpe. in glo. & etiam si. iuxta si. Nec obstat tex. j. de appella. c. cum appellationibus. eo. li. vbi videtur debere fieri condemnatio eadem die; quia ideò ibi debet fieri; quia remittendo appellantem, desinet esse iudex. ff. de re iud. l. Paulus. sed hic durat iurisdictio & sic iudicis officium, per quod expensæ petuntur. C. de iudic. l. sancimus. C. de fru. & lit. exp. l. terminato. Io. Andr. ¶ Quid si iste in secunda vice, qua opponit excommunicationem, probat: an debeat recuperare expensas, quas soluerat in prima vice? sol. Abb. hic tenet. ꝙ non, alle. C. de iud. l. properandum. §. & si quidem. vbi victor absens, quem apparet probabiliter liti gasse, tamen ad expensas condemnatur. & per hoc soluitur, quod obiici posset, quòd nunc apparet eum nõ fuisse calumniosum, ar. de purg. vul. c. 2. vbi Io. An. & pro hoc facit quod no. Gul. in Spec. de arb. §. sequitur. in penul. charta. versic. sed pone actum. vbi dicit, quòd si pronunciatum est, Titium dare debere decem Sempronio sub certa pœna, quæ non dedit (& sic pœnam commisit) licèt postea absoluatur per pronunciationem, contra eum nihilominus poterit pœna peti secundùm Lap. ¶ Glos. super ver. communibus. quærit de verbis tex. an debeant stare eo modo, quo exprimuntur. Deinde. qualiter intelligatur. & sol. ¶ In fi. glo. pro conclusione gl. & dictorum Doct. hic præmitto, ꝙ quidam sunt actus publici. quidam ciuiles; & quidam communes. Publici sunt, tutela, & cura. Insti. de tute. circa prin. Ciuiles sunt iudicare, & arbitra. 11. ff. de iudi. l. cum prætor. 3. q. 7. §. tria. de arbi. c. dilecti. Cõmunes verò dici possunt, officium procuratoris, & testium; quia nec inter ciuiles, nec inter publicos numerantur. & ab istis vltimis excommunicati excluduntur. de probat. ca. post cessionem. de procu. c. fi. multò fortius à publicis, & ciuilib. s̃. eo. c. exceptionem. de re iudi. c. ad probandum. vbi apparet, quòd repelletur à iudicando, si est publicus. Item ab arbitrando. de quo in Spec. de arbitr. §. differt. ver. Item secundùm eum. Item ab impetrando. s̃. de rescrip. c. j. eod. libr. Itẽ à beneficijs, de cle. exc. minist. c. postulasti. Item ab agendo, pronunciando, & testificando, vt j. de senten. excommun. ca. decernimus. Super dubio igitur, an valeant actus gesti ab excommunicato. distingue, quòd aut excommunicatus aliqua facit, vt persona publica: aut vt persona priuata. si facit vt persona publica, quidam sunt actus sacramentales: quidam sunt actus beneficiales: quidam sunt actus temporales. In sacramẽtalibus confert, & recipit characterem, sed non executionem. de conferente est text. de ordi. ab episcopo. c. 1. & fi. de recip. de eo, qui fur. or. reci. c. 1. & fin. & de senten. excommu. c. cum illorum. In beneficialibus dando, & recipiendo nil agit, de ele. c. cum inter. de consue. c. cum dilectus. de app c. constitutus. quando est publicè excommunicatus. secus si esset toleratus; quia occultus. de iud. c. ad probandum. hoc limitat Ioan. Cald. in c. ad probandum. quando error surgeret à causa probabili: secus si non surgeret à causa probabili; vt quia sunt publicè excommunicatus: tunc licèt haberetur pro non excommunicato: tamen non valerẽt gesta. all. 16. dist. c. quod dicitis. de post. præla. c. 1. 11. q. 3. c. curæ. In temporalibus si sunt publicè excommunicati, nõ tenent actus sui. de re iudi. c. ad probandum. de immu. eccle. c. aduersus. vnde si talis publicè excommunicatus alienanti præstaret auctoritatem, vel decretum, vt tutor, curator, vel iudex, non valeret. s̃. de procu. c. consulti. de do. & contu. c. veritatis. vbi non valet alienatio rerum ecclesiasticarum. idem de instrumento confecto per notarium publicè excommunicatum. 3. q. 4. c. nullus. & idem esset, si alienaret prælatus excommunicatus bona prælaturæ suæ: quia non valeret ipso iure. de do. & contu. c. veritatis. in fin. nam ex quò excommunicatus est, ei (saltem quò ad alienationem) est interdicta administratio rerum ecclesiasticarum, vt ibi. & facit de ap. cap. pastoralis. Aut excommunicatus facit aliqua, vt persona publica: & tunc aut isti actus tendunt in finem absolutionis suę ab excommunicatione: & omnes sunt sibi permissi, de sent. excommu. c. cum voluntate. & s̃. de rescrip. c. 1. eod. libr. Aut non tendunt in finem absolutionis: & tunc si concernunt dãnum ipsius excommunicati, valent. vnde si excommunicatus cederet actiones alteri, valeret cessio. & statim cessionarius agere posset. & si venderet villam, in qua ius patronatus haberet, emptor statim posset præsentare, secundùm Archi. hic, arg. eorum, quæ not. j. de iure pa. c. 1. eod. lib. quod not. s̃. de dolo. c. veritatis. & quod not. 2. q. 1. c. in primis. Aut facit ali qua ad commodum suum. Host. hic tenet, ꝙ contrahendo non valet. & alle. quatuor considerationes hic in tex. positas. Abb. hic tenet, ꝙ licèt peccet ingerendo se communioni, de cle. excom. c. illud. nihilominus tenet contractus etiam in fauorem excommunicati: tamen ex eo agere non poterit, donec fuerit absolutus. de iud. c. intelleximus. & inducit hũc textum. Si enim valet iudicium cum eo gestum; ita ꝙ ex eo proceditur, cum fuerit absolutus: sic & tenere debet contractus, si agatur ex illo post absolutionem, cum parificentur iudicia, & contractus. & in iudicijs quasi contrahitur. ff. de pecu. l. licèt. §. sed si filius. secundùm Abb. hic, & Ioan. An. Ponit tamen hic Abb. vnam regulam, quòd omnis actus, qui sine communione alterius non procedit, est interdictus excommunicatis, per c. illud. de cle. excom. mi. vbi dicitur, quòd alios non vitare excommunicatus sine delicto non potest: ergo ex quò non potest sine delicto alteri cõicare, omnes actus, quos exercere non potest, nisi alteri communicet, sunt sibi interdicti, si non reperiantur sibi à iure permissi, secundùm eum. ¶ Gloss. super ver. agentes. quærit quid de defendente, & soluit. ¶ In fine glo. intellige glo. de reo necessario, sed de reo voluntario tractat hic Arch. illud quod no. s̃. e. c. dilecti. dic, vt ibi. Ioan. And. ¶ Glo. super ver. contumaciæ, quærit, & soluit. ¶ In fin. glos. vide de hoc 11. q. 3. c. episcopi. 2. q. 4. cap. de presbyterorum. secundùm Archid. Ioan. And. ¶ Glos. in ver. ecclesiasticus. quærit, an ista forma debeat seruari, si opponatur coram iudice seculari. & sol. ¶ In fin. glos. No. istam glo. ꝙ ius canonicum disponens circa ordinatoria litis, debet seruari etiam in foro ciuili; quando disponit sup materia, quæ etiam in foro ciuili esset admittenda ex dispositione iuris canonici. & idem tenet glo. 1. in ver. opponit. qđ not. quia habes per hoc vnam limitationem ad gl. super ver. vsuris. in Cle. dispendiosam. de iudic. ¶ Sequuntur gl. in §. si quis. ¶ Glo. super ver. opponit. recita per tres q. & solue, vt in ea. ¶ In ea. glos. ibi [ex insinuatione] idem tenet Inn. Petr. & Abb. & dicit Ab. hoc parere expresse, per hunc text. quia in vim peremptoriæ non posset opponi in qualibet parte litis. s̃. de lit. contesta. c. 1. eo. li. Io. An. ¶ In ea. glo. ibi [vt s̃. dixi.] propter. hoc dicunt Doct. quòd hæc exceptio etiam admitti tur in curia Romana: tamen dicunt, quòd ad probandum istam exceptionem, vel aliam dilatoriam non datur dilatio extra curiam ad probandum. ad quod faciunt not. de app. c. 1. & de priui. c. cum olim. il 1. & no. Spec. ti. de dila. §. 1. versi. sed

sed si in eo, quod dicit glo. quòd coram iudice seculari admittitur hæc exceptio, tenet hoc Host. Io. Mona. & Archi. tamen dicunt, quòd cognitio, & diffinitio erit iudicis ecclesiastici. al leg. de ordi. cog c. tuam. ¶ Ex isto dicto infert hic Lap. Abb. quòd iudex secularis exceptionem excõmunicationis corã eo propositam debet remittere ad ecclesiasticum iudicem, vt not. Hosti. in d.c. tuam. & idem si opponitur crimen cõtra clericũ productum in testem coram iudice seculari, vt no. Host. in c. verum. de foro compe. secundùm Lap. Istud credo verũ, quando verteretur in dubium, an excommunicatio teneret, vel non: sed si non esset dubium de validitate excommunicationis, sed tantùm, an esset excommunicatus, vel non, credo, quòd posset cognoscere de hoc, prout dixi in c. fi. ℣. de foro compe. eo. lib. & facit quod ibi no. de iura. sed dicit, quòd iudices seculares de his exceptionibus non curant: tamen curare debent, cum & leges. hoc etiam ponderent. alleg. in lib. feudo. titu. fini. lex, deinde inci. consue. regni. c. domino mouẽte guerram. qui dicit vasallum nõ teneri ad adiuuandum dominum excommunicatum, vel à Rege bannitum: immo à sacramento fidelitatis absolutus est. ad idem. 16. q. 6. c. nos sanctorum. & c. alius. & ℣. de præb. c. fi. Inducit etiam in Auth. de sanctis. epi. §. vt aut. é vbi episcopus facit prouinciale Concilium ad faciendum seruari sacras regulas, & ad puniendos ipsarum transgressores. ad idem in Auth. coll. 8. vt cum de appella. cogno. §. generaliter. & de priui. dot. hære. mulie. non ſtan. §. antepen. ver. sed sint. Item, vt dicit, Lotharius Imperator statuit per iudices seculares distringi excõmunicatos contumaces, vt in Lombar. de decimis. l. decimis. & l. fi. lib. 4. Itẽ inducit, quòd leges sequi volunt in talibus canones, vt in Authen. quomo. opor. opi. §. 1. coll. 1. & no. de se. nup. c. pen. & fi. Io. An. in fi. glo. Item etiam non habet locum, quando excipitur de excõmunicatione iudicis, vel testis: quia tunc assignabitur dilatio congrua, ponderatis circunstantijs, secundùm Arch. & all. no. de procu. c. dilectus. p. Io. An. dicit tamen Pau. quòd quando opponitur exceptio ista in vim peremptoriæ, sunt exprimendæ circunstantiæ, sicut cum opponitur in vim dilatoriæ, vt hic. & ratio; quia si circunstantiæ sunt exprimendæ, vbi minus est periculũ; ergo & vbi maius, secundum Pau. tamen contra hoc dictum Pan. dicit hic glo. quæ vult, quòd in alijs casibus, vbi agitur de grauiori præiudicio, non habet locum dilatio hic assignata; ergo nec alia dispositio. ¶ Glos. super ver. speciem. quærit, quare tex. arctet ad expressionẽ speciei, & sol. in fi. glo. Contra tex. & gl. oppo. quòd sufficiat simpliciter opponere excommunicationem: quia appellatione excommunicationis in dubio intelligitur de maiori, vt in d. c. fi quem. alleg hic. ergo non est necesse exprimere speciem. Sol. Aegidius fatetur contrarium, & ad tex. hic respondet, exponendo, speciem. i. causam: sed illa solutio destruit tex. ideò dic, quòd iste tex. loquitur in exceptione odiosa propter abusum opponentium. & ideò cum in odiosis intelligeretur potius de minori, arg. reg. odia. ℣. de reg. iur. oportet, quòd exprimat speciem. contrarium loquitur in sententia iuris, vel hominis, quę quantùm ad hoc est fauorabilis, cum sit medicinalis, vt ibi no. in prí. & similiter gl. fit ergo. ibi, secus. Io. An. ¶ Quæro, quæ sit forma seruanda in oppositione istius exceptionis. vide in Spec. eo. ti. §. viso. ver. sed quando excommunicationis. Ioan. And. ¶ Sed an in exceptione sit exprimenda causa, propter quam fuit lata excommunicatio. Sol. Spec. trac. in loco prox. alle. & fuit Egi. in opi. q͡ sic. sed dicit Io. An. quòd illud non procederet in sententia lata ab homine, quia etiam si esset lata sine causa, ligaret. 11. q. 3. ca. 1. & quod ibi not. in summa. & de hoc latius in d. §. per Spec. Io. An. ¶ Quid si opponatur excommunicatio lata à canone, an debeat exprimi nomen canonis excommunicantis? Sol. de hoc in Spec. præalleg. loco. Host. Pe. & Arch. tenent, quòd sic, & mouentur primò propter identitatem rationis. alle. ℣. de simo. c. per tuas. & de senten. excommu. c. quod in dubijs. & c. seq. & ℣. eo. lib. de elect. capit. qui contra certam. in contrarium facit; quia cum ius sit certum: ergo non est necesse, quòd exprimatur. ff. de iur. & fac. ig. l. 2. nec est differentia, quo iure ꝓferatur. ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. fi eius. ad hoc. ℣. de coha. cler. & mu. c. vestra. in prin. cum concor. quæ ibi habentur super ver. alibi. vel saltem videtur, quòd sufficiat sine nomine canonis allegare ipsius auctoritatem. ad hoc. ℣. eo. li. de ele. c. cum nõ. deceat. & c. fi postquàm. §. 1. & e. is. qui. & in Clem. vnica. hoc eo. ti. Io. An. dicit primum tenendum. Nam diuersi sunt canones, etiam eiusdem auctoris, per quos infringitur excommunicatio, qui habentur. ℣. de senten. excom. c. eos. in Cle. 1. eo. ti. & sic patet, quòd per expressionem auctoris incertitudo non tollit: vnde requiritur, quòd exprimatur canon, vel nomine proprio, vel competentibus indicijs, quæ æquipolleant nomini proprio, vt ℣. de consan. & affi. c. tua. & de testi. c. licèt ex quadam. ff. si cer. pe. l. certum. ne sit locus vacationis, vt ℣. ex. glo. tamen si exprimatur causa ita & taliter, quòd tollatur incertitudo: videtur, quòd sufficiat in sententia iuris. & ita potest procedere opi. contraria, de qua. ℣. Ioan. An. Et pro isto vltimo dicto facit opti. ℣. de cle. coniu. c. 1. 2. responso. vbi ex primit canonem Cõcilij super priuilegio clericali absq; ex pressione nominis canonis. hoc etiam tenet Pau. hic. ¶ Gl. super ver. nomen. primò quærit, qualiter nomen exprimi debeat, & soluit. Deinde quærit, quare debet exprimi nomen, & sol. Item an sufficiat probare, quem fuisse denunciatum ex communicatum, & soluit. quod not. ¶ In ea. glo. ibi [non requiritur] no. bene istam glos. quòd pro sententia lata à delegato non præsumitur quòd ad fundamentum iurisdictionis, ni si aliter probetur. quod secus est, si est lata ab ordinario. de quo per Doc. etiam habetur de offi. dele. c. cum in iure. ¶ In ea. glo. ibi Host. & ista opi. placet hic Archi. Non ob. iste tex. secundùm eos; quia de ipsius mente patet, quòd loquitur de excommunicato occulto, non de illo, cuius excommunicatio est solemniter promulgata: quia tunc propter auctoritatem iudiciariam præsumetur hoc iustè factum, de renun. c. in præsentia. Nunquid autem sufficit probare eum fuisse per excõmunicationẽ repulsum? vide not. de ordi. cog. c. cum dilectus. super glo. pe. Et an sufficiat probare famam, vide de offic. de lega. c. prudentiam. in glos. Nunquid sufficit. Ioan. An. Istam opi. Hostien. scilicet quòd denunciatio probet excommunicationem, tenet etiam Arch. 11. quæst. 4. c. nemo contemnat. super glos. per rationes hic positas. ¶ Glos. in c. licèt. ℣. de senten. excom. recitat duas opin. & neutram firmat. Domini de Rota in conclu. 214. quæ incipit. Licèt sit concertatio. determinant, quòd si opponatur excommunicatio in vim peremptoriæ, non sufficeret; quia excommunicatum non probat sola denunciatio, vt in c. licèt. prælleg. Item quia huiusmodi exceptio, quando opponitur contra impetrantem, sapit obiectum, qui debet clarè dari, & probari, de accu. c. super his. & c. accedens. de ele. c. vt circa. eo. lib. & Clem. constitutionem. Item quia licèt opi. hic posita esset vera, tamen procedit, quãdo opponitur in vim dilatoriæ: sed dilatoria leuius, & citius admittitur, & probatur, quàm peremptoria. de ordin. cog. c. cum dilectus. & ℣. de lit. conte. c. 2. eo. li. quando autem opponitur in vim dilatoriæ, non decidunt ibi. Ioã. de san. Geor. hic tenet, quòd sufficiat, quando opponitur in vim dilatorię. opi. glo. procedat, quando in vim peremptoriæ, & mouẽt eadem ratione, qua Domini de Rota. & dicit dominus Ioan. de Imo. hic, q͡ illa distinctio videtur æqua. Nec ob. ver. apertissimis. per no. 11. si tutor. C. de peri. tu. Fortè possent reduci opi. ad concor. per hanc viam, etiam in dilatoria: quòd aut ex denunciatione excommunicationis potest cõstare de specie excommunicationis, & de nomine excommunicatoris: & tunc procedat opi. Hosti. & sequa. & hoc videtur sensisse text. hic; quia loquitur de exceptione excommunicationis, per quam repellitur quis ab agendo: sed sola denunciatio absq; alia probatione excommunicationis habet hunc effectum repellendi, vt

di, vt probat text. in d.c. licèt. & ibi dicit glo. Item videmus, quòd si constat de excommunicatione per solam famam, debet quis vitari, donec fuerit absolutus. de senten. excommu. c. cum desideres. 2. responso. multò ergo fortius si constat ex denunciatione facta iudicis excommunicantis auctoritate: quæ maiorem fidem facit, quàm fama, quæ potest habere originem à falsis probationibus, ar. eorum, quæ no. 4. q. 3. c. item fæpe. Item iste tex. non dicit expresè, quòd debeat probare excommunicationem: sed dicit [eam rem.] & sic loquitur per generale nomen. & eadem res potest dici illa, quæ non est eadem specie, sed eadem quò ad qualitates, & accidentia, vt notat glos. 2. 7. q. 1. c. denique. sed exceptio, & denunciatio sunt eadem quò ad effectum huius literæ: quia quælibet de per se habet effectum, vt repellat à communione, vt est probatum ℣. & patet. 93. dist. c. fi inimicus. ergo sufficit probare eam rẽ, quæ concludit ipsum à iudicio repellendum. Aut ex tali denunciatione non constat de specie, & nomine excommunicatorum: & tunc non sufficit probare denunciationem; quia nõ essent probatæ qualitates, quæ hic in text. requiruntur. & sic procedit alia opi. ¶ Glos. super ver. notionem. recita per contrarium, quòd non sufficiat deducere excommunicationem in publicam notionem; quia oportet, quòd de illa fiat fides iudici, & sic habenti iurisdictionem. sed notio est diuersa à iurisdictione. ergo &c. timore contrarij. glos. exponit text ¶ In fi. glo. not. bene istam glos. de isto nomine, notionem. ¶ Glo. super ver. octo dierum. in prin. recita per contrarium, quòd probatio non debet angustari, & sic non debeat restringi. hęc glo. fol. Deinde quærit, an iste terminus possit prorogari, & fol. Item quærit, quare maior dilatio non fuit assignata, & fol. ¶ In ea. glo. ibi [taceat] intellige glo. quòd taceat pro tũc; ex quo probationem ideni non habet, donec sibi superueniat facultas probandi in termino. 8. dierum; cum istam exceptionem posset opponere in qualibet parte litis. Ioã. An. ¶ In ea. glo. ibi [de procu. c. ex insinuatione.] & pro ista parte facit: quia poterit iteratò opponere istam exceptionem, vt sequitur in text. & hoc tenet Fran. inducens etiam rationem: quia istud est priuilegium actoris, quòd si reus non probat infra 8. dies, sibi condemnetur in expensis: quod priuilegium iudex sibi auferre non potest, alle. 28. di. c de his. & simile quod not. de senten. excommu. c. Romana. ad fi. super glo. antepen. & vide not. ℣. eo. lib. de offi. ordi. c. Romana. ad fi. super glos. attentet. Ioan. An. & idem, quod glo. hic, sentit Zenzeli. ¶ Nota bene istã glos. quòd vbi ius statuit certam dilationem in actu parui præiudicij, non potest iudex etiam ex causa illam ampliare. ¶ Glos. super ver. computato. all. simile ad text. in fi. glos. [quia dies.] & repete hic quæ ibi not. s. vltima die termini probationem fieri posse. quod hic not. Inno. Hosti. & Io. tenet tamen Archi. ℣. de restitu. spol. cap. frequens. quòd dies termini in dubio comprehenditur in termino à contrario huius literæ. Sed dicit hic Ioan. de Imo. quòd Butr. & Barto. tenent contrarium in l. 1. ff. si quis cau. ipse distinguit, quòd aut dilatio datur super eo, quod est lenis, vel modici præiudicij: & procedit dictum Archidia. aliàs procedit dictum aliorum. & ita propriè loquitur iste tex. & illud. cap. frequens. secundùm eum. ¶ Glos. super ver. apertissimis. quærit de intellectu tex. & sol. in fin. glos. & innuit iste text. secundùm Lapum Abba. quòd non sufficit vnus testis, nec locus est delationi iuramenti, secundùm Ioan. Andr. nec etiam sufficeret isto casu vnus testis cum fama, secundùm Archidiac. vt ipse not. 4. quæst. 3. cap. Item fæpe. super glos. & alleg. 2. quæst. 8. cap. sciant cuncti. alleg. dictum Specula. alleg. etiam hic Lap. Abb. ¶ Glos. super verb. documentis. quærit de intellectu text. & sol. ¶ In fi. glos. not. quid comprehendatur appellatione documentorum. & vide quod not. Doc. in cap. quoniam contra. de proba. circa fin. ¶ Glos. super ver. quod. recita per contrarium, quòd text. incongruè loquitur; quia. ℣. dixit, quòd propter excommunicationem. & hic iungit relativum neutri generis.

timore contrarij glos. fol. exponendo text. ¶ In fin. glos. posset etiam saluari text. quòd adiectiuum in neutro genere secundùm Philosophum prædicatur de omni genere, vt vir est album, mulier est album, & mancipium est album. ita nota. Ioan. Mona. in extraua. Benedicti. 11. quæ incipit. Dudum. fu per ver. penitus tollimus. ¶ Glos. super ver. diebus. quærit de quibus diebus intelligitur. glo. fol. in fi. glo. & vide de dolo, & contu. c. cum dilecti. in fi. secundùm Host. Ioan. An. ¶ Glo. su per ver. taxatione. recita per contrarium, quòd non condemnetur in expensis taxatione facta; quia requiritur iuramentum. glo. fatetur contrarium, & supplet ad text. ¶ In ea. glos. ibi [præmisso] intellige glos. quòd iuramentum debet præmitti quò ad condemnationem, non autem quò ad taxationem. Ioan. And. ¶ Glos. super ver. condemnans. recita per cõ trarium, quòd non debeat condemnari non probans; quia potuit habere probabilem causam litigandi. ℣. de ele. c. 1. eo. lib. glo. fatetur contrarium, & ad tex. subaudit.

S V M M Æ.

1 *Exceptionis sola oppositio, nisi probatur, non est sufficiens.*
2 *Excipiens arctatur onere probandi exceptionem suam.*
3 *Processus habitus cum actore excommunicato valet, si non opponatur, quando fit coram ordinario.*
4 *Actus gesti per excommunicatum in iudicio an indistinctè valeant.*
5 *Instantia iudicij dicitur durare de iure canonico, quousq; per sententiam causa sit finita.*

§. Si verò. No. arg. quòd quando quis est exclusus à potestate proponẽdi exceptionem dilatoriam, intelligitur exclusus in eadem instantia. secus ergo videtur in diuersa. ¶ Nota speciale in excommunicatione, quòd repulsus semel propter defectum probationis exceptionis excommunicationis iteratò admittitur in eadem instantia, si facultas probandi superueniat. ¶ Nota, quòd † non sufficit sola oppositio exceptionis, nisi probetur. ad hoc. ℣. de re iudic. capit. suborta. de concess. præben. capit. cum super. ¶ Nota, quòd † excipiens arctatur onere probandi exceptionem suam. ℣. de rest. spol. ca. frequens. ¶ † Nota, quòd processus habitus cum actore excommunicato valet, si non opponatur, quando fit coram ordinario. Si autem fit cum delegato, vide. ℣. de rescrip. c. 1. eo. lib. ¶ Not. quòd succumbẽs bis propter defectum probationis exceptionis excommunicationis, repellitur à potestate amplius in eadem instãtia opponendi. Quid autem de exceptione peremptoria. vide in Clemen. cum à repulsione. de app. ¶ Quæro de qua excommunicatione iste tex. permittat iteratò opponi oppositionẽ eandem. Solu. dicit Hosti. quòd de illa, de qua. primò erat oppositum. Sed an possint produci primi testes, qui fuerunt producti super alia oppositione? Sol. tenet Ioan. Mona. & Archi. quòd non, argu. cap. fraternitatis. de testi. Nec obstat eo. tit. cap. veniens. 2. quia loquitur, quando est diuersus modus agendi, & quando variatur finis: sed hic non variatur finis, nec modus; ergo secus. Ioan. And. not. limitationem ad illud cap. veniens. Quæro (quia tex. dicit, quòd iteratò potest excipi de alia) de qua alia intelligatur. sol. Hostien. intelligit de alia, quæ sit de nouo orta. ℣. cap. pastoralis. Sed dicit Ioan. An. quòd de hoc non curat; quia etiam si non fuerit exorta, de nouo etiam admittitur. Ioan. And. ¶ Quæro de quibus actibus præcedentibus debeat intelligi text. hic, quòd valeant? Solu. Innocen. intelligit de præcedentibus oppositionem excommunicationis. Hostien. verò dicit de his, qui præcesserunt probationem exceptionis. & per hoc, & per sequentia dicit, quòd est approbata opin. sua, quam not. in sum. de procu. §. quis dari. ver. is verò. Subdit tamen, quòd aliqui aliter supplent hic, quod sibi non placet. Ioan. Andr. ¶ † Sed quæro, an indistinctè actus gesti per excõmunicatum in iudicio valeant. sol. secundùm Host. quò ad actorem, vel reum valẽt acta præcedentia, non obstante q͡ actum sit cum excõicato,

etiam si erat publicus: dummodo fides fieri possit, quòd coram iudice, coram quo agebatur, reputabatur occultus. si verò iudex erat excõicat' publicè, ipsius ſnīa nõ valet, si postea detegat excõicatus. s̄. de re iud. c. ad ꝓbandū. Et rõ diuersitatis est, scdm Inn. quia plus timet pars obijcere iudici, q̄ parti; & quia plus afficit sententia excõicationis iudicem, q̄ partē, secundum eum. quasi dicat, scdm Host. quòd iurisdictio non cadit in excõicatum. & sic eius sententia nulla, cum nullā iurisdictionem habeat. 2. q. 1. c. in primis. & auctore damnato, eius scripta sunt damnata. de hære. c. excõicamus §. credētes. sed parti imputandum est; quia nõ excipit cõtra partē, & modicū rei interest, vt no. hic super gl. igit nõ mirū, si valent acta. Sed dicit Host. quòd idem posset probari de actore excõicato, & probatur sic. Litis conte. non fit fine libello, de lib. ob. c. 1. ergo ex quò damnatus est actor libelli, damnatus est libellus, & litis conte. & omnis processus. s̄. de li. cõte. c. vnico. Cõcludit ergo Host. idē in iudice, quod in actore; quia tenet sententia excõmunicati occulti. quod est verum, salua sententia excommunicationis; quia illa est nulla, ex quo detegit nūc, q̄ fuit lata per illū, qui tūc erat excõicatus; quia cū sit extra cõmunionē Ecclesiæ, alium extra ponere non pōt. 23. q. 1. c. audiuimus. & ibi de hoc. & c. apertè. & remittit etiam. s̄. de ord. ab epi. c. fi. Io. An. Sentit ergo Host. quòd si actor erat publicè excommunicatus, sed reputabatur occultus corā iudice, valent gesta iudicialiter: secus si erat etiam penes iudicē, publicè excõicatus. sed hoc non credo verum; quia etiā si iudici esset publicum, illum esse excõicatū: si eum non repellit, sed de facto admittit, valet iudicium. & hoc vult tex. hic in fi. iuncto prin. quia fateor, quòd tūc iudex ex officio repellere pōt: sed nõ sequit, q̄ iudiciū sit nullū, si de facto admittat, vt vult ista tex. Nec ob. ar. Host. q̄ ex quò damnatur actor, ꝑ cõsequens eius libellus. quia ratio sua procedit in libellis, per quos induc̄untur argumēta, vel decisiones aliquorum dubiorum, vt patet in c. fraternitati. de hære. cum ibi no. Sed iste tex. loquitur de libello dato, super quo petitur pronunciatio alicuius iuris, vel rei, quam actor dicit sibi debitam, vt patet de li. ob. c. 1. & 2. & in isto non procedit sua argumentatio. aliàs sequeretur, quòd libelli traditio facta in terminis istius tex esset nulla: cuius contrarium hic deciditur. Et ratio, quare illi libelli damnantur, si sunt editi per damnatum, & nõ isti. potest esse; quia illi trahuntur ad consequentiam, ex rationibus ibi positis: sed isti non; quia res inter alios acta alijs non præiudicat. de re iudi. cap. quamuis. & hoc expresè voluit gloss. hic super ver. duraturis. & ibi per Ioan. And. ¶ Quæro de intellectu literæ, quæ dicit [quòd acta in suo robore] &c. Sol. dic, quòd est sensus tex. quod non obstante, quòd acta sint gesta cum actore excommunicato, ante probationem excommunicationis, habebūt robur, ēt post ꝓbatā excõicationē: vt absoluto actore, reassumat causa in eo statu, in quo erat tēpore, quo fuit inceptū iudiciū. Ioā. An. ¶ Quæro, q̄a dicit tex q̄ exceptio hęc non opponitur, nisi his, de qua exceptione intelligatur? Solu. dic, quòd intelligitur de exceptione excommunicationis in genere, nõ in specie; quia etiam si vellet opponere de alia spē excommunicationis antiqua, de qua non erat exceptum, nõ poterit. & hoc probat opr. iste tex. qui primò ponit regulam, quòd hæc exceptio vltra binam vicem non opponitur, & ab illa regu. excipit duos casus. vnus si est etiam noua excommunicatio. alius, si supervenerit noua probatio euidens de antiquo: sed si intelligeretur regula etiā de excõicatione tantùm aliàs opposita, exceptio prima hic posita malè staret; quia nedum noua, sed antiqua, de qua nunquàm fuit oppositū, posset opponi: ergo patet, q̄ regula procedit generaliter de quacunque excõmunicatione: aliàs exceptio non fuisset inclusa sub reg. quod est contra naturam exceptionis, vt not. ℣. in proꝛ. reg. secundùm Ioā. An. licèt non sic explicitè loquatur. ¶ Sed quæro, quæ dicatur hic noua excommunicatio? Sol. dic, quòd intelligitur de noua. i. de nouo orta, vel promulgata. & isto casu habebit dilationem nouam ad probandum. imò (quod plus est) scdm Host. & Arch. admittet bis adhuc ad illā ꝓbandū: sed nõ pro tertio, vt patet. s̄. i tex. quia eadē rō subest isto casu, q̄ subest in illa: ergo idem erit ius. de consti. c. transla. dicit tū hoc verū esse, nisi iudicium. hoc videret malitiosè ꝓponi. s̄. de dolo & contu. c. finē litib. Io. An. ¶ Gl. super ver. iudicij. recita per contrariū, q̄ instātia iudicij nõ pereat de iure canonico. s̄. de iud. c. pe. cuius cõtrariū innuit tex. hic, qui dicit [durante instātia iudicij.] timore cõtrarij gl. sol. ¶ In fi. gl. Est ergo intentio gl. q̄ tex. nõ loquat de instantia iudicij, quę scdm leges perijt cursu triennij: quod non procedit scdm canones, vt d. c. pe. de iudi. & dicit hic Host. q̄ ratio, quare de iure canonico non perijt, & de iure ciuili sic, sumitur ex c. super eo. 2. de appella. & no. in d. c penul. Io. An. ¶† Not. istam glo. iuncto tex. quòd instantia iudicij dicitur durare de iure canonico, quousq; per sententiam causa sit finita. quod no. pro cõstitutionibus, vbi fieret mentio de instantia iudicij. ¶ Glo. super ver. duraturis. in prin. quærit, & soluit: deinde in ver. olim. recitat per contrarium de c. exceptionem. eo. tit. & c. 1. s̄. de rescrip. eo. lib. glo. soluit, respondendo cuilibet separatè. ¶ In ea glo. pro occulto. Istud non placet hic Arch. & pro sua opinione inducebat Host. vltra tres Decre. superius allegatas. c. fi. de procu. & l. non idcirco. § cum postea. ff. de iudi. quæ l. dicit, quòd si nunc apparet seruus is, cuius nomine per procuratorē fuerat actum, absolui debebit debitor. cui l. dicit Hostien. sufficienter respōderi non poterit per tenentes contrariam opi. quasi intendat Host. vt putat Io. An. quòd si dicitur illud, quod hic dicitur, speciale in occulto, remanet l. illa in publico. Sed si dicatur idem in vtroq;, in totum tollitur argumentum illius l. sed cum fateatur Host. illud membrum, argumētum illius l. hic tolli. quod ex eo magis propriè sumitur. ff. de occulto, qui primitus non apparebat, & non apparet, fatea tur tolli & reliquum, quod non sic propriè sumebatur. & sic hoc speciale propter rationem no. s̄. in glo. licèt. in prin. & vide quod dixi super tex. ¶ Gl. super ver. duas. alle. similia ad tex. in fi. glo. bene facit. ff. de bo. auc̄to. iudi. posi. l. fi. in fi. Ioā. An. ¶ Glo. super ver. promptu. allegat simile ad tex. in fi. gloſ. & intellige, quando dilationem non petit. idem Host. Arch. & Io. An. ¶ Glo. super ver. superuenerit. quærit, qualiter constabit, q̄ ꝓbatio supuenerit, & sol. dupliciter. ¶ In fi. gl. pro hoc alle. s̄. eo. c. exceptionē. & idem Io. Mo. & Arch Io. An. ¶ Gl. super ver. antiquæ. quærit, de qua antiqua intelligatur. gl. soluit dupliciter in fi. glo. secundùm Host. Ioan. An.

ADDITIO.

a ¶ Exceptionis. Adde, quòd exceptio de necessitate in scriptis opponi nõ debet. Barto. in l. 1. ff. de except. Lanfran. in c. quoniam contra. de proba. Spec. in ti. de except.

SVMMAE.

1 *Res iusificata dicitur, quando est lata sententia, quæ meretur executionem.*
2 *Dilatoria obstans executioni sententiæ non tollit ipsam sententiam.*
3 *Iudex ex officio supplere potest, nemine opponente, in his, quæ inducunt peccatum.*
4 *Iudex ex officio quare excommunicatum repellat.*

1 §. Sed si. ¶† No. ar. quòd res iudicata dicitur, q̄n est lata sniа, q̄ meret executionē. & sic intelligitur, q̄n non est appellatione suspensa. vide Doc. s̄. de re iudi. super rub. ¶ Nota hic vnam exceptionem dilatoriam, quę im-
2 pedit executionem sententiæ. ¶ No. †q̄ licèt dilatoria obstās executioni sententiæ impediat eius effectum: non tū tollit ipsam sniam. ¶ No. q̄ non sequitur. actus est publicus, ergo iudex est de illo certificatus: quia potest esse publicus alijs, &
3 non iudici. vide 2. q. prima. §. notandum. ¶ † Nota, quòd iudex potest supplere ex officio, etiam nemine opponente, in his, quæ si non supplerentur, inducunt peccatum. ¶ Oppo. quòd iste tex. habeat superfluitatem; quia iam erat dictum, q̄ durante iudicio, poterat opponi exceptio: non ergo expediebat

diebat dicere, de executione sententiæ. Sol. dicit Host. quòd immo non est superfluum; quia cum s̄. dixit, quòd iudicio durante, poterat opponi: videbatur, quòd post sententiam non posset opponi. & ideò tex. subdit, rem iudicatam. i. diffinitiuā latā, ēt si ab ea nõ est appellatū: ita q̄ habeat vigorē rei iudicatæ. Io. An. ¶ No. ex illo dicto, q̄ dicit iudiciū vsq; ad prolationem snīæ, sed nõ cõprehendit executionē. vide no. s̄. de re scrip. c. dispendia. §. reus quoq;. eo. lib. quod no. quia facit ad dubium, quod de facto vidi: an procurator datus ad iudicia, dicatur habere mandatū ad impediendā executionē sententiæ. istud dictū iuncto tex. facit, q̄ non. ¶ Quæro. quia text. dicit, q̄, si exceptio proponatur post snīam, admittet: an intelligatur de causis oppositis, an de diuersis? Sol. dic, secundùm Innoc. quòd admittetur, siue ex eisdem causis, siue ex diuersis: dumtamen sint præcedentes. & intellige, quòd iste admittetur, si probet: aliàs si non probaret, nõ impediret executionem, secundùm Host. sed si probat, tardabit, vel differet executionem, secūdùm Host. Sed quæ est ratio iuris. Sol. Inn. in c. fi. s̄. e. dicit, q̄ ratio est; quia noua actio orta est ex snīa, & excõicatus actionē nõ intentat. & istā cum alijs ibi vide in glos. de his secundùm Io. An. ¶† Quare iudex ex officio excõicatum repellat. Sol. dic, quòd propter periculū animæ, secūdū Host. alle. de elec. c. cum nobis olim. ad fin. & s̄. ca. exceptionem. in glo. fi. Io. An. ¶ Sed quid si iudex vult repellere excõicatum, reus, cuius interest, petit procedi in causa: an debeat iudex admittere? Sol. Inno. tenet, quòd sic. s̄. eo. c exceptionē. in glo. fin. ¶ Et in eo, quod dicit, quòd iudex repellit ex officio excommunicatum, inducit Archid. simile, quod habetur 2. q. 7. c. alieni. in glo. quod iudex. & c. quærendum. in glo. à iudice. & dicit Host. hoc vtile, vt Christiani timentes, saltem in commodum, ex quo denunciati sunt per Ecclesiam, circa absolutionem petendam non dormiant. quod multi faciunt. de concess. præben. cap. quia diuersitatem. & de pœn. cap. fin. secundùm Host. & Io. An. in eo. n. quod tenuit Inn. iudicem debere admittere excommunicatum ad agendum, si reus consentiat, ego tenui contrarium. 2. q. 7. c. alieni. super glo. & ratio est; quia, q̄ excõicatus repellatur, est introductum inter alias causas hic assignatas, propter periculum cõmunionis, vt hic dicit tex. & ideò iudex participando cū excõicato, peccat; ex quò sumus in casu à iure ꝓhibito. ergo velit nolit reus, poterit repellere. Nec ob. ratio Inno. q̄ illud fuerit introductum in fauorem rei, & odium excõicativi: vnde non debet retorqueri in odiū rei, per reg. quod fauore. ℣. de reg. iur. quia fateor, q̄ ista fuit vna ex causis: tamen multæ alię causæ fuerunt, ꝓpter quas excõicatus repellitur, quas assignat hic tex. quæ concludunt ēt quò ad alios, quàm reum. nec est fauor reo, quòd actor admittatur: immo est odium, cum possit impugnare reum, cum intendit aliquid ab eo consequi: vnde puto, quòd etiam inuito reo, iudex poterit repellere actorem excommunicatum. ¶ Glos. super verb. executionem colligit notabile ad tex. ¶ In ea. gl. in fi. Ex gl. igitur habes, quòd merus executor debeat admittere exceptiones. ¶ Sed an possit examinare illas, & pronunciare? Sol dic, quòd potest illas, de quibus hic dicitur, admittere, & summariè examinare. ff. de re iudi. l. diuus. ff. de custod. & exhibi. reo. l. diuus. ff. de iudi. l. prætor. tamen non potest pronunciare, de offic. delega. c. pastoralis. § quia verò. imò remittit partes ad delegātem, qui hoc determinet. & sic intelligitur 25. q. 2. c. & si non cognitio. & de re iudic. cap. de cetero. C. de execu. rei iudi. l. fi vt proponis. sed si mixtus esset, nedum istas, sed etiam alias exceptiones rationabiles admitteret, examinaret, & determinaret. C. si ex fal. instrumen. l. fi. de æta. & qua. c. accepimus. & de rescrip. cap. constitutus. secundùm Hostien. & remittit ad summam de offic. delega. §. quæ delegari. ad fin. & de his exceptionibus not. hic Hostien. & Ioan. Mona. Ioan. An. ¶ Glo. super verb. sit publicè. ista gloſ inducit textum pro opin. Hostien. & deinde illi respondet, ostendendo oppositum. ¶ In fine gloſ. idem, quod tenet glo. hic, tenent Ioan. Monac. & Io. And. Et nota istam gloſ. in quibus iudex possit supplere de facto. ¶ Glo. penult. quærit de ratione, quare reus non excipit de excommunicatione. & sol. in fin. gloſ. & ratione ista nõ excipit reus, sed protestatur, vel omnino silet, secūdū Io. An. ¶ Gloſ. super ver. repellere. quærit, an possit iudex repellere excommunicatum. gl. sol. ¶ In fine gl. idem q̄ gl. tenet Ioan. Mo. sed quia Host. tenuit processum habitum cum actore publicè excõicato, & notorio nõ valere, dicit, q̄ etiam si fuisset executus, iudex reuocaret executionem: sed illud nõ placet, vt no. s̄. in gl. etiam si. Ioan. And. ¶ Sed pone. reus excipiens de excommunicatione contra actorem: quia non probauit, fuit per iudicem condēnatus in expensis. ipse postea iteratò de eadē excõicatione, vel alia excipit. & pendente termino dato excipienti ad probandū, actor petit sibi restitui expensas, in quibus ille fuerit condemnatus: cum nondū recepisset ab illo, reus excipit, q̄ audiri non dēt, tanquàm qui est excõicatus: & pro excõicato dēt haberi, ēt si non esset, dicto dato termino ad probandum excõicationem pendente, cum interim iudicis officium conquiescat. s̄. de ap. c. significantē. quid fiet. fol. dicit Lap. Ab. q̄ scdm prædicta nõ dēt actor audiri, saltem dicta dilatione pendente. ad qđ facit, qđ scripsit Gul. in Spec. de arbi. §. sequitur. in 9. col. ad fin. ver. quid si pōt. & de contu. §. vltra. ver. sed pone reus. & quod scripsit Io. And. post Inn. eo. ti. c. exceptionem. in gl. quæ ergo. in fi. & in glo. quæ semper. & quod no. s̄. eo. li. de rescr. c. ipso iure. secundū Lap. Abb. & pro decisione Lap. casus est hic; quia exceptio excommunicationis impedit executionem sententiæ: sed petere expēsas, est petere executionem illius condemnationis, igitur debet repelli.

SVMMAE.

1 *Cognitionis causæ appellatione comprehenditur decisio.*
2 *Exceptionem rei iudicatæ per iudicem competentem non admittens dicitur illius iurisdictioni derogare.*
3 *Iudex ecclesiasticus in aliquibus casibus an possit secularem compellere.*
4 *Iudex ecclesiasticus an admittat exceptionem rei iudicatæ per laicū.*
5 *Iudex laicus non potest compellere ecclesiasticum, non admittentem exceptionem rei iudicatæ per ipsum.*
6 *Monitio an debeat præcedere compulsionem.*
7 *Iudex ecclesiasticus quibus casibus cognoscat de causis laicorum.*

CAP. II.

CVm quidam. Glo. prima summat. & primò ponit factum reprehensibile secularium iudicum, contra quod prouidet, ibi [decernimus] secunda, ibi [similiter] prouidet ad casum conuersum. & prima pars fuit sumpta ex Decre. Alexandri quarti. quia nonnulli. quam alleg. Spec. eo. tit. §. 2. versi. & no. sub ver. porrò. & vide no. ℣. de immuni. eccle. c. 1. in princ.

1 Io. An. ¶† No. ar. q̄ appellatione cognitionis causæ comprehenditur decisio, quādo profertur in materia necessariò includente decisionem: vel quando per alia verba præcedentia apparet, q̄ intendit includere decisionem. nam propter hoc dicebat [exceptionibus rei iudicatę in causis spectātibus ad cognitionem iudicis ecclesiastici.] & sic patet, q̄ cognitio in-
2 cludit hic decisionem. ¶† Not. q̄ non admittens exceptionē rei iudicatæ per iudicem competentem, dicitur derogare, & contemnere iurisdictionem illius. & sic ille iudex talem contemnentem posset pro defensione suæ iurisdictionis compel-
3 lere. ad hoc de offic. deleg. c. 1. ¶† Not. quòd iudex ecclesiasticus potest compellere sæcularem in casibus, in quibus derogaret iurisdictioni ecclesiasticæ. ¶ No q̄ exceptio rei iud. inter easdem personas pōt opponi corā quocunq; iudice. & sic patet, q̄ snīa lata ab vno competente iudice, debet seruari ab alio, cuiuscūq; iurisdictionis sit. ¶† No. q̄ iudex ecclesiasticus nõ admittit exceptionē rei iudi. per laicū, si ex snīa fur-
4 geret piculum aīæ. & sic facit, q̄ iudex ecclesiasticus nõ exe-

quitur suam iudicis secularis, antequàm cognoscat, an sit p̃ iudicialis animæ. de quo. s̃. de offi. or. c. 1. ¶ † Nota, quòd iudex laicus non potest compellere ecclesiasticum non admittentem exceptionem rei iudicatæ per ipsum ¶ Quæro de quibus ordinarijs intelligatur iste text. quòd habeat compellere iudices seculares? Sol. dic, quòd loquitur de epis, vel eorum officialibus, secundùm Archi. alleg. s̃. eo. lib. de offi. ordi. c. or
6 dinarij. Io. An. ¶ † Quæro, an debeat præcedere monitio, an tequàm compellatur? Solu. dic, quòd sic. 23. quæst. 5. c. admi nistratores. per quod cap. in fin. videtur secundùm Archidia. quòd iudex secularis, qui negligit facere iustitiam clerico, sit ipso iure excommunicatus. de quo ỹ. de statu reg. c. periculo so. in fin. Ioan. And. ¶ Sed pone, quòd laicus debitor alterius laici, qui post completam præscriptionem quinquennij intro ductam per statutum municipale se fecit clericum, conuenitur à creditore laico coram iudice ecclesiastico: an possit se tueri præscriptione statuti illius municipalis contra creditorem? solu. dicit Ioan. Andr. quòd ista quæstio fuit disputata hic, & determinata per istum text. quòd non posset se illo statuto tueri propter periculum animæ illius, vt dicit hæc litera. dat etiam simile, quia non posset se defendere in foro canonico præscriptione 30. an. quam cum mala fide, dum erat laicus, perfeciſſet. s̃. de præscrip. cap. fin. nam causæ clericorum, qui tamen laici fuerunt, debent decidi secundùm ius canonicum. de foro competen. cap. quod clericis. Item non debet clericus velle locupletari cum graui damno creditoris. ỹ. de regu. iur. cap. locupletari. cum concor. & per præmissa videtur etiam in foro ciuili non valere tale statutum. de quo vide notata supra de constitut. capit. quæ in ecclesiarum. super prima gloss & quod not. ff. de constitu. princip. l. prima. in fin. & C. de preci. Impera. offe. l. quotiens. in fin. primæ gloss. Ioan. And. Et ad quæstionem istam vide quod not. Hostien. in summa. de consuetu. § primo. versic. sed pone. & sequenti. de testa. §. qualiter confiteatur. ver. cum quæritur. & sequenti. Et in vltima allegatione hic posita habetur, quòd si laici litigant coram ecclesiastico iudice, etiã de re temporali (vt quia prorogant in ipsum iurisdictionem) iudex ecclesiasticus iudicabit secundùm canones: nisi sit dictum in prorogatione, quòd volebant secundùm leges, non secundùm canones iudicari. quod scribit Archid. 8. distin. cap. quæ contra mores. super prima gloss in fin. vbi dicit tenendum de iuris rigore dictum Hostien. & idem videtur tenere Guliel. in Specu. de senten. § qualiter. ver. item pone secundùm Lap. Abb. hoc dictum principale Ioan. And. credo verum in terminis suis, videlicet quia statutum non erat seruabile absque peccato. sed si statutum esset seruabile sine peccato ex quo ingeserat vires in clericum, antequàm transiret ad clericatum: tùc ligaretur tali statuto, etiam post clericatum, vt est casus de restitu. in integ. cap. constitutus. & not. Ioan. And. in regu. sine culpa. de re. iur. In secundo dicto, in quo dicit, quòd laici iudicabuntur secundùm canones in re temporali, si prorogant iurisdictionem iudicis ecclesiastici. Intellige quantùm ad illa, quæ concernunt ordinaria litis. & ita loquitur glos. 1. c. quod clericis. & not. Ioan. And. in additione Specu. de constitu. sed quantùm ad decisionem debent seruari leges, quibus ligantur litigantes, iuxta not. per Innocen. de consuetu. in rubr. ¶ Quæro, quia dicitur, quòd ecclesiastici compellun tur per superiores, qui intelligantur superiores. Sol. dic, quòd quò ad episcopum, superior intelligit secundùm Archi. metropolitanus, ad hoc. 34. dist. c. 1. in fi. est simile. ỹ. de heret. c. vt commissi. in fin. vbi de hoc not. nam archiepiscopus potest suspendere, & excommunicare episcopum. s̃. de offic. ordi. c. 1. sed non ab episcopatu remouere, vel administratione, non obst. c. ex tuæ. de cleri. non resident. vt ibi no. Et ex isto c. infer tur, & per canones. 9. q. 3. c. cum scimus. & c. nunc verò. 8. q. 3. c. Altaldus. 16. q. 7. c. filij. quòd quando inferior renuit facere quod debet, ad superiorem recurritur, vt illum cogat, & puniat. ad idem de iure pa. c. ex literis. de offic. ordi. c. ad reprimendam. & c. duo simul. & c. quantò. in fin. & c. irrefragabili. §. excessus. in Auth. de ecclesiasticis titulis. §. si autẽ pro redemptione. & §. seq. coll. 9. Io. An. ¶ Quæro, quæ pœna dicatur animaduersio. fol. dic scdm Arch. quòd ponitur pro cẽsura ecclesiastica, vt hic ponitur. facit quod habetur p Hosti. de pœnis. c. in quibusdam. sup ver. seueritatẽ. Io. An. ¶ Gl. 2. recita per contrarium, q̃ tex. præsupponat impossibile de iure in eo, quod dicit, q̃ exceptio rei iudicatæ admittitur per iudicem secularem in casu, quo cognitio de iure spectat ad ecclesiasticum. nã licèt spectet cognitio: non tamẽ sequit, q̃ possit decidere; quia aliud est cognitio: aliud decisio. de offi. dele. c. super qõnum. non ergo sequitur. ad eũ spectat cognitio, ergo admittit exceptio rei iudicatæ, quæ cõpetit, vbi causa est decisa. gl. timore huius contrarij fol. ¶ In fi. glo. plures alios casus, in quibus iudex cognoscat de causa, & tñ pronunciare nõ
7 põt, vide in c. cũ super. alleg. in glo ¶ † Quibus casibus iudex ecclesiasticus cognoscit de causis laicorum, glo. super ver. de iure. colligit casus. ¶ In fin. glo. conclude secundùm Pau. Aut loquimur de causis spiritualibus, vel matrimonialibus eis annexis: & cognoscit ecclesiasticus contra laicum. s̃. de ordi. cogni. c. tuam. qui filij sint legiti. cap. causam. de iudi. c. quantò. Aut loquimur de articulis fidei: & tunc ad iudicem ecclesiasticum spectat cognitio: sed ad iudicem secularem executio. s̃. de hæreti. cap. excommunicamus. ỹ. eod. titu. cap. cum secũdùm. Aut simus in alijs criminibus: & tunc aut sunt crimina per ius canonicum introducta (vt puta crimen simoniæ.) & ad iudicem ecclesiasticum spectat cognitio, vt s̃. de foro competen. c. cum sit generale. Aut sunt introducta per vtrumq; ius: & tunc est locus præuentioni, ar. de procu. c. tuæ. scdm Pau. & vide de hac materia per gl. de purg. cano. c. nos inter. addit Lapus Abbas casum, quando ecclesiasticus cognoscit ex prorogatione ipsorum laicorum, iuxta no. de fo. compe. c. significasti. secundũ Lap. ¶ Glo. super ver. admitti. recita per contrarium, quòd non semper sit admittenda exceptio rei iudicatæ. no. s̃. eo. titu. c. aduersario. glo. fol. assignando ea, quæ requiruntur ad hoc, vt exceptio obstet illis, quib. nõ obstãt bus, cessat exceptio. ¶ In fi. gl. idem Zen. & not. ex ista gl. illa, quæ requiruntur, ad hoc vt exceptio rei iudicatæ habeat obstare. & de ista materia per Inno. in c. fi. de ordi. cog. vbi etiã per dominum meum plenè. ¶ Gl. super verbo iudicata. quærit, an semper iudex ecclesiasticus debeat admittere istam exceptionem. & sol. ¶ Glos. super verbo inducunt. recita per contrarium, quòd Papa non possit disponere de factis laicorum, qui fil. sint legi. c. per venerabilem. gl. fol. ¶ Glo. super verb. superiores. quærit, quare iudex secularis isto casu non compellat iudicem ecclesiasticum, sicut fit econuerso. gloss. fol. in fin. ad idem de Clemen. c. pastoralis. ad fin. de re iudic. Io. An. ¶ Glo. si quærit, qua pœna punitur iudex ecclesiasticus. gl. fol. in fi gl. & facit de accu. c. inquisitionis. primo rñso. in fi. & etiam tenebitur parti ad interesse. s̃. de sen. excom. c. sacro. ỹ. de immu. eccle. c. quoniam. Io. An.

Rub. De præscriptionibus.

SVMMAE.

1 *Excipiens de præscriptione illam probare debet.*
2 *Spiritualia iura præscribi, & vendicari possunt.*
3 *Ius commune quandoque resistit possessori.*
4 *Titulus in præscriptione duobus casibus de iure canonico requiritur.*
5 *Præscriptio legitima ius ab vno aufert, & alteri tribuit.*
6 *Fides bona qualiter probari potest.*
7 *Fides mala auctoris an noceat successori.*
8 *Dominium an in præscriptione quæratur.*
9 *Præscriptio qualiter probari potest.*

CAP.

CAP. I

EPISCOPVM. ¶ Gloss. prima summat, & primò ponit dictum, rationem interserens. Secundò rationem explicat ibi [nam licèt.] Tertiò à dicto, & à ratione vnum casum excipit, ibi [nisi.] ¶ Præmitte, quòd episcopus super subiectione ecclesiarum suæ diœcesis, & super perceptione decimarum fundat intentionem suam de iure cõi, vt in iuribus alleg. in gloss. ¶ Not. argu. q̃ vbi agitur de re possessa per prælatum, potest dirigi libellus contra ipsum prælatum: licèt non exprimatur, q̃ conueniatur nomine ecclesiæ. ¶ Quid autẽ ex parte prælati agentis, an debeat fun dare libellum nomine ecclesiæ? vide de dila. c. literæ. vbi tex.
1 & per Inno. in c. ex literis. de probat. ¶ † Not. q̃ excipiens de præscriptione habet illam probare: & non tantùm exceptionem, sed etiam qualitates necessarias ad illam, vt vult tex. hic
2 de titulo. ad hoc. s̃. ti. proxi. c. pia. ¶ † Tertiò no. q̃ ecclesia, & alia iura spiritualia præscribuntur, & vendicantur, ut hic, & c. cum venerabilis. de excep. Sed obijcies. rei vendicatio datur domino, vt l. in rem actio. ff. de rei vend. sed res sacræ, religiosæ, & sanctæ non sunt in bonis alicuius, vt Insti. de re. diu. §. res sacræ. ergo vendicatio non competit. Sol. in cuius bonis sint res ecclesiarum, & penes quem dicatur consistere ip sarum dñium: vtrum penes ecclesiam, vel penes rectorẽ, vel episcopum, siue Papam, vel Christum, sunt opi. de quibus in
3 c. cum super. de caus. pos. ¶ † Quartò no. q̃ possessori qñq; re sistit ius cõe: qñq; contra ipsum præsumitur: qñq; possidet sine aliquo prædicto rum. Pone exẽpla in omnibus his tribus, vt in gl. magna. ver. dic iudicio meo. & c. in nouell. & circa exẽ pla, qñ est contra possessorem præsumptio, alleg. no. per Inn. in c. si diligenti. s̃. eo. vbi dicit, q̃ licèt ex cursu temporis præsumatur pro præscribente: possunt tñ esse violentiores præsumptiones contra eum: per quas oportet eum probare titulum. Ponit exemplum in prælatis, qui seruilia grauamina exigunt à subditis. nam præsumitur, q̃ subditi præstent potius ex timore, quàm ex obedientia; & ideò non currit præscriptio. j. q. j. c. nullus. 10. q. 3. c. cognouimus. Idem, cum præsumitur curialitatis, vel charitatis gratia datum prandium, vel hospitium & in hoc remittit ad no. per eum. de cau. pos. c. cum ecclesia. super gl. cautè. Ego in hoc exemplo dico, q̃ defectus possessionis, quæ non quæritur per istos actus, & non præsumptio, de qua dicit Io. And. facit cessare præscriptionẽ, vt ipse no. p Inn. de postu. præla. c. bonæ. il 2. facit l. q̃ iure familiaritatis. ff. de acqui pos. in hoc Ioan. An. subdit, q̃ præsumptio faciens pro eo, contra quẽ præscribitur, elidit præsumptione, q̃ facit pro præscribente: sicut qñ contra priuilegiatum suæ diœcesis pscribit episcopus episcopalia, vt ipse scripsit de const. c. cum dilecta. in fi. Aduerte. si eps sciebat priuilegium exemptionis, non vt posse præscribere pp malam fidem, sciens illum exemptum à vinculo, quo de iure cõi sibi erat obnoxius. Si verò ignorabat: tunc eius animus non erat nouum ius contra priuilegium, quod ignorabat, quærere, sed antiquum ius de iure cõi sibi cõpetens, retinere. videndũ est ergo, an illud, quod facit ad conseruandum, operetur ad acquirendum. Gl. singularis sentit, q̃ non in l. 3. in pr. de acqui. pos. Bar. tenet contrariũ ibi. nam illud, qđ quis facit ad cõservandum, operatur ad inducendũ, vt in l. 2. C. cõia vtriusq; iu di. l. posthumus §. fi. de iniust. testa. & de bo. pos. scdm tabu. l. qui liberis §. testamento. Pro hoc allego; quia in præscriptionibus non curatur de ignorantia eius, contra quem pscribitur: sed de negligentia non petentis. facit quod no. Bar. in l.
4 sequitur. §. fi viam. de vsuc. ¶ † Quintò not. q̃ in duobus casibus requiritur titulus de iure canonico in pscriptione. s. cum ius cõe, vel præsumptio est contra eum. & aduerte; quia titulus dẽt esse talis, qui tribuat causam præscribendi. & talis est multiplex, pro soluto, pro emptore, pro transacto, pro hæredo, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro suo. & de quolibet sunt tituli speciales. Cod. & Dig. Host. in hac materia, canonistis incognita, volens eos instruere de prædictis titulis facit speciales rub. in summa huius tituli, parte. 1. quæ tractat de vsucapione; vt hic refert. titulus autem iniustus, siue vitiosus non prodest ad vsucapionem: & quilibet ex prædictis potest esse talis, propter malam fidem contrahẽtis, vel acquirentis altero ex prædictis titulis, & maximè si cõtra iura mercatur. de re. iur. c. q̃ cõtra. li. 6. & qđ no. in c. cura. de iure pat. & l. nunquàm. de vsucap. potest etiam quis possidere sine altero ex prædictis titulis: tũ putat se cũ eo possidere iusto ductus errore. & hoc casu etiam an talis titulus putatiuus tribuat causam præscribẽdi. dic, vt l. quod vulgo ff. pro emptore. De isto errore iusto, iustissimo, & iniusto vide qđ not. Bart. in l. Celsus. de vsucap. quid ergo velit tex. qui dicit, [qui possessori tribuat causam præscribendi] habes ex prædictis. ¶ Sextò no. q̃ spacium tanti temporis, cuius non est memoria in cõtrarium, purgat malam fidem à iure præsumptam, & titulum legitimum tribuit contra ius cõe. & hoc vi mirum, q̃ temporis longitudo purget vitium, & peccatum. Nam alibi dicitur, q̃ auget, vt c. fi. de consue. & c. cum haberet. de eo, qui duxit in matrimo. quam pol. per adul. antiqua enim vsurpatio non facit ius. 10. qõ. 3. c. quia cognouimus. & quod ratione caret, extirpari necesse est. vnde census ignorantiæ nõ debetur. de censi. c. peruenit. 68. dist. c. cor epi. hic autem præbet titulum contra ius cõe; ergo malè. Sol. illa, quę in suo genere mala sunt, & peccata nutriunt, nullo tempore confirmantur, vt in contrarijs: sed possidere decimas, & ecclesias in alterius diœcesi non est peccatum ex suo genere. nã potest hoc esse de priuilegio, vt ecclesia Sancti Ioãnis de Florentia, quæ spectat ad episcopum Fæsulan. vt not. de rescript. c. statutum. §. cum verò. quod ergo est concessibile, est præscriptibile. & licèt ius cõe refisitat, credendum est propter rãti temporis tractum omnia solemniter acta, arg. l. 5. §. sed & si non adiecit. ff. de acquirend. hæredita. & l. si filius. C. de petitio. hæredita. & lex dicit, quòd ductus aquæ, cuius origo memoriam excessit, constituti loco habetur, l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æsti. & l. 1. in fin. de aqua
5 plu. arcen. ¶ † Septimò & vltimò collige, q̃ legitima præscriptio ius ab vno auocat, & alteri confert. si enim iste episcopus, contra quem agebatur, probasset titulum, vel memoriã non obstare in contrarium, obtinuisset, & exclusisset istum agentem, cui fauebat ius commune. Sed dices. possibilis est concursus duorum episcoporum in exercitio legis diœcesanę, & iurisdictionis in eadem ecclesia: sicut plurium visitatorum, & iudicum concurrentium in iurisdictione super eisdẽ rebus, & personis, vt sunt presbyter, archid. episcopus, archiepiscopus, & legatus, vt de offic. archi. c. 1. & c. cum satis. ergo pscriptio non videtur auferre ius prioris dñi: sed creare cõsimilem: sicut per specialem cõcessionem, vel priuilegium vni datum; puta deferendi crucem per alienam prouinciam, vel exercendi iurisdictionem. non enim per ista videtur ius archiepiscopi sublatum, vt dixi. ỹ. de hære. c. per hoc. Sol. aliud in priuilegio, & concessione: aliud in præscriptione. & rationem differentiæ vide per Ioan. And. post Inno. de offic. ordi. c. conquerente. super ver. obedientia. ver. sed contra hoc sic opponitur. & vide etiam in cap. auditis. de præscriptio. in nouell. super ver. exceptum. Et ibi notatur, q̃ si testes vtriusque partis sunt per omnia pares, præferuntur testes, qui cõcordant cum iure communi: cui etiam per istud ca. multum fauoris impenditur, inquãtum ille, qui contra ipsum ius cõe nititur, non præscribit sine titulo, vel sine spacio, cuius non est memoria in contrarium. ¶ Expeditis notabilibus, venio ad oppo. Et primò oppo. & videtur, quòd præscriptio non procedat, quantuncunque interueniat bona fides scripta. est enim æquitas naturalis, quòd nullus debeat locupletari cum aliena iactura, vt l. nam hoc natura. ff. de cõd. ind. sed ille, qui

præscribit, est huiusmodi: ergo &c. dñia rerum, & obligationes sunt de iure gentiũ, vt l. ex hoc iure. de iusti. & iur. & l. r. ¶ pactis. ergo per præscriptionem, quæ est iuris ciuilis, corrũpi nõ potest, vt Insti. de iure natu. gen. & ciui. §. sed naturalia. Sol. vt no. Dyn. in c. malę fidei possessor. in 3. oppo. Cui adde quod not. Innoc. in c. quæ in ecclesiarũ. de consti. ex causa eũ ius positiuum potest tollere in parte ius naturale. i. ius gentiũ. & causa, quare præscriptio fuerit inducta, est bonum publicum, ne dominia rerum essent in incerto, vt l. i. de vsuca. & ibi per Bart. vtrum iuri præscriptionis possit renunciari per pactum. Cadit tamen hic consideratio: quia nulla præscriptio potest procedere cũ mala fide: an valeat statutũ, quo cauet, q̃ si creditor steterit per 10. an. quòd debitum nõ petierit, post ea non audiatur? tetigi remissiuè, s̃. ti. r. c. fi. post Ioã. And. & inquantum valeat, an possit haberi recursus ad ecclesiasticũ iudicem per viam denunciationis euangelicæ: vt debitor, qui præscripsit, exeat de peccato? dixi in repetitione c. si propter. & vide quod de istis acquisitionibus prouenientibus de rigore iuris contra naturalem æquitatem no. per Innocen. in cap. quia plerique. de immu. eccles. ¶ Secundò opponitur. innuit iste tex. quòd in decimis currit canonica præscriptio cum titulo. sed contra. perceptio decimarũ nõ habet continuã cãm, sed interpolatam; ergo requiritur tantum tempus, cuius contrarij memoria non existat, vt plenè not. in l. seruitutes. ff. de seruitu. vel saltem requiritur tempus duplicatum, vt l. si fit. ff. quemadmo. ser. amit. & no. de causa pos. & proprie. c. cum ecclesia. in glo. & ita patet solu. vt dixi in c. de quarta. s̃. eo. nam in personalibus iuribus, quæ inhærent personæ, dicitur ineſſe possessio continuata: quia animo retinentur. & est quasi possessio vsusfructus iurisdictionis, decimarum perceptionis, vectigalis, & similis. Si verò talia iura debentur à re rei, vt seruitutes rusticæ, & vrbanæ (quia carent animo) si non habeant causam continuatam, non procedit legitima præscriptio, sed illa, de qua. s̃. ad hoc vide, quod not. Bart. in l. iustè. §. non mutat. de vsucap. & l. vti possidetis. vbi per eum. ¶ Tertiò opponitur, & videtur, quòd non sufficit in præscriptione bona fides sine iusto titulo, vt l. r. C. de vsucap. Solu. ibi loquitur de vsucaptione, in qua nihil est mutatum de iure canonico, secundùm Dyn. qui ita not. in dicto capit. possessor. in 3. col. in alijs præscriptionibus inductis de iure ciuili, vt in præscriptione decennij, requiritur titulus, & bona fides. Aliæ sunt, in quibus sufficit sine titulo bona fides, vt in rebus ecclesiasticis, de quibus loquitur illud cap. vt hic patet. Aliæ ergo præscriptiones de iure ciuili inductæ vtrum in rebus ecclesiasticis vendicent sibi locum? dic, vt legitur. & not. in cap. primo. de restitu. in integrum. vbi de vsucapione triennij, an vendicet sibi locum in rebus mobilibus ecclesiarum, dubitatur. ¶ Quartò opponitur, & videtur, quòd in decimis nulla curat præscriptio; quia in eis non requiritur possessio: fundum enim decimalem non possidet quis ciuiliter, vel naturaliter, vt in cap. in literis. de restitu. spolia. per Innocen. sed sine possessione præscriptio non procedit, vt in regu. sine possessione. j. eod. lib. Solu. vtrum in istis annuis, & menstruis præscriptionibus sit reperire quasi possessionem de iure canonico? certum est, quòd sic, vt cap. querelam. de elect. sed Cyn. contrarium tenens dicit, quòd aduersus querelam opus est querela. & concludit, quòd in talibus nulla possessio deprehendatur, vt l. si certis annis. C. de pact. sed Barto. distinguendo saluat illud cap. vt l. finali. ff. quo. leg. & plenè per Ioan. And. in cap. peruenit. de censi. ¶ Quintò opponitur, & videtur, quòd in præscriptione decimarum non sit necessarius titulus, sicut nec in præscriptione seruitutis, & iurium incorporalium: in quibus sufficit bona fides, vt l. si quis diuturno. ff. si serui. vendi. Solu. hic contra præscribentem ius incorporale faciebat ius commune: in contrario secus. Vel dic, quòd sicut vsusfructus, qui ex re percipitur, est pars dominij: ita de cima. & ideo si non resisteret ius commune, non præscriberetur sine titulo. aliud est ergo in seruitutibus, in quarum præscriptione titulus non requiritur: aliud in præscriptione dominij totalis, vel partis illius. & rationem differentię vide per Dyn. in dicta regu. possessor. ver. nunquid in præscribendis. ¶ Sextò opponitur, & videtur, quòd eccleſiæ non quærantur præscriptione, sed canonica institutione, vt in regu. prima. ẽ. eo. lib. Sol. ibi loquitur, cum vendicatur, vel agitur de ecclesia, tanquam de titulo beneficij: hic tanquam de proprietate. Ista enim in hoc, & in alijs differunt, vt patet ex not. in Cle. dispendiosam. de iudi. & c. cum venissent. de resti. spo. & c. cõsultationibus. de don. vbi ecclesia tanquam in proprietate cõceditur, non vacans: sed non ita in beneficio. vt c. i. de concess. præbẽ. ¶ Venio ad aliquas quæstiones succinctè: ad quarum euidentiam præmitto, quòd ad substantiam præscriptionum requiritur possessio, vt in reg. sine possessione. Item requiritur bona fides, vt hic, & in d. c. malæ fidei. Item quandoq; requiritur titulus: quandoq; non, vt hic, & c. si diligenti. s̃. eo. ti. ¶ Primò quæro circa pos. cum duplex sit possessio, ciuilis, & naturalis: an requiratur vtraque, vel altera tantum? ad euidentiam quæst. reuocat in dubium, an sit tantùm vna possessio, vel duæ, ciuiuilis, & naturalis. & post longam disputationem concludit, quòd tutius est tenere, quòd sint duæ, scilicet ciuilis, & naturalis. & ad quæstionem propositam rediens tenet, quòd ad præscriptionẽ sufficit sola ciuilis: sed non sufficiat sola naturalis. & vtrunq; per leges, & rationes confirmat in d. c. sine possessione. in vlt. col. Ex quo notabiliter infert, quòd donec absens retinet possessionem (quod est, donec ignorat aliũ occupasse) nõ inchoat contra ipsum præscriptio duplici rõne. prima, quia cõtra ciuiliter possidentẽ non præscribitur, vt l. 2. C. de præscr. 30. an. Secũda quia qui ciuiliter possidet, præscribit: ergo alius non præscribit eodem tẽpore. quia duo insolidũ non pñt q̃rere dñium eiusdẽ rei, vt l. si vt certo §. duobus. ff. commo. & plenius per Dy. in d. c. sine possessione. & p Bar. q̃ approbat Dy. vide in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. pos. vbi refert aliorum opi. q̃ tenent, q̃ vtraq; requratur. & ex hoc, qđ dixi (q̃ donec quis possidet aio. i. ciuiliter, alius nõ incipit præscribere) alibi infert Io. An. post Inno. quòd si quis hẽt generalem administrationẽ in aliquo loco (sicut eps in tota diœcesi. de excc. c. cum venerabilis.) nullus põt de nouo totã epalem iurisdictionẽ præscribere, vel aliquod capitulũ ex ea, nisi Eps hoc sciat, & aliquo modo, per quẽ possessio pdit, eã per dat. Si verò capitulũ, quod præscribitur, non tangat Epm, sed Archiepm, vel plebanũ, similiter illius scientia requirit, vt pscribat, nõ epi, cui ex hoc piudiciũ non paratː quod declaratː per exempla, vt no. Doc. in c. cõquerẽte. de of. or. in nouel. ad quod vide, quod no. in l. si quis in tantã. C. vn. vi. in gl. magna. in 2. q. Et aduerte subtiliter, quia per pdicta sentit Inno. q̃ in iuribus incorporalibus sit reperire possessionem ciuilem, q̃ animo retinetur: & naturalem, quæ ab aliquo occupatur. qđ Bar. reuocat in dubiũ, vtrũ. f. quasi possessio iurium realiũ, & incorporalium diuidatur in ciuilem, & naturalem. & tenet q̃ sic, vt l. 1. de acqui. pos. & ibi plenè p eũ, quid est possessio, & an duplicetur: vt dixi, tenet, q̃ triplex, ciuilis, naturalis, & corporalis. dic, vt ibi. conclude ergo, q̃ ad substantiã pscriptionis requiritur possessio, & probatio principij ipsius possessionis: & hoc cõtingit per traditionẽ, & apprehensionẽ non vitiosã: & vtrũ exigat, q̃ ab illo, à quo quis pretendit titulũ, possessionẽ habuerit: vel sufficit, si ab vno titulũ, ab alio possessionẽ, not. Bar post Gul. in l. cum solus. de vsuca. ¶ Et vtrum requiratː ad vsucap. q̃ fiat traditio vacuæ possessionis: vel sufficiat, etiã si non vacuæ. dic per eum; vt le. Celsus. eod. titu. Aduertendum etiam, quòd requiritur possessio continuata. si enim fuerit interrupta, præscriptio etiam interrumpit, vt s̃. eo. tit. c. illud. & plenè de interruptione ciuili, & naturali. Qualiter autem probetur continuata possessio, maximè per testes, quibus est impossibile vidisse vnum. 40. an. continuè possedisse. Barto. plenè tangit in dicta l. Celsus. & alleg. Specu. in titu. de proba.

proba. §. 2. ver. sed qualiter. vbi dicit, q̃ probet, se omni anno recollegisse fructus, vt l. Titia. ff. de solu. ipse dicit, probatis extremis. s. principio præscriptionis per traditionem, vt dixi. & probato, q̃ hodie possidet, præsumitur medio tẽpore possediſſe, vt no. Cyn. in l. super longi. C. de præscrip. long. temp. & ipse etiam not. in d. l. Celsus. vbi dicit, quòd non sufficit in articulo ponere, nec testi probare, quòd talis possedit à 10. an. citra. nam illa propositio verificatur in vno die. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. quod autem. debent ergo dicere à. 4. an. & citra, vt no. Ioan. An. in c. licèt. de probatio. in nouel. super ver. citra. sit ergo cautus aduocatus in formando articulos, vt concludat continuatam possessionem, & præscrip. complete tam ante litem motam: quia postea non prodesset, vt l. motæ litis. C. de rei vend. & circa hoc vide per eum in d. l. Celsus. ad fi. & in l. si is, qui pro emptore. §. si quis bona. eo. tit. vbi dicit, quòd licèt interrumpatur possessio: non tamen interrumpitur effectus præcedentis tituli; & ideò si post amissam possessionem de nouo incipiam possidere bonã fide, incipiã præscribere ex titulo præcedenti non interrupto propter interruptionem præscriptionis. allegat ad hoc l. iusto. §. 2. in fin. de vsucap. Concludo ergo, quòd superueniens defectus in possessione impedit præscriptionem: & an intelligatur de defectu vtriusque, ciuilis, & naturalis, vel alterius ex eis. & quare ista naturalis interruptio profit omnibus, non sic ciuilis, vide per eum in l. naturaliter. de vsucap. & ibi, qualiter interrumpatur præscriptio iurium incorporalium (puta seruitutis) & similiter præscriptio libertatis, & hæc sint dicta de possessione, primo substantiali præscriptionis. ¶ Secundò quæro principaliter de secundo substantiali. s. de bona fide, hæc de iure ciuili non requiritur in præscriptione 30. ann. vt l. illud. & l. omnes. & l. cum notissimi. C. de præscriptio. 30. an. de iure vel rò canonico in omni præscriptione requiritur, vt c. fi. & c. vigilanti. s̃. eo. Et aduertendum, quòd sicut possessio debet esse continuata, vt dixi; ita etiam bona fides, de iure canonico: licèt secus de iure ciuili, vt no. Dyn. in d. c. possessor. in 2. op. & ibi probat, quòd in hoc ius canonicum procedit melius, quàm ius ciuile, secundùm generales rationes, & regulas cõmunes. Aduerte tamen diligenter ad modum loquendi, cũ dico, quòd superueniens mala fides interrumpit præscriptionem: quæ verba minus important, quàm si dicerem, superueniens defectus bonæ fidei. arg. ff. de acqui. pos. l. 3. §. fin. & ibi no. super ver. bona fide. Ex quo infero, quòd si quis, cum præscribit, incipit dubitare, an ad eum pertineat, vel non. & sic nõ habet bonam fidẽ, nec malam: licèt ille ab initio nõ vsucaperet, vt no. in d. l. 1. C. de acquir. possess. tamen talis defectus non extinguit præscriptionem. & hoc sentiunt Inn. & Ber. s̃. eo. c. fin. Infero ad aliud; quia licèt denunciatio à princip. faciat quem malæ fidei possessorem, vt l. si fundum. C. de rei vẽ. tamen denunciatio facta post vsucapionem cæptam non facit possessorem malę fidei, vt l. alienam. ff. pro emptore. & qđ not. de maio. & obed. c. dilecti. Aduerte etiam, quòd tunc fides mala superueniens interrumpit præscriptionem, vt dixi, quando superuenit irreuocabiliter. si enim medio tempore nõ putaui rem alienã; postea informatus putatui eam meã, illa fides, quæ fuit illo medio tempore, nõ impedit. & ita sentit Inno. in d. c. fin. ius ergo ciuile tunc solùm corrigitur, cum mala fides irreuocabiliter superuenit. & ita no. Bar. in d. l. naturaliter. de vsuca. vbi quærit, si superuenit mala fides aduersus vnum tãtùm (puta aduersus creditorem, vel aduersus fructuarium) an interrũpatur præscriptio aduersus omnes? dic, q̃ non, vt no. ff. de acquirẽ. pos. l. si fundum. & l. sicut. in glos. malæ fidei. C. de præscrip. 30. an. & videtur esse casus in l. qui
6 bâlneum. in fi. qui po. in pig. ha. ¶ †Circa hoc etiam quæro, qualiter probabitur bona fides. communiter omnes dicunt, quòd præsumetur, nisi probetur mala, vt no. in c. si dilecti. & c. fin. s̃. eod. Sed contra hoc opponitur de d. l. fi. C. vnde vi. ibi [omnes scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere] per quam l. dicit Bartol. quòd illud, qđ communiter dicunt, quòd præsumitur bona fides, est uerũ, nisi appareat antiquior possessor. iste enim bene potest facere dictam præsumptionem. Item illud est verum, quòd præsumitur, nisi possessori resistat ius cõmune. vel ubi sit præsumptio contra ipsum, vt in illo c. Item illud est verum in præscriptione rerum corporalium. in præscriptione verò rerum incorporalium an præsumatur bona fides, not. Cyn. in l. prima. C. de seruitu. Bartol. in l. 1. ff. de itine. actuque prius. qualiter autem probabitur mala fides, not. Bart. in l. Celsus. prælleg. vbi ponit aliquos modos, scilicet per denuncia tionem tempore, quo mercatur rem, vt d. l. si fundum. Item si hoc confirmauerit coram aliquibus. Item si erat fama in vi-
7 cinia rem esse alterius, & ipse erat vicinus, ut c. quãtò. de præsumpt. ¶ †Quæro, an mala fides auctoris noceat successori, vel in eo purgetur vitium malæ fidei auctoris. & in successore priuati dic, vt l. vitia. C. de acquiren. possess. & l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquiren. poss. & ibi plenè de accessione possessionis auctoris ad successorem, quãdo locum hẽat, & quãdo non. & est necessaria discussio huius. c. quod exigit in præscriptione rerum ecclesiæ simpliciter bonam fidem, an hoc sufficiat successori, si actor fuit malæ. & an tempora coniungantur ad implementum præscriptionis. Item si res sit affecta vitio reali (puta violenta, furtiua, uel aliter uitiosa) utrùm in præscriptione tali sufficiat bona fides possidentis? nã de iure ciuili tales res affectæ vitio reali, etiam cum tit. nõ præscribuntur: nisi primò vitium sit purgatum, vt Institu. de vsucap. §. furtiuæ. & §. aliquando. vtrum in præscriptione talium rerum sufficiat bona fides, vt hic dicitur? cogita. Successori autem in dignitate an obstet mala fides prædecessoris. in præscriptione videtur quòd sic: sicut vniuersalis successor, præ decessoris nocet hæredi, vt d. §. cum quis. in contrarium facit; quia talis non succedit personæ, sed dignitati. Videndum est ergo, an ipsa dignitas, qua tunc possidet ex contractu ini to per prælatum malæ fidei, dicatur ipsa malæ fidei; ita quòd bona fides noui prælati sibi nõ profit? non declaro aliter, sed remitto ad no. per glo. Innoc. & Doct. in c. cura. de iure patr. Lap. hic dicit, quòd bonus, & malus titulus pdecessoris prodest, & nocet successori: sed bona, vel mala fides nõ prodest, nec nocet. de reg. iur. c. cum quis in ius. eo. tit. ¶ Tertiò principaliter esset quærendum de titulo, cuius defectus superueniens vtrum interrumpat præscriptionem. dic per Bartol. in
8 d. l. naturaliter. & de titulo putatiuo per eum in l. Celsus. prælega. & hoc tangit Lap. ¶ †Quartò principaliter quæro, an in præscriptione quæratur dominium. & in hoc dicit, quòd quandoque quæritur directum: quandoque vtile: quandoq; nullum, sed exceptio contra vendicationem. quod declara p Dyn. in d. c. possessor. in j. colum. & quid iuris, si post complete tam præscriptionem superueniat mala fides, an noceat? dic,
9 vt not. in cap. fin. supra eod. titu. & cap. 1. de conces. præben. ¶ †Quintò quæro, qualiter potest probari præscriptio, de qua in fi. cap. Sol. vt in glo. fi. quæ instruit, quomodo sit probanda per testes. & qualiter probari debeat contrarium, sci licet memoriam facti extare. & aduerte; quia inquantùm gl. ponit hic probationem fiendam per testes, sentit, quòd ita communis opinio, vel negatiua possit probari per instrumentum; quia secundùm Ioan. Andr. in nouell. non est res, de qua instrumentum rogari, vel confici possit: licèt secus sit quandoque in negatiua determinata, ut ipse no. de electio. c. bonæ. eod. lib. sed ipsius contrarium (cum sit actus confirmatus) bene recipit probationem per instrumentum, per quod patere poterit memoriam contrarij, secundùm eum: qui pro materia huius glo. remittit ad Spec. de probatio. §. 1. ver. Vltimò quæritur. vsque ad fi. Quærit etiam circa hoc Lap. quã tæ ætatis debent esse testes, qui deponunt de hac memoria, de qua in fin. cap. vel de auditu. c. l. cèt ex quadam. de testib. dic, quòd debent esse. 54. an. vel saltem tanti temporis vltra.

40.an.quòd fuerint doli capaces,cum videre inceperunt,ad hoc quod no. Archid. 37.dist.c.relatum.in gloss. fi. vt saltem 40.an.probent posse.& præscriptionem.facit quod no.Ber. s.eo.cap.cum nobis.& Inno.& Hostien.de verb. sig.cap. veniens. vbi dicunt, quòd ista probatio habet locum à centum annis supra.nam propter impossibilitatem probandi admittitur talis probatio.sed cum infra centum annos, saltem vsque ad 40 facile esset probare possessionem, & præscriptionem de visu:non debet sufficere testimonium de auditu, nisi à 40.annis supra.& hoc ad probandum titulum, vt hic. facit c.præalleg.licèt ex quadam. in fi.vbi testis, qui testificatur de auditu,debet etiam in aliquo gradu testificari de visu.& nota istam q.pro intelligẽtia obseruationis in illa materia.de qua in d.c.veniens.& in c.quid per moniale. eod.tit. & l.arbiter. de proba.& l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.arcen.

SVMMAE.

1 *Confessio in iudicio in crimine læsæ maiestatis quantùm ad infamiam requiritur.*
2 *Iura, & bona Romanæ Ecclesiæ spacio centum annorum præscribuntur.*
3 *Alienationes factæ ante sententiam,quando bona delinquentis veniunt publicanda per sententiam,an valeant.*

CAP. II.

SI qui exigentibus. No.q̃ quandoque quis tenet bona ab ecclesijs ,vel Ecclesia Romana. exempla patent in 3.& 4.glo.& s. de feud.c.1.& 2.& c.ad audientiam.s.eo.& dictis bonis sic detentis quandoque propter culpam priuatur ipso iure:quandoque per sententiam est priuandus. & in multis differunt istæ pœnæ ipso iure, vel per sententiam. & si apparet de mente legis,quæ in dubio præsumatur, dixi in capi. 2.& c.cum secundùm.de hæreti.j.eo.li.& s.de præscript.eo: lib.¶Secundò no. quòd dicit [apprehendendis postea] &c. quòd post sententiam iuris,vel hominis debet fieri executio realis. dicit tamen Archid. quòd in priuatione iuris apprehẽsionem , & occupationem debet præcedere sententia declaratoria, vt d.ca.cum secundùm.& hoc est verum non solùm in executione,quæ fit in bonis, sed etiam in illa , quæ afficit, & concernit statum personæ.vnde dicit notabiliter Io. And.
1 quòd etiam in crimine † læsæ maiestatis, quantùm ad infamiam,requiritur vel confessio in iudicio,vel sententia saltem generalis:nec sufficit probatio criminis , etiam si probatum sit notoriũ:quia nõ sunt paria, aliquid esse probatum,vel sententiatum, vt dixi.s.eo.lib.de offi.deleg.ca.iudex.& si dicas; ad quid ergo prodest sententia iuris, si postea quò ad eius effectum inducendum super infamia,& super bonis confiscandis requiritur sententia declaratoria hominis?dicit ipse propter fructus medij temporis,qui debent restitui fisco,vt no. in Auth de incest.nup.§.1.ita no.in cap.felicis.super ver.infamis.de pœnis.& ego dixi in c.cum secundùm.quòd hoc prodest quò ad transmissionem pœnæ cõtra hæredes.Et ex prædictis posset inferri,quòd si talis ipso iure damnatus & in fama,& in bonis, agat ante dictam declarationem, non potest repelli tali exceptione . tu es hæreticus, vel priuatus propter crimen hæreticæ prauitatis commissum : & in eo , qui venit priuandus per sententiam, non dubito , quòd non posset dicta exceptione repelli;quia retinet titulum in bonis , donec priuetur per sententiam, vt not.in simili in l.his consequẽter. ff.famil.her. & c.potuit.de loca.per Inno.sed de illo,qui ipso iure priuatus est:an tertius,contra quem agit, possit eum repellere tali exceptione excluſiua ipso iure iuris agẽtis,est magis dubitandum propter nota.per Bar.post Cyn.in l.cum seruus C.de ser.fug.& vide ad prædicta gl. notabilem in Auth. de tabellio. §.vt tamen.vbi quid iuris in instrumentis conditis à notario priuato ipso iure per legem officio . tenet enim (licèt dubitando)quòd valeant.¶Tertiò not.quòd iuri executiuo quæsito per sententiam iuris , vel hominis præscribitur legitimo tempore,etiam cum talis executio fiat per iudicis officium,vt not.in l.à diuo Pio.ff.de re ind.per Bart.Colige,quòd tale officium est eiusdem vitæ,& perpetuitatis,cuius est quælibet actio personalis: & sicut præscribitur contra actionem,vel accusationem certis temporibus,de quibus in l.sicut.C.de præscrip.30.an. & l.querela.C.de fal.ita præscribitur contra officium iudicis,vt nota.in d.l.sicut.Ex quo infert Bart.in d.l.querela. quòd si ex forma statuti non potest quis de crimine accusari post certum tempus : ita non poterit iudex per inquisitionem procedere vltra illud. quod,secũ dùm eum,est perpetuò menti tenendum. ¶Quartò nota, q̃ in incorporandis bonis deuolutis ad fiscum ecclesiæ alia tẽpora sunt statuta,quàm in fisco Imperij, siue iudicis sæcularis.Est aduertendum,quòd variæ sunt causæ,propter quas fiscus sibi vendicat bona damnatorum, quæ enumerantur in tex.& glo.in l.1.de iur.fisci.ff.quæ autem sint tempora in eis, hic non declaratur.sed distingue post Barto.aut quæritur de reb. incorporatis in patrimonio fisci: & præscribitur spacio 30.an.vt l.omnes.C.de præscript.30.an.fallit in casibus positis in l.fin.C.de sacr.san.eccle.& l.cum.de fun.rei priua.& de fun.patrimo.l.pen.& fi.lib.11. Aut quæris de rebus incorporandis : & tunc aut sunt delatæ in fiscum propter vectigal nõ solutum : & sufficit quadriennium,vt l.1.& 2. de vectigal. & commissis.aut sunt delatæ propter aliam causam:& tunc aut sunt denunciatæ fisco: & tunc præscribuntur spacio quatuor annorum,vt l.intra quatuor.ff.de diuer.& temp.præscri.& l. 1.§ diuus.ff.de iure fisci.aut non sunt denunciatæ : & tũc aut quis possidet cum titulo:& sufficiunt. 10.anni.aut sine titulo: & requiruntur. 20. vt l.in omnibus.ff.de diuer. & tempo.præ
2 scrip.vbi ita dist.Bar.¶† Quintò not.quòd iura, & bona Romanæ Ecclesię præscribuntur spacio centum an.& cum dicta præscriptio excedat longissimę vitæ tempus,quomodo potest probari per testes talis continuata possessio? oportebit.n. testem excedere ætatem centum annorum , quòd in tanta ætate perceperit sensu,vt visu, talem possidere.quod non potest esse,nisi excedat æta. 14.anno. & ita oportebit esse ætatis 144. annorum.quod videtur quasi impossibile,cum pauci sint reperti tantum tempus attingere.Solu.vt not.supra.eod. cap.cum nobis.¶Incidenter tangit Ioan. And. post Archid. quomodo accipitur Ecclesia Romana in præscriptione priuilegiata.dicit,q̃ intelligitur Lateranen.quæ patriarchalis est: & vbi summus patriarcha.i.Papa frequentius residet.23.dist. cap.1.& subdit,q̃ res dictæ Ecclesiæ, & generaliter omnes , quę dispositioni Apostolicæ spectant, gaudẽt priuilegio centenariæ præscriptionis.s.eod. cap.ad audientiam. Quandoque tũ Romana Ecclesia fungitur iure aliarum ecclesiarum, vt in glo.antepo.super quo remittit Ioan.And.ad no.16.q.4. capi.nouimus.in glo.antepe.& de capel.mo.c.dilectus.in gl. penul.& quod ibi in nouel.decidtur, hic no.per Arch.¶Sextò no. quod bona hæreticorum vẽdicantur ab extraneis possessoribus,nisi præscripserint spacio, de quo hic.non ergo valet alienatio facta per hæreticũ , licèt Catholicus haberetur. Ratio quia ex die commissi criminis perdit dominium ipso iure, vt d.cap.cum secundùm. ergo non potest transferre in alium,quod non habet. 1.q.7.c.Daybertum.& l.traditio. de acqui rer.domi.sed nunquid debet restitui precium emptoribus? dic, quòd aut illud precium fuit conuersum in vtilitatem hæretici venditoris: & debet restitui; quia succedit loco rei,vt l.Imperator.in fin.de lega.2.alias non. & ita no. Bart. in l.si debitor.ff.de his,quę in fraud. credi. ¶† Quando verò bona delinquentis veniunt publicanda per sententiam, vtrũ
3 alienationes ante sententiam factæ valeant? dic plenè per eũ in l.post contractum.ff.de don. ¶Vtrùm etiam sicut contra hæreticum ipsum post declaratoriam sententiam super crimine fieret executio sine nouo processu:ita etiam cõtra istos habentes causam ab eo.posset argui,quòd sic.nam fiscus tenet locum hæredis,vt l.3.C.ad leg.Iul.de vi. Sed hæres cõtra nouos possessores post additionem bona occupãtes petit missionem ex edicto diui Adriani,vt l.fi.C. de edic. diui Adria. ergo & fiscus in istis bonis post acquisitionem in alium trãslatis potest petere dictam missionem . Ex hoc ergo capite id fortè dici posset : sed iudicis officium executiuum an contra tertium sibi competeret,sicut contra ipsum hęreticum? fortè non. facit quod no.Cy.C.ne vxor pro marito.l.ob maritorũ. & l.cum filiam.de verb.obl.per Barto. ¶Septimò not.quòd ista præscriptio,de qua in ver.si post. incipit post mortem hę reticorum: ergo non in vita.Sicut enim in vita non præscribitur crimen:ita nec bona, quæ veniunt accessoriè ad personã, vt in glo.fi.& l.apostatarum.C.de apostat.Sed dices.immo videtur,quòd præscribatur crimen spacio.20.an.vt l. querela. C.de fal.& s. de excep.ca.cum venerabilis.& dixi. s. in tertio notabili.Sol.ibi loquitur de delicto momentaneo . hic de delicto hæresis,quod est continuatum , & quotidie nascitur : ideò post centum annos(si tanto tempore viueret hæreticus) procedi posset in hæresi:sed non ita in homicidio,falso, adulterio,& simi.in quib. accusatio vna oritur à principio pro toto tempore.ad hoc vide quod no.in l.si diuino.ff. de pœnis.& l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiu.& l.inficiando.§.infans.ff.de furt. ¶Octauò not.quòd in ista præscriptione filii hæreticorum, & extranei ęquiparantur.contrarium videbatur in filijs, scilicèt quòd non possent vnquàm præscribere . sunt enim legi odibiles , & debent esse perpetuò egeni, vt l. quisquis.C.ad leg.Iul.maiest.& c. vergentis.de hære.Nam cũ bona materna prohibeantur perpetuò possidere:videtur , q̃ non possunt ea præscribere, vt l.alienationis.ff.de verbor.signi.ne vno iure recipiant, quod alio prohibentur.s. de procura.c.tuæ.Contrarium patet hic determinatum,secundùm Ioan.And.Aduerte tamen,quòd in filijs,& extraneis est differentia in præscribendo titulo pro hærede;quia sui non præscribunt isto titulo, sed hæredes extranei sic,vt l.nihil.C.pro hærede.& quod ibi not.¶Nonò no.in ver.quanquàm.quòd præscribitur cõtra ecclesiam, etsi ignoret ius sibi competere in bonis,quæ præscribuntur. Nam in præscriptionum cursu non attenditur scientia,vel ignorantia eius,contra quem præscribitur,vt l.fi.ad fi.C.de præscr.long.tem. & innuit ibi tex. q̃ ét post 40.an.à morte hæretici computandos , possit eius memoria damnari: & tũ post mortem nõ potest dici crimen cõtinuatum,cum morte extinguatur.25.dist.c.qualis. quod est contra id,quod dixi.s.in 7.nota. sed ista non est sníà,quæ inducat:sed declaratiu præteritũ sic fuisse. & q̃ declarat,nihil de nouo facit,vt in c.nouit. s.de ap.& l.hæredes palam.§.ied & si notam.ff.de testa.quæ aũt erat forma huius sententiæ cõtra iam mortuum. vide gl.notabilem Iusti.de hæredi.quæ ab intesta.defe.§.per contrarium.¶Opponit Ioan. And.videtur enim,quòd non incipiat præscriptio à tempore mortis hæretici,sed à tempore pronunciationis super crimine.ante enim non sunt bona vacãtia,nec apprehendi possunt.c. cum leges. de hære.Sed lege cauetur,quòd non valenti agere non currit præscriptio,vt l.1.ad fi.C.de an.præscr.non solùt. Tu dic,q̃ aperire viam huic pronunciationi,erat in potestate ecclesiæ: negligentia igitur in præcedenti præiudicat in sequenti.Similiter actio pignoratitia non oritur ante numerationem pecuniæ , vt l.si rem.§ omnis.ff.de pign.act. & tamen contra dictam actionem incipit præscriptio ante numerationem:quia in potestate debitoris erat eam in esse producere, pecuniam numerando.Quæro,quare breuiori tẽpore præscribitur contra Romanam Ecclesiam in §.fi postquàm.in prin.capi.Sol. in isto.§.tractatur de lucro captando,in prin.cap. de damno vitando.& ista inter se differunt in l.fi.C.de codicil.Sed certè,vbi de acqsitione tractatur (vt in donationibus, & in alijs rebus obuenientibus Romanæ Ecclesiæ titulo lucratiuo) videtur exigi præscriptio centum an.sit ergo spãle in hoc casu,

vt ista litera dicit [in hoc casu] &c.Quare autem non in primo,si res feudalis ecclesię, vel emphyteutica ad ipsam reuertitur propter crimen hæresis,non præscribitur. 40.an.cõtra Romanam Ecclesiam, sicut præscribitur in § post mortem. Ad hoc dico,quòd in prin.c.ad ecclesiam reuertitur res sua: & vtile dominium,quod habebat hæreticus,extinguitur, & resoluitur:sicut resoluitur pignus,& omne ius trahens ab eo cãm,vt l.lex vectig.de pig.& in 10.coll.qui.mo.feu.amit.§. rursus.sic & vsusfructus mortuo vsufructuario consolidat cũ ,pprietate,& pdit nomẽ vsusfructus formalis,vt l.vsufr.ff.sol. mat.cum simi.nõ mirum ergo si res reuersa ad naturam suã priuilegium suum retinet:sed in rebus hæretici deuolutis est mera acquisitio,nõ reuersio.ad hoc vide.l.filio,quę pater.de libe.& posth.ibi [non translatus,sed redditus videretur]&c. de isto autem vtili dominio, quod habet priuatus in re Romanæ Ecclesiæ : vtrùm sit priuilegiatum in præscriptione, sicut ius directum Romanæ Ecclesię, à quo causatur. vide qđ dixi in c.ad audientiam.s.eod. quod cap.bene facit ad istud principium.

Rub. De sent. & re iudicata.

SVMMAE.

1 *Sententia iusta ligat in foro iudiciali,non in foro diuino.*
2 *Fauor:timor:odium & præmium in iudicio sunt præcauenda.*
3 *Iudex contra conscientiam iudicare non debet.*
4 *Damnabiliter agere dicitur, qui suspensione durante diuinis se ingerit.*
5 *Suspensus à canone,ingerens se diuinis,efficitur irregularis.*
6 *Iudex,qui corruptus precio,vel precibus malè iudicauit, qua pœna sit puniendus.*
7 *Iudex nolens recipere probationes partis,qua actione teneatur.*

CAP. I.



VM æternum.Diuiditur in quatuor partes. primò ponit proœmium. secũdò dat formam pronunciandi , & procedendi ; ibi [caueant] tertiò contra facientem suspendit,ibi [si quis] quartò non seruantem suspensionem punit multipliciter, ibi [sciturus]¶† Not.quòd iniusta sen-
1 tentia ligat in foro iudiciali,non in foro diuino.illud enim sępe fallitur,istud nunquàm,vt c.à nobis.de senten.excommu. nec tenetur quis parere iniustæ sententiæ in foro conscientię. quod dic,vt legitur,& no.in c.quia plerique.de immu.ec clesi.per Inno.facit c.literas.de resti.spo. Vtrùm autem exacta pœna fori iudicialis , tollatur illa fori pœnitentialis , vel
2 econuerso? dixi in c.de his.de accusa. ¶† Secundò not.quòd quatuor sunt in iudicio præcauenda,fauor,timor,odium, & præmium . quatuor enim ista peruertunt humanum iudiciũ. 11.q.3.c.quatuor.vnde Sallu. Omnes,qui de reb.dubijs cõsultant,odio,amicitia, & ira vacuos esse decet . animus enim haud verum prędider, vbi quatuor ista officiunt.de istis quatuor vide canones alleg.in nouel.vbi addit duo alia præcauẽda,scilicet ignorantiam,& negligentiam.s. de tempo. ord.c. non est.& de homi.c.pro humani. ¶Tertiò no.quòd licèt in toto iudicio sit seruanda æqualitas , de qua hic , seruanda est maximè in conceptione,& prolatione sententiæ; vt dicit litera.& hoc ideò ; quia alia acta , & interlocutiones contrario imperio reuocari possunt, vt l.quod iussit. ff.eo.& c.cum cessante.de appel. Sed non ita in sententia diffinitiua,vt l.iudex posteaquàm.ff.eod.& formam concipiendi sententiam,& se
3 rendi collige ex l.2.& fi.ff.de sen.ex per.rec.¶† Quartò not. in §. si quis autem . q̃ iudex non debet iudicare contra conscientiam,& contra iustitiam. & sic hęc duo debent concurrere. Quid autem si discordant;quia conscientia dictat vnũ , iustitia

iustitia aliud. dic, vt legitur, & no. in cap. si sacerdos. de offic. ord. & in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsid. In iudicijs tene post Gof. quòd licèt iudex debeat sequi conscientiam: debet tamen ipsam ex actis causæ informare, & non proprium sen sum sequi. alleg. quod no. de consti. c. 1. in glo. facit quod no. 15. q. 5. c. presbyter. in glo. hic consueuit. & de consecra. dist. 2. c. prohibeat. ¶ Quintò no. q plura requiruntur vt ista pœ na vendicet sibi locum. primò, q contra conscientiam. secun dò, quòd contra iustitiam. tertiò, quòd in grauamen partis. quartò, quòd in iudicio. quintò, quòd per gratiam, vel per sordes. sextò, q peccauerit in faciendo: secus in negligendo, vt no. Ioan. And. de priu ile. c. dilectis. super gl. 1. contrarium no. Host. ℣. titu. 1. c. legitima. super glo. caueant. de hoc. s. vtrũ qui omittit, dicatur facere. dic, vt l. si mora. ff. solu. mat. & l. in fraudem. quæ est tertia. de his, quæ in frau. cred. vbi gl. no. ex tex. illo, q qui non facit, facit. pro quo. ff. de re. iur. l. qui non facit. & l. necare. de libe. agno. & l. omne delictum. de re mili. plus tamen delinquitur committendo, quàm omittendo, vt l. si seruum. de ver. oblig. & quia tot debẽt concurrere, vt vi distis. attentat Io. An. dicere, q ista pœna non facilè probabitur in iudicio. quis. n. probabit, q fecerit cõtra cõscientiã, vel per gratiã? Nam cum ista dependeant ex aĩo, solus Deus cognoscet, qui est scrutator cordium, vt c. 1. vt eccle. benefi. & hinc est, quòd id, quod consistit in conscientia, probatur per iuramentum tantùm, vt no. in c. præsentium. de testi. & c. significasti. il 1. de ho. & Insti. de actio. §. aliæ autem. ¶ Sextò no. fieri suspensionem ab officio. sed vtrùm illa suspensio in cludat suspensionem à beneficio? dic vt in glo. quid de bene ficio. de cuius materia vide plenius in Cle. cupientes. de pœ. in gl. no. nouam. & ibi ad finem inuenies, quod hic no. Io. An. Ioan. Mo. & Archid. Vtrùm autem istam suspensionem pos sit episcopus remittere? videtur, quòd sic. sicut in casu, capi. nuper. de senten. excommunic. contrarium tenet Gof. in fin. ℣. eo. lib. de elec. c. cupientes. §. cæterum. in glo. est ergo. & de
4 cleri. ven. c. 1. super glo. si. in nouel. ¶ †Septimò no. quòd qui suspensione durante ingerit se diuinis, dicitur damnabiliter agere. & sic innuit ex hoc, q peccat mortaliter. 50 dist. ca. de his. eo. lib. in fi. & per hoc no. to. An. hic post Archid. quòd li cèt exerceat huiusmodi officia publica, ad quæ tenetur; vt qa sacerdos cantet missam: diaconus Euangel.um: subdiaco nus Epistolã. si tñ peccator est, peccat mortaliter, non in eo, quod facit, sed quod facere præsumit. 50 dist. c. quid est. & c. cum exaudiero. ex hac præsumptione sibi nocet, vnde alijs prodest. 8. q. 4. c. nonne. 21. q. 1. c. si fuerit. Aduerte tamen, q licèt publicè immiscẽdo se prædictis peccet: priuatim tamẽ, non officiando, tenetur dicere horas suas: licèt sit suspensus, vel excommunicatus, vt no. 33. dist. c. pen. in vlt. gl. & de cle ri. excom. c. ad illud. in glo. ¶ Quærit circa hoc Ioan. And. in nouel. quando iste dicitur se ingerere? dicit, q quando agit in suo officio, sicut prius. 11. q. 3. cap. si quis episcopus. & de sentẽ. excomm. cap. is cui. primo respon. celebrando igitur Matutinum, vel Vesperas, est irregularis, vt d. c. si quis episcopus. de constituto in minoribus no. Ioan. Andr. de cle. excommu nini. ca. 2. de psalmista no. hic Archid. & per Ioan. An. post alios. de excess. præl. c. tanta. vbi plenè. Vnde autem sumpserit originem istud nomẽ, irregularis, & vnde dicatur. dicit ipse, quòd non antiqui canones: sed iura Decretalium via sunt isto verbo. & dicuntur irregulares ex eo, quòd sint extra regulam aliorum, qui possunt ordinari, & ministrare,
5 saltem ex dispensatione episcopi, vt hic per eum. ¶ † Octauò in ver. sciturus. No. quòd suspensus suspensione canonica, si ue à canone ingerens se diuinis, efficitur irregularis. & hoc est verum, secundùm Archid. quando canon hoc exprimit: aliàs secus. de senten. excommu. c. is, qui. Ioan. An. tenet con trarium dicens, quòd sufficit per canonem, quem suspendi: vt sic ingerens se diuinis irregularis efficiatur. & hoc efficaci ter probat, vt plenius in nouel. super ver. innouet. vbi dicit, q

ad commissionem huius pœnæ non est necessaria monitio. de cleri. excom. mini. c. clerici. Aduerte. dicit alibi Ioan. Andr. post Inno. quòd quandoque pœna adijcitur constitutioni ne gatiuæ (puta si clericus non resederit, vel vicarium non con stituerit, sit priuatus:) tunc ad commissionem pœnæ requiri tur monitio. Quandoque adijcitur constitutioni affirmatiuæ (vt si quis percusserit clericum, sit excommunicatus:) & tunc sine aliqua monitione contrafaciens incidit in pœnam. hoc dictum, & rationem differentiæ vide de præben. c. extirpan dæ. in nouel. Bene ergo dicit Ioan. And. q hic non requiratur alia monitio; quia pœna huius constitutionis imponitur iu dici facienti. i. iudicanti per gratiam, vel sordes. ¶ Nonò no. in ver. saluis. quòd si noua constitutio statuit nouam pœnam pro delicto infligendam: non videtur propter hoc recessum à pœna legis antiquæ. concord. l. quot. de actio. & obli. ff. & l. 1. vi bon. rapt. & l. qui sepulchrum. C. de sepul. vio. Sed oppo. Lege cauetur, quòd nullus potest pluribus legibus reus fieri, l. senatus. ff. de accusa. nec pro vno delicto duplici pœna pu nitur. de iudi. c. at si. Solu. vt no. Cy. in d. l. qui sepulchrum. vbi tangit, si per statutum imponitur alia pœna, quàm iuris com munis: an videatur ab ipsa recessum? & tenet, quòd ad vtran que potest agi à principio. vna tamen exacta, alia cessat: nisi in eo, quod plus est, sicut in ciuilibus. ff. de actio. & obl. l. cum ex vno. Alij dicunt, & melius, quòd nec etiam in eo, qd plus est, potest agi, vt l. quod senatus. ff. de iniu. & aliud est in ciui libus, vbi alia lege agi potest in eo, quod est plus. aliud, quan do agitur ad vindictam. & de materia in l. 1. vi bon. rapt. per Bart. & d. l. senatus. & ego plenius distinxi post Dom. meum in c. conquestus. de for. cõp. quæ dist. etiam hic cadit. ¶ Deci mò, & vltimò no. quòd cum ex vno delicto plures læduntur, pluribus pœnis delinquens punitur. & declara, vt in glo. pen. & c. 1. de cri. fal. Et de istis delinquentibus vtrum pluries pu niantur, Barto. istam materiam ita ordinat. Nam quandoque plura delicta committuntur ex parte committentis circa rẽ: puta, in vna causa produxit plures testes falsos: vel pluries lu sit: vel per plures dies tenuit rẽ occupatam. quæritur, an pro pluribus puniatur, tanquàm sint plura delicta? plenè not. in l. inficiando. §. infans. de fur. Quandoque plura delicta com mittuntur verbo: puta pluries dixit. tu es fur, proditor, & si milia. & hoc casu vtrùm pluries puniatur, remittit ad l. item apud Labeonem. §. conuitium. de iniur. Quandoque commit titur vnum delictum ex parte inferentis: sed est pluralitas ex parte recipientis: vt si aliquem percutio cũ fornice. & de hoc ipse tractat in l. furti. §. si gemma. ff. arbo. fur. cęta. Quando que plura delicta committuntur per plures personas com mittentes. & de hoc ipse not. in l. si in rixa. de ficca. Quan doque plura delicta committuntur per plures personas reci pientes: vt quia vnus aggreditur 10. & de hoc per eum in l. 3. §. si plures. de sepul. viola. Quandoque committitur vnum factum tantùm, ex quo resultant plura: puta cognoscit con sanguineam alteri nuptam. & de hoc per eum in l. si adulte rium cum incestu. de adulte. Ioan. Andr. disputat in fin. quæ stionem de Gualterio, qui percussit tres clericos vno ictu; & socius eius vni clerico intulit tres ictus, in primo casu tenet, quòd ter sit excommunicatus. in secundo, quòd semel. vide
6 in reg. delictum. in Mercur. ¶ † Quæro, qua pœna puniatur iudex, qui malè iudicauit corruptus precio, vel precib. Solu. vt in gl. quæ incipit. C. de pœna iudi. qui ma. iud. &c. Cui Inno cen. addit quod not. 2. q. 6. hic etiam plura remedia ponit glo. in l. 2. C. de pœna iu. qui malè iudic. vbi dicit Bart. circa hoc, quòd quandoque iudex iudicat dolo: & tunc tenetur in totum, vt in dicta l. 2. & l. filius fa. ff. de iud. Quandoque iudex iudicat malè per imperitiam: & tunc tenetur, quotiens religioni iudicantis videbitur, vt Insti. de ob. quæ ex quasi delic. in princ. & l. 1. de vari. & extraord. cog. Ista autem imperitia potest esse duobus modis. vno modo, si iudicat expresè con tra casum legis: & in hoc distingue. Nam aut erraoit in lege difficili

difficili, & obscura: & punietur mitius. Aut in lege clara, & aperta: & punietur durius; vt not. Insti. de ob. quæ ex quasi delic. in prin. Quandoque errauit in eo, in quo sunt opi. quia ex pluribus opi. Doct. elegit malam opin. & tunc aut inter il las erat vna communiter approbata: & illam tenetur sequi. quia minimè sunt mutanda, & c. l. minimè. ff. de legi. Si verò opi. sunt hincinde difficiles (quia quandoque seruatur vna: quandoque alia, vt in materia substitutionis compendiosæ factæ per verbum commune.) tunc putat iudicem excusan dum, qui errauit errore probabili. pro hoc facit l. 2. ff. de iur. & fac. igno. & hoc de iudice malè iudicante. Contra partem autem corrumpentem iudicem ad votum procuratoris, siue testium aduersarij, qualiter succurratur. dic vt dicta l. 1. & 2. & Auth. nouo iure. C. de pœ. iudi. qui malè iudi. & ibi quid iu ris, si procurator partis alteram ex prædictis corrupit. & an ex hoc sententia ipso iure sit nulla. dic vt ibi. ¶ Quæro, vtrùm pœna huius constitutionis habeat locum in arbitro. Ioan. An. remittit ad Spec. de arbitro. versic. sed si. & ver. seq. Ego dico, quòd sicut iudex, ita arbiter, si malè pronunciat, fa cit litem suam, vt est glo. not. in l. si quis in conscribendo. C. de pac. & not. Bart. in l. si iudex. de var. & extraordi. cog. vbi quærit, quid iuris in arbitratore. & dicit, quòd de hoc non re perit lege expressum. Sed per similitudinem putat, quòd ar bitrator est tanquàm proxeneta adhibitus per partes super concordia, vt l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbitr. Sicut ergo proxeneta tenetur de dolo, & lata culpa, vt ff. de proxe. l. j. & 2. ita & eodem modo tenebitur arbitrator de dolo, & lata culpa. est autem lata culpa errare in iure. ff. de ver. sign. l. latę.
7 & no. in l. liber homo. ff. de his, qui no. infa. ¶ †Quæro. si iu dex noluit recipere probationes partis, vel alia, quæ de iure petebat, noluit expedire. gl. videtur dicere, q teneatur actio ne in factum, de qua no. in dicta l. si iudex. & ita not. in l. argẽ tarius. § fi. ff. de eden. Bart. dicit, quòd contra iudicem negli gentem implere id, quod ab eo iustè petitur, in quibusdam casibus sunt proditæ speciales actiones: puta si noluerit dare tutorem. Tenetur enim actione in factum ex illo titulo de magist. conue. similiter contra prætorem negligentem face re ea, quæ sibi incumbunt in cautione damni infecti. Simili ter in casu l. mancipia. C. de ser. fugi. & l. si quis. C. de testi. in alijs igitur casibus, in quibus non reperitur specialis prouisio: puta, quòd iudex negligens iustitiam ministrare, teneatur actione in factum per tit. vt diffe. iudi. in quo imponitur iudi ci negligenti pœna criminalis. & regula est, quòd vbicunque quis potest accusari criminaliter, ex eodem facto datur ciuilis actio ad interesse, vt l. qui nomine. ff. de fæl. facit ista quæ stio ad ea, quæ ℣. dixi in 6. notabili. ¶ Quartò quæro. à sentẽ tia contra iustitiam lata pars appellauit, & in appellatione succubuit: vel pendet appellatio tempore, quo finiuit officiũ iudicis (& sic tempore syndicatus) an possit iste appellans agere contra iudicẽ? & quid iuris, si non appellauit: an ex hoc præiudicet sibi in recursu cõtra iudicem? de istis qq. vide per Bartol. in quæst. quæ incipit. Iudex qui per imperitiam. & tangit Ioan. Andr. post Innocen. in cap. sæpe. de appellatio. Vnum not. quòd si iudex propter negligentiam adhibitam, vel imperitiam satisfacit parti læsæ propter interesse: nõ pro pter hoc potest petere sibi cedi, vel vendi ius illud, tanquàm soluerit in illis æstimationem, vt sentit glosl. notabilis in d. l. mancipia. ¶ Vltimò quæro. si Potestas, siue magistratus iu dicat malè per imperitiã, assessoris consilio, quis tenebitur, an ipse, vel assessor? glo. hoc notabiliter tangit in l. 2. ff. quod quisque iuris. & ibi Bartol. post eam dicit, quòd imperitia assessoris excusat magistratus à dolo, non ab actione in fa ctum ex quasi malefacto. & refert pluries se vidisse contra magistratus dari petitiones de imperitia assessoris. quod no. Sed vtrùm magistratus, siue Potestas læderetur exhibendo ipsum assessorem? dic, vt l. j. §. familiæ. & l. cum si exhibuis sent. ff. de publica.

SVMMAE.

1 *Belli commotio est Prouinciæ afflictiua.*
2 *Pax per nuncios tractari potest.*
3 *Dominus pro suis subditis agere potest.*
4 *Vniuersitas an possit remittere damna illata subditis in bello.*
5 *Satisfactio absolutionem præcedere debet.*
6 *Periurum toties quis committit, quoties venit contra promissa.*
7 *Sacrilegus efficitur immittens manus in personam ecclesiasticam.*
8 *Imperator potest esse feudatarius Papæ.*
9 *Feudatario feudo priuato, reuertitur feudum domino.*

CAP. II.

1 A Dapostolicę. Diuide, vt in prima glo. ¶ †Nota, q commotio guerrarum est afflictiua Prouinciæ, vbi viget. contra rium facit pax: vnde dicit lex. Quod belli calamitas introdu xit, hoc pacis lenitas sopiat, vt l. 1. in princi. C. de cadu. tollen. ¶ Secundò no. quòd hic Papa dicit Federicum huius tribula tionis auctorẽ &c. hic no. quòd talis auctor delictorum tene tur de delictis commissis nõ solùm à se: sed etiam ab his, qui sunt cum eo: licèt ipsi etiam teneantur. de quo plenè Cyn. in l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi. & aduerte; quia plures varijs cõsiderationib. sunt culpabiles in delictõ. Nam quan doque pariter deliquerunt vt principales. & quæri potest, vtrùm ita ciuiliter, sicut criminaliter, teneantur in solidum. Qũq; vnus deliquit principaliter, alij accessoriè: & hoc mul tipliciter. Nam quandoque delinquenti mandauerunt: quan doque consuluerunt: quique suggesserunt: quandoque assi terunt. & hoc multipliciter. Quandoq; n. assiterunt malefi cio, auxilium exhibendo: quandoque, ne delinquens posset offendi, dissuadebant offensam, veluti delictum: quandoque assiterunt, vt si qui vellent resistere offendenti, coercerent: quandoque assiterunt, vt pacificarent. Singula ista membra elicio ex dictis Iur. in c. sicut dignum. de homi. & ibi in vno quoque membro per ordinem declarau, qualiter teneãtur. ¶ Tertiò no. ordinem procedendi contra Imperatorem. Im perator enim primò excommunicatur, secundò charitatiuè monetur, vt desistat à delicto: deinde in duritia perseverans deponitur. vtrùm autem ille ordo sit regularis? dic, vt ℣. de iu dic. c. cum non ab homine. Posset hic applicari illa vulgaris quæstio: quo iure Papa sibi vendicat istam iurisdictionem su per Imperatorem, cum Sacerdotium, & Imperium emana uerint ab eodem forte. s. à Deo. ℣. de maio. & obed. c. solitæ. & distinctæ sint iurisdictiones. in Auth. quo oportet episc. in prin. colla. 1. Sol. vt plenè not. Ioan. And. post Inno. ℣. de foro compe. c. licèt. & de iud. in c. nouit. & c. per venerabilem.
2 qui fil. sint legi. ¶ †Quartò no. q pax potest tractari per nun cios. & subaudi, fieri per procuratorem, si ad hoc habeat spe ciale mandatum. de quo etiam fiat mẽtio in instrumento pa cis, vt no. in Spec. de treuga & pace. ver. hic quoq; & de pro cu. § j. ver. Item opponitur. facit quod no. C. de transac. l. trãsactionis placitum. & l. præses. & ff. de manumiss. l. seruus furio si. differẽtiam autem inter nuncium, & procuratorem ali bi dixi. ¶ Quintò not. substantialia inductiua homines bellã tes ad pacem. s. vt hinc inde fiat restitutio subtractorum, & satisfactio de iniurijs, & offensis. & hoc verum, quando bel lum erat iniustum; sicut hic ex parte Imperatoris. vbi autem esset iustum, capta efficerentur occupantium; vbi fuisset indi ctum à Papa, vel Imperatore, vt no. Inn. in c. sicut. de iureiur. & circa hoc consideratur, cui sit licitum mouere arma, siue bellũ. Quidam. n. sunt, qui hũt merũ, & mixtum imperium, quibus subditi cõstituunt se rebelles. Quidã alij sunt priuati, quib. alius nitit̃ res indebitè vsurpare, vel inferre violentiã in psonã. Quidã sunt, quibus nõ infertur violentia: sed res ipso rum indebitè detinentur, vel debitum denegatur. in his om nibus dubitatur, an sit licitum pro talibus vsurpatis mouere bellum. Inno. ista tria membra tangit in c. olim. il j. de restitu.

spol.

ſpol.& circa primos tenet,q̃ ſit licitum contra ſubditos ſic rebelles mouere bellum.Nec propriè dicitur bellum,ſed iuſtitiæ executio,vt l qui reſtituere ff.de rei ven. ibi [manu militari.] & l.1.§ ſi quis miſſum.ff. ne vis fiat ei. hinc dicitur, q̃ iuris executio non habet iniuriam,ff.de iniur. l. iniuriarum. & quia (vt dixi) iſtud non eſt propriè bellum,capti in eo nõ fiunt ſerui.Secũdo caſu q̃ſi fit violentia in perſona,vel rebus: tunc incontinenti licitum eſt ſe defendere,& vim vi repellere,vt l. vt vim.ff.de iuſti. & iur. & incontinenti,accipe ſecundùm facti qualitatem,& difficilem,vel facilem recuperationem rei inuaſæ,vt not. in d.l.3.§.eum igitur.ff.de vi,& vi arma. debet etiam in iſta violentia propulſanda adhiberi multiplex moderamen.de quo per gloſ in l.1.C.vnde vi. Vtrùm autem ſit licitum ad hanc iuſtam defenſionem inuocare amicos teſtes?videtur quòd ſic,in c.dilecto.j.de ſent.excommu. eo.li.& no.in d.l.vt vim.& de iſta defenſione vide in c. ſignificaſti.ſ.de homi.Tertius caſus eſt,quando quis debitum mihi ſubtrahit,vel rem meam detinet indebitè,vtrùm ſit licitũ per me ipſum recuperare? dic, quòd aut ille non habet ſuperiorem,vt Papa, & Imperator:& licitè mouet bellũ. & iſtud dicitur merè bellum,in quo capti ſiunt ſerui,& res occupantium.23.q.8.c.ſcire. & ca.omni. Tenet tamen Hoſt.quòd ſi Imperator eſſet iniquus,& peccator, & monitus non deſiſteret, non poſſet indicere bellum iuſtum, fortè contra Eccleſiam,vt ipſe not.in d.cap.olim. & de tali poteſt, & debet intelligi iſte text. Quandoque ille inuaſor,vel debiti alieni detentor habet ſuperiorem:& tunc aut ille ſuperior vult,& poteſt iuſtitiam facere: aut vult, ſed non poteſt: aut non vult, nec poteſt. Primo caſu debet adiri: aliàs creditor puniretur, qui diceret ius ſibijpſi,vt l.extat. ff. quod metus cauſa. & l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.cum multis ſi.Secundo caſu quando vult,ſed non poteſt:& tunc, an contra iſtos pro ſua iuſtitia conſequenda ſit bellum licitum,tangit Oldra.ſubditis verò alterius ex prædictis,qui iuſtitiam non receperunt in illo regno,vel ciuitate, de facto videmus,quòd repræſaliæ concedũtur: & videtur de iure licere etiam propria auctoritate res à tali debitore inuadere,& furari, vt not. 1.diſtin.c.ius gentium.& d.c.olim. per Innoc. facit l.nullus.C.de Iude. per repræſaliàs enim conceditur iſtud plus;quia non ſolùm debitores,ſed etiam alij de illa ciuitate, vbi non miniſtratur iuſtitia,capiuntur;& ideò ſunt multum odioſæ, vt in ca.1 j.eod. lib. de iniur.& dam.da. & per Ioan.An. in reg.non debet aliquis. de reg.iuris.in Mercur. & per Bar.in tractatu repræſaliarum.Tertio caſu principali quando ſuperior non vult,nec poteſt,idem dicas,quod in præcedenti, & multò magis. & de prædicta materia belli, & qualiter liceat vim vi repellere,& qualiter ſibi quis poſſit ius dicere,vide per Hoſt.in ſumma de ſen.& re iud.§.quis debet ſententiam proferre.ſub.§. proprius or.ver.Item ratione rei.& ſe.& in ſumma de treug. & pace.§.quod ſit iuſtum bellum.Eſſet etiam hic tractandũ, vtrùm vocati ad iuſtum bellum,vel iniuſtum,ſi perdiderunt equos,& arma,aliaque damna ſunt paſſi: poſſint illa petere à vocante eos: vel ipſe vocans à ſuo aduerſario talia inferente. dic plenè per Ioan. An.in d.c.ſicut.& per Cy.in d.l.quoniam multa. ¶Sextò no.in ver.& quia. quòd hic Papa principaliter petebat relaxationem captiuorum ab Imperatore.

3 ¶†Ex quo collige,quòd dominus poteſt agere pro ſuis ſubditis,ſi ab alio indebitè teneantur.facit.c.dilectus. de appellatio.& l.de iure. ad municipa. Quid ergo ſi ſubditi non capiuntur:ſed moleſtantur,& inquietantur:puta coloni, & laboratores?dic quòd domini poſſunt agere pro eorum intereſſe interdicto vti poſ. & actione iniuri. ſi in iniuriam domini hoc fiat,vt l.qui pendentem.ff.de actio. empt. & l.vim facit.ff.vti poſſide.Ad intereſſe autem ſubditorum vtrum dominus poſſit agere,& emendam petere.Inno.quòd non in d. cap.dilectis.de quo per Hoſtien.in ſumma de pœnitentijs.§. fin.ſub ver. ſed pone, quòd guerræ.Ioan. And.in nouel. dixit poſt Archid. quòd dominus, vel prælatus poteſt agere q̃ iniuria facta ſubdito,vel clerico.ad hoc j.q.j.c.in primis.& de proba.c.licet.& de pœni.c.presbyteri.& de maio.& obe. c.inter quatuor.& quod no.de ſenten.excomm.c. contingit. in glo.licèt.& eſt ratio; quia in moleſtatione ſubditi intelligitur dominus moleſtari,argum.25.diſtin.c.in nouo.& 3.q.

4 1.c.nulli.cum ſimi.hic alleg. in nouel. ¶†De vniuerſitate an poſſit remittere damna illata ſubditis in bello.text. facit, q̃ ſic in cap.in noſtra.de iniuri.quod intelligit Innoc. verum,ſi ſinguli cõſenſerunt. Sed certè multorum de vniuerſitate nullus eſt conſenſus: vt infantium, pupillorum, dementium, & ſim. oportet ergo aliter intelligere illum tex.& habui de facto.In pace enim inita inter dominos Venetos,& Ianuenſes conuentum fuit, quòd de deprædationibus hincinde perpetratis, non fieret ſubditis iuſtitia, ſed remiſſæ intelligerentur: quidam autem de talibus deprædationibus, & rapinis emit multos pannos ſcienter: de quorum lucro ditatus eſt. quæſiuit à me, an in foro conſcientiæ ſufficeret illa liberatio,& remiſſio,de qua ſupra?Similiter Senis fuit quæſtio.Statuto cauetur, quòd de criminibus commiſſis tempore guerræ non poſſit Poteſtas cognoſcere: vtrùm debeat audire repetentem condictione furtiua res ſibi ſubtractas, penes reũ repertas?pro deciſione iſtarum quæſtionum vide quod dixi in repetitione capit. ſi propter. qualiter per ſtatutum poſſit alicui auferri dominium rei ſuæ. & quid in foro conſcientiæ ſit ſequendum.ibi dixi, referendo diſputationẽ Ioan. Cal.& Do.Bald.facit quod not. Innocen.in capit. quia plerique.de

5 immu.eccl. ¶†Septimò not.in ver.[ac proponi inſuper.] q̃ ſatisfactio debet præcedere abſolutionem.de quo.2.q.7.ca. accuſatio quoque.in fi.& 114.diſt c.miratus. ¶Octauò no. in ver.[& offerre, preterea.]q̃ poteſt quis de iure aduerſarij facere mentionem in ſua petitione quò ad effectum elidendi,& perimendi. Sicut hic Papa de iure Imperatorum facit mentionem in uer.[& ſi diceret.] Vnde procedit iſte libellus [peto à te decem ex cauſa mutui.non obſt pacto de non petendo,& ſi.quia dolo,uel metu inductus fui.] de quo vide por Inn.in c.cum Bertoldus.de re iud.¶Nonò not.in d.ver. q̃ Papa vult ſe ſubmittere iuriſdictioni principum,& prælatorum.& dicit gl.q̃ hoc eſt de honeſtate.concor.2.q.7.c.nos ſi incompetenter.& eſt hoc verum,quando contra Papã nõ ſubeſt ſuſpicio.ſi autem talis ſubeſſet: quia proſequuntur ſe odio capitali, vt hic erat; quia Papa tanquàm homo poteſt iniuriã recipere,& inferre.q̃ debeat Imperator ſe ſibi ſubijcere,repugnat ratio naturalis, & etiam Papa reprobat ſententiam Imperatoris latã contra regem Robertum,qui conſt.tuerat ſe hoſtem,& rebellem:licèt ſuppleuiſſet in eius ſoſa omnem defectum ex plenitudine poteſtatis,vt Cle. paſtoralis.de reiu.hoc non firmo. ¶Decimò no.in ver.[erat parata] q̃ Papa offerebat ſe renocaturum ſententiam de cõſilio Cõcilij.& hoc de honeſtate, vt euitetur omnis ſuſpicio mali, & claudantur ora detrahentium:qui ſunt perſequendi.6.q.j.c. deteriores.23.q.4.c.nimium. ¶Vndecimò no.q̃ Imperator in illo habuit ſpeciales amicos,& adhærentes, quos ad iuſtũ bellum vocare potuiſſet,vt d.c.dilecto.& d.§.eum igitur.Sed quia Imperator iniuſtè pugnabat: iſti amici, & adhærentes erant digni pœna, quam Papa offert ſe remiſſurum. Ex quo collige,q̃ ſi de adhærentibus,& amicis non fuiſſet facta mentio,pax inita cum auctore delicti non includeret eos:dubium facit connexitas delicti,& natura acceſſorij,quæ eſt,vt liberatio principalis ſibi proſit,vt ff.de fideiuſ.l.ſi fideiuſſor. & reg.acceſſorium.& c.tranſlatio.de conſti.& quod no.in c. quamuis.ſ.eo.ti.Inno.de hoc tangit in d.c.ſicut dignum.vbi quærit, vtrùm fiat ſatisfactio principalis delinquentis:vel remiſſio ſibi facta proſit conſiliarijs. dic vt ibi: vbi quærit etiam econuerſo,an remiſſio,vel ſatisfactio conſiliarij proſit principali in mandante, & mandatario. dic vt not.in l. non ideò minus.C.de accu.per Cy.& l.non ſolùm.§.ſi mandato.

dato.& l.ſed & ſi vnius.§.ſeruus meus.de iniu.per Bar.& l.1. §.nunc tractemus. de tut.& ra. diſt. & vide quod de iſtis adhærentibus not.in cap.1.ſ.de poſtu. in gloſ. quæ incipit.bona fuit,&c.quæ eſt not.ad prædicta.& l. non dubito. de cap.

6 vbi plenè per Barto. de iſtis confœderatis. ¶† Duodecimò not.in ver.[deierauit enim multotiens] quòd totiens quis incidit in periurium,quotiens venit contra promiſſa,ſiue contra pacem iuratam.ad hoc all.in nouel.6.q.1.c.mutare. & qđ ibi no.& in Spe.de ſen.§.ſpes autem.ver. ſed pone in ſtatuto. Ego allego in contrarium l.ſi duo.§.fi.ff.de arbitr. vbi pœna ſemel commiſſa amplius non committitur, niſi ſit actum.Sol.

7 ue,vt not.Bart.in l.ſi fic.de verb.obli.¶†† Tertiodecimò not. in ver. perpetrauit. quòd incidit in crimen ſacrilegij, qui immittit manus in perſonas eccleſiaſticas: propter quod delictum ſit ratione eccleſiæ,ſicut ratione periurij,vt in cap. cum ſit.de foro compe.& cap.nouit.de iudi.& refert hic Ioan.An. breuem tenorem literæ,quam tranſmiſit Imperator,cum fecit iſtos capi,qui fuit talis,videlicet:Omnes prælati Papæ mãdante,vocati. & tres legati venient hucuſque ligati. Et aduerte,quia Imperator non cepit,ſed capi fecit.& tamen eandem pœnam incurrit.de ſenten.excommu.cap.mulieres. Vtrùm ſic per alium delinquendo videatur facere verè, vel fictè.dic, vt ibi dixi. & not. Barto. in l.hæc verba.ff.de adulte.

8 ¶†Quartodecimò nota in ver.præter hæc. quòd Imperator poteſt ſe conſtituere cenſualem,& feudatarium Papæ. Similiter clericus poteſt eſſe feudatarius laici. & iſti ſic recipientes quantuncunque ſint in maiori dignitate:tamen quò ad iura,quæ debent vaſalli dominis ſuis, tenentur ad ea præſtanda,& ſubiacent iuriſdictioni domini, quantuncũq; viliſſimi, vt not.Innoc.in c.ceterum.de iudi.& c. verum. de foro compe.& c.ſolitæ.de maio.& obe.de iſta autem dictione, præter, vtrum ſit incluſiua,vel excluſiua. Ioan.And. remittit, vt hic, ad Archi.13.quæſt.2.c.Hebrõ. ego remitto ad l.Seio amico fideliſſimo.§.fin.de annu.leg.& l.1.in fi.ff. de pig. per Barto. & c.dudũ.de ele.per Inno. ¶Quintodecimò no.in d.ver.pter hæc.q̃ Imperator redarguitur; quia malè tractauit regnum per Eccleſiam ſibi datum in feudum. hoc autem feudatario non licèt, ſcilicet facere deteriorem conditionem rei feudalis: ſic nec vſufructuario rei, in qua habet vſumfructum, vt in 10.coll.de inueſti.de re aliena facta.cap.1.circa fin.& aduerte;quia in regno multi ſunt Comites,& Barones, qui habent à Rege dignitates infeudatas(& ſic ſunt feudatarij Imperatoris,ſeu feudatarij Papæ) vaſallus ergo habet aliũ vaſallum ſub ſe. Vtrùm autem ſi iſte (vt ſic dixerim) ſubuaſallus lędat dominum principalem,priuetur feudo?dic, vt in dicto lib.de prohi.feud.ali.per Feder.c.illud quoque. & quod not. Innocen.in dicto c.ceterum.& c.verum.& cap.poſtulaſti.de foro competen.& fortè in caſu huius cap. iſti de regno compulſi per Imperatorem debellare Eccleſiam non venirent priuandi feudis;quia compulſi faciebant,vt dicit litera.quinimmo ſufficit timor coactionis,vt excuſentur: ſicut dicunt legiſtæ de debitoribus expulſorum de ciuitate ratiõne partialitatis. Si enim compulſi ſunt ſoluere debita in communi ab intrinſecis,vel à tyranno (qui fortè occupauit regimen ciuitatis) liberantur per talem ſolutionem à veris dominis, vt not.do.meus.in l.nouiſſime. ff.quod cum fal. auct. & Cyn. in l.fin. C. quod metus cauſa. & Barto. in l.creditor.ff.de ſolu.& dixi plenius in cap.primo.ſ.quòd met. cauſa. ¶ Decimoſextò not.in ver. [poſſet etiam.] quòd hic redarguitur ex alio Imperator, ſcilicet quia 9.annis non ſoluit annuam penſionem. & ſentit gloſſ. quòd ſufficiat ceſſatio per biennium in re feudali,ſicut in emphiteutica,vt ſ.de loca.cap.fin. Textus tamen iſte hoc non probat: quia non dicit, quòd ex hoc veniat priuandus, ſed meritò repellendus iure cenſuali: videtur enim,quòd ceſſatio per multos annos, etiam 40. non ſit ſufficiens ad priuationem.& eſt text.not.ſecundùm vnum intellectum in c.conſtitutus.de reli.do.& ibi differt inter rem cenſualem,& emphit.& per Bart.in l.1.ff.de publica. ¶Decimoſeptimò no.in ver. [nos itaque.] q̃ Papa hic cum ſancto Concilio cum fratribus deliberauit ſine ipſis: & tamẽ potuiſſet Papa ferre ſententiam depoſitionis contra Imperatorem, vt no.Io.An.in c.ſuper.in glo.in nouel. & hic de abſoluta poteſtate:de ordinaria agendum eſt, vt hic dicitur.In alijs iudicibus vtrùm coram ſuis officialibus, & in quo loco debeant ferre ſententias.dic,vt in l.cum ſententiam.C.de ſen.de Cardinalibus an ſint in arduis neceſſariò requirendi, vide ſ. de cleri. non reſi.c. ex geſtis. in nouel.per Hoſtien. ¶ Decimooctauò not. formam huius pronunciationis: nam denunciat eum priuatum dominio, & nihilominus priuat. videntur tamen iſta duo incompaſsibilia ſuper eodem facto. ſententia declaratoria pœnæ ipſo iure inflictę, & ſententia inductoria, quæ diſponat ſuper eadem pœna. Nam non poteſt idem donari,& confirmari,vt in c.inter dilectos.§.ceterum.de fide inſtru.Item ſicut dominium,vel quaſi:nullitas, & iniuſtitia:ſententia,vel contractus impoſsibile eſt,quòd cadant in eodem ſubiecto.ita impoſsibile videtur,quòd cadat priuatio ipſo iure,& per ſententiam.Sed dic, quòd ſicut illa poſſunt ſub certa forma cumulari in libello,vt dixi ſ.de reſti.in integ.c.conſtitutus.ita in ſententia iſta cumulatio tolerãda eſt, vt hic patet.quod tutum arbitror, quotienſcunq; verba legis ſunt dubia;an ipſo iure,vel per ſentẽtiam denotẽt. ad quod vide no. in fi.ſ.eo.de poſtu.præla.c.1.¶ Decimononò no.in ver. [omnes qui.] quòd Papa poſt ſentẽtiam priuationis inflictam abſoluit fideles à iuramento fidelitatis.Sed nunquid ſine iſta expreſsione potuiſſent ſubditi ſe ſubtrahere ab obedientia propria auctoritate? videtur,quòd non.quia ſic ſe ſubtrahendo, videntur exequi ſententiam auctoritate propria: quod non licet,etiam ei,pro quo principaliter lata eſſet, vt l.miles.§.qui iudicati.ff.eod.titu.Aduerte,cum ſententia lata eſt pro actore,vel reo: vtrum liceat victori propria auctoritate ſibi vendi care,quod in ſententia continetur?not. Ioan.Andr. poſt Innocen.in c.cum noſtris.de conceſ.præben.Ex quorum dictis breuiter ſic diſtinguit. Aut loquimur in actore: aut in reo.primo caſu, aut in ſententia eſt deducta res corporalis, aut incorporalis.Primo caſu non licet propria auctoritate apprehendere,ſed per executorem,vt dicto §.qui iudicati.& quod not.Ioan.And.in cap.cum olim.de priuileg. in gloſ. curſore. vtrùm autem iudex poſsit iſtam licentiam concedere victori,vt ſua auctoritate rem occupet?Inno.quòd ſic in d.c. cum noſtris.Barto.diſtinguit. Nam aut iudex committit, vt poſſit ingredi etiam violenter:& non poteſt,vt l.non eſt ſingulis. ff.de reg.iur. aut quòd poſsit ingredi, ſi non reperit reſiſtentem:& poteſt.& ita not.in l.iuſtè.de acquiren. poſſeſ. Secundo caſu quando in ſententia deducitur res incorporalis. & tunc aut nõ adhæret alicui rei corporali (vt eligere,præſentare,iuriſdictione vti,& ſim.) aut adhęret(vt ſeruitutes reales, & perſonales.)Primo caſu cum non adhæret,ſtatim lata ſententia ſine alia miſsione ille,qui obtinuit,poterit eligere,pręſentare,iuriſdictione vti,& ſi. Tutius tamen eſt,q̃ iudex in ſentẽtia iudicet, & victo perpetuum ſilentium imponat.& ad hoc vide, quod no.Ioã.An.poſt Inno.in c.qualiter & quando.de accu.in gloſ.quæ incipit.2.q.ver.2.credimus.& ſecũm hoc licẽtia,de qua in ver.illi autem.&c.non fuit neceſſaria de iure. Secundo caſu cũ incorporalia ſunt annexa corporalibus (vt vſusfructus,decima,ſeruitutes prædiales,& ſi.)& in his,dicit, quòd debet interuenire executio,quæ antequã fiat,quaſi poſſeſſor non deſinit poſsidere, ſed vtetur poſſeſsione, vt prius. ¶ Quomodo autem fiat traditio, patientia habetur loco traditionis,vt l.quotiens. de ſerui. & cautio etiam eſt ponenda. de qua in l.harum.& l.egi.ff.ſi ſer.ven.facit quod dixi in c.ad decimas. de reſti. ſpol. eod.lib. Si verò loquimur in reo,pro quo lata eſt ſententia:dic,q̃ non indiget executione;quia ſententia abſolutoria trahit ſecum executionẽ. & ſufficit reo, q̃ ſe pôt exceptiõe tueri,vt l.1.§.ſi debitori.ff.vt ſ poſ.le. & l.1.

§.si rem.ff.de eo,per quem fac.erit.facit quod no.in c.pasto ralis.de app.& ibi de sententia iuris , quæ non exigit factum hominis.sed trahit secum executionem.de quo ibi,& l.qui vl timo.ff.de pœ.per Bart. Qui etiam in d.§.qui iudicati. latius prædictam materiam executionis sententiarum super incor poralibus prosequitur,ponens exemplum in vsufructu,& in seruitutibus realibus: quarum quædam exigunt factum:quæ dam patiētiam tm.Item si agatur actionib.præiudicialibus , vt aliquis pronuncietur liber,vel in patria potestate , fiet extra.Item si seratur sñia super iurisdictione,qualiter fuit executio super istis,ibi vide per eum, & ēt dixi in d.c.cū nostris. ¶ Vigesimò no.in ver.apostolicæ.dum dicit [de cętero] &c. ꝙ post sñam priuationis non est respondendum deposito de iurib.dignitatis.Ante ergo sñam non debent subditi ab obe dientia se subtrahere,& tenent per eum gesta: quod est verū sine dubio,quando quis veniret priuandus per sñam .Nam lite pendente, & etiam si à sñia contra eum lata appellauit , retinet administrationem.8.q.4.c.nonne.vbi de hoc. & c.sæ pe.de ap.vbi verò per legē esset quis ipso iure priuatus,gesta per eum, pendente causa principali , vel appellationis super declaratione criminis , non tenerent. & ita audiui à domino meo,D.Lap.dum legeret d.c.sæpe.alle. Bar.in libello suo de tyranno,pro quo facit.c.tanta.de excess.præla. & c.veritatis. de do.& contu.& no.hunc articulum.Text. enim iste de gestis per Imperatorem,pendente iudicio contra eum,nihil di cit. vtrùm ergo valuissent priuilegia,& alia, quæ gessisset, secuta sententia priuatiua , vel declaratiua ? collige ex prædictis . & utrùm sententia contra eum lata præiudicaret illis , qui habuissent ab eo causam, vide in si.ℨ.e.c.quamuis . & ad prædicta adde quod legi.& no.in l.post contractum. de do. na.per Bar.in ver.quid iuris.de aliena.post delictū commissum per illum, cuius bona per sententiam veniunt publicanda.¶ Vigesimò primò Io.An.in nouel. super ver. priuamus. no. quòd iudex in prolatione sententiæ non debet vti verbis narratiuis de præterito,sed assertiuis de præsenti.pro quo di cto alleg.multa iura,& demum remittit ad no.per eum in ca. abbatem.de verbor. signifi.super glo.ex hoc.in fin.quærens quid iuris, si iudex dicat. Noueritis,ꝙ talem clericum ordinauimus, vel constituimus. nunquid per hæc verba de præte rito prædicta probentur?arguit ꝙ non,& tenet contrarium , alleg.de proba.c.post cessionem.& ff.de dona.l. ex hac scri ptura.& de hær.instit.l.qui volebat¦. & videtur expressum de iure patr.c.quod aūt.& adducit iura,ꝙ non est curandum de verbis,& an notarius loquatur in secunda persona,vel tertia, de coniu. cap. dudum. Sed quæro. si ex tempore priori , vel posteriori resultet varius,& diuersus effectus sententiæ: verba prolata in præteritum,ad quod tempus referemus? Dom. meus post Bart.tangit istam q.in l.post dotem.solu. matri.& dicit , quòd verba enunciatiua emissa de præterito in aliqua dispositione intelliguntur de tempore cum ipsa dispositione coniuncto . Nam tempore contractus præsumitur factum quicquid potuit tunc celebrari inter partes,vt no.Inn. in c.quoniam contra. de proba. & l.1.C.de fid.instru.lib.10. per hoc l.si ita stipulatus.§.Grisogonus.ff.de verb.obl.quod
9 no.¶†Vigesimosecundò no.in ver. de præfato.quòd priuato feudatario feudo ipso iure, vel per sententiam,feudum re uertitur ad dominum. Sed dices,*immo* deberet transire in futurum successorem in Imperio . Nam in simili prælatus sua culpa priuatur feudo, quod ecclesia eius tenet,dum vixerit: post mortem autem reuertitur ad successorem, vt 11. col.de Capit.Cōradi in fi.Hic verò Papa dicit [ꝙ dicto regno deuoluto,prouidebit,vt sibi videbitur.] ergo malè.Solu.istud regnū Imperator non tenebat sub nomine Imperij:sed vt proprium,& priuatum patrimonium à bonis Imperij: quod esse potest,vt l.omnes.& l.bene à Zenone.C.de qua.prescr. vbi verò Imperator sub nomine Imperij teneret in feudū ab Ecclesia, regnum,vel prouinciam , propter eius delictum non deberet Imperium perdere feudum:sed transire ad successorē, vt ibi.& facit quod no.in c.cum venisset.de insti. ¶ Esset etiā hic tractandum.si vasallus committit crimen , propter quod veniunt eius bona publicāda:vel vtrū feuda,ius patronatus ; bona emphyteutica, vel quæ ab ecclesijs , vel priuatis tenet, confiscabuntur?dic,vt plenè no.Bart.in l.si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam.infect. & per Cyn.in l.1. C.de bo. lib. ¶ Quærit Ioan.An.de vna quæstione facti.post mortem huius Imperatoris depositi duo fuerunt electi in discordia.Demum precibus filiæ huius Imperatoris defuncti renunciaue runt ambo.& dicta filia precibus institit, vt filius eius eligeretur,& sic electus fuit. quæritur, vtrùm eius electio valeat: & ex tribus arguit,quòd non.Primò ex precibus interueniētibus in renunciatione illorum duorum,& in electione istius. Secundò ex renunciatione inualida . Tertiò ex successione prohibita. De primo patet ; quia Imperium est donum Dei; ergo non est precibus ambiendum.in Auth. quomodo oportet episc.in princ. 21.q.1.c.ordinationes. & c.sunt nonnulli. Est enim munus à lingua , scilicet aliquem deprecari . quod non licet.1.q.1.c.si quis episcopus.& de simo.c.1.De secundo patet.s. quòd illi non potuerunt renunciare; quia in Imperio est ius publicum auctoritate, & vtilitate,vt in Authen.vt iud. sine quo.suffra.in princ.colla.2.ergo tali iuri renunciari non potest.ff.de pact.l.ius publicum.& ca.si diligenti.de for.com peten. De tertio patet ; quia successio hæreditaria prohibetur in Imperio,sicut in beneficijs ecclesiasticis,vt de elect. c. venerabilem. ad fin. Sed iste electus erat nepos Imperatoris depositi;ergo prohibitio extenditur ad eum, sicut ad filium. ℨ.de fi. presby. c.ad extirpandas. His non obstantibus tenet, quòd valuerit. & respondet ad contraria, vt hic latius in nouel.vbi refert dicta Host.in d.c.venerabilem.qui dicit,quendam episcopum super vno negocio , de quo in text. de quatuor fuisse consultum. primò de potentia deponendi. secundò de contemptu clauium. tertiò de captione , deprædatione , & infectione prælatorum. quartò super fictione pacis firmatæ per Ecclesiam . vtrùm quodlibet horum quatuor fuerit sufficiens ad deponendum Imperatorem: & probat efficaciter , quòd sic. quod per te videas ; quia clarè loquitur

S V M M Æ.

1 *Rei vendicatio an detur contra possidentem ciuiliter tantùm, vel naturaliter tantùm .*
2 *Res vendicatur sine expressione confinium .*
3 *Res infidelium licitè occupare possumus .*
4 *Dominium quare acquiratur ecclesiæ sine traditione .*
5 *Condemnatio ex dominio superuenienti sequi potest .*

CAP. III.

ABbate. No.primò Ioan. And. post Inn. ex suprascriptione: quòd quando ad plures pertinet actio de re aliqua,quorum vnus subest alteri;ipse maior,& inferior simul,& diuisim possunt agere:sicut hic præceptor, cui subest commendator . & tamen ambo in hac lite prænenerunt. de hoc plenè per Innocen.in cap.cum deputati . de iudic. & cap. olim causam . de restitutio. spoliato.& cap.cum venerabilis.de relig. do. & Clem. 2. de rescrip. ¶ Secundò not. quòd abbas agebat hic pro se, & conuentu suo . & est ratio ; quia locus petitus communiter pertinebat ad vtrunque ; si autem ad alterum tantùm (licèt securius sit , quòd etiam simul agant .) tamen quilibet pro se agere posset,vt supra de iudic. cap. causam. & quod not. ℨ. eod.lib.de testi.c.præsentium.in glo.3.& hic in nouel. super gl.quæ ponit varias formas agendi.quę omnes inferunt,ꝙ si ad vtilitatem monasterij ageret, ad ipsum referuntur.In tutore,& curatore an ipsi agant simpliciter,vel nomine pupillorum,& adultorum:vel isti eorū auctoritate,vide in l.j.ff.de admini

admini.tuto.& l.post mortem.ff.quando ex fac.tuto.¶ Tertiò not. ꝙ rei vendicatio , de qua hic agebatur , causatur ex duobus principijs.vnum ex parte agentis ; quia dominus. ff. de rei vendi.l.in rem actio. Aliud est ex parte rei ; quia possessor , dum dicit [amoueri.] Et vide quod de ista possess. not. Cyn. C. de aliena. iud. mu.cau.l.vna. Vbi plenè,an rei
1 †vendicatio detur contra possidentem ciuiliter tantùm, vel naturaliter tantùm , vel nullo modo possidentem ; quia dolo desijt possidere. Et an ibi venditor præsupponat possesso rem,contra quem agitur,obligatum. dic vt ibi satis prolixè per eum.¶ Sed hic quæritur.si egit rei vendicatione , & probauit dominium , non tamen probauit eum possidere : vel apparet eum non possidere,an debeat cōdemnari, quasi se liti obtulerit possessor? Bar.ꝙ non in l. is qui destinauit. ff. de rei ven.vbi dicit, ꝙ primo casu iudex pronunciabit actorem dominum,& ille absoluetur; quia non possidet,l.si à te. de exce.rei iud.Practica ergo,& consilium iuris est , ꝙ ante dationem libelli interrogetur reus, vtrùm possideat,vel dolo desierit possidere.& si talis interrogatio omissa fuerit ante li. contesta.potest fieri postea,vt est glo.not. in l.qui petitorio. ff.de rei ven.¶ Quartò no.conclusionem libelli,in quo petijt rem adiudicari.alibi vī,ꝙ agēs rei ven.debet petere rem sibi restitui, vt de fid. instru.c. inter dilectos.in pr.lex dicit,ꝙ dēt petere se dūm declarari, vt l.sicuti.§.si quæratur.ff.si fer.ven. & super hoc vide quod not.Ioan.And.de do.& contum.c.2. super ver.restitui. ¶ Barto.approbat etiam libellum antiquorum , in quo petitur reum condemnari ad rem petitam restituendam. & ita format Goff.in Spec.& gloss.in l.1. de eden. Nam eo ipso, quòd peto eum condemnari ad rei restitutionem, videor petere, quòd pronunciet me dominum. argum. l.1.C.de ordi.iudi.& ita not.in l.ex diuerso.ff.de rei vendica. Istum ergo tex.qui dicit [adiudicari]exponunt Ioan.Mo.& Archid.i.adiudicari ad se spectare.Nam secundùm eos adiudicatio propriè fit in illis actionibus , quæ habent mixtam causam, vt Insti.de actio.§.quædam.& de offic.iudic.§.si familiæ. & §.seq. Sed nunquid in personalibus procedit libellus,in quo peto declarari aliquem debitorem meum in centum? Dom.meus dicit,quòd in personali iudicio procedit libellus,cōcludens solam declarationem; quia declarata causa,statim tacitè includitur effectus,qui est coniunctus causæ, & est tex.de hoc secundùm vnum intellectum , in l.viro atq;
2 vxore. solu.matrimon.¶†Quintò not. quòd vendicatur res sine expresione confinium . Alibi dicit lex, quòd debet res exprimi per duos cōfines proximos.ff.de censi.l.forma. Sed id verum,quando nō declaratis confinibus non habetur certitudo.Sed vbi habetur,non requiritur talis declaratio, vt dicit glo.in Gallo preilo.in l. hac consultissima. C.qui test.face.pos.& vide quòd de illa declaratione, si facta non fuerit, quid erit de iudicio.in c. auditis.de præscri.in nouel.& quod not.Innocen.in c.super. de eo, quod metus causa.Ioan.And. de his confinibus remittit ad no.ℨ. de resti.spo. c.cum ad sedem.Et ego ad id,quod no.Barto.in l. rei appellatione. ff.de verb.sig.vbi quærit,an procedat iste libellus [peto res, quas possides in tali villa.] & si petam fundum , an videar petere seruitutem debitam fundo?dic, vt ibi. ¶ Sextò no.in ver.allegabatur.coniuncto si.c.ibi[sentētialiter absoluendos] &c. ꝙ licèt reus deduxerit ius suum in iudicio,& probauerit:nō tamen super iure suo fertur sententia,sed tantùm absoluitur à petitione aduersarij. Sed an possit expresè petere super iure pronunciari,& se dominum declarari?videtur,ꝙ non; qa non est prodita actio possessori,vt l.j.ff.vti pos.dic per Ioan. An.post Inno.& Host.in c.ex conquestione.de restit.spol.& l.circa.de proba.vbi videas. In isto tamen c. non decidit , an iste titulus allegatus pro parte reorum sit efficax,vel non: sed ex eo absoluuntur; quia actores non probarunt intentionem suā.& hoc sufficit reo,etiam nihil probanti,vt l.res alienas.C.de rei ven. Nec cogitur ostendere titulum suæ possessionis,si non possidet contra ius commune,vt l.cogi.C.de peti.hære.¶ Septimò not.quòd res,quæ sunt apud hostes,possunt sub conditione donari,non purè.quod est verum in rebus,quæ semper fuerunt hostium.si autem semel fuerunt nostræ,nec ante ab hostibus occupatę,possunt donari purè, legari,& in institutione deduci propter spē,quam habemus in eis iure postliminij,vt l.id quod ff.de leg. 1. vbi ex prædictis infert Bart.ꝙ concessio regni Hierosolymitani facta per Papam regi Carolo,& suis successoribus licèt nil teneret:de eo tamen valuit ; quia semel illud regnum fuit Christianorum. & sic constitit concessio propter spem postliminij , vt dixi .
3 ¶†Et ex prædictis habes,ꝙ licitè possumus occupare res in fidelium,& efficiuntur occupantium . Sed an hoc est verum, quando volunt nobiscum viuere pacificè? dixi post Inn.in c. super his.de voto.in 3.q.vbi tenet Inno.ꝙ penes infideles est dominium rerum,nec possunt ab eis licite auferri,si pacificè nobiscum viuunt. nobis tamē ab eis licet petere Terram sanctā,& alias regiones,quas Imperatores olim acquisiuerunt. & quare non ita licet eis repetere Italiam,Hispaniam,& Angliam,quas constat Christianos per violentiam occupasse,& similiter Imperator Romanus partes ipsorum? ibi vide , & etiam de rebus hæreticorum,& schismaticorum . ¶ Octauò no.inver.& salubre.illud brochardum,quòd inspicitur,quod euenire potest.quod vt plenè liqueat,sic distinguę.Aut id,de quo agitur,respicit tantùm pñs tps,& nullam habet dependentiam de futuro:& non inspicitur quod euenire potest, vt l.si stipulatus fuero.§. 1.de ver.ob.& l.sciendum.§.fi.qui satisf.cog.Aut respicit futurum:& tunc aut id, quod euenire potest, est contingens sm naturam : & debet inspici, vt l. hæres meus.§.fi.de condi.& demon.ff.Aut est contingens secūdùm legem:& tunc aut est contingens de iure speciali : & nō inspicitur quod euenire potest,vt l.4.ff.de fideicō.lib. Aut de iure communi:& inspicitur,vt d.l.4.& l.sed & si per prætorem. §. sed cum feriæ.ff.ex quib.cau. ma. Aut est contingens præter naturam,& præter legem:& tunc aut præsens status rei indicat contingentiam de futuro:& inspicitur quod euenire pōt, vt l.qui bona.§.cum inter ædes.ff.de dam.infect. & l.si idem cum eodē.de iu.om.iu.Aut præsens status rei non indicat cōtingentiam de futuro:& tunc non inspicitur,vt l.inter stipulā tē.§.sacra.de ver.ob.fallit rōne culpę,vt l.diuortio. & ibi no. ff.de neg.ge.& l.eū qui.§.Pōp.ff.de fur. fallit ēt fauore libertatis.vt l.generaliter.§.si libero homini.dē fideic.li. prædictā dis.inducit Bar.ad aliquas q.in d.§.sacra. ¶ Nonò no.in ver. quare.ꝙ rei donatę,aliàs legatę sub conditione,statim cōditione existente,transit dñium in legatarium ipso iure : & est spāle in ecclesia,ꝙ dñium acquiratur ex solo titulo sine traditione,vt l.vt inter diuinū.C.de sacrosanc.regulariter secus,vt l.traditionib.C.de pac.& no.ff.de rei ven.l.si ager.& ℨ.de cō sue.c.2.¶ Sed hic quærit Lap. nunquid est idē in quasi dñio, vt sine traditione competat publiciana?vī:ꝙ sic;quia ex qua cā traditio facta à dño dñium transfert,ex eadem facta à nō dño quæritur publiciana,vt l.eū qui.ff.de pub.Item Spec.te-
4 net contrarium in ti.de loca.§. nunc aliqua. ver.ȝ 8.† Nā, ꝙ dñium acquiratur ecclesiæ sine traditione, est inductū in priuilegium contra iuris regulas,vt d.l.traditionib.Nō est ergo trahendum in consequentiam,vt fit idē in quasi dñio:vel(dicit ipse) si ille , à quo hēt ecclesia , fuisset in possessione tpe, quo sibi concessit(licèt ipse non tradidisset ecclesię,)ęquū tñ esset dari publicianā,scdm eum: ꝙ ex verbis eius sentit,ꝙ publiciana cōpetit hñti quasi dñium. de quo ȳ.dicā. ¶ Decimò no.in ver.multū quoq;. ꝙ agenti rei ven.non sufficit allegare titulū auctoris sui:sed dēt allegare titulū suum proprīū,& ex eo niti , nō ex titulo auctoris:aliàs succūbit.contrariū sentit gl.in l.fi.C.de her.inst.l.fi.vbi si sum hīs Titij ex testō,qui Titius fuit hīs Seij ab intest.dicit ibi,ꝙ agēdo possum allegare cām ꝓximam meam,& remotā.s.auctoris mei.Bar.ꝙ mouet hāc q.& all.hanc Decr.contra illā gl. distinguit.Aut logmur

in ſucceſſore vniuerſali: & verum dicit illa glo. & ibi per Cy. Aut in ſucceſſore ſingulari: & non poteſt niti ex titulo auctoris ſui, ſed proprio. & ita loquitur iſte text. Ratio; quia vniuerſalis eadem perſona fingitur cum defuncto: ſed non ita ſingularis, vt l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. & ita no. ipſe in l. & an eadem. §. actiones. ff. de ex. rei iudi. & not. ordinem allegandi, vt dicit gloſſ. bonus aduocatus &c. vnde Iſidorus. Prius eſt, vt noſtra firmemus: deinde obiecta confutemus. ¶ Vndecimò not. in verſic. nec pro eo. quòd licèt quis mandet monaſterium conſtrui in certo territorio, illud territorium non debet pertinere ad monaſterium ſic conſtructum: & eſt notabilis caſus. Si enim quis mandat conſtrui infra fines ſui poderis eccleſiam: non videtur velle podere ad dictã eccleſiam pertinere. arg. contra. ff. de leg. 3. l. prædijs. §. balneas. & §. qui domum. & quod ibi not. vbi legata domo, venit hortus, per quem ad ipſam habetur aditus: nec iſte text. facit in contrarium; quia multorũ aliorum bonorum facta donatio monaſterio Populeti grauato in cõſtructione noui monaſterij elidebat dictam præſumptionem. Cogita, ſi in dubio podere debeatur monaſterio conſtruendo ibi, ſi de intentione aliud non apparet. & vide. ẽ. de teſtam. c. nos quidẽ. & l. ſeruos ad cuſtodiam. de ali. & ciba. leg. ¶ Duodecimò no. in ver. præſertim. quòd pro monaſterio ædificando dona ri non poteſt. Sed contra, quia poteſt ei legari, vt d. l. ſeruos. & legatum eſt quædam donatio in teſtõ relicta, vt ff. de. le. 2. l. legatum. Solu. aliud in legato, quod quæritur abſenti, & ignoranti, vt l. cum pater. §. ſurdo. ff. de legat. 2. & per hoc dicit Barto. quòd monaſterium nondum conſtructum poteſt hæres inſtitui, ſicut poſtumus naſcituras, vt l. pen. de legat. 1. & ita not. in d. l. ſeruos. & ad prædicta vide quod leg. & no. in cap. ad audientiam. de eccle. ædifi. ¶ Tertiodecimò not. in verſi. pro parte autem. quid iuris, cum ille, qui præeſt iuriſdictioni, & dignitati aliquid quærit, cui in dubio videatur quærere. Iſta allegatio facit, quòd videatur quærere ſibi vt priuato: ſed allegatio in verſi. ſed ad hoc. facit quòd videatur quærere dignitati. Quid ergo dices? & certè in prælato adminiſtrationem habente habemus caſum, quòd in dubio videatur quærere dignitati, in c. requiſiti. de teſta. Sed in adminiſtratoribus ſæcularibus, an in dubio videantur quæſiuiſſe de ſuis bonis, & induſtria: aut de bonis adminiſtrationis, & offi cij. dixi in c. 1. de pecul. cleri. & remiſi ad not. per Cy. in Authen. licentiam. C. de epiſ. & cler. ubi dicit, quòd in adminiſtratore ſæculari perpetuo idem, quod in prælato: ut de bonis adminiſtrationis quæſiuiſſe videatur. in temporali præſumitur, q̃ de ſuo, & ſua induſtria, non de tali officio tempora li. & vide per me plenius in d. c. 1. & iſta habent locum, cum quæritur de bonis iam acquiſitis. ¶ Quid ergo ſi adminiſtrator aliquid ſtipulatur ſibi, vel alteri promittit, nec exprimit: vtrùm proprio nomine, an vt adminiſtrator illud facit. Quid in dubio præſumatur. vide per Bar. in l. poſt mortem. ff. quan ex fac. tu. & l. ſi ita ſtipulatus. §. Ghriſogonus. ff. de ver. oblig. ¶ Quartodecimò no. quòd cum defunctus donat ſub conditione rem alienam, quę poſtea peruenit ad hęredem eius, innuit iſte tex. quòd hæres non teneatur eam tradere. & in hærede priuati vtrùm poſſit repetere rem propriam, quam auctor eius alienauit. dic, quòd ſi fecit inuentarium, poteſt reſcindere factum defuncti, ſi hæreditas non eſt ſoluẽdo: aliter tenetur ſtare contractui auctoris ſui, vt legi. & no. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. & l. cum à matre. C. de rei vendi. vbi etiam de hoc. In ſucceſſore autem dignitatis minus videtur dubium, quòd non poſsit grauari per prædeceſſorem in rebus proprijs; quia ſuccedere dicitur dignitati, non perſonæ. & dixi in Clemen. fina. de procurato. Text. autem videtur, quòd prædeceſſor poſſit grauare ſucceſſorem in dignitate ad aliquod factum, vt c. licèt vniuerſus. de voto. Sed ibi ſucceſſor illi obligationi conſentit: vel ibi erat obligatio reſpiciens dignitatem, & non perſonam. ¶ Tangit hic Ioan. And. vtrùm in caſu huius. cap. poteſſet ſucceſſor reuocare donationem aui factam iſtis hoſpitalarijs, remittit ad Specu. de inſtru. edi. §. vt autem. in fin. & ibi dicit, quòd non teſt reuocare ſucceſſor: niſi Imperium, Regnum, vel Ducatus enormiter lædaretur; quia tunc poſſet: niſi præſcriptione, vel aliàs legitimè ſe tueri poſſet, ſecũ Lap. Tu vide no. in ſimili in 1. conſti. Digeſt. de donatione Conſtantini facta Eccleſiæ, an ſit reuocabilis. de qua ẽt in Cl. Romani. de iure eiu. ¶ Quintodecimò no. in ver. qm̃ & ſi petitum. q̃ valent acta, iudicium, & ſnĩa: licèt nulla cõpeteret actio à pr. quod ergo dr̃, q̃ ſine actione nemo experitur, l. ſi pupilli. §. videamus. de neg. ge. dẽt intelligi, ſi fuerit exceptum. Si verò ſine actione in cã ſit proceſſum, tenet iudicium, vt hic. pro hoc allego l. no tabilem hoc dicentem. ff. fa. herc. l. cum putarem. quinimmo ex conſenſu partium iudiciũ procedit, ſi actio eſt pempta, vt eſt caſus no. in l. Iulian. alias. l. ſi quis hoĩem. §. quantum. ff. ad exhi. ¶ Sextodecimò no. in ver. præfatus. quod qũq; actor ex primit in libello cãm, ex qua agit. Qũq; nullam cãm deducit: & vtrobiq; tenet iudicium, vt hic patet, & l. ſi ex multis. C. de anna. ex. Aduerte tũ, q̃ cã, quã exprimit, dẽt eſſe concludẽs: aliàs non valeret. puta peto decem; quia Rex eſt in Francia. Cã aũt deducta neceſſariò eſt probanda: aliàs non fieret cõdemnatio, vt hic in ver. [quia cũ certę.] & l. habebat. ff. de inſtitoria. Aduerte ẽt; quia non eſt neceſſe, q̃ exprimatur cã cũ ſuis qualitatibus: vnde dicit Inn. q̃ ſi peterem à monaſterio centum, quæ ſibi mutuaui, non eſſet neceſſe dicere in libello, q̃ cõuerſum fuerit in vtilitatem eccleſiæ. Nam cum dico: mutuaui, intelligitur de mutuo efficaci, qđ peti poſſit. & ita not. in c. fi. de lib. ob. qualiter aũt ſit exprimenda cã, ẽt in reali, & perſonali, no. in l. 1. ff. de ed. vbi plenè. ¶ Decimoſeptimò no. in ver. [quia cum certę] coniuncto, ibi [& ſine quib.] &c. q̃ ſi ex actis iudicij non appareret, cãm, ex qua actor petit hic, habuiſſe initium ante litem motã (quantuncunq; de debito cõſtet) non ſequitur condẽnatio. & hoc clarè dicit gl. quæ incipit. ſ. donatio. Quod dicit Bar. eſſe notandũ in d. §. actiones. alle. quod no. in l. eum actum. ff. de neg. geſ. & l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de ope. no. nun. & ẽt ad iſtam gl. facit quod no. in c. venerabilib. §. ſecus. de ſen. excom. j̃. eo. li. ¶ † Decimooctauò no. in ver. [ſed cum in genero] q̃ ex dñio ſuperue nienti põt ſequi condẽnatio, cum eſt actum gñaliter, cã non expreſſa: & quare non ſic, cũ eſt actum cã expreſſa? dicit tex. q̃ cã ſpecialis hẽt neceſſariò concomitantias loci, & tpis: ſed non ſic generis. gña. n. certis locis, & tpib. nõ menſurant: ſed ſpẽs hñt locũ, & tps ſe concomitantia: vñ nec homo, vt genus gñat: ſed homo Socrates gñat. gña ergo non menſurant tpe; quia tps. quod eſt menſura motus, ſingularia, quæ mobilia ſunt, menſurat, nõ intellectuabilia, vt genera, ſcdm Io. An. in no. poſt Io. Mo. & hinc eſt fortè, q̃ ſi actũ eſt vniuerſali iudicio, veniunt in eo ẽt illa, quæ poſt litem motam accidũt. ff. de pe. hær. l. item vidẽdum. §. ſi quis. & l. ſi hæreditatẽ. & l. ſi quo tpe. & ff. de pecu. l. quæſitum. Sed ibi præcedit titulus pro hæ rede ipſum vniuerſale iudicium intentatum: & ſuper tali fun datur, non ſuper iſta re, vel illa, quæ veniunt per modum declinationis ad titulum præcedentem. & ſic non hñt iuſtitiam de per ſe: vnde ſummariè cognoſcitur tempore executionis, an fuerit in hæreditate, vt no. Inn. in c. conquerente. de offic. ord. Item intellige hunc tex. cum ius ſuperuenit lite pendente ante concluſionem in cauſa. Si verò poſtea (quantuncunque actum fuerit cã non expreſſa) non dẽt ſequi condemnatio ex eodem iudicio. perinde eſt. n. vno caſu, ac ſi poſt ſentẽtiam mouiſſet, vt no. Bar. in ſi. in l. ſi mater. §. eandem. ff. de exc ep. rei iudi. ad hoc vide quod dixi poſt Io. An. §. eod. lib. de iur. cal. c. j. quod dictum no. pro limitatione huius. c. ¶ Decimononò not. in ver. licèt aliquib. q̃ iſta diſtinctio, an ſit actũ cauſa expreſſa, vel non, aliquib. non videt bona, & certè oĩb. legiſtis. Nam Cy. eam reprobat, & dicit, q̃ ſiue ſit actum expreſſa cauſa, ſiue non, ex ſuperuenienti dominio poſt litem motam

motam non poteſt ſequi condemnatio. Nam, ſecundùm eũ, qñ agitur reali, conſideratio cauſæ remotæ (vt emptionis, donationis, & ſimilis) non facit ad factum: quia non ex eius virtute, ſed cauſæ proximæ. ſ. dominij fit condemnatio, ſicut in appellatione à diffinitiua. Nam ſi probet etiam aliã cauſam, quàm deductam in appellatione, debet obtinere, vt l. ſcio. ff. de appella. Nam ſicut cauſa proxima ſententiæ eſt iniquitas: ita dominium eſt cauſa proxima rei vendicationis. Sicut ergo in appellatione poteſt appellans allegare nouam cauſam ad redarguendum ſententiam de iniquitate, vt d. l. ſcio. ita vendicãs rem ex vna cauſa, põt aliã deducere, & hoc not. Cy. in l. edita. C. de eden. & l. vna. C. de alie. iud. mu. vbi prædicta confirmat alia rõne, ex dñio nanq; ſuperueniente, pẽden te iudicio, põt actor iterum agere. Nec obſt. ſibi exceptio rei iudicatæ, vt l. ſi mater. §. eãdẽ. ff. de exce. rei iu. ibi dicit [nox ex alia cauſa] &c. & ſi veniſſet in illo iudicio, ſecuta abſoluto ria non poſſet ad id iterũ agi, quod in priori iudicio includebatur, vt l. ſi quis cum totum. ff. de excep. rei iud. his rationibus concludit poſt Inn. quòd id, quod hic dicit, malè dicit. idem Dom. meus ibi. & ratio Inno. quam hic reddit de concomitantijs, reſpicit probationem, non litis conteſtationem, & dominium, quæ oportet præcedere ipſum iudicium: vnde ſi nec cauſa, nec dominium, nec actio præcedunt lit. conteſtatio. impoſſibile eſt, q̃ actor vincat. Nam iudicia debent re ctè initiari, vt l. vniuerſis. C. qui dari tu. po. Præterea contra iſtam deciſionem facit; quia generalis petitio reſoluitur in omnes ſingularitates, quæ ſub ea poſſunt claudi tẽpore propoſitionis. ff. de anna. exc. l. fi. & non comprehendit ea, quæ non poſſunt tunc claudi, argum. ff. de auro & arg. leg. l. ſi ita. Præterea litis conteſtatione quaſi contrahitur. ff. de pecu. l. 3. §. item ſcribit. Sicut ergo verus contractus ſimpliciter factus non extendit ſe ad futura. vt ff. de verb. oblig. l. cum ſtipulamur. & l. ſi à colono. Ita nec quaſi contractus debet futura complecti. Ex quibus concludit, quòd hoc cap. non eſt ſeruandum in foro ciuili; quia contra iuris ciuilis regulas. quod etiam ſentit hic iuriſtor in ver. præſertim. & ver. vtilius. ſeruetur ergo in foro canonico hæc æquitas. Et concludę, q̃ dominium ſuperueniens pendẽte iudicio nullo caſu prodeſt actori de iuris rigore. & hoc verum, niſi ſuperuenerit ex cauſa de præterito, & quæ retro trahatur, vt l. ſi rem. §. fina. ff. de pigno. actio. & l. non poteſt videri. ff. de indic. vbi de hoc. de æquitate autem canonica prodeſt, ſi actum fuerit cauſa non expreſſa, vt hic. Ad vnum aduerte, quod ẽ. tetigi poſt Cyn. ſcilicet, quòd ſi eſt actum expreſſa cauſa rei vendicatione: ſi ex alia probo ad me dominium pertinere, debeo vincere, ſicut in appellatione, vt l. ſcio. præallega. iſtud enim non approbat Barto. in d. §. actiones. Non obſt. ſimilitudo de appellatione. in ea enim ideò omnes poſſum proſequi; quia propter illam aliam cauſam non poſſem iterum appellare; ideò quia perit ius meum in omni cauſa mihi competente, omnes deducere poſſum. hic verò propter cauſam non deductam poſſum inſtituere nouum iudicium. Nec obſt. exceptio rei iudicatæ, vt no. in l. 1. ff. de eden. & d. §. eandem. per Bart. ¶ Opponitur ſecundùm Ioan. And. Exceptio ſuperueniens reo lite pendente ſine facto actoris ſibi non prodeſt, vt ff. de excuſatio. tuto. l. 2. §. numerus. & de vac. mu. l. 2. §. qui ad munera. & ſupra de teſt. cap. cauſam quæ. & Ang. in l. ſi poſt acceptum. de rei vendicat. ſi ergo exceptio ſuperueniens non prodeſt reo: multò fortius dominium ſuperueniens non debet prodeſſe actori, vt in capit. non licet actori. de reg. iur. Sol. dicit Ioan. Mo. hoc contingit propter circuitum euitandum, vt in verſic. nec prodeſſet. Item prius grauaretur actor, tui generaliter agenti obſtaret exceptio rei iudica. vt hic in gloſſ. ſi enim. Aduerte ad hoc ſuum dictum; quia credo verum de æquitate iſta. Nam poſt quàm per ipſam clauditur ſub eodem iudicio, vt hic patet: ſi iudex tulit ſententiam abſolutoriam, agenti iterum ex eo obſtabit exceptio rei iudic. Sed de iure ciuili, quo ceſſat hæc æquitas, vt prædixi, iterum agenti ex iure ſuperuenienti pendente iudicio non obſtabit exceptio rei iudic. poſtquàm in illo iudicio non poterat claudi, nec venire, per iam dicta. Non obſt. §. numerus. & §. qui ad munera. quia ibi vocatio ad munera fuerat legitima, quæ ex ſuperuenienti cauſa non poteſt infringi, vt in reg. factum legitimè. de reg. iur. Barto. iſtam quæſt. (vtrùm ſcilicèt reus poſſit vti exceptione, quæ ſuperuenit poſt litem conteſtat.) examinat in l. 1. ff. de exceptio. Et diſtinguit tria membra. Nam aut ſuperuenit ex cauſa de præterito: & poteſt; ſicut actor ex tali iure ſuperueniente poteſt fundare intentionem ſuam, vt d. l. ſi reum. §. fin. ff. de ſolu. Aut ſuperuenit ius excipiendi pendente iudicio ex noua cauſa. & tunc aut facto aduerſarij. & poſſum illa exceptione vti, vt Inſtitu. de perpe. & tempo. act. §. fina. & l. iuſiurandum. & ad pecunias. in fin. de iureiuran. & l. eleganter. §. ſi quis poſt. de condictio. indebit. Aut ſuperuenit mihi exceptio ſine facto aduerſarij: & non poſſum ea vti, ſecundùm P. qui alleg. in Auth. vt cum de appella. co. in princip. pro quo l. excuſatur. ff. de excuſat. tuto. Sed Barto. in hoc vltimo membro dicit, quòd exceptio, quæ concernit ius, & actionem in iudicium deductam, poteſt opponi, quantuncunque ſuperuenerit pendente iudicio, vt l. finautem. §. 2. ff. de rei vendica. & ſolu. matrimo. l. rei iudicatæ. & l. Paulus. qui. mõ. pig. vel hypo. ſol. hoc fallit in l. ſi poſt acceptum. ff. de rei ven. & ita not. in l. 1. ff. de excep. ¶ Quæro. dixi quid iuris, quando pendente iudicio ſuperuenit ius reo, vel actori. Sed pone, quòd à principio competebat, ſed defecit pẽdente iudicio (puta, reus deſijt poſſidere, vel actor deſijt dominus eſſe.) Cyn. in d. l. 1. in reo diſtinguit; quia aut deſinit poſſidere dolo: aut ſine dolo. Si dolo, iuris interpretatione habetur pro poſſeſſore: & ideò condemnatur, vt l. parem. ff. de reg. iur. in capit. pro poſſeſſore. j̃. eod. libr. de regu. iur. Si ſine dolo, abſoluitur, vt l. finautem. §. poſſidere. ff. de rei vendicatio. Aut deſijt poſſidere culpa: & tunc aut lata. & idem, quod in dolo. aut leui: & tunc aut ante lit. conteſta. & abſoluitur. aut poſt litem conteſtat. & condemnatur, ac ſi poſſideret. naſcitur enim tunc quidam quaſi contractus inter partes, qui debet cenſeri celebratus gratia vtriuſque: ſed non ita ante. ¶ Si verò loquimur in actore, cui deſijt actio competere pendente iudicio. dic, quòd aut perdidit propter aliquod factum, quod poteſt reo imputari: & ſequitur condemnatio, vt l. ſi poſt acceptum. ff. de iudic. Aut propter factum, quod non poteſt reo imputari: tunc non procedit iudicium, nec ſequitur condemnatio, vt l. ligni. §. fin. ff. ad exhiben. ¶ Secundò opponitur, & videtur, quòd libellus, de quo in princip. capitu. non debuerit admitti propter repugnantiam, vt in iuribus allegat. in fin. 3. gloſſ. quæ ſoluit in fine multis modis ibi: & videas quod ſentit Barto. Cui adde quod dixi circa iſtas ſolutiones in ſimili ſupra eod. lib. de poſtula. prælato. capit. 1. & de electio. capitu. vt quis duas. ¶ Tu pro clariori intelligentia huius gloſſ. præmitte, quòd eſt reperire dominium directum: & iſtud qualiter acquiratur, tangit hic gloſſ. 3. & Inſtitu. de rerum diuiſio. per totum. Eſt & dominium vtile: & iſtud competit emphyteutæ, conductori ad non modicum tempus, & ſimilibus. Eſt & quaſi dominium: & iſtud qualiter acquiratur, & quot ſint neceſſaria in eius acquiſitione, iſta tertia gloſſ. proſequitur ſatis plenè. & Inſtitu. de actio. §. aliæ. Ex iſto cauſatur publiciana, vt in gloſſ. & ideo Iuriſconſulti ſucceſſiuè fecerunt tres titulos. vnum de rei vendicatio. quæ competit pro dominio directo. alium de publiciana. quæ competit quaſi domino. tertium ſi ager vectigal. vel emphyteu. pe. & competit ad vtile dominium vendicandum, vt dixi. hoc ergo præmiſſo, videtis hic, quòd iſte deduxit in libello dominium, vel quaſi. & gloſſ. & communiter omnes tenent, quòd iſte libellus procedit potius de conſuetudine, quàm de iure. quod tenet Bartol. in d. §. actiones. vbi dicit, q̃ licèt talis libellus

admittatur: tamen vnum debeo prosequi, vt dominium, vel quasi alleg. gloss. in d. §. aliæ. ¶ Sed tunc est quæstio, an vno prosecuto, obstet exceptio rei iudi. in alio. Refert hic Io. An. notabiliter dicere, q̃ nõ ob. quod est verum, scḋm eũ, quando prosecutio fuit specialis; ita q̃ discerni potest prosecutio alterius tantùm. Sed si non discerneretur (puta quia dixit rem ad se pertinere. Nam hoc verbũ, pertinere, ad vtrunque refertur, vt l. verbum illud pertinere. ff. de ver. sig.) Tunc esset idem, quod in personali generaliter intentata: quia obstaret exceptio ex omni causa, iuxta materiam l. licèt. C. de iudi. Sed pone, q̃ quis dixit in libello, rem ad se pertinere iure dominij: de quo dominio debet intelligi? Bar. plenè tangit in l. si mater § eandem. ff. de excep. rei iud. & breuiter ibi tenet, quòd deducendo simpliciter dominium debet intelligi de vtili, & directo: & si additur, vel quasi, debet etiam intelligi de publiciana, vt in isto c. ista ergo publiciana non venit sub appellatione dominij: vnde succumbens in rei vend. potest intentare publicianam, vt plenè no. ff. de euic. l. minor. §. j. & in Spec. de actio. & peti. §. sequitur. versic. quid si primo. ¶ Quæro. dictum est. s̃. quòd agens rei ven. quandoque exprimit causam, & quandoque non. & intellige voluntariè. Nam ad hoc non cogitur: licèt secus in personali, vt c. fi. s̃. de libel. obla. Et no. in l. 1. ff. de edẽ. Sed quæro, an debeat exprimi locus, & tempus: isto tex. facit, q̃ sic, quando agitur causa expressa. Nam tempore non probato, & loco, vacua & inanis remanet intentio actoris, vt in tex. Ioan. And. post Innocen. dicit, quòd actor non habet necesse exprimere in libello diem, vel locum contractus: sicut nec testis exprimit diem, de fide instrum. c. cum Ioannes. nisi iudex ex certis causis illud fieri iuberet, vt ibi. & hoc intellige verum, quando agitur actione descendente ex contractu. Sed quando actio descendit ex delicto, siue agatur ex eo ciuiliter, siue criminaliter debent exprimi locus, & tempus, vt c. tuæ. de procu. & l. prætor edixit, in princ. de iniuri. & l. libellorum. de accus. & hoc not. Bart. in l. & an eadem. §. actiones, præalleg. ¶ Vltimò gl. quæ incipit. s donatio &c. colligit ex illo tex. arg. quòd tabellio in instrumento dẽt apponere locum contractus. & hoc firmat. Sed contra eam facit l. pen. ff. de pig. vbi per epistolam, quæ caret die, & consule, pignus contrahitur. Sed ibi loquitur de præiudicio scribentis: hic de præiudicio tertij, vt no. Io. And. in c. inter dilectos. versi. super verbo facilius. de fide instrum. Item facit in contrarium: quia valet dictum testis, si non fuerit interrogatus de loco, vt in c. cum causam. de testi. ergo & instrumentum, quod eandem vim obtinet, vt l. in exercedis. de fide instru. Ad hoc respondet, vt d. c. cum causam. in nouel. & hic. & vide quod de hoc no. Cy. in l. optimam. C. de cõtrah. & cõmit. stipu. & C. de tabularijs. l. generali. lib. 10. & per Io. An. in d. ver. facilius. qui etiam hoc tãgunt, vtrùm debeat notarius in instrumento apponere locum loci, puta Bonon. in contrata sancti Andreæ. & quod non sit necesse, allega. d. l. optimam. vbi de ciuitate tantùm fit mẽtio, secundùm stilum literarum Papalium, vbi non fit alia expresio. facit pro eo, proœmium Clemen. in fin. In contrarium allega. datam huius libri, ibi [Romæ apud sanctum Petrum] &c. Concludit, q̃ generalis mentio loci non sufficiat, in Auth. qui. mod. na. effi. legi. §. quantùm verò. coll. 6. vbi etiam domus scribitur, vt d. l. libellorum. Ad contraria respondet, vt hic in nouel & hanc opi. tenet Cy. & Iac. But. in dicta l. optimam. nisi consuetudo localis aliud induceret, vt in Auth. vt præponatur nomen Imperatoris in §. si qua verò. collat. 5. & C. de ædif. priua. l. 3. & ista cõsuetudo viget Venetijs, vbi etiam in instrumentis (vbicunque per ciuitatem fiant) ponitur Riualtus, vbi fuit origo ciuitatis, etiam in tali casu remanet dubium, de quo in fi. gl. s. donatio, cui adde quod not. in Spe. de instr. edit. §. restat. ver. & no. quòd tabellio. & ver. se. ¶ Vltimò no. gl. magnã pro intellectu Auth. malæ fidei. C. de præscrip. long. tempor. vbi ad præscriptionem longi temporis requiritur bona fides tradẽtis, & recipientis, illud enim est verum in præscriptione. Sed in publiciana sufficit bona fides excipientis, quæ præsumitur, vt dicit glo. & idem Specu. de causa possess. §. nunc dicendum. versic. penul. & in illo. §. plenè prosequitur materiam publicianæ, & libellorum super ea. Aduerte etiam, quia mala fides tradentis impedit præscriptionem longi temporis, quando non dominus alienat. Si verò dominus alienat rem suam, quam pignori obligauerat; vtrùm tunc contra creditorem possit, qui accipit, se tueri præscriptione longi temporis. dubitatur. Nam licèt debitor alienans non fuerit malæ fidei respectu proprietatis, vt ff. de acquiren. posse ff. l. si quis fundum, tamen fuit malæ fidei respectu iuris creditoris, cui obligauerat, vt ff. qui pot. in pign. hab. l. qui balneum. in fi. propter igitur malam fidem videtur istud ius non præscriptibile longo tempore. Io. And. remittit de hoc ad Specu. de præscriptio. ad fin. maximè ad versicu. quid si debitor. & quod ibi per eum in additionibus. Cyn. eam ponit in Authen. malæ fidei. in 4. quæst. & tenet, quòd illa Authen. non corrigat l. 1. & 2. C. si aduer. credit. vbi facta alienatione per debitorem rei obligatæ, præscribitur decem annis contra creditorem. motiua sua ibi videas. & de intellectu illius Authen. vide plenè per Bartol. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquiren. possessio.

SVMMAE.

1 *Arbitria ad instar iudiciorum dicuntur esse redacta.*
2 *Gerens actum plurium quandoque in plurali loqui debet: quandoque in singulari.*

CAP. III.

CVm ab vno. ¶ Primò ponit dictum. Secundò eius determinationem, ibi [oportet.] ¶ Tertiò casum determinationi dissimilem, ibi [licèt.] ¶ † Not. quòd eadem forma præfigitur arbitris, & iudicibus in prolatione sententiæ. Hinc dicitur, quòd arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, in l. 1. ff. de arbi. & oritur actio in factum ex sententia arbitri, sicut ex sententia iudicis, vt l. pen. & ff. de arbi. de sententia arbitratoris etiam dic per Io. An. post Inn. in c. Quantauallis. de iure iuran. ¶ Secundò no. quòd iste tex. copulatiuè exigit præsentiam, & mandatum, alterum ergo non sufficit, vt l. si hæredi plures. de condi. instit. & per hoc, quod dicit tex. de præsentia, infero, quòd per interuallum temporis ante ipsam sententiam non sufficeret mandatum: puta cõmisit vnus alteri motum animi sui, vt not. in l. ficuti. ff. de arbit. quod est verum in arbitris, & in iudicibus delegatis ab alio, quã à principe. Sed in delegatis à principe, qui possunt subdelegare, vt l. à iudice. C. de iudic. & in ordinariis, sicut ipsi possunt delegare: ita motum sui animi committere; sicut vnus tutor committit alteri gestionem tutelæ. & ita not. Bart. in l. si vni ex pluribus. ff. de re iudi. Et si intellexit, quòd ista commissio motus animi habeatur perinde, ac si esset ab omnibus recitata: non puto bene dictum, per hunc text. Si verò intellexerit, quòd iure suo, & tanquam delegatus collegę pronunciaret: tunc dictum suum saluari potest: sed forma tradita in versic. oportet. non est de substantia. & ita sentit hic gloss. quæ incipit. necessitatem, &c. & magis est ius, & effectus diuersus, an sit recitata per vnum, tanquàm omnium delegatum: an verò omnes videantur protulisse, vt in isto cap. differunt enim in specie ius electionis, & iudicium, in qua error interdum uitiat. quod dic per Ioan. And. supra de præscriptio. capitu. cum ex officijs. & per hoc, quòd dicit [mandantibus] inferas, quòd non sufficeret subsequens ratihabitio: licet per vnum nomine suo, & aliorum fuerit recitata, vt in gl. tertia, & nota. Bartol. in dicta l. si vni. & Innocen. de officio delegati. ca. p. prudentiam. & in Spec. de senten. §. sequitur. versic. quid si sunt duo. & versicu. 28. simplex autem consensus vtrùm habeat vim mandati. puta consentit vnus, q̃ alius reciter, sed non mandat. Arch. hic sentit, quòd sic. Sed contra, aliud est velle, aliud mandare, l. si pater. §. fi. ff. de manum. vindi. & not. in l. ob hæc verba. ff. de his, qui no. infa. So. dicit Bar. vtrum consensus, siue voluntas inducat mãdatum: refert, aut negotium pertinet principaliter ad volentem: & tunc inducit mandatum, vt l. 1. ff. man. Aut pertinet principaliter ad gerentem: & non inducit mandatum, vt in l. prælleg. Aut potest pertinere pariter ad vtrunque; & tunc aut voluntas præcedit actum, & est causa actus: & inducit mandatum, vt in l. post dotem. ff. sol. mat. secundùm terciam lectur. aut actus præcedit voluntatem, & est causa voluntatis; & tunc voluntas non inducit mandatum, sed simplicem consensum, vt l. si fundus. §. 1. ff. de pigno. & ad hoc vide glos. in l. si verò non remunerãdi. §. si post creditam. ff. man. & inducit ista ad quæst. Accuso Titium de voluntate. M. vtrum videar accusare tanquàm procurator? dicit, quòd non, si talis est causa, in qua non admittitur procurator: quia cum istud verbum, voluntatis, exponatur diuersis modis, debet intelligi, vt de iure potest intelligi. q̃ quo dicto facit l. filius §. sed & filia. ff. de proc. & hanc dist. ipse ponit in d. l. post dotem. Ex quæ inferas ad propositum nostrum. quia hoc negotium, s. ferre sententiam pertinet ad omnes iudices: si talis voluntas, vel cõsensus vnius præcesit sententiam, seruata forma, de qua hic, habetur pro mandato. & sic bene sentit Archid. per iam dicta: quæ sunt notãda. Item quod hic dicitur, quòd per vnum potest alijs præsentibus, & mandantibus recitari, debet intelligi, cum concordãt in sententia: nam habentur tunc pro vno, vt l. 1. C. de erro. aduo. & l. si procuratori. de verb. ob. Secus si non concordarent in vnam sententiam, vt in Auth. vt iudi. non exp. fac. iuste. §. finautem. colla. 9. & ita hic in nouel. post Archi. pro quo facit iste tex. in ver. oportet. vbi exigit, quòd consensus recitantis, & mandantis in vno concurrant: propter quem concursum iste tex. tolerat, quòd vnus possit per alium recitare: aliàs non sic. vt j. c. proxi. in contrarium facit c. si quis iusto. § porro. s. eo. li. de ele. vbi quòd habet mandatum expressum, potuit aliter agere nomine proprio. quàm mandantis. Sed ibi loquitur in negocio, quod potest regulariter per alium explicari: hic non, nisi in casu huius c. cum concordant in vnam sententiam. & sic etiam respondet ad l. accipientis. ff. de aucto. tu. vbi vnus tutor auctoratur duobus pupillis inuicem litigantibus. quod intellige, prout ibi not. & ad prædicta adde quod not. Specu. in titu. de arbi §. fi. ver. pone ergo. vbi inuenies, quod hic ponit Arch. de Azone, & socio: qui electi arbitri simul sententiam legerunt. ¶ † Tertiò not. quòd vnus, qui gerit actum vice plurium, debet quandoque loqui in plurali: quandoque in singulari, vt in ver. licèt secus. rationem differentiæ cogita. & adde, quòd quandoq; pluralis sermo reducitur ad singularitates. & hoc verum, quando pluralitas nõ requiritur ad substantiam actus: aliàs secus, vt in testibus, vt l. vbi numerus. ff. de testi. & facit ad q. statuti punientis producentem falsos testes. Nam eius pœna habet locum in eo, qui produxerit vnũ tantùm, vt l. 1. & ibi per Bar. ff. de neg. gest. & l. 1. §. homines. ff. vi bo. rap. & ibi per Dy. facit l. fi. ff. ad Trebel. Aduerte tamẽ, quòd licèt vnus pro se, & alijs proferens sententiam debeat loqui in plurali: non tamen econuerso. si sit vnus, cogitur loqui in singulari. immo si dicat. nos talis &c. valebit sententia. Et idem si episcopus compromissarius ad eligẽdum diceret. nos talis &c. vt in glos. fi. &c. Nam consueuerunt episcopi de se loqui in plurali. de consec. distin. 2. c. re vera. ver. fortè dicis. & c. in Christo pater. facit quod not. Io. An. post Hosti. de bap. c. 1. super verbo, te. & j. de pœn. c. 2. in fi. ¶ Vltimò no. q. glo. pen. cum plures commiserunt vni electionem, & publicationem illius, quem concorditer nominauerant: si postea nominauerint vnum, & illi dicant non de illo, sed de alio mandasse, cui sit credẽdum? dic, vt in ea. cui adde l. Theopompus. ff. de dote præleg. & quod not. Cy. C. de fal. l. si quis Decurio. vbi not. de teste, qui dicit aliter se dixisse, quàm scripserit notarius: cui potius sit credendum. & de nuncio, qui dicit aliquẽ citasse; & ille neget. dic vt ibi, & c. ad audientiam. de præscrip.

SVMMAE.

1 *Sententia ad hoc vt valeat, tria in ea requiruntur.*
2 *Appellare non est necesse à sententia, quæ est nulla.*
3 *Episcopus sententiam per alium recitare potest.*
4 *Episcopus illustribus assimilari dicitur.*
5 *Sententia sine scriptis an valeat.*
6 *Partes an possint conuenire, quòd sententia feratur sine scriptis.*

CAP. IIII.

ET si sententia. Sũt duæ partes. prima ponit regulare dictum, & casum excipit. cui dat simile. secunda ponit regulam bimembrem, & in sum. ponit tres casus sententiæ diffinitiuæ, & à prima excipit vnum casum. ¶ No. quòd tex. loquitur de sententia diffinitiua. Ex quo datur intelligi, quòd sententia interlocutoria valet, etiam sine scriptis, vt in glo. 1. Regulare est. n. quòd scriptura non sit de substantia dispositionis, nisi in casibus expressis in iure, de quibus in c. 1. de censi. j. c. lib. Et hoc tenet Bart. in l. 2. C. de sen. ex peri. reci. & ibi per eum, vtrum interlocutoria exigat sesionem pro tribunali, sicut diffinitiua. & dicit, quòd sic, si requirit causæ cognitionem. aliàs secus, vt l. à procedente. C. de dila. & ff. quis ordo in pos. bo. ser. l. 2. §. dies. & no. Dy. in l. quod iussit. ff. de re iudi. Item secundùm Ioan. An. in nouel. iste tex. requirit scripturam. vbicunq; igitur scripta fuerit, nil refert, etiam in pariete, ar. 3. q. 7. c. postulatus, vbi de hoc. facit l. 1. ff. de bo. pos. secundùm tab. ¶ † Secundò no. quòd iste text. tria exigit, vt sententia valeat, videlicet scripturam, recitationem, & sesionem. Adde quartum. s. quòd pro tribunali maiorum. illum enim locum tenetur obseruare, vt no. Bar. in l. 1. C. de sen. ex peri. reci. & quia ille tex. loquitur in sententia iudicis, quærit Lap. quid in sententia arbitri. dicit, quòd est etiam in scriptis ferenda, alle. glo. Accur. in l. cum antea. § finautem. C. de arbitris. ¶ † Tertiò no. quòd à sententia, quæ est nulla, non est necesse appellare. quid si appelletur, & deseratur, an talis desertio firmet eam contra nullitatem? dic. quòd non, vt l. si expresim. ff. de appel. Tempus enim præfixum instantiæ appellationis non complectitur causam nullitatis. Quod an sit verum, quando in appellatione est deducta iniustitia & nullitas, Bar. tangit in d. l. si expresim. & plenius do. meus in l. tale pactum. § qui prouocauit. ff. de pac. Aduerte, quòd licèt appellatio interposita à sententia, quæ est nulla, non habeat effectum suspendendi, vel extinguendi: habet tamen effectum deuoluendi, secundùm Ioan. And. in nouel. vbi tangit, an possit quis simul prosequi iniustitiã, & nullitatem. & remittit ad no. de app. c. dilecto. vbi dixi. ¶ † Quarò no. quòd episcopus potest sententiam per alium recitare, & hoc propter dignitatis prærogatiuam. Iste autem honor debetur episcopo propter consecrationem, & ordinem episcopalem, vt probatur in c. 1. § sicut autem s̃. de transla. & de ordi. ab epi. c. 1. Ex quo infert Io. An. quòd electus cõfirmatus, vel administrator episcopatus non habebit istam prærogatiuam recitandi sententiam per alium, ar. c. sanè. de priuileg. & c. quæ à iure. de re. iur. & ita refert tenuisse genetum suum. D. Io. de sancto Zorzo in sua disputatione. ¶ † Quintò no. quòd episcopus hic assimilatur illustribus. Gul. in Specu. dicit eos spectabiles in ti. de iurisd. om. iu. in ver. secundùm canones. & ibi in 1. & 2. col. de quinq; gradibus magistratuũ. & in Auth. de illust. & qui super eos sunt. §. sanctimus. col. 5. De varijs nominibus episcoporum tractat hic Ioan. An. Nam quandoq; episcopus dicitur pupilla oculi Dei, & colũna Ecclesiæ Dei. Quandoque summus sacerdos. Quandoq;, quòd episcopus habet personam Christi. Quandoq; quòd est suus vicarius, vt hic videas in nouel. & per hoc quòd episcopis tantùm conceditur per altos recitare, argue, quòd hoc alijs non licebit.

C. de fen. ex pi. reci. l. fin. canonizatã. 2. q. 2. c. ſtatutis. Ex hoc etiam (ſ. quia debẽt per ſe in ſcriptis iudices ferre ſentẽtias.) argue, quòd illiterati non poſſunt eſſe iudices. Nam ſi neſciũt literas, non poterunt legere, nec recitare. contrarium tamen tenet glo. in l. 2. C. de ſen. ex peri. reci. vbi Bart. dicit ſic de facto ſeruari. ſ. quòd rectores terrarum quotidie eliguntur illiterati. & ciuitas eligendo tales, videtur velle, quòd recitẽt per alium, vt l. quidam conſulebat. ff. eo. Literati ergo non poſſent etiam per aſſeſſores, quos ſecum ducunt, vt no. Gof. in ſum. & §. diffinitiua. & Lap. hic. & vide quod hic no. gl. 2. quæ innuit, quòd petitio, & allegationes partium ſunt in ſententia inſerẽdæ, & redigendæ. & licèt ita ſeruetur de facto: tamen, ſi omittatur, non vitiatur ſententia. fateor tamen, quòd ſententia referenda eſt ad petita in libello: alias ſtultus eſſet iudex, qui ꝓnunciaret ſuper non petitis, vt l. fi. C. de fideicom. li. & ca. qualiter, & quando. de accu. Sed quid dices in cauſis, in quibus ſine figura procedit? dic, quòd aliqualis petitio debet dari, & ſentẽtia ferri in ſcriptis, vt in Cle. ſæpe. §. verum. & §. à ſententia. de verb. ſig. ¶ Sextò no. in §. ſententia. quòd non ſufficit tradi ſententiam litigatoribus in ſcriptis ſine recitatione. concor. l. 1. C. de ſen. ex peri. reci. Similiter nec teſtis per ſcripturam feret teſtimonium. 3. q. 9. c. teſtes. ¶ † Opponitur, & videtur, quòd valeat ſententia ſine ſcriptis, vt in iuribus allegatis in glo. 5. & ſolue, vt in ea. & plures caſus enumerat, & inter alios, cum epiſcopus iudicat inter clericos ſuos. quod intelligit Ioan. And. verum ſolum de minoribus cauſis. Sed hic quæritur, vtrùm in cauſis iſtis, in quibus non eſt ferenda ſententia in ſcriptis, idem ſit in proceſſu earum: vt non debeat in ſcriptis redigi? Bar. videtur velle, quòd de proceſſu credatur ſimplici informationi iudicis. Sicut quandoque ſtatur ſoli relationi nuncij, vt l. magis puto. §. ne tamen. ff. de re. eo. & dicit hoc notandum pro compromiſſis, quæ fiunt, in quibus datur poteſtas procedendi in ſcriptis, vel ſine: quia per hoc videntur velle partes, quòd eius ſimplici informationi credatur. quod dicit perpetuò notandum in l. fi. C. de ſen. ex peri. reci. ¶ Quæro, vtrùm præſumatur ſententia in ſcriptis lata. Io. And. remittit ad Specu. de ſen. prola. §. iuxta. ver. non valet etiam. vbi dicit, ꝙ ſi ſententia eſt lata in verbis primæ perſonæ, præſumitur lata in ſcriptis. Secꝰ ſi in tertia perſona. Et no. circa hoc cautelam quinta glo. ad fi. quòd tutum eſt in inſtrumento ſuiæ ſemper inſerere [in ſcriptis his] &c. Et circa hoc vide quod no. de ap. §. 1. ver. & notabiliter. vbi dicit, quòd ex quo tabellio teſtificatur appellantem in his ſcriptis appellaſſe, ſufficit. Sed ſi diceret [in ſcriptis appellauit] & non diceret [in his] non ſufficit fortè, niſi appareret illa ſcriptura. Sed bene ſufficit, ſi tabellio ſic dicat [lecta, & porrecta fuit ī ſcriptis hæc appellatio ſub prædicta forma, tali die, & præſentibus talibus] & ita hic Lap. ¶ † Quæro poſt glo. vtrum partes poſſint cõuenire, quòd ſententia feratur ſine ſcriptis, & renunciare ordini iudiciario? dic, vt in ea, quam bene no. & pro declaratione adde, qui dicatur ordo ſubſtantialis iudicij; ita ꝙ eius omiſsio reddat iudicium nullum. Ad hoc dic, quòd quidam eſt ordo vnius cauſæ ad aliam: & iſte, ſi peruertitur, non reddit iudicium nullum, vt not. in l. 1. C. de app. & l. ſi mancipium. C. de euic. Ex quo inferas, quòd ſi prius eſſet conuentus fideiuſſor, quàm principalis: vel prius poſſeſſor rei obligatæ, quàm debitor principalis, nec eſſet oppoſita exceptio, teneret ſententia, & proceſſus; quia peruertitur ordo vnius cauſæ ad aliam. Quidam eſt ordo vnius cauſæ ad ſeipſam, & hic eſt multiplex. Nam quidam eſt ordo ſentẽtię in ſeipſa, & iſte, ſi peruertitur, reddit ſententiam nullam, vt in hoc. c. Idem ſi peruertatur ſubſtantia ſententię; quia non continet abſolutionem, vel condemnationem, vt l. præſes. C. de ſen. Quidam eſt ordo inſtantiæ, & progreſſus iudicij. & hic eſt conſiderandũ, quæ ſint de ordine ſubſtantiali iudicij: quorum omiſsio, vel peruerſio reddat iudicium nullum. Barto. dicit, quòd illa ſunt de ſubſtantia alicuius rei, qua ceſſante, res eſſe non poteſt: vt in emptione, & venditione res, & pretium, vt l. pacta conuentã. ff. de contrahen. emp. & in glo. de alijs, quæ ſunt naturalia, vel accidentalia diſpoſitionis. Modò ad propoſitum. ſi remoues examinationem teſtium, vel publicationem, ſententia eſt, & eſſe poteſt. Nam non eſt de neceſsitate, quòd probetur per teſtes; quia multa poſſunt probari per confeſsionem, vel inſtrumenta, quæ ſufficerent ad ſententiam. & ideò ſententia lata ſine teſtibus, & publicatione non dicitur lata contra ſubſtantialẽ ordinem iudiciorum: ſed contra ius litigatoris. Idẽ in iutamento cal. quod poteſt omitti, vt c. 1. ſ. de iura. cal. & ideo non eſt de ordine ſubſtantiali. vnde ſi prius iureẽt, & poſt ea lis conteſtetur, iſta peruerſio non redderet ſententiam nullam, ſecundùm eum: qui concludit, quòd cauſæ cognitio eſt de ordine ſubſtantiali iudicij; quia ſine ea non valet ipſo iure, vt l. ex ſtipulatione. C. de ſen. & C. commi. vel epiſto. per totum. cauſa autem cognita dicitur fieri, quando actus geritur præſentibus partibus, vel per contumaciam abſentibus, vt ff. de mino. l. in cauſa. §. cauſa cognita. Nam ſola præſentia partium, vel alterius abſentia contumaciter facit cenſeri actum, qui geritur, geſtum eſſe cauſa cognita; ita quòd omnis alia cognitio præſumatur. Ex quo notabiliter infert, quòd ſi reperitur libellus, lit. conte. iuramentum de cal. & citatio ad ſententiam, & in ſcriptis lata: licèt nullus appareat præfixus terminus ad probandum, vel nulla dilatio data ad iurium productionem: tamen valebit ſententia, & dicetur lata cauſa cognita, per omnia iam dicta: niſi aliud ex breuitate temporis præſumatur. puta quia inter petitionem, & ſentẽtiam eſt breue tempus medium. Ex hoc enim præſumitur, quòd iudex non fuerit inſtructus. & ideò talis ſententia erit nulla, tanquã præcipiti feſtinatione prolata, vt eſt text. notabilis in c. cum ex literis. de in integ. reſtitu. no. Bar. in l. prolatam. C. de ſen. quæ ſunt notanda.

Rub. De appellationibus.

SVMMÆ.

1 *Propoſitum recti iudicis eſt lites minuere.*
2 *Dilationes dicuntur arbitrariæ.*
3 *Cauſa eſt inferenda in appellatione ab interlocutoria.*
4 *Appellans apoſtolos petere debet, & index dare.*
5 *Iudex quandoq; non admittit appellationem ab interlocutoria.*
6 *Terminus appellanti ad proſequendum appellationem, eſt præfigendus.*
7 *Appellationis articulo finito, in principali cauſa procedi debet abſq; partium citatione.*
8 *Appellatus ſi ſuccumbat in cauſa appellationis, an condemnabitur in expenſis.*

CAP. I.

ORDI. Summa, & diuide, vt in prima glo. Vel ſecundùm Ioã. Mona. diuide in ſeptem partes. In prima conſtitutionis cauſa. Secunda dat formam appellandi ante diffinitiuam, ibi [ſancimus] Tertia, ibi [ſi quibus] informat, quid facturus ſit iudex, à quo eſt appellatum. Quarta, ibi [poſt hoc] tractat viam in appellatione huiuſmodi procedendi. Quinta, ibi [his quæ] præſtatio, & declaratio prædictorum. Sexta, ibi [quòd ſi appellator] punit appellantem. Septima, ibi [ſinautem] punit appellatum, ei incumbentia non ſeruantem. ¶ † No. primò, quòd debet eſſe propoſitum recti iudicis. ſ. lites minuere. concor. l. quidam eſtimauerunt. ſi cerpe. & ibi bona exempla. Item à laboribus releuare ſubiectos parcẽdo ſumptibus, dum lites accelerat, quantum poteſt. In hoc enim latiſsimum habet arbitriũ, vt l. properandum. poſt prin. C. de iudi. † Hinc eſt, quòd dilationes ſunt arbitrariæ, & ſemper

ſemper in his, & alijs ſuo arbitrio reſeruatis pro iudice præſumitur, niſi contrarium doceatur, vt no Inno. in c. innotuit. de eo, qui fur. ordi. fuſce. Si tamen dilationes à iure limitatas abbreuiat, debet cauſam exprimere: alias poterit appellari, vt no. in c. 1. de dil. & quod dixi in repetitione c. finem. de dolo & contu. ¶ Secundò not. quòd iſta conſtitutio habet locum, cum appellatur in iudicio: quod ex tunc incipit, cum quis eſt citatus: nam omne iudicium incipit à citatione, vt not. ff. de in ius voc. in rub. & in c. eccleſia. de conſti. Habet etiam locũ iſta prouiſio, cum appellatur extra iudiciũ, vt dicit tex. Quod gloſſ. 4. intelligit duobus modis. primo, cum appellatur extra iudicium: tamen ab actu per iudicem illato, non in figura iudicij. pone exemplum poſt Io. An. in nouella in illo, qui prouidet alicui de beneficio meo, vel mihi debito, me non vocato: vel de beneficio, quod poſsideo, vt ĵ. de præben. c. licèt epiſcopus. vel ſecundùm Arch. de præben. c. cum ſecundùm. ver. inde eſt. Alij intelligunt iſtam conſtitutionem, etiam cum appellatur extra iudicium, non à iudice, ſed à quocunq;, & dicit hoc tutius. ſed in nouel. primum intellectum refert tenere Io. Mo. & Archi. primò per hunc tex. dum dicit de apoſtolis, qui propriè dicuntur, cum de vno iudice ad alium remittitur cauſa. Et hinc eſt, quòd dicuntur literæ dimiſſoriæ. 2. q. 6. c. poſt appellationem. Item iſta conſtitutio prouidet ſuper præfixione termini: appellanti, quòd propriè competit iudici, non parti. Nam pars, contra quam appellatur, non præfigit terminũ appellanti: ſicut nec dat apoſtolos, vt dixi. tutum tamen dicit, quòd appellans extra iudicium petat apoſtolos ſub hac forma. peto ſi ſit, qui eos dare poterit, vt no. in c. vt ſuper. & ita dicit ſeruari in electionibus. Ex his ergo concluditur, quòd intellectus Inno. eſt, quòd iſta conſtitutio loquatur de grauamine illato extra iudicium. Tamen à iudice magis poteſt de iure defendi: ſi tamẽ ipſe iudex appelletur, etiam extra iudiciũ, iſta conſtitutio locum habet. ſ. e. c. de priore. & c. cum ſit Romana. & ita hic in nouel. poſt Hoſt. ¶ † Tertiò no. quòd in appellatione ab interlocutoria eſt cauſa inferenda. quod eſt verum, ſecundùm quoſdam, ſi non eſt notoria. nam notoriam non tenetur exprimere, vt ſ. vt lite non conteſta. c. accedens. il. 1. in fi. gloſ. 1. Io. And. hic dicit, quòd licèt notoriũ iuris (ſ. quòd cauſa ſit rationabilis) & facti (ſ. quòd ſit varia) releuet ab onere probandi. non tamen ab onere exprimendi, ſiue excipiendi. Idem not. in Cle. appellanti. ĵ. eo. Item, quod hic dicitur de expreſsione cauſæ, dicit non habere locum, quando in maioribus, & reſeruatis appellatur ad Papam. vt ſ. eo. c. vt debitus. & ibi in nouel. ad fi. & ſ. eo. lib. de elec. c. quamuis. in glo. 6. Eſt aduertendum, quòd etiam de iure ciuili in caſibus, in quib⁹ permiſſum eſt appellare ab interlocutoria, debet in appellatione exprimi cauſa legitima. & hoc probat Bart. in l. eius. ff. de appe. recip. vbi etiam dicit, quòd appellatio ab interlocutoria debet iuſtificari ex cauſis inſertis in ipſa appellatione, non ex alijs. nam ſi poſſet ex alijs, nõ reijceretur appellatio. ſicut tex. dicit reijciendã eſſe in d. l. eius. & l. ait prætor. §. permittitur. ff de mino. & eſt expeditum in d. Cle. appellanti. ĵ. eo. ¶ Quartò no. aliud, quod requiritur in appellattione ab interlocutoria. ſ. quòd in ſcriptis appelletur. ſufficit tamẽ ſecundùm Hoſti. ſi poteſt aliter fieri fides de ipſa, vt in gloſ. Subdit tamen, quòd contraria opi. eſt magis expediens. non tamen ſic aſtringit, quòd ad pœnam non ſcribentis extendat iſtam conſtitutionem. vtrùm autem ſufficiat priuata ſcriptura. dic, vt in glo. & vide in Spec. 4. parte. eo. ti. §. 1. ver. & notabiliter. Accur. in l. 1. ad fi ff. eo. tenet, quòd non eſt neceſſe appellare in ſcriptis ab interlocutoria: ſed poteſt etiam viua voce, ſicut & proferri, vt l. diem proferre. ff. de arbi. Sed Bart. in d. l. eius. nititur probare contrarium, quòd etiam de iure ciuili debeat ab interlocutoria appellari in ſcriptis: vt ſic iudex deliberet, an ſit admittenda, vel non: ſicut ad hunc finem offertur in ſcriptis reo tenor libelli, vt in Auth ò offeratur. de lit. conteſta. Et etiam ad hunc finem, vt non liceat vagari, & per

1 † Clericatus eĩ eſt dignitas, vt in glo.2. Quilibet ãt in dignitate conſtitut⁹ debet ingenio ſuo augere auctoritatem dignitatis,vt l.obſeruandum.de offi.pſi.¶ Secũdò not. quòd hic tria vocabula ponuntur, ſcilicet ioculatores, golliardi, & buffones. & alludit vulgaribus prouinciarum. canon autem vocat eos hiſtriones.4.q.1.c.1. & de cõſec.di.2. c.pro diiectione.& vnde ſumpſerit exordium,ponit Valeri⁹ lib.2.c.1.circa medium. facit quod not. Ioan.And.ſ.eod.c. clerici.iſti ex ſuis actibus cognoſcuntur.nam actus aliorum cũ ludibrio ſui corporis repſentãt.& intelli ge,qñ publicè faciũt ſpectaculũ ſui corpis. Tales enim ſunt infames ipſo iure, vt d.c.pro dilectione.Nõ mirum ergo ſi talib⁹ portæ dignitatũ patere nõ dñr,vt l.2.de digni.C.li.12.& de exceſ.pla.c.inter dilectos.& vide de iſtis. 86.di.c.donarẽ. & l.2.§.ait prætor.de his,qui no.infa.Aequum fuiſſet hãc pœna puniri cleri cos,q tenent mancipia quæſtuaria,vt lenones.Nam lex iſtos exequat ſupradictis ſub pœna infamiæ, vt l.athletas.de his, q no.infa.§.ait prætor.vide quod ſcripſi in Cle.1.e.tit.vbi in pœnis nõ extenduntur iura ad caſus maiorem rationem habentes. vñ illa conſtitutio,q loquit de exercẽtibus illas duas artes viles macelli,& taberne, nõ extenduñt ad illos. q exercẽt viliora (puta ad lenocinia,ſiue proſtibula)vt ibi dixi poſt glo. Barto. & Io.de Lig. vide tamen quod in ſimili no.Cy.in l.1.C.quæ ſit long.conſue.¶ Tertiò no.actum damnatũ dici artẽ.ſicut vſura dicitur ars.46.di.c.ſicuti.& magica.1.q.1.c. Petrus. & C.de male. & math.l.2.& baliſtariorũ,de ſagit.c. 1.Sic & cura animarũ dr ars,de æta.& qua.c.cũ ſit.dic,quòd ars ꝓpriè dicit, quando ꝓcipitur cum induſtria & doctrina. hinc enim eſt, q artificiũ extinguit nomẽ officij, nõ econuerſo,vt no.in l.legatis.§.ſi ex offic.de leg.3.vbi qđ iuris,ſi mutat officiũ đ vno in aliđ:an extinguat legatũ? vide in d.l.legatis. ꝑdicta inducũtur ad q.ſi qs ꝓmiſit dare ſeccũ martũ cũ pedite,& dedit cum pedite facto regina. đ.q videtur viciſſe cũ pedite,alle.no.p Cy.in l.9.C.de ſuſpectis. ¶ Quærò not. quòd ille dicitur exercere artem,qui exercet per annũ continuum.& hoc verum quò ad pœnam infligendam exercẽti artẽ vetitã,vt hic. ſed in arte cõceſſa,quã exercẽti parat immunitas: vtrũ ad ꝑcũ cõſequẽdũ debet exercuiſſe p annũ: vel ſufficiat ſemel tñ? Aduerte.ſi tales exercẽt cãs addiſcendi artẽ,ſtatutũ,quod concedit immunitatẽ artificib⁹, non comprehendit addiſcentes artem illã: vnde dicit Bart.q licèt Docto.& aduocati dicantur habere quaſi caſtrenſe peculiũ: nõ tamen ſcholares, vel ſtudentes, vt ipſe no.in l.1.§.nec caſtrẽſe.ff.đ caſt.pec.ar.cõtra.l.legatis § ornatricibus.de le.3.vbi legatis ornatricibus,cedunt ſcholares illius artificij. Sed dicit ſpãle fauore legati,vbi fit latior interpretatio, vt l.in teſtamentis.de reg. iur. & idem in beneficijs, vbi fit latiſsima. Secus in priuilegijs contra commune ius cõceſsis, vbi fit ſtricta,vt c.cum dilectis. de don. ¶ Quærit etiam in d.l.legatis. vtrùm quis dicatur mercator,qui tantùm ſemel emit, vel vẽdidit pannos, ſiue alias merces. videtur, q ſic;quia ille dicitur procurator, qui ſemel eſt conſtitutus. & Imperator,qui ſemel imperauit, & expilator, q ſemel expilauit hereditatẽ. vt l.1.§.expilatores.ff.de cri.expil.heredi. Sed contra hoc videtur.l.1.in prĩ.ff.de tributo. vbi ſæpius debet facere,& hoc ipſe tenet. Nam illa dicitur mercatio, quæ fit negociando,& ineundo cõtractus vltro citroq; obligatorios ſuper rebus, q̃ recipiunt iteratam continuationem. & hoc requiritur,vt dicatur mercator,vt ibi plenè per eum.& tangit in l.mariti lenocinium.§.q̃ſtum,ff.de adulte. ¶ Quintò no.q tranſeuſus anni inducit priuationem ipſo iure immunitatis ordinis clericalis.Sicut in,ſimili.ſ.de ele.c.licèt canõ.in minori verò tpe requiritur trina monitio. grauius ergo peccat,qui pluries pſeuerat in delicto.& hoc verum in delicto continuato. in delicto verò momentaneo ſecus eſt, vt l.ſi diurino.ff. de pœn. & aduerte quòd đt Archi. quod annus debet eſſe continuus, in quo artem iſtam exerceat. Sẽtit eñ ex hoc,q ſi tribus mẽſibus vnius anni,& alterius anni vno menſe (& ſic ex interruptis annis cumulatis in vnum facerent vnũ) nõ haberet locũ iſta pœna.Alibi tamen etiam in ſimili Doct.reuocant in dubiũ: ſi Papa cõceſsit alcui clerico, quòd poſsit per trienniũ audire leges:an intelligatur de tribus annis continuis, an eti am interruptis?& videtur quòd tempore coniuncto,non interrupto,& interpolato, vt l.non ſolum.§.annus.de excu.tu. & l.ſi.§.quotiens.de publica.& eſt ſimilis q̃ſtio in illo, q non per annum cõtinuum, ſed ſæpius interruptũ, ſtetit in monaſterio:an ꝓ hoc inducat profeſsio.q̃ inducitur ꝓ tranſcurſum anni? dic,vt d.§ quotiens.& adde,q tẽpora interrupta in materia ꝓſcriptionis non ꝓſunt:licèt quãdoq; fiat confictio temporũ ad ipſam cõplendã,vt l.ſicut.de ꝓſcrip.30. ann.ſed regulare ẽ qđ dictũ eſt. ¶ Sextò no.Ioan.And.quòd ſicut clericus turpe agens in proprium corpus incurrit hãc pœnam: ſic videtur,q qui ſeipſum, incurrit pœnã can.ſi quis
2 ſuadente.de quo dic per eum de ſent.exc.c. cõtingit. ¶†Septimò no.q ad hoc,vt quis incurrat pœnam iuris, quandoque requirit mõitio, quandoq; non.in dubio autem quomodo hoc cognoſcam,recurre ad doctrinã Inn.in c.extirpãdæ. de ꝓbẽ.& dixi in d.c.licèt can. Et, vt tetigi in d.Cle.1.e.ti.iſtud c.& illud facit cõtra theoricã Inn.in d.c.extirpandę.vbi dicit,q ſi pœna apponit cõſtitutioni affirmatiuæ,nõ requirit monitio ad cõmiſsionẽ pœnæ:ſecus ſi cõſtõi negatiuæ;qa ſe cũdùm eum facta patent,non facta latent. Sed certè iſta cõſtitutio imponit pœnam facienti,ſiue exercenti artes iſtas viles:& tamen requirit monitio.ſed,vt ibi dico, dictum Inno. locum habet, vbi ſ lege, vel canõe aliud exprimat: & ita hic, & ibi. ¶ Octauò no.de iſta trina monitione,circa quam in d. Cle.quærit,vtrùm ſufficiat illo caſu vna peremptoria. & ſentit,q non.quod eſt no.vt in pœnalibus, cum in iure exprimatur de triplici monitione, non ſufficiat peremptorium. quod (vt dixi)tenet ibi gl.3.Zen.Io.de Lig.& Steph.contra.Nã peremptoriũ cum cõperenti interuallo habet vim triũ denunciationũ,vt l.tres.C.quomod.& qñ iudex.& habet minorem dubitationẽ illa opi.ſi vna peremptoria diuidetur ſ tres. pro prio tres.ꝑ ſecundo tres.& ꝑ tertio tres. Facit quod not.de ſent. exc.c.in audientia. ¶ Et aduerte, qa tex. ille ſimpliciter dicit[tertiò moniti.]nec addit notatim,ſicut in ſalle.Cle.quid ãt importet illud notatim,ibi dixi.& c.conſtõem.de ſent.ex.
3 ¶†Nonò no q đt [omni priuilegio]&c.ex quo colligitur,q multiplex eſt priuilegiũ cle. vt tangit glo. vnde autem illud multiplex priuilegium traxit originẽ, dixi in d.Cle.in 8.no. vbi Bert.enumerat 14.priuilegia clericorum & dic, qualiter ſunt immunes à munerib⁹ realib⁹,& ꝑſonalibus, vel mixtis, vt in l.placet.& l.adminiſtrationẽ.C.de ſacroſ. eccl. per Cy. & alios in c.fi.ſ.eo. Eſt aduertendum, qa iſtud.c.& ꝑ Cle. emanauerunt potius cõtra clericos exercentes iſtas artes ignominioſas,& viles:quàm cõtra clericos exercentes ſęua, & immiſcentes ſe enormitatibus, dimiſſo, vel nõ dimiſſo habitu clericali.vide in c. cõtingit. & c.perpẽdimus.& c.in audientia.de ſent.exc. Contra clericos autẽ incorrigibiles dic, vt c.cum nõ ab homine. de iudi. vidi dubitare, vtrùm conſtitutio ſynodalis poſsit clericum in minoribus, vel coniugatum priuilegio fori priuare propter non delationẽ habit⁹,& tõſuræ:vel propter alia nõ expreſſa in iure. ¶ Quærit Io.An. in nouel.vtrùm iſta conſtitutio vẽdicet ſibi locum in clericis conſtitutis in ſacris : videtur, quòd non ; quia eſt pœnalis. & p conſequens ſimpliciter loquẽs de clericis, vr reſtringẽda ad clericos in mĩoribus & hoc tenet Io.Mo.dicẽs, cõſtitutos

in ſacris priuilegium non perdere. & licèt plus peccent: non tamen deſinunt eſſe clerici, & clericaliter viuere tenentur propter characterem impreſſum, alleg. ẽ. ne cle. vel mo. c. 1. & 2. de cle. coniug. c. ſanè. Archid. contradicit. n. q̃ iſta debet intelligi etiam de talibus conſtitutis in ſacris; quia indiſtinctè loquitur, & quia plus peccant. & hoc firmat Ioan. An. all. c. perpendimus. quod de presbytero loquitur. Nam canones ſpecialiter notabant clericos conſtitutos in ſacris de his ludi dibrijs: ergo de talib. hæc dẽt intelligi. facit. §. interdicimus, in Auth. de ſan. epi. & vide quod no. in c. quiſquam. de coha. cler. & muli. dicit etiam, q̃ ſub iſto verbo, clerici, includũtur monachi hoc caſu, ſiue exerceant iſtam artem in habitu monachali, ſiue dimiſſo: licèt tunc ſint ipſo iure excõicati, vt j. ne clerici, vel mo. c. 2. facit in Aut. de ſanc. epi. in fi. & C. de epiſc. audi. l. minimè. ¶ Secundò quærit, an cum talib. verè pœnitentibus poſſit epſ diſpenſare in recuperando priuilegio clericali. Credit, q̃ ſic. facit d. §. interdictis. plus dicit aliquos tenere, q̃ ſine diſpenſatione illud recuperẽt. Sicut dicit in clerico coniugato, qui reiectum habitum. & tonſuram reaſſumit. tenet. n. q̃ recuperet. vt j. c. prox. dicam. ceſſat. n. priuilegium, durãte delicto, ſed non extinguitur per tales actus à iure reprobatos. & hoc operat virtus characteris, qui non põt ab oſibus euelli, pp quem res de facili reuertitur ad naturã ſuam, vt l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. & l. ſi teſtm. ff. de teſtis. facit ẽt quod no. de reſcri. c. quamuis. e. li. ¶ Hic tũ quæritur, an deſiſtẽdo recuperet. in clerico cõiugato dic, vt p. Io. An. in no. in 4. q. & quod no. in Cle. 1. eo. ti. Nam exercendo iſta vilia, ſi monitus non deſiſtat, non recuperat, poſtea deſiſtendo. Si autem artes non viles, vel non vilia officia exerceat: non videtur, q̃ epiſcopus poſſit eum monere, vt dixi. ẽ. in d. Cle. 1. in non coniugatis aũt, ſi dimittant, videtur, q̃ recuperent, vt in d. Cle. ſuper ver. quãdiu. vbi quæſiui, quid fiet de lucro, quod clericus acquiſiuit ex illicita negociatione. & quid videtur, ſi reaſſumit in fraudem, poſtquam eſt deprehenſus in delicto. vide quod plenè not. in cap. 1. de ob. ad ra. & quid iuris in eo, qui aſſumit poſt delictum ordinem clericalem.

Rub. De clericis coniugatis.

POSSET contra hanc rubricam opponi, quòd ſit malè ſituata, dum dicit [de cler. coniug.] Nam videtur oppoſitum in obiecto. Nã poſtquàm ſunt coniugati, nõ ſunt poſtea clerici nuncupandi. quod probatur ex eo, q̃ non retinent beneficiũ. & breuiter non ſunt vocati in ſortem domini, ſicut cler. vt c. cum ſecundum. ẽ. de præben. Sol. no. Io. An. ẽ. eo. in rub. vbi dixi in tertia oppoſitione.

S V M M AE.

1 *Coniugatus ad hoc vt retineat priuilegium fori, requiritur, quòd contraxerit cum virgine.*
2 *Ad retentionem fori eccleſiaſtici in criminibus an ſufficiat contraxiſſe cum virgine.*
3 *Clericus per iudicem ſæcularem condemnari non debet.*
4 *Clericus coniugatus incedens in habitu, & tonſura retinet priuilegium fori.*
5 *Priuilegium clericale dicitur eſſe multiplex.*
6 *Clericus coniugatus dimittens habitum, & tonſuram; ſi tandem reaſſumit, an ſit dat priuilegium.*
7 *Clerici in cauſa feudali an teneantur litigare coram domino ſeculari, à quo tenent feudum.*
8 *Clericus agens contra laicum in iudicio ſæculari, an poſſit ibi reconueniri.*

CAP. I.

CLerici qui, Diuidit in duas partes. Nã prima pars reſeruat clericis coniugatis duo priuilegia cũ certa moderatione. ſĩ priuilegiũ, ibi [& cum iuſta.] ſecũda pars reliqua priuilegia tollit, & ẽt p̃dicta duo, ſi moderatio non ſeruet. & ex hac conſtitutione conquerit Io. Mo. quia olim regula gñalis ſaũebat clericis cõiugatis: vt quò ad forũ gauderẽt priuilegijs, niſi negotiarentur, vt ẽ. eo. c. ex parte. hic verò conqueritur; qa eſt regula contra eos, vt regulariter ſint de foro ſæculari, quò ad omnia. niſi in caſib. hic exceptis. Scãdala, & querelæ principũ fuerũt cã huius conſtitutionis. grauantur. n. q̃ coniugati gaudeant priuilegijs clericorum, ſĩ Io. An. ¶ †No. q̃ vt cõiugatus retineat priuilegiũ fori, requiritur, q̃ contraxerit cum virgine. Secus ſi cũ corrupta, ẽt cum eam virginẽ eſſe credebat, vt not. 32. diſt. c. nemo, & pondera, q̃ text. dicit [ſimpliciter contraxerunt] nec dicit, vtrũ ſponſalia tm̃, vel matrimonium. Io. An. format quæſt. an talis, qui tm̃ ſponſalia contraxit, perdat beneficium. vĩ, q̃ non; quia tex. notab. c. ſi qui. ẽ. eo. loquitur in vxore. ipſe tũ ibi diſtinguit inter ſponſalia de futuro, & de p̃ſenti. per ſponſalia de futuro non perdat beneficiũ ipſo iure; quia poſſunt diſſolui. Nam hæ rõne ingrediens religionem. j. annum profeſsionis non p̃dit beneficium; quia põt redire ad ſæculum, vt in c. licèt. j. de reg. Scdo caſu, cum loquitur de ſponſalib. de p̃ſti, dicit, q̃ per ipſa perdit beneficiũ, arg. ff. ad munic. l. ea quæ. Et ex hoc infertur. q̃ licèt talia ſponſalia diſſoluantur per mortem, vel ingreſſum religionis: non tamẽ recuperat beneficium ſic amiſſum, quod tenet Io. An. tenet ibi etiam Spe. eo. tit. in fi. Quantũ verò ad priuilegium fori eſſet fortè eadem diſtinctio adhibenda. & hoc habui in facto Vene. Quidam. n. clericus contraxit ſponſalia: & deinde ſine habitu, & tonſura deprehenſus in delicto, captus per ſæcularẽ declinabat eius forum pp clericatũ. replicabatur de illis ſpõſalib. & quia non fuit probatum, q̃ contraxerit ſponſalia de præſenti, ſed tantùm de futuro, renũciſſus fuit ad curiam epiſcopi. Erat ibi aliud dubium; quia poſito, q̃ fuiſſent ſponſalia de præſenti: ille dicebat ſe velle ingredi religionem. quod poterat, per c. ex publico. de conuer. coniu. & ſic ſponſalia diſſoluere: an ſibi hoc prodeſſet ad euitationem fori ſæcularis? videtur, quòd non, quia ſicut per diſſolutionem talium ſponſaliorum non recuperat beneficium, vt dixi. ita nec fori priuilegium recuperat. ¶ †Secundò not. quòd ad retentionẽ priuilegij canonis, & fori eccleſiaſtici, in criminibus non ſufficit contraxiſſe cum vnica, & virgine: ſed requiritur etiam, q̃ incedant in habitu & tonſura, de hac tonſura vide in Cle. 2. de vi. & honeſt cler. in gl. ſi ergo veſtem. & ẽ. de vi. & honeſta. cleri. c. clerici. Si iſta concurrant, quantuncunq; exerceat negociationes, & ſecularia negocia nõ videtur, quòd ipſo iure perdat priuilegium clericale. Nam licèt non teneatur cleri caliter viuere. ẽ. eo. c. Io dicit tamen Archi. tales licèt vxoratos à negociationibus, & armis debere abſtinere. 32. diſtin. c. ſiqui. Non tamen per hoc credo, ſi non abſtinent, priuatos eſſe ipſo iure priuilegio fori: ſed poſt trinam monitionẽ fortè non debet in hoc defendi, arg. c. fi. ẽ. de vi. & honeſt. cler. & ẽ. e. c. ex parte. ¶ †Tertiò no. in §. & cum iuxta. q̃ nullus clericus diſtringi debet, vel condemnari per iudicem ſæcularem. & iſta dictio vniuerſalis [nullus] &c. includit clericos primæ tonſuræ, vt ẽ. de iud. c. cum nõ ab homine. Idem intelligas de ſcholarib. ſeruitio eccleſiæ deputatis, qui eodẽ priuilegio gaudere debent, vt no. in c. nullus. de for. comp. cui adde qd̃ not. 89. diſt. c. iudiciũ. & 11 q. j. c. 2. & in Spe. de cõp. iudi. adi. §. 1. ver. & ſi de depoſito & degradato. dic, vt d. c. cum non ab homine. & in Spe. de comp. iudi. adi § j. ver. ſed contra vĩ. & qd iuris de clericatu ſuperueniente poſt delictum cõmiſſum, vel poſt litem motam. vide ẽ. de obli. ad ra. c. 2. in no. & in c. nullus. vbi quid iuris, ſi clericus, tacito de clericatu, non incedens in habitu, & tonſura litigat in iudicio ſæculari, & condemnatus

demnatus appellat: an poteſt dicere ſnĩam nullam, & iudex appellationis poſſit ſuper tali nullitate pronunciare? dicit, q̃ ſic, & vide in reg. ſcienti. de reg. iur. in Mercu. Quæſiui etiam ibi, an familia Poteſtatis poſſit capere clericum deprehenſum in facinore ſine pœna excommunicationis? Ber. ſentit, q̃ non, dum in hoc exigit licentiam prælatorum, in d. c. cum nõ ab hoſe. de iudi. Bal. tenet contrarium. Nam ſi hoc p̃mittitur cuicunq; priuato, vt l. ſi quis in ſeruitute. de ſerui. multò magis miniſtro reipublicæ. ff. de offic. præſid. l. j. §. ſi quis. q̃ hoc C. de maledi. & mathe. l. fi. & hoc ipſe no. in l. officiales. C. de epiſ. & cler. vbi etiam no. quid iuris in degradato, & clericatu
4 ſuperueniente poſt capturam. ¶ †Quartò not. quòd clericus coniugatus incedens in habitu, & tonſura retinet priuilegiũ fori in criminibus, ſiue de crimine agatur ciuiliter, ſiue criminaliter. Nam vtroq; modo poteſt agi, vt l. fi. ff. de priua. delic. & ibi no. q̃ dicatur agi ciuiliter, & q̃ criminaliter. de quo etiam per Inn. in c. qualiter. & quando, de accuſ. & per Cy. in l. qui ſepulchra. de ſepul. vio. vtrùm aũt idem ſit, quod hic dr̃, ſi agatur de crimine clerici per modum exceptionis: puta, cõtra ipſum productum in teſtem objicitur homicidium, adulterĩ, vel aliud crimen, quod repellit eũ à teſtimonio. Inn. tenet, q̃ de hoc põt cognoſcere iudex ſæcularis, coram quo opponitur; quia ceſſat ratio diſtrictionis, vel punitionis in iſto caſu, vt c. cum dilectus. ad fi. de or. co. Hoſt. contra, vt per eos videas in c. verum. de ſo. compe. & cum Hoſt. ibi teneo in tertia oppo. ver. contra iſtud. & aduerte; quia text. iſte reſeruat priuilegium fori in criminibus ciuiliter, vel criminaliter intẽtatis. Quid econtra in cauſis merè ciuilibus deſcendentib. ex contractu, vel quaſi. Quidam dicunt, quòd idem, per ver. nec ab ipſis. vbi ſecundùm eos ponitur tertius caſus, quòd etiam in cauſa merè ciuili clericus coniugatus declinare poteſt forum iudicis laici. Nam dicunt, quòd aliter iſta litera eſſet ſuperflua, cum præmiſſum ſit de criminali ciuiliter, & criminaliter mota. Ioan. An. tenet contrarium. dicit enim, quòd hæc litera ſolum priuilegiat eos ſuper cauſis criminalibus, de quibus agitur criminaliter duplici modo, vt dictum eſt: intendit ergo iſte verſi. ſecundùm eum, q̃ ſicut pœna corporalis, ita pecuniaria ſibi non competat. & hoc apertè probat litera [ne per vnam viam] &c. quam ſic expone, ne per vnam viam (ſcilicet condemnationis pecuniariæ) concedatur eiſdem, ſ. punitio clericorũ, quod per aliam (ſ. corporalis punitionis) denegatur. & in hoc ipſe reſidet. Sed oppones. nam in cauſis merè ciuilibus poſt condemnationem ſequitur diſtrictio corporalis, & detruſio in carcerem, ſi non ſoluat, vt l. j. qui bo. ce. poſſunt. Cum econtrario iſte tex. velit præcludere omnem viam, per quam ſequi poſſit diſtrictio corporalis: ergo & cognitio cauſarum ciuilium vĩ vetita, per quã ad condemnationem, & diſtrictionem hic prohibitam perueniatur, vt l. oratio. ff. de ſpon. Credo tamen Io. An. ſenſiſſe rectè, quia alle. ver. nec ab ipſis. qui venit continuatiuè ad præcedẽtia, vbi dixit de tractione. & hic ſubſequitur de cõdemnatione in caſibus ſupradictis. Ad contrarium reſponde, q̃ ſnĩam iudicis laici contra talem latam in ciuili exequetur eccleſiaſticus, & perſonaliter diſtringet. ẽ. e. lib. de excep. c. fi. Sed nũ quid habebit beneficium, q̃ non fiet contra eum executio, vltra quàm facere poſſit? Nam clerici non coniugati hoc hñt, vt l. miles. & ibi no. ff. de re iu. & c. Odoardus. de ſolu. Credo, q̃ non habebit per hunc tex. qui priuat eum omni priuilegio clericali, niſi in criminibus. ¶ Quintò no. in ver. in cæteris. quòd clericus coniugatus retinet priuilegium clericale in duobus tantùm, ſcilicet ſuper foro in criminalibus, & in beneficio canonis. & hoc verum, cum defert tonſuram, & veſtes clericales. & no. quòd dicit de tonſura in ſingulari, & de veſtibus in plurali: vt det intelligere, quòd omnis veſtis clericalis debet eſſe apparens: & ſic intelligitur illud ver. publicè. quod habetur in c. ij. de vi. & ho. cle. in Cle. Item no. q̃ p̃ hoc, quòd dicit copulatiuè tonſuram, & veſtes, collige, q̃ non reti-

net, deferendo alterum tantùm, argu. l. ſi hæredi plures. ff. de cond. inſtit. & hoc tenet Ioan. And. in no. ſuper gl. ex hoc. ibi [ſine habitu.] ſupplet enim, vel econuerſo. Non ob. c. ex parte. de priuil. li 3. & de ſent. excom. c. contingit. Nam licèt in non coniugatis ſufficiat alterum, in coniugatis non: propter
5 quod in pr. & in fi. hęc duo copulat hic, ſĩ eũ. ¶ †Sextò not. quòd dicit [in cæteris] &c. per hoc innuit, q̃ multiplex eſt priuilegium clericale. & vltra illa duo, de quibus in tex. enumerat Io. An. quoſdam alios caſus, in quibus etiam ſi debitum ſit liquidum, non ſunt trahendi ad iudicium ſæculare. de foro compe. c. ſæculares. Item circa tutelas, & curas non recipiendas. C. de epiſc. & cler. l. generaliter. quæ eſt 11. q. 1. Item in eo, quod habetur de teſti. cap. de cætero. & 2. q. 7. in ſumma. Ita circa iuramentum calum. per alium præſtandum, de iura. cal. c. 1. In pedagijs non ſoluendis, de cenſi. c. quanquàm. In immunitatibus, in exactionibus, & collectis. de quo etiam glo. j. de immu. eccl. c. 1. Sub iſto verſi. ergo [in cęteris] prædicta, & alia includuntur, in quibus clerici coniugati non gaudent priuilegio clericali: & ſic non poterunt eſſe vicarij epiſcopi. de quo ẽ. eo. c. Ioannes. in 5. q. ¶ Septimò not. Ioan. An. verbum, volumus. per hoc enim verbum Papa videtur derogare conſuetudini, ſi qua eſſet in contrarium. & hoc tenet Ioan. And. maximè quia, ſi qua fuiſſet conſuetudo, fundabatur ſuper iure, & opinionibus, de quibus in glo. Non ergo habebant animum inducendi conſue. tales, vt eſt text. hic per eum. ¶ Octauò not. hic Archid. plus operari renunciationem facti, quàm verbi. Nam ſolo verbo non poteſt clericus renunciare priuilegio clericali, de ſen. excom. c. contingit. & tamen per factum contrarium clericatui quis renunciare vĩ, vt hic. facit ẽ. de app. c. dilecti. & quod legitur, & no. de for. compe. c. cum dilecti. & aduerte, q̃ eo ipſo, q̃ deponunt habitum, & tõſuram, non gaudent priuilegio. Sed cõtra. immo vĩ neceſſaria monitio, de ſen. excom. c. in audientia. & c. cum contingat. de vi. & hone. cle. c. fi. Sol. illa iura loquuntur in clericis coniugatis, qui facilius p̃dunt priuilegiũ ex eo, quòd non tenentur viuere clericaliter: licèt ſecundùm Arch. debeant ab armis, & negociationibus abſtinere, vt præ dixi. ¶ Quæro primò cum glo. Dicit tex. [cum vnicis, & virginibus contraxerunt] &c. pone, quòd virginem defloravit, & poſtea cum eadem ſic corrupta contraxit. arguit gl. quòd non, & concludit contrarium. Ego in c. ſanè. ẽ. eo. teneo primã opi. quam ibi probat efficaciter Hoſt. & alij, vbi videas. in no. ¶ Secundò quæro. Si talis clericus cõiugatus habebat literas ad vacaturum: an mortua vxore, poſſit petere beneficium poſtea vacans? Tenet, quòd non poſſit. in contrarium facit; quia media tempora non nocent: ſi habilitas deprehendatur in extremis temporibus, in princip. & fine, ut l. ſed ſi in conditione. §. ſolemus. de hæro. inſti. Sed dic, quòd non propter inhabilitatem medij temporis: ſed propter tacitam renunciationem, quæ reſultat ex contractu matrimonij, iſte repellitur. ipſo enim facto quis renunciat iuri ſuo, ut in Clem. gratia. de reſcrip. & c. ex ore. de his, quæ fi. à ma. par. Ca. Similis eſt quæſtio in clerico, qui contraxit matrimonium, cum non poſſet; quia in ſacris. uel contraxit clericus in minoribus, ſed contraxit cum ea, quæ poſtea reperitur conſanguinea: vel cum illa, cum qua potuit: quæ tamen poſtea religionem introiuit. in omnibus iſtis caſibus apparet animus, & intentio contrahentis tacitæ renunciationis beneficij: quod eſt incompaſsibile cum prædictis, ut in c. diuerſis falla cijs. ſupra eod. unde ille qui eligit unum ex duobus incompaſsibilibus, uidetur renunciare alteri, quod non compatitur ſe cum illo, ut l. illud. ff. de acqui. hære. & c. ut ſi quis duas. ẽ. de elect. & licèt matrimonium non teneat: non tamen per hoc illa tacita uolũtas derogatoria minus ſortitur effectum, ut l. planè. in princ. de legat. 1. & l. & ſi transferam. ff. de alimen. lega. & quando quis ſciens impedimentũ taliter contrahit, ſine dubio beneficiũ p̃dit; quia in ipſo retinendo non de-

bet esse melior conditio eius, qui deliquit, vt cap. eum qui. de præben. ℣. e. lib. & l. 3. ff. de dona. inter vir. & vxo ad hoc ℣. de biga. c. nuper. & l. si vxor §. planè ff. de adult. & ita tenet Io. And. ℣. eo. c. 1. ¶ Applicat hic Ioan. And. aliam q. similem de clerico in minoribus beneficiato, qui factus est miles, & postea pœnitet, & vult retinere beneficium. Bar. Brix. distinxit, an dimiserit pp hoc possessionem beneficij, & à fructibus, & frumento cessauerit: an in ea remanserit, & fructus præperit: vt primo casu non recuperet: secundo sic. & q in isto secundo casu recuperet, all. ℣. tit. 1. c. 1. & de vi & hon. cler. c. 1. in quibus apparet, quòd contrarium propositum assumenti datur dilatio, antequàm priuetur. & videtur casus 20. q. j. c. eos, qui semel. Nam & hæreticus reuersus recuperat bona 23. q. 7. c. quod autem. & C. de hær. Auth. idem de Nestorianis. fortius ad ista facit l. is, qui. ff. de cessio. bo. vbi bonis cedens per pœnitentiam recuperat bona re integra. Non obst. quod dictum est in matrimonio; quia in eo est dare contractum, qui habet perpetuitatem. in militia non est ita; quia non est sacramentum, nec perpetuitas irrenocabilis. vnde sicut ingredienti religionem si retrocedit, reseruatur beneficium. vt in c. beneficium. de regula. ita isti in casu prædicto. & in hoc resi
6 det Innocen. ¶ †Tertiò quæro. Clericus coniugatus dimisit habitum, & tonsuram: & sic in nullo gaudet priuilegio, vt in tex. vtrùm si reassumat, recuperet tale priuilegium? Ioan. Andr. post Archid. & Ioan. Mon. tenet hic in no. quòd recuperet, & priuilegio gaudeat. & sic priuilegium est suspensum eo tempore, quo non debet. facit Clem. diocesanus. de vi. & ho. cler. ad quam tamen dicit posse responderi, vt ipse ibi no. super ver. oratio. pro ista tamen decisione facit finis huius c. vbi non dicitur, quòd non portantes perdant priuilegium, sed non gaudeant: illo ergo, quandocunque portent, gaudebunt. vel si vis intelligere, quòd perdant, intellige vsque ad reassumptionem, argum. l. fi. C. de cura. fur. & de testamento mili. l. fi. Sæpe enim suspenditur effectus priuilegij, & non expirat, vt c. fi. de vit. & ho. cler. Non obst. c. ex parte. ℣. eo. quia illi reassumebant in fraudem, & in elusionem obsequiorum: nam talis reassumptio in fraudem non prodest talibus. Ex quo inferri potest, quòd si captus, & deprehensus in delicto talis clericus coniugatus reassumit talum habitum, & tonsuram in carcere (& sic comparet postea coram iudice sæculari, vt vidi Venetiis) ista reassumptio non videtur sibi prodesse, argum. d. c. ex parte. vidi etiam tunc dubitari, si constat talem clericum coniungatum contraxisse: sed non constat, an cum virgine, vel corrupta: cui incumbat onus probandi, an sibi, vel aduersario? & certè cum virginitas proueniat à natura, corruptio ex accidenti: videtur in dubio, quòd contraxerit cum virgine: nisi probetur cõtrarium. facit quod no. Dy.
7 in c. semel malus. de reg. iur. ℣. eo. ¶ †Quartò quæro, an clerici in cã feudali teneantur litigare corã dño sæculari, à quo tenent feudũ. Arch. dicit, q si detur audacia, tenendum est, q non: probat per c j. 11. q. 2. vbi dicit, q nemo vnquã plumat, exponit [vnquàm] i. in aliqua cã. ergo nec in feudo. inducit quod no. Vgo. 11. q. 1. c. clericũ. c. licet. & c. continua. ibi [nec quicquàm] &c. & c. experientia. in fin. & c. si quisquam. ista iura indistinctè loquuntur: ergo sic intelligenda. de coniu. le pro. c. quoniam. In contrarium alleg. c. verum. de foro compe. & de ver. sign. c. ex parte & de appella. c. cum parati. vbi tenentur ire ad regem: quod intelligitur ratione feudi. ad idẽ de appel. c. Romana. §. debet ℣. eod. lib. & de iud. c. nouit. Ad hæc omnia iura ipse respondet, vt hic refert Io. An. qui tenet contrarium. & ita dicit tenere omnes modernos, & glossatores, dummodo non fiat districtio personalis per dominum feudi: sed solum ciuilis causa inter vasallos audiatur. & vide
8 quod dixi post Io. And. in d. c. verum. ¶ †Quintò quærit Archid. de q. vulgari. an clericus agens contra laicum in iudicio sæculari possit ibi reconueniri. Ioan. And. remittit ad no. per eum in c. at si clerici. de iudi. Archid. hic tenet, quòd non habet locum reconuentio; quia regula negatiua, quæ traditur 11. q. 1. c. 2. non reperitur vitiata in causa reconuentionis; ergo stat. ad hoc ℣. de iudic. c. qualiter. ibi [quod omnino fieri prohibemus] hæc opi. placet P. Cyn. & Bar. in Auth. & consequenter. C. de sent. Nam secundùm eos clericus expressè non potest prorogare iurisdictionem iudicis sæcularis. ℣. de de foro compet. c. si diligenti. ergo nec tacitè. Ioan. And. in d. c. at si clerici. dicit, quòd illa opin. videtur sapere tyranniam, & contra æquitatem: cuius opin. ibi teneo tanquàm æquam, & eam ibi tenet Ber. etiam si reconueniatur super crimine ciuiliter, quod plus est. Idem Ioan. in c. multi. 2. q. j. & Accur. in l. cum Papi. C. de sen. & confir. istam opin. in d. c. at si clerici. pluribus rationibus, per hæc verba in effectu. In causa reconuentionis lex, siue constitutio facit illum iudicem reconuenti, qui aliàs non est eius iudex, vt d. l. cum Papi. & 3. q. 8. c. cum in agendo. constitutio autem, siue lex potest dare cleri co iudicem non suum, & dat quandoque: puta, cum contrahit, vel delinquit in alterius diœcesi, vt c. postulasti. de for. compe. & c. dilecti. eo. tit. Idem igitur faciat isto casu, cum agitur in iudicio sæculari; quia sic videtur ibi quasi contrahere, vt l. 3. §. si filius ff. de pec. Item lex, & canon clerico agenti cõtra laicos dat iudicem laicum. de fo. compe. c. si clericus laicum. quare ergo non idem senserit in causa reconuentionis, nõ est dare rationem; cum reconuentio veniat incidenter, & connexè ad causam principalem: & debeat vna sententia terminari, & vicissim vtraque discuti, vt d. Auth. & consequenter. & d. c. 1. de mu. pe. Ratio Bar. (quæ fundatur per tex. in d. l. cũ Papi. vbi dicit, q debet pati, & non dedignari iudicium recõnentionis qui agit: quod clericus pati non potest, per d. c. si diligenti.) tollitur per c. significasti. de fo. comp. coniuncto c. 1. de mu. pe. vbi loquitur de clerico reconuento coram nõ suo iudice: & ramen patet expressè pati non posse eius iudicium, per d. c. significasti. Ratio etiam Cy. (quæ fundatur; quia non potest expressè prorogare. ergo nec tacitè per reconuentionem) similiter non ob. dico enim, quòd illa ratio, quæ procedit ex reconuentione, non est propriè prorogatio, sed iuris dispositio. quod patet; quia prorogatio oritur ex cõsensu partium, vt patet ex no. in c. P. & G. de offic. deleg. sed reconuentio redditur in inuitum, vt d. Auth. & consequenter. & d. c. 1. ita quòd arg. de prorogatione ad reconuentionem nõ procedit. & ita ibi scripsi, concludendo, quòd inter clericos materia reconuentionis non est sublata per constitutiones canonicas: sed potius corroborata per c. dispendia. §. reus quoq;. de rescrip. ℣. eod. lib. ¶ Sextò quæro. Si clericus coram iudice sæculari fideiusserit: deinde soluit pro reo, qui condemnatus est: an illa sententia poterit mandari executioni contra clericum? & quid iuris, si fideiusserit coram delegato Papæ? ista dubia prosequor in c. significasti. de for. compe. vbi quæro. si petita est missio ex edicto diui Adria. coram iudice laico: coram quo laicus se opponit, & petit remitti ad suum iudicem. Quidam dicunt, quòd debeat remitti. alij contra. Ego ibi distinguo, & quæro. quando clericus venditor vult suscipere defensionem sui emptoris, & petit se super illa causa remitti ad suum iudicem. dubium in hoc consistit, an sit actor, vel reus: & videtur, quòd remitti non debeat, prout ibi tãgo, & alibi. Circa hoc quæro. si clericus vult petere examinari testes ad perpetuam rei memoriam contra laicum: vel petit reductum ad arbitrium boni viri. an coram suo iudice, vel iudice illius, contra quem petit, debeat hoc petere? Barto. tangit in l. admonendi. de iureiuran. & ego dixi in c. si clericus laicum. de foro competen. ¶ Vltimò quæro. si statutum ponit declinantes forum iudicis sæcularis extra protectionem communis, & quòd non debeant in ciuilibus, vel criminalibus audiri, & admittit in hoc omnem iurisdictionem Potestatis. si clericus timens vulnerari, non audet declinare: & econtra non declinando timet pœnas canonis, quid faciet in illa perplexitate? dixi in d. c. si diligenti. quòd statutum sic simpli-

simpliciter non includit clericos declinantes, argumen. eorum, quæ notat Ioan. And. in cap. primo. de immuni. eccles. infra eod. lib. Si verò expressè de clericis declinantibus statutum non valeret: nec ademptio iurisdi. & ibi iura, & rationes, & per Bald. & Iaco. Butri. in Authen. statuimus. de episco. & cler. &c.

Rub. De clericis non residentibus in ecclesia, vel præbenda.

SVMMAE.

1 *Residere, verbum pluribus modis intelligi debet.*
2 *Ordinatio clericorum super distributionibus faciendis inter clericos seruanda est.*
3 *Infirmus post reconuale scentiam an teneatur reassumere horas, quas omisit.*
4 *Vtilitas ecclesiæ euidens operatur, vt absens ob dictam causam percipiat quotidianas distributiones.*

CAP. I.

CONSVETVDINEM. Primò recitat consue quam reprobat. Secundò statuit. Tertiò pœnam apponit, à qua duos casus excipit. Quartò prorogat. secũda, ibi [statuimus.] tertia, ibi [quia verò.] quarta, ibi [de distributionibus.] ¶ No. q Papa hic reprobat consuetudinẽ, nimis latè interpretantem verbum, residere. ſ. pro præsentibus in ciuitate, vel in loco beneficij, etiam si diuinis officijs non interfint, contra mentem iuris disponentis super residentia clericorum, respectu diuini officij, non simplicis residentiæ corporis præsentiæ. vt ℣. eo. c. relatum. & ideo, vt dixi. ℣. eo. c.
1 ex parte. verbum, residere † debet intelligi pluribus modis. Quandoq; largè, vt intelligatur taliter, quòd nunquàm discedat de ecclesia. de consc. di. 5. c. sit tibi. & hoc modo sumitur pro constitutis in dignitate, de offi. archi. c. 1. & 2. & pro illis, qui habent diuersa beneficia, vnum intitulatum, aliud commendatum. de elec. c. dudum. & in illis, qui habent beneficia dependentia à præbendis. de præben. c. extirpandæ. & c. exposuisti. Quandoq; verbum, residere, accipitur strictius, si pbenda habet onus annexum. ℣. de præben. c. sig. Quandoque latius, vt si ministri seruiunt per septimanas. 82. dist. c. propo suisti. Quãdoq; verbum, residere, adijcitur dictioni, cõtinuè. & tunc an augeat eius significatum, non credo: sed secundùm materiam, de qua loquimur, intelligendum est, & cum interpellatione: & sic intelligitur, quod de habitatione continua triennij dicitur in c. fi. de frigi. Nam & stillicidium non semper cadens debet habere causam continuam, vt l. foramen. ff. de serui. vrb. pdio. & l. 1. §. quotidiana. de aqua quoti. & ẽsti. facit. ff. de condi. & demon. l. si quis ita legauerit. & de annu. leg. l. Męuia. & faciunt hæc iura ad no. per Bar. & alios in l. 1. ff. so. ma. Et vide consilium Fede. de Sen. in opere suo. 246. vbi ponit regu. generalem, quòd clerici teneantur ad residentiã, & seruire ecclesię: & ob hoc datur beneficium, & subtrahitur his, qui non seruiunt. de cleri. non resi. c. conquerentis. l. generaliter. C. de epi. & cle. canonizata. 16. q. 1. c. generaliter. & c. fi. ℣. de rescri. eo. lib. Hæc regula fallit in multis casibus, in quibus etiam non seruiens ecclesiæ percipit fructus: vt si talis est ecclesiæ consuetudo: vel si est in studio, vel infirmus, vel aliter impeditus: vel si duo talia bñficia canonicata obtineat. vt plenius videas in prædicto consilio. & contra non residentẽ qua liter procedatur ad priuationem. dic, vt in consi. 104. Cardinales etiam habentur in suis beneficijs, & titulis residentes. no. Oldr. q. 48. & in addi. Spec. hoc eo. ti. & vtrum sufficiat generalis, & peremptoria monitio super residentia facienda, & aliàs sit priuatus. in addi. hoc e. ti. no. ltẽ si residentes habeãt aliquam prærogatiuam ex priuilegio: an participabunt illi, q pro residentibus habent? vide Io. An. in c. fi. de consue. ℣. e. li. in nouel. ¶ Secundò not. q certa portio reddituum ecclesiæ quandoq; dispẽsatur inter illos, qui intersunt diuinis officijs. quid autem erit de portione, quæ tangeret absentem, vide in Cle. 2. de vi. & hone. cle. super ver. suspensus. vbi de ista portione, quæ tangeret absentem. & de fructibus, quos deberet percipere de beneficio, quid fiendum. & c. ad hæc. ℣. eo. ¶ Tertiò nota, quòd ista constitutio omnes beneficiatos astringit ad residentiam, & præsentiam in diuinis per subtractionem distributionum, & etiam per priuationem à beneficijs. vt ℣. eo. c. ex parte. seruato tamen ordine, de quo in c. ex tuæ. ℣. eo. vbi no. q delictum vagationis sufficit ad priuationem beneficij, etiam si residentiam non requirat, vt ibi in nouel. quod est notandum. ¶ Quartò no. aliud est, aliquem esse præsentẽ: aliud diuinis officijs interessentem. quod facit ad no. ℣. gl. nõ quod & c. quę ponit nouam formam impetrationis: vt absens istas distributiones percipiat. fatetur tamen in nouel. quòd talem formam non vidit emanasse à se. Apostolica: sed bene illã, q pcipiat qs in absentia fructus, quos de iure in certis casibus percipit. puta si est in seruitio Papæ. ℣. eo. c. dilectus. & ibi quid iuris de illo, qui residet cum Cardinali. & an per statutũ possit esse, q absentes possint percipere fructus præbendarũ. dic vt legitur, & no. de consti. c. cum omnes. Aliud est ergo p̃sentem esse: aliud diuinis officijs interesse. quod, vt dicit ℣. in d. glo. non perpenderunt Ber Host. & Vin. in c. cum dilectus.
2 ℣. eo. & c. ad deliberandum. de Iude. ¶ †Quintò no. quòd sup distributionibus faciendis inter clericos seruanda est ordinatio clericorum quod exẽplifica, vt in glo. & adde quod no. in Cle. vt hi qui. de ætate, & quali. in gl. no. ¶ Sextò no. in ver. qui verò. quòd statutum ecclesiæ conferens quotidianas distributiones interessentibus diuinis officijs, extenditur, & includit illos, qui non possunt interesse ex causis hic expressis. Ratio est; quia tales pro præsentibus reputantur, vt c. cum dilectus. & c. ad audientiam. ℣. eo. & intantum isti casus includunt: q si iurant qs cõtinuè residere, non est periurus, si non residet ex causis hic expressis. ratio est; quia fingitur residere, vt not. in d. c. ex parte. Cui concor. C. de præpositis sacro. scrin. l. hac lege. & de agri. & censi. l. cum simus. & l. prædia. §. 1. de fun. instru. & l. testamento. de ali. & cibar. lega. licèt ergo statuta non comprehendant casum fictum: tamen si ille casus fictus procedat à iure communi, ad talem casum extenditur statutum, vt dixi in d. c. ad audiẽtiam. & c. ex parte. & no. text. dum dicit [corporalis necessitas] potest enim ista necessitas corporalis absentiæ prouenire multis de causis: puta si potionem, vel medicinam sumit: vel sanguinem minuit: vel vi detẽtus fuit. & generaliter omne iustum impedimentum comprehendit: qđ multipliciter occurrit, vt l. 2. & seq. ff. si quis caut. Sed quærit ipse, quid de istis exititijs ciuitatum, qui propter partialitates in ecclesijs, vel earum ciuitatibus morari nõ audent: an ex hoc excusentur, tanquàm iustè impediti? dicit, q ex quò non sunt in culpa, videantur includi. ℣. de re iudi. cap. pastoralis. §. nunquid. in Cle. quod no. de rescri. c. statutum. §. cum verò. & credo (vt ipse sentit) verum, quando in contrahẽda partialitate culpam non commisit: puta natus de genere guelforum, vel nobilium, vel certę domus odiosæ in ciuitate. Secus si partialitati huic causam tribuisset, vt multi clerici faciunt se in talibus immiscendo. Talis enim necessitas causata à culpa, & delicto suo, non excusat eum, vt l. 2. §. fi. & l. seq. si quis cau. & l. in his. so. ma. ¶ Sed quid dices, si est de consuetudine, q mortuis defunctis, quibus debentur fructus primi anni, debeantur etiam istæ distributiones: an valeat talis consuetudo? & q valeat in fructibus, disputauit Ioã. An. vt ipse ponit in c. nemo plus iuris. de reg. in. in Merc. q etiam valeat in istis distributionibus, facit vrgens, & euidens necessitas absentiæ: quæ à morte causatur. ipse tenet contrarium, & rationibus q̃ bat, vt hoc videas in nouel. Item circa infirmitatem, quæ ex-

cusat,aduerte;quia debet esse manifesta.2.q.1.c. præsentiũ. & c.grauis.18.di.c.si quis episcoporum.& not.eadem dist.c. placuit.& c.si episcopus.& quod no.5.q.3.c.1.& de procu.c.
3 querelam.& de re iudi.l.quæsitum.ff.¶†† Vtrùm autem post reconualescentiam teneatur infirmus reassumere,quas horas dimisit? vide per Ioan.An.de cele.missa.c.fi.super glo.fi.ibi dixi in 44.q.quòd siue omisit ex negligentia, siue propter grauem infirmitatem,non tenetur reassumere: sed negligenti de peccato omissionis est pœnitentia iniungenda. iustè verò impeditus liberatur tunc ex toto,secundùm Io. And.ibi,contra quem opposui de c.cum dilecti.de dolo & contu. vbi impedimentum non perimit: sed suspendit executionem obligationis,l.& ideò.ff.de verb.ob.vbi si obligatus ad factum impedi tur implere statuto tempore,debet implere postea. Sol.in illis iuribus ex implemento post terminum non resultat diuersitas solutionis circa rem in obligatione deductam; quia eadem est domus,quæ fit infra terminum, & quæ fit postea.Similiter in c.cum dilecti.idem est implementum, siue fiat vna die,siue alia:sed non ita in diuino officio. Nam aliud est officium,quod dicitur die Lunæ:aliud, quod dicitur die Iouis:& ideò non dicitur idem opus, vt l.si vsusfructus mihi in biennium.ff.de vsufruc.le.facit quod no.Bart. in l.1.de dam.infecto.Concludo ergo, q̃ si hora deputata non dixerit quis officium propter casum fortuitum,perit obligatio pro illa hora: sicut periret per interitum speciei in obligationẽ deductæ,vt l.quod te.ff.si cer.pet.& l.si ex legati causa.de verb.obli.& ita dixi in d.c.1.ad fi.Et etiam quæ infirmitas excuset.& an clerici in minoribus, acoliti, & alij beneficiati teneantur dicere officium;ibi dixi in 2.q. Et an possint anticipare tẽpus in dicendo seu el omnes horas. dixi ibi, quòd non in 3.& 4.not.
4 ¶†† Quintò no.quòd euidens ecclesiæ vtilitas operatur,vt absens ob dictã causam percipiat quotidianas distributiones.& intellige,quòd vtilitas sit euidens, vt in tex. occulta ergo non prodesset:quod no.Ioan.An.contra illos, qui fingunt subesse vtilitatem non propalandam. Item intellige pro vtilitate illi⁹ ecclesiæ,vbi eas percipit:alterius ergo vtilitas non iuuaret,vt s̃ eo.c.cum dilectus.& c.de cetero.& hic in nouella.¶ Sextò no.tex.ibi[faciat]:q̃ clerici faciunt prouentus suos, quos percipiunt de ecclesijs,quò ad plenum dominium.quod an sit verum,& qualiter.dic vt dixi s̃.eo.lib.de offic.ordi.c. præsenti. vbi plenè,an possit de ipsis testari. ¶ Opponit glo.quæ incipit ista duo.& c.de c.cum non deceat.& soluit duobus modis in nouel.dicit secundùm Archi.hoc c.loqui in ecclesijs,in quibus est consuetudo,quòd absentes ista percipiant:quæ tollitur in casibus hic expressis:contrarium loquitur in ecclesijs, in quibus non est talis consuetudo. ¶ Quærit glos.de his &c. dicitur in text. q̃ clerici percipientes contra formam huius constitutionis non faciunt ipsas suas,&c.Quid ergo, si qui debet eas percipere,remittat? Tenet,quòd tunc cesset ista constitutio.Archi. contra. nam ex quò non potest illas recipere, vt hic: nullo modo suæ fieri poterunt, quin ad restitutionem teneatur:cum illa recipiat contra mentem, & prohibitionem huius constitutionis.& ita hic in nouel.super d.glo.& vide qđ no.& dixi in simili.s̃.de rescrip.c.statutum.§.antepe.¶ Secũdò quærit glo.antepe.an ista constitutio trahatur retro ad restitutionem fructuum perceptorum ante istam constitutionem.Tenet,quòd non. idem Archi.consuetudo ergo licèt reprobetur tanquàm irrationabilis,tenẽt tamen retro gesta.& quæ acta sunt secundùm eam, non merentur pœnam. argu. eius,quod legitur,& no. in c.cum venerabilis.s̃.de consue. In contrarium tamen facit,scilicet quòd consuetudo improba non excusat à pœna c.inter dilectos.de excess præla.¶ Tertiò quærit.si in ecclesia non sunt alij redditus, vel præbendæ,sed singulis diebus de redditibus cuilibet datur tantum pro victu. dicit, quòd cessat ista prouisio, vt in ea patet:non enim sunt istæ censendæ distributiones quotidianæ.sed præbendæ, quarum loco subrogantur.¶ Vltimò refert priuilegium con

cessum tunc studentibus Bonoñ. vt possint percipere fructus beneficiorum ipsorum,ac si essent in ipsis ecclesijs residẽtes. de quo priuilegio nimis obscurè loquitur super gloss.penult.

Rub. De prębendis, & dignitatibus.

SVMMAE.

1 *Præsentatio facienda est diœcesano de illis, qui debent in beneficijs instituí.*

2 *Præsentatio ad patronum spectare dicitur.*

CAP. I.

VSCEPTI. Summa,& diuide, vt in 1. glo.¶No. quòd quandoq; iura antiqua innouantur.concor.12. di.c.2.& 60.di. c.innouamus.& 5.q.2.c. non tam nouũ. & s̃ de treu.& pa.c.innouamus. Innouata verò iura sine pœnarum adiectionib. rarò proficiunt,vt dicit glo. in Cle. 1.de
1 ætate,& qua.¶†† Secundò no.q̃ præsentatio facienda est diœcesano de illis,qui debent in beneficijs instituí. 16.q.8.c. decernimus.quandoq; tale ius potest alteri competere de consue.vel speciali priuilegio.de offi.dele.c. super eo.patet exemplum in hac ecclesia Bonoñ. in qua præsentationes capellanorum ciuitatis, & suburbium fiunt à Capitulo de antiqua consue.¶ Tertiò no.quòd religiosi, ad quos spectat præsentatio in ecclesijs, debent in ipso actu præsentationis tantum assignare de prouentibus ipsis præsentatis, quod eis sufficiat: alias non debet præsentatio admitti. & sic religiosorum negligentia,siue culpa videtur ipsis præsentatis esse nociua:sed non est, per illa,quæ habentur in Clem. 1.de iure pa. vbi not. vtrum assignatio debeat præcedere institutionem, glo. non dicit.& ibi etiã est singularis glo.quid iuris,si diœcesani quem quam admiserunt,& non seruetur illa forma:vtrùm videatur admissio tanquàm facta contra formam iuris? dic vt ibi subtiliter per glo.& quid iuris, si ad alium, quàm diœcesanum, pertineat institutio in talibus ecclesijs religiosorum:vtrum ipsi supplebunt defectum eorum,sicut diœcesani per illam Cle.
2 dic quòd non,&c.¶†† Quartò no.q̃ ad patronum spectat p̃sentatio ad episcopum institutio.Nam ex vi iuris patronatus spectat p̃sentatio,non collatio.de iure pat.c.fi. examinatio ẽt p̃sentati spectat ad episcopum,an sit dignus.de sup.negligen. præla.c.sicut.& si p̃sentat indignum, est priuatus potestate p̃sentandi:quod an sit verum in laico patrono,vide s̃.de of.or. c.cum nos.super glo.& in nouel. ¶ Quintò no. quid de prouẽtibus clericus percipere debeat, institutus in beneficio. debet enim ex eis commodè sustentari, & alia in eo beneficialia onera supportare,&c.refert hic Ioan. And. Host. dicere, q̃ hic tribus modis queri potest de beneficio assignando. Primo quò ad ordinatum,qui conqueritur de ordinatore,vel p̃sentatore:& talis debet habere victum, & tegumentum,quibus debet esse contentus,secundùm Apostolum ad Timo. 6. & 11.q.1.c.episcopus qui ecclesiarum.& 28. dist.c.ecce.& tale potest dici beneficium necessarium.s̃.e. c. cum secundum. Secundò potest queri quò ad curatum ecclesiæ parochialis: & tunc requiritur,quòd beneficium sit sufficiens.i. q̃ sibi, & ad minus vni clerico, & plus secundùm qualitatem,& quantitatem parochiæ sufficiat in victu,& vestitu, & quò ad hospitalitatem,& iura episcopalia,vt hic.& s̃.de vita & ho. cle.c.1. & de tali sufficientia loquitur s̃.eo.c.extirpandæ. Tertiò potest queri quò ad dignum egentem pluralitate beneficiorum ratione nobilitatis,vel scientiæ,qui maiora beneficia debet cõsequi,quàm idiota,vt s̃.eo.c.de multa. in fi. cum concord.in his tamen tribus casibus morem patriæ oportet attendi. Nã secundùm Host.in qualibus personis minus sufficeret in p̃uincia

dò no. ꝙ qui habet ecclesiam annexam, exercet in tali ecclesia iurisdictionem spiritualem de consue. Sed de iure cõi non vī, ꝙ ecclesia sic annexa iurisdictionẽ habeat, nec super vicarium, & alios institutos ibi: sed spectant ista ad epm, ſ. visitatio, correctio, & similia. Nã & religiosi in ecclesijs, in quib. dẽnt hīe vicarios perpetuos: si vidẽt ibi aliquid corrigendũ, diœcesano denunciant, & non manũ correctionis apponunt. 16. q. 8. c. filijs. & plenè legitur, & no. in c. cum & plantate. de priui. in nouel. ¶ Tertiò no. limitationem c. de multa. ỹ. eod. quod prohibet duo curata: vel dignitatem, & curatum insimul retineri. habet. n. locum, cum principaliter retinentur. Secus si vnum principaliter, aliud accessoriè. Sequitur. n. tunc accessorium, etiam si sit curatum, vt hic, naturam principalis, etiam minus digni: quia non inspicimus, quæ res sit præciosior, sed cuius rei ornandæ causa fuerit adhibita, vt l. & si non sint. §. fi. de au. & arg. leg. ff. Sicut dicitur, ꝙ naturam causæ incidentis non attendimus, sed principalis in iudicio deductæ, vt no. in Cle. dispendiosam. de iudi. in glo. si quæratur. ad fi. & in glo. cum repetuntur. vbi videas. facit l. ex pupillari. ff. de vulg. & pup. & ỹ. de consc. eccle. vel alta. c. j. Et si non apparet quæ sit principalior, vtrùm ecclesia, vel prębenda. vide gl. notabilem in fi. in Clem. per literas. de præben. in glosſ. quia quæ talia, &c. & ex prædictis (quia ſ. de accessorio non curamus) duo inferas. primò secundùm Io. And. quòd sicut non est necessaria dispensatio propter annexum curatum: ita non est necessaria ipsius expresio, quando talis canonicus habens ecclesiam sic annexam, impetrat aliud beneficium: vt sic sibi satis sit, de canonia facere mentionem. facit c. accessorium. cum sua materia. de reg. iur. pro & contra. facit Cle. 1. de præben. in 5. gl. ita dicit in nouel. nec aliter firmat. Lap. dicit, ꝙ licèt posit præcedens opi. sustineri. ſ. ꝙ non expediat facere mentionem, quando. ſ. ecclesia parochialis est annexa prębendæ. secus est, quando insimul sunt annexæ: ita ꝙ verisimiliter neutra subesset, vel esset accessoria alteri, sed vtraque de per se. nam tunc oporteret, ꝙ de vtraque fieret mentio, ad hoc d. Cle. & d. c. 1. de consc. ecc. vel alt. & quod no. ne se. va. c. 1. in gl. 4. Et per Pau. in Cle. 1. de elec. ¶ Secundò Lap. per iam dicta consuluit in q. tali. Est quidam Archid. qui de consuetudine non habebat potestatem excommunicandi, interdicendi, vel visitandi: sed solùm clericos ordinandi, examinandi, & repertos idoneos episcopo præsentandi: huius archidiaconatui erant annexæ duæ ecclesiæ parochiales. quæritur, vtrùm eps posit dispensare cum illo, qui peregit. 20. annos, vt obtineat illum archidiaconatum ex eo capite, ꝙ sit dignitas sine cura? certum est, ꝙ potest in tali, & cum tali episcopus dispensare, vt c. permittimus. de ęta. & qua. Consuluit ipse, ꝙ posit, per hunc tex. vbi patet, ꝙ cura, quæ venit accessoriè, non est considerandа: sed qualitas, & natura principalis beneficij, cui curatum subijcitur. pro hoc allega. Extraua. execrabilis. §. quantùm autem. ¶ Vltimò collige hic, quòd in eadem ecclesia potest quis habere canonicatum cum ecclesia parochiali annexa, & etiam plebanatum curatum. & sic duas curas, vnam principaliter, alteram accessoriam: sed duas prębendas, vnam principalem, alteram dependentem à dignitate, non potest, vt in Cle. fi. e. ti. vbi gl. dicit per hoc, ꝙ iura plus abhorrent duas prębendas, quàm duas curas in eadẽ ecclesia. nã iure annexionis licet illud vltimũ, sed nõ primum. quod no. & per hoc ibi arg. ꝙ in duabus canonijs eiusdem ecclesiæ non posset episcopus dispensare: sed bene in diuersis ecclesijs cum eodem dispensat, sicut in duobus simplicib. & circa hoc vide no. in c. literas. de concess. præben. ¶ Opponitur extra glo. & Doct. de multis iuribus, quib. cauetur, ꝙ illud, quod non licet principaliter, non debet licere in consequentiam, vt in iuribus alle. de procura. c. tuæ. & l. 1. de auct. tut. per Bar. vbi post Dy. sic distinguit. qñ aliquid per se separatum ab aliquo est prohibitum: si illud necessariò sequitur ad positionem alterius permissi: tunc quod non licet directò, licet per consequentiam, vt in d. l. 1. & ff. de pac. l. si vnus. §. illud. & de vsuc. l. si aliena. §. hoc iure. & de lib. leg. l. si is, qui duos. & de resti. in integ. c. non solum. Si verò illud prohibitum non sequitur necessariò ad permissum: tunc quod non licet directò, non licet per consequentiam, vt in contrarijs. Itẽ si permissum non potest procedere sine prohibito: qđ non licet directò, licet per consequentiam, vt C. de iud. l. quotiens. & ita distinguit ibi. Cui adde, quod de ista mixtura prohibiti, & concessi no. in c. ad quæstiones. de rer. permut. omnino etiam vide quod no. in Cle. si iusta. de præben.

SVMMAE.

1 *Canonicatus absque prębenda aliquando conferri potest.*
2 *Prioritas iuris in beneficijs considerатur ex tempore tituli, non ex tempore traditionis beneficij.*
3 *Collatio canonicatus facta per Papam tribuit ius in prębenda proximè vacatura.*

CAP. VII.

EVm cui canonicatus. Decidit casum, cu
1 ius dubium fortificat, ibi [licèt.] ¶ †Not. ꝙ quandoqđ confertur canonicatus absque prębenda. Sed contra; quia in ecclesijs non debẽt plures institui, quàm ibidem possint viuere, de insti. c. 1. & c. auctoritate. Nec debet esse canonicus sine prębenda. quia sic haberet inane nomen canonici contra iura. ỹ. eod. c. dilectus. & c. relatum. Item aperitur via contra Laterań. Concilium ad vacaturas, contra c. nulla. & c. constitutus. ỹ. de conces. pręben. Solue ista contraria, vt no. ỹ. c. dilectus. eo. lib. in 4. oppo. & an liceat episcopo creare quot canonicos voluerit, dixi plenè. ỹ. eo. c. vacante. in prima oppo.
2 ¶ †Secundò no. quòd prioritas iuris in beneficijs considerатur ex parte tituli, non ex tempore traditionis beneficij, vel receptionis. Secus est in rebus prophanis, vbi posterior in titulo si prius possessionem adipiscitur, præfertur illi, qui habet titulum potiorem, vt l. quot. de rei vendi. Rationem differentiæ vide in c. si tibi absenti. ỹ. eod. tetigi in c. fi inter virum. de spon. in 3. not. ¶ †Tertiò no. ꝙ collatio canonicatus
3 facta per Papam tribuit ius in prębenda proximò vacatura: & adeo ipsam afficit, ꝙ collatio alteri facta ipso iure non tenet. Ex quo infero, ꝙ cui est collatus canonicatus: si receptus est in canonicum, potest petere recta via prębendam à quolibet detentore. Nam cum habeat ius in re, ex receptione in canonicum potest prębendam à quolibet vendicare; quia in istis spiritualibus, postquàm sunt debita, quæritur dominiũ sine traditione, vt no. Inn. ỹ. e. c. si tibi. iura. n. canonicatus, & prębendę sunt connexa. ỹ. eo. c. relatum. & c. translato. de cõsti. & ex hoc concludit alibi Io. An. quòd pluribus in canonicos succesiuè receptis, prębenda vacans est conferenda ad mandatum executoris illius primi: nec sententia censuræ quã ferrent executores aliorum contra Capitulum, ligaret, cum resistunt de iure. & sententia talium ita demum ligat, si quis iniustè, & de facto resistat, vt no. ỹ. e. c. pro illorum. & c. dilectus. eo. lib. ¶ Quartò not. quòd collatio canonicatus tribuit ius in prębenda. & hoc verũ, quando talis collatio fit à Papa. quo casu procederet, etiam si non fuit negligens in petendo prębendam vacantem: aliàs perderet ius prioritatis, & reponeretur in iure communi. quod dic, vt ỹ. eod. c. si clericus. & ỹ. de rescrip. c. tibi qui gratiam. ubi propter negligentiam expirat decretum, & inhibitio ligat. Si verò fiat à Capitulo, secus est: non enim talis collatio afficit prębendam vacaturam taliter, quòd non possit Capitulum eam conferre alteri, cum vacabit, vt not: Doc. ỹ. eod. c. inter cetera. Quando verò Papa non confert canonicatum: sed ipsum, & prębendam conferri mandat. & tunc aut cum decreto: & dic, vt supra eo. lib. c. tibi qui. de rescrip. Aut fine decreto: & dic, vt ỹ. c. dilectus. eo. lib. Vltimò intellige hunc text. quando constat de prioritate in data. Si verò non constat. dic, vt ỹ. eo. li. de rescrip. c. duobus. §. fi verò.

SVMMAE.

1 *Defectus ſacrorum ordinum an impediat impetrantem curatum bene ficium, quominus poſſit ad ipſum promoueri.*

2 *Defectus ætatis, ſcientiæ, & morum magis vitiat impetrationem, quàm defectus ordinum.*

3 *Defectus ſacrorum ordinum patientes an poſſint de iure communi ſine diſpenſatione aſſumi.*

CAP. VIII.

SI pro clericis. Primò decidit caſum, quem ſcdò determinat, ibi [oportebit.] ¶No. formam literarum generalem, ꝙ prouideat de beneficijs &c. eſt enim adeo latiſsima, ꝙ vigore ipſius poterit prouidere, non ſolum de beneficijs ſpectantibus ad collationem ſuam, ſed alterius cuiuſcunque. dixerunt tñ hic quidam, ꝙ ſi ſcriptum fuiſſet ſub forma, ꝙ prouideret in aliqua eccleſiarum ſuarum: iſtud verbum, ſuarum, reſtringit gratiã ad beneficia tñ illius, cui ſcribitur. qđ intellige, vt ſuũ dicat, ẽt ſi ius minimũ in ipſo prætendat: ſicut archieps in eccleſijs ſuffraganeorũ qui parum iuris hẽt, de off. or. c. paſtoralis. & tñ veniet appellatione ſuarũ, vt c. pro illorũ. ſ. de prẽb. ubi in prima oppoſitione dixi de ſignificatione iſtorum pronominum, meus, tuus, ſuus, & ſimilia. Et ibi etiam quid iuris, ſi dictum fuiſſet [in aliqua eccleſiarũ tuæ prouinciæ, vel diœceſis] an poterit prouidere in exemptis? de quo etiam. ſ. de reſcrip. c. abbatem. Tangit etiam hic Ioan. And. poſt Archid. ſi ſcribat ſub iſta forma pro paupere [prouideas in aliqua eccleſiarum] &c. cui ſcribitur non habet conferre, niſi vnicam eccleſiam, nec tenebitur prouidere de illa; quia verbum [aliqua eccleſiarum] &c. eſt participium, de cuius natura dic, vt in Cle. 1. ℣. eo. in glo. de iſto conſidera contra varias literarũ formas: vt ſic ſcias, quæ beneficia, ſiue qualia includantur in gratia. Plura enim ſunt beneficiorum genera, ſiue ſpecies, vt
1 dixi poſt Doc. in c. ſuper inordinata. ſ. e. ¶ †Secundò not. ꝙ defectus ordinum ſacrorum non impedit impetrantem curatum beneficiũ, quominus poſsit ad ipſum promoueri: nec taciturnitas huius defectus reddit litteras inefficaces. Quod intelligit verum Ioan. An. etiã in beneficio, quod per ſtatutũ haberet annexum ſacerdotium, & non poſſet conferri, niſi ſacerdoti: dummodo in reſcripto ſtatuta tollantur, ſecundùm Ioan. Mo. qui remittit ad no. ſ. de reſcrip. c. cum aliquib. Poſſet etiam dici, ꝙ etiam, ſi expreſsè ſtatutum, qđ requirit ſimpliciter ſacerdotium, non tollatur, poſſet conferri impetranti conſtituto in minoribus: dummodo promoueatur, vt dicitur in ver. oportebit. Nam non minus requirit ſacerdotium beneficium curatum de iure cõi, quàm illud beneficium vigore talis ſtatuti: ſed beneficium curatum poteſt conferri cõſtituto in minoribus, vt h. c; ergo & illud, quod exigit ſacerdotium per ſtatutum: vt ſic verba ſtatuti moderentur ſecũdùm ius cõe, vt c. cum dilectus. de conſue. & l. 2. C. de noxa. Sic & verba ſniæ, vt l. miles. §. 10. de re iud. ff. cum. n. iura talem habilitatem ſacrorum ordinum non requirant à principio. ergo nec ſtatutum debet ſic intelligi, vt à prin. exigantur. Si verò ſtatutum diceret, ꝙ non poſſet conferri, niſi ſacerdoti: tũc requiritur ſacerdotium tempore collationis. quia qualitas iũcta verbo, debet determinari ſecundùm tempus verbi, vt l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. & ibi hoc verum dicit Ioã.
2 And. ¶ †Tertiò no. quòd non ita vitiat impetrationem defectus ordinum, ſicut defectus ætatis, ſcientiæ, & morum. Ratio poteſt eſſe; quia defectus ordinum poteſt ſuppleri voluntate impetrantis, & in breui tpe, ſi alia ſupradicta concurrãt: ſed impleméntum prædictorum trium non dependet à volũtate impetrantis, ſed à caſu, & fortuna. Simile in inſtitutione filij ſub conditione caſuali, vel mixta, quæ non tenet. Secus ſi ſub conditione poteſtatiua, vt l. ſi ſuus quoque. ff. de hær. inſt. & C. de inſti. & ſubſt. l. ſi pẽ. ¶ Sed iuxta ꝓdicta quæritur. Quid tpe electionis, & confirmationis erat in mortali non notorio: & poſtea emendatus infra annum factus eſt ſacerdos. ſuc ceſſor promouentis vult illum remouere, an poſsit? dicit, ꝙ non; ex quò crimen non erat tale, ꝙ impediret ordinis executionẽ poſt ſuam. de quib. criminib. vide ſ. de renun. c. niſi. ſuper gl. ex loco. Qualitas. 10. ſi aboletur, remanet ſubſtantia, quam illa qualitas alterabat, vt l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxa. & ita tenet hic Io. An. ¶ †Quæro, an patientes defectum ſacrorum ordinum poſsit aſſumi de iure cõi ſine diſpẽſatione ad beneficia curata? gl. quæ incipit. olim, &c. dicit, ꝙ non, niſi in caſu huius c. & alijs, vbi hoc expreſſum reperitur: regulariter verò ſecus, per c. præterea. ſ. de æta. & quali. & remittit ad not. in nouel. ſ. de ele. c. dudum. ſuper ver. in ordinibus. & per Pau. in Clemen. 1. de offic. vic. ¶ Iuxta prædicta quærit Lap. Pone, ꝙ conſtituto in minoribus, tacito de prædicto defectu, Papa mandat prouideri de dignitate curata, & collegiata: an poterit prouideri, ſicut poteſt de curato vt hic? vñ, ꝙ non, ſm̃ illos: qui dicunt, ꝙ talis non poteſt eligi, ſed debet poſtulari. quorum rationes vide in d. c. dudum. in nouel. Lap. tenet hic contrarium. Nam ſm̃ eum magis vrget rõ, vt ſit in ſacris promouendus, vel promotus ad eccleſiã curatã, q̃ in promoto, vel promouendo ad dignitatem, maximè collegiatam, vt ſ. eo. li. c. licèt canõ. de elec. cõiuncto c. ſtatutũ. eo. ti. nec in proniſione apoſtolica hoc reperitur prohibitũ: dẽt igitur haberi pro conceſſo, vt ſ. de trãſla. c. 2. & quod ibi no. ¶ Vltimò quæro poſt Archid. Capitulũ loquitur, quando impetrans eſt minoris ordinis, quàm beneficium requirat. quid ergo ſi eſt maioris: puta eſt ſacerdos, & vacat ibi præbenda diaconalis. Arguit, ꝙ non debeatur; quia prohibitus eſt deſcenſus. nam de virtute in virtutem &c. de pœni. di. 2. c. cũ ſanctam. & de mune. & ho. l. vt gradatim. Præterea recipiendo ordinem ſacerdotalem, videtur recedere ab executione prio rum ordinum. 74. diſt. c. geſta. & c. ſi qui. vbi de hoc. in contrarium arguit; ꝙ licèt ſit ſacerdos, nihilominus retinet ordines inferiores, vt patet. 15. q. 8. c. 1. & c. ſi quis presbyter. in fi. & de homi. c. continebatur. & executionẽ ẽt prædictorum ordinũ, vt probant prædicta iura. & pro hac parte facit C. de dig. l. 3. lib. 10. Soluendo refert, ꝙ cum quæſtio iſta eſſet de facto, bis fuit pronunciatum pro impetrante, & tertiò contra eum per Papam. Io. An. tenet primam partem in c. cum aliquibus. ſ. eo. lib. de reſcrip. in nouel. vbi plenè de hoc.

SVMMAE.

1 *Legati an poſſint facere reſeruationes cum beneficio acceptandi.*

CAP. IX.

SI eum ſuper. Primò decidit caſum, ex quo infert ſolutionẽ alterius, ibi [& ideò.] ¶No. ꝙ tex. declarat, quid contineant literæ legati, quibus non fuit paritum, ſiue obtemperatum. Quidã dicunt, quòd mandabat illum, pro quo reſeruabat prębendam proximò vacaturam, ſtatim recipi. nã ſi reſeruaſſet præbendam, & canonicatum, quomodo poſſet dici, ꝙ Capitulũ eis non obtemperauerit, cui nondum quidquàm mandatum fuerat, ſed reſeruatio ſolum facta? Oportet ergo intelligi, ꝙ ſtatim mandauerat illum recipi: qđ canonici neglexerunt. & ſic legati hodie iſta forma vtuntur; ſed non probatur iure expreſſo: poteſt tamen ratione firmari. Nam Capitulum tales collationes canonicatuum, vel receptiones canonicorum facere põt: ergo ſimiliter & legatus. quod an ſit verũ, ſiue numerus ſit in eccleſia, ſiue non: & an firmatus iuramento, vel non, vide in Spe. de legato. §. nunc tractemus. ver. ſed ſi legatus. vbi dicit, quòd ſi in eccleſia eſt certus numerus canonicorum iuramento firmatus. cum nullus vacet, non poterit legatus numerum infringere, & eum facere, pro quo ſcribit, in canonicum recipi: donec fuerit de præbenda proniſum. Si vero numerus iuratus ſtatutus non ſit auctus per Papam: licèt talis numeri taciturnitas noceat, per cap. conſtitutis. de reſcr. non tamen ob. Legato de latere, quin ad mãdatum ipſius, facta mentione de iuro, poſsit, & debeat ſine metu periurij venire cõtra tale ſtatutum: quia auctoritas legati debet intelligi

gi reſeruata, & excẽpta, de iureiuran. c. venientes. facit quod no. Arch. 15. q. 6. c. auctoritate. vbi notat, ꝙ ſi quis iurauit nõ exire domum infra menſem, & interim citetur à iudice: ſi exeat, non cenſetur periurus, no. Spec. in tit. de cita. §. 1. in ver. quid ſi quis. & ſ. de app. c. cum parati. per Ioan. An. in nouel. vel poteſt iſte tex. itelligi, vt prædixi, ꝙ hic legatus reſeruauit ſolum præbendam, & canonicatum ſuæ collationi. Sed tunc obſtat obiectio ſupradicta, ad quam poteſt dici, ſm̃ Io. An. ꝙ non fuit obtemperatũ; quia literas reſeruationis, vel proceſſuum per executores recipere noluerunt: vel forſitan ab illis appellauerunt. tunc tñ in literis Papalib. ad ſurreptionem eũ tandam, de ſurreptione fuiſſet mentio facienda. de reſcrip. c. ex parte. & de confir. vti. vel inuti. c. bonæ. ¶ †Quærit Io. An. vtrùm legati poſsint facere reſeruationes cum beneficio acceptandi: vr̃, quod nõ; quia per hoc circa plura beneficia ſuc ceſsiuè impeditur, ſaltem ad tempus, is, contra quem ſcribit. qđ vr̃ contra mentem c. pñti. de of. leg. Lap. dicit, ꝙ hoc non eſt contra mentem illius c. cum ibi prohibeatur fieri reſeruatio beneficij, pendente reſeruatione vnius ſpectantis ad collationem eiuſdem, & ſic de duob. beneficiis. hic verò agitur de reſeruatione vnius beneficii tm̃, licèt cũ acceptãdi ptãte: nec agitur de ptãte auferenda ei, ad quem ſpectat collatio: niſi in vno bñficio tm̃, ibi in plurib. ſm̃ Lap. ¶ Opponitur cõtra gl. & Doc. de c. literis. de reſcr. vbi qui exequitur factum alterius, non dr̃ ipſe facere, ſed alterius factũ exequi. Sol. illud verũ in dubio; vt quia exequit diſpoſitionẽ alterius, cenſet actũ gerere, nõ vt ipſe, ſed vt ille. Sed hic conſtabat de cõtraria Papę voluntate p id, qđ dixit [auctoritate noſtra.] Sed dices cõtra. nã p reſeruationẽ legati erat beneficium iã affectum, vt in c. cũ dilectus. de iure pat. Itẽ iam debitũ ei, pro quo fuerat reſeruatum, vt in c. veniẽs. in gl. ar. ſ. de renun. ergo mandatũ nouum Papæ non tenuit, directũ ad illum, qui iam erat obligatus. & pro illo, cui iam erat debitum, ſaltẽ iudicis officio: verum vr̃ obſtare l. quibus. de ver. ob. & l. ſi creditori. de lẽg. 1. Ad hoc optimè l. ſi ſeruo. ff. de hær. inſti. vbi non dicitur cõferre beneficium, qui perſoluit debitum, quod quis aliunde percipere tenẽbatur. ad hoc l. vnum ex familia. de leg. 2. Confirmatur hæc obiectio per hunc tex. dum dicit [iuxta ipſius legati continentiam] &c. videtur enim diſpoſitio ſumere vigorem ex diſpoſitione, ad quam fit relatio, non à termino cõferente, ſicut in tempo. dicit lex. ff. de hær. inſt. l. in tempus. Solu. eſt ſtandum contrariis, ſi diceremus per talem reſeruationem aliquod ius quæſitum iſti, pro quo legatus ſcripſerat: ſed nullum ſibi debet intelligi ius quæſitum per talem reſeruationem. quod ſentit hic clarè Archid. talis enim reſeruatio longè diſtat à collatione, vel proniſione. Nam finitur, ſi ea pendente expirat legati officium, vt c. præſenti. ſ. eod. lib. de offic. leg. accedente igitur fortiori titulo, primus extingui tur, & mutatur ius, vt l. ſi ſeruus. §. qui fideicommiſſariam. ff. de hæred. inſtit. & l. fundo. ad leg. Falcid. nec eſt verum, quòd actus denominetur à termino, ad quem fit relatio, ſed à termino referente, vt l. ſi ita ſcripſero. de condi. & demon. & l. aſſe. de hæredib. inſti. Ob. tamen huic ſo. d. c. literis. Nam ibi per literas monitorias prædeceſſoris nullum ius fuerat quæſitum, vt ibi not. & tamen ſi ſucceſſor pro eodem mandat, dicitur exequi factum prædeceſſoris, & non ipſe grauare. ſuper quo cogita.

CAP. X.

MAndato noſtro. Ponit thema, cuius dubium diſtinguendo ſoluit. primum membrum, ibi [de beneficio] ſecundum, ibi [ſi verò.] ¶ Not. ꝙ qñq; Papa ſcripſit pro certa perſona, & incerto beneficio: qñq; pro certa perſona, & certo beneficio. ſ. eod. lib. de offic. deleg. c. is cui. 2. reſpon. quandoque pro incerta perſona, & pro incerto beneficio: & tunc gratia reſpicit eum, cui ſcribitur. ℣. eo. c. dudum. & cap. quamuis. primo, & ſecundo reſponſo. ſecundùm Io. An. qui proſequitur alias ſcribendi formas. Circa quas quærit. ſi ſcribitur ſecundùm formas, de quib. in tex. de beneficio ad tuã, vel ad alterius &c. quid ſi ad eum ſpectat collatio, ſed ad præſentationem patroni, tenet in nouella ſuper glo. & ſecundùm Archid. quòd non debebitur. Nam quod commune eſt epiſcopo, & patrono, epiſcopus ſuum dicere, vel vt ſuum dare non poteſt, vt ff. de auro, & argen. lega. l. Q. Lucius. nec Papa nõ niſi expreſsè intendit præiudicare, vel per reſcriptum nouam poteſtatem dare. & per hoc reſpondẽtur ad c. dilectus. de offic. leg. ¶ Secundò quærit. ſi ſcribatur iuxta dictam formam [ad tuam, vel alterius collationem pertinente] & ſi vacat beneficium ſpectans ad collationem communiter vtriuſque: an conferre poterit? videtur, quòd ſic; quia ſi Papa intendit grauare quemlibet inſolidum, fortius quemlibet pro dimidia. de reg. iur. c. plus ſemper. & c. in toto. Contrarium tenet; quia ex forma mandati patet, quòd grauare voluit alterum, non vtrunque. quod probat. Natura alternatiuæ eſt, quòd verificatur in altero. & in hoc diſtert à copulatiua, et, vt de reſcri. c. 2. & c. inter cæteras. & de condi. inſti. l. ſi hæredi plures. & ſi diceremus contrarium, nulla eſſet differentia inter coniunctam, & diſiunctam, &, vtrum ſcribetur communiter, vel diuiſim. quod eſt falſum, vt ℣. eo. c. fin. in fi. Ad contrarium rñdetur per c. cui de non ℣. e. vbi patet, ꝙ prædictæ regulæ non hñt locũ in forma mandati, vt ſ. no. in d. reg. plus ſemper. Qñq; tñ ponitur diſiuncta pro coniuncta, vt l. coniunctionẽ. de ver. ſig. quod eſt verum, qñ ponitur inter perſonas honoratas: ſed qñ ponit inter perſonas grauatas, ſtat in propria natura, vt hic. de quo dixi. ſ. e. lib. de offi. dele. c. cum plures. Item qñq; diſpoſitio in caſibus diſtinctis habet locum, ſi ſimul ambo illi caſus eueniant, vt l. ſi ita ſcriptum. de li. & poſthu. & fuit quæſtio diſputata. ſi legatus habebat ius legitimadi adulterinos. Item etiam inceſtuoſos: ſi quis ſit conceptus in adulterio, & inceſtu, an poterit legitimari. Tangit Bart. in l. ſi ita ſcriptum. & l. 2. de verbor. obligatio. vbi ſub ſimplicibus continentur mixta. facit quod dixi ſupra de iudi. c. quantò. ¶ Tertiò quærit. ſi iuxta dictam formam Papa mandauit [ad tuam, vel alterius collationem] &c. ſi tria beneficia epiſcopi ſimul vacent, quæ epiſcopus confert alijs. quod ex iſtis poterit ſibi vendicare taliter impetrans? Tenet, quòd vltimum tantùm: nam ordinarius erat obligatus conferre vnum ſolummodo. ergo poterat dimittere, quod volebat. ff. de iure doti. l. plerunque. & ſic duo prima ritè fuerunt collata, argum. ff. de fideicommiſ. libe. l. ſi à legatario. §. à duobus. & de ſolutio. l. Stichum, aut Pamphilum. circa princip. facit quod not. ℣ eod. c. ſi pluribus. ſuper ver. elegerit. in nouel. Similis eſt quæſtio de immenſa donatione facta per patrem in præiudicium filiorum: ſi plures donationes fecit varijs perſonis, & per vltimam inſurgit inofficioſitas circa legitimam filiorum, illa reuocabitur, & non aliæ præcedentes: ſecus eſt in legatis quò ad detractionem falcidiæ. nam licèt propter vltimum legatum inſurgat falcidia: non tantum ex iſto ſolo, ſed etiam ex præcedentibus detrahetur. ratio; quia ſimul omnia confirmantur, ſcilicet morte. ſecus eſt in collationibus, & donationibus; quia quælibet recipit robur, & firmitatem ex tẽpore ſuo. de quo dic, vt l. 1. C. de inoffi. dona. & l. Titia. §. Imperator. de legat. 2. ſed vbi non poſſet apparere de prioritate, & poſterioritate collationis, non eſſet malum dicere, quòd ſit electio impetrantis vendicare, quod velit ex illis: vt ſic propter culpam conferentis electio trãſferatur ad impetrantem. nam & alibi ſi qui debet eligere, hoc negligat, transfertur ius eligẽdi in creditorem, vt l. cum quidã. de leg. 2. c. 2. de conceſ. præben. cum ſi. ¶ Quartò quærit de alia forma. ſ. ſi ſit ſcriptum ad collationem tuam, vel alterius, & tuã: alioquin ad cuiuſcũq; collationem ſpectante. in hac forma ſentit aliud Archid. quàm in forma ſupradicta. quaſi plus importet illud [alioquin] quàm alternatiua [vel] quod non approbat Ioan. Andr. quia iſtud [alioquin] videtur reſpicere

collationem,& vacationem,non conferendi poteſtatẽ:& hoc maximè, cum ſcribitur de primo ſine poteſtate acceptandi, ſecundùm eum:& credo verum.nã forma, de qua in tex.[ad collationem tuam,vel alterius] &c. reſpicit vacationem,non iuris conferendi proprietatem:& ideò debet exponi,ad tuã, ſi vacat : alioquin illius &c. poſſet tamen ſecundùm eum dictum Archi.eſſe verum in hac forma [ſi quod ad tui collationem pertineat, alioquin ad cuiuſcunq; collationem ſpectante]nam tunc conditio illa [ſi] refertur ad proprietatem iuris conferendi,non ad vacationem imminentem[alioquin]Aduerte de natura iſtius[alioquin]dicit Bar.quòd non ſolum facit orationem conditionalem: ſed in ſeipſa orationem continet, & inducit conditionem contrariam præcedenti diſpoſitioni:exponitur enim,alioquin.ſ.ſi nõ fuerint prædicta, l. ſi ſi nita.§.ex hoc edicto.ff.de dã.infec.& ibi no. & de dolo.l.eleganter.§.pe.& de fideicom.li.l.ſi cui legata.& de leg.2.l.Lucius.§.Lucius.& ita pronunciauit Papa, vt refert Specu.in ti. de citatione.§.1.ver.ſed pone Papa.Vnde Iuriſconſultus,qui in conceptione penalis ſtipulationis laborauit in l. cum quis. & l.continuus.de ver.obli.§.pe. vno verbo potuiſſet ſe expedire, ſiue præcedat diſpoſitio affirmatiua, ſiue negatiua,ſubijciens penalem ſtipulationem hoc modo:alioquin dabis tantum.& hoc no.Bar.in l.1.de condi.& demon.vbi etiam de dictione[aliàs]quæ facit conditionem ſi cut [alioquin]& reſoluit in,ſi non,vt no.in l.diuortio.ff.de neg.ge.in prin.& l. aliàs. de iureiuran. vbi de conditione copulatiua in alternatiuam, quæ ſæpe ponuntur impropriè,& vna pro alia,vt l.eas cauſas. & ibi no.ff.de condi.& demon.¶ Vltimò tangit gloſſ.pen.an debeat inſpici ordo ſcripturæ:ſuper qua in nouel. dicit regulare, ordinem non ſpectandum.contrarium imò, ne fiat exoneratio indebita,& ne lædatur ius alterius, vt hic, vel vt viteẽ diſpendiũ,vt l. quotiens.ff.de vſuf. vel vt ſuſpitio gratiæ indebitæ tollatur.ff.de fideic.li. l.generaliter. §. quis ergo. tu dic poſt Old.cum quæritur de ordine,refert,Aut quæritur,an ordo omiſſus vitiet rem,de qua agitur. Aut quæritur, an ex ordine reſultet ius.Primo caſu aut eſt ordo neceſſitatis.Aut ſimplex inſtructio ordinandæ voluntatis.Aut dubitatur.Si eſt ordo neceſſitatis,eius omiſsio vitiat,vt l.2. §. prius. de vulg.& pup.l.vt debitum. de actio.& obliga.& c.qualiter.de accu. Si eſt ſimplex inſtructio ordinandæ voluntatis:& non vitiat, de pecu.leg.l.quidam.Inſti.de lega.§.ante heredis.Si autem dubitatur,non vitiat ; quia videtur ſimplex inſtructio.C. de teſta.l.ambiguitates.& l.præpoſteri . Vel dic in dubio,quòd ſi talis ordo habet in ſe rationem, & ſtatuentis poteſtatem,non eſt recedendum ab ordine,c.cum dilecta.de reſcrip.& c.Piſanus.de reſti.ſpol.Si autem quæritur,an ex ordine reſultet ius. dic,quòd vbi diſpoſitio legis , & voluntas hominis loquentis eſt certa: & non curamus de ordine, vt l. cum pater. §. fidei. de leg.2.Sed in dubio eſt curãdum de ordine,de lib.& poſth. l.Gallus.§.1.ad Trebel.l.heredes mei.§.vlti. & d.l.quotiens. de vſufru.Item eſt curandum de ordine,vbicunque infra tempus conſiſtit prærogatiua iuris,vt l.ſi duas. de excuſa. tut.vbi ita diſtinguit ad literam Doc.meus,do. Bal. & vide per eum in prima Conſtitutione.& per Barto.in l.2.§.prius.de vulga. & pupil.

S V M M AE.

1 *Negligentia in vno,non nocet in alio.*

CAP. XI.

SI clericus pro quo. Circa illum,'qui negligit gratiam proſequi,ſoluit duos caſus dubios.& primò primum,rationem ſubdens,ibi [cum facta]ſecundò ſecundum,ibi [verum]rationem diuerſitatis interſerens,ibi[tun.c]quod determinat,ibi[dummodo]& declarat,ibi [& idem] & decretum apponit,ibi[aliàs.]¶ No.q licèt multa ſint cõiunctio,& cõnexitaſ inter canoniã,& pbẽdã:tñ diuerſis tpibus cõferunt,ſiue conferri mandantur.puta præbenda primò, & poſtea canonia,ſecundùm primam formam:vel econuerſo , primò canonia , ſecundò præbenda , vt in §. verum . ad poſitionem ergo vnius nõ ſeq̃t poſitio,& collatio alterius. Dixit tñ Arch. q ſi præbenda vacans inſtituta pro canonico alicui conferatur , hoc ipſo canonia intelligitur eſſe collata.' Fatetur tñ ſecurius,ſi prouiſor dicat.conſoro tibi præbendam cum plenitudine iuris canonici.ſ.de cõceſ.præb.c.propoſuit.& qđ no. Compo.ſ.de conſti.c. cum M.in glo.vnde eis. & per hoc infert,quòd iſtud c.dum poſt prouiſionem ſubiungit,quòd faciant eum recipi in canonicum , debet intelligi de receptione,quæ conſiſtit in facto, cum ex collatione præbendæ ſit canonicus.fatetur tamen,quòd executor habens hanc formã, de qua in pr.c. ante collationem præbendæ non poſſet facere iſtum recipi in canonicum:quia hoc mandatum non patitur.j̃.e.c.cui de non.licèt aliqui contradicant,ſecundùm eũ. & hoc vide in nouel.Ego dico, q ſi primum dictum eius eſt verum,quòd collatio præbendæ includit collationem tituli canoniæ:ſi primò conferat canoni catum,non videtur collatio nulla, ratione ordinis peruerſi . Nam licèt ſecundùm ordinem verborum reſcripti poſt collationem præbendæ videatur debere ſequi receptio in canonicum : tamen ſecundùm mentem iuris videtur , quòd receptio in canonicum debeat eſſe prior;quia præbenda eſt acceſſoria canonicatui , vt minus dignum,cum conſiſtat in temporalitate, canonia res ſpiritualis eſt,de conſti. cum M. & ſic verba reſcripti poſtpoſita , videntur ad hunc iuris ordinem reducenda, vt c. cauſam quæ.de reſcr.& l.2.§.prius.& quod ibi per Bar. de vul.& pu. & dixi.ſ.c.proxi.& hac rõne non credo verũ,quod dicit ſ.q mandatum de conferendo præbendam conferat titulum canoniæ.quia acceſſorium(vt eſt præbenda) non veſtit ,neque informat ſuum principale , nec ex eo ſuſcipit fomentum,ſed bene econuerſo,vt l.ex pupillari.de vul. & pup. & quod not. in l.peteus.C.de pac.& j̃.de conſec.eccle. vel alta.c.j.collatio.n.præben.non infert neceſſariò in ius canoniæ, ſed econuerſo titulus canoniæ infert neceſſariò in præbendam,vt hic in ver.ac per conſequens. & c.dilectus.il j̃.ſ.eo.tit.videtur tamen, quòd in reſcriptis,quæ ſunt ſtricti iuris,mandatum ſuper altero ex prædictis non includit reliquum,ar.huius. c.ibi [non per te,cum mandatum] &c.Per prædicta redditur dubia deciſio alterius q.quam hic format in nouel. Si Papa mãdat executori,q prouideat de præbenda,& faciat in canonicum recipi,non appoſito verbo,poſtea,quod in tex.ponitur. quærit enim, an poſsit illum recipi facere,antequàm præbẽda vacet? Refert diſputatum fuiſſe, quòd non , propter formam mandati, & ordinem ſcripturæ ſeruandum.j̃.c. cui de non.& ſ.c.proxi.cum concor.Sed certè,vt dixi, ordo præpoſterus in reſcriptis reducitur ad ordinem iuris.& talis ordo, qui non habet in ſe rationem , non debet attendi , vt dixi ſ. c. proxi.¶ Secundò no. in ver.cum facta. quòd gratia extinguitur per negligentiam impetrantis,& loquitur text. quando fuit negligens in petendo præbendam ſibi debitam. intelligit tamen Lap.hoc verum, quando talis præbenda huic negligenti debita fuit alteri collata: aliàs non obſtante negligẽtia,poſſet eam adhuc petere,quaſi re integra admittatur purgatio moræ,vt c.ſi tibi abſenti.j̃.eod.quod tenet glo.quæ incipit.no.quia.& no.Io.An.in Cle.1.de conceſ.præb.in gl.iſte terminus.vbi clauſula, cum beneficio acceptandi. conſeruat poteſtatem executoris in alia , ſi prima propter lapſum termini expirauit:quam primam,vt ibi dicit gloſ. non poſſet re integra acceptare: ſed reſeruatio , & executoris datio ſunt connexæ cum ſpacio acceptandi . ſed ſi Papa contuliſſet canõnicatum : tunc in alia acceptanda non expirat poteſtas executoris. Non obſt. iſtud c. quia hic non erat poteſtas acceptandi.Simile in reſcripto ad lites,quod expirat , ſi impetrans vti neglexerit infra annum.& alius apparet impetrans ſuper eo,vt c.plerunque.ſ.de reſcript.In hoc ergo ſunt ſimilia,

lia , reſcriptum contentioſum , & gratioſum: ſed differunt ; quia in contentioſo negligẽtia inducitur per lapſum anni: in gratioſo æſtimabitur negligentia , prout iudex arbitrabitur, vt in gl.deſidioſus,&c. videtur tamen in hoc tempus determinatum per Clem.cum ei quem. in fin.de conceſ.præben. Sed ibi determinat,quando impetrans dicatur ſcire:hic loquitur, quando dicatur negligere,vt ibi no.in glo.penul.& hic in nouel.¶ Quærit etiam circa hoc Lap. an quod hic dicitur in negligente petere præbendam ſibi debitam , habeat locum in eo,qui negligit petere canonicatum.dicit,q ſic, ſi mandetur prouideri de certo, & ſcds illum petit , illo primo neſciente, & negligente . Si autem non ſit ſcriptum de certo : tunc non præiudicat; quia non poteſt dici negligens . Si autem ſcribetur de canonicatu,& poſtea de præbenda.& quia non poteſt habere præbendam,niſi canonicatum,ſit negligens in canonicatu , negligens eſt in præbenda:& ideo ſibi præiudicat in vtroque. facit 1.q.1.c.ſicut quidam.& quod ibi no.Si verò in prædicto caſu in canonicatu fuit diligens, in præbenda piger,habet locum hoc.c.vlt.reſpõ.¶ Tertiò no.in ver.verum. q licèt collatio canonicatus per Papam afficiat præbendam, vt ſ.c.cum cui.& j̃.e.c.ſi poſtquàm.tamen propter negligentiam in petendo,cum vacat, extinguitur, & perimitur illud ius,ſicut etiam decretũ Papæ,& inhibitio legati,vt c.tibi qui. ſ.de reſcrip.in fi.& intellige , q perimitur illud ius prioritatis,& priuilegiatum:ſed propter canonicatum adeptum etiã tenet quoddam ius ad conſequendum præbendam auctoritate publica nulli debitã.quod hic patet:quod declara, vt in gl.per iſtud verbum &c.perdit ergo propter negligẽtiam ius prioritatis,& priuilegiatum, & reponitur in iure communi : ſicut in ſimili in l. ſi tamen. de exercito. & ſic variatur ius, ſi ue alteratur:& ſit diſgreſsio, ſiue trãſitus vnius iuris in aliud, vt l.ſeruus alienus.§.qui fideicommiſſariam.ff.de hære.inſti. ibi[non vt deſinat hæres eſſe:ſed vt ius in eo mutetur ſucceſſionis]ad hoc l.1.§.ſed videndum.ff.de ſucceſſo.edic.vbi excluſus ex vno capite admittitur ex alio ad eandem hæreditatem.& ex his collige,quòd facilius quis perditi ius , quod ſequitur ex reſcripto , quàm ius , quod ſequitur de iure communi. iſtud enim negligentia non extinguit,nec perimit.puta q canonicus habeat præbendam. iſtud enim eſt ius generale,& æquum,vt c.dilectus.il 1.& c.cum ſecundum apoſtolum.ſ.eo.& iſtud ius commune non tollitur per negligentiã : ſed quod habet ex reſcripto,tollitur, vt hic patet.Ratio,quia facilius tollitur priuilegium,quàm ius commune,vt in Auth. de non alie.§.quia veriſimile. in fi. Conclude ergo,quòd remoto priuilegio,reponitur quis in iure cõmuni . & quòd per priuilegium priuilegiatus non perdit ius commune,vt d.l. ſi tamen.& l.adminiſtrantes.§.fin. & l.ſeq. & l. propter litem. §.fin.eod.tit.& l.in bello.§.ſi quis ſeruum.ff.de cap. Collige etiam,quòd negligentia in vno non nocet in alio.ff. de alien. iud.mu.l.item ſi.in princip.& l.tranſlatis.in fi.quemad.ſerui.

1 amit.¶† Opponitur,& videtur,quòd poſt adeptum canonicatum non obſtet negligentia in præbenda.nam ratione partis conſeruatur ius in toto,vt no.in c.dilectus . de capel.mo. in nouel.Sol.illud verum in iuribus acquiſitis retinendis. ſed in iuribus acquirẽdis ius firmatum in parte , non extenditur ad aliam partem:quod declara per exempla, vt not.Bar.in l. 1.§.ſi quis hoc interdicto.ff.de iti.actuque priua.& l.ſi prius. de aqua plu.ar.¶ Quærit Ioan.And. Pone,quòd ante negligentiam primi collatio eſt facta ſequenti.& ſic non tenet:ſed an etiam conualeſcat illius primi negligentia ſubſecuta? Tenet,quòd non,ad hoc de ele.c.auditis.& ff.quod vi aut clam. l.ſi alius.§.eſt & alia.& de iure fiſ.l. edicto.§. cum autem. ita dicit in nouel.contra quem facit;quia iſtud decretum Papę, & cauſa nullitatis collationis alteri factæ ſunt inducta in fauorem primi impetrantis. Si ergo nõ proſequitur, debet qui poſt eum ex diſpoſitione Papæ admittitur,remanere in præbenda ſic collata,arg.l.filio præterito.de iniuſt.teſtam. Nam cum hodie eſſet ſibi conferenda propter negligentiam primi:multò magis debet in ea collata tueri,ar.l.ſi filius qui patri.ff.de vulg.& pupil.fingitur enim iſte negligens nullum ius habuiſſe in primo, poſtquàm non fuit ſuo tempore proſecutus.hoc ſuader ratio circuitus euitandi.c.ſi auditor.de reſcr. in Cle.Nam & alibi ſubmoto obſtaculo, diſpoſitio conualeſcit,vt l.qui ſoluendo non erat.ff.de hære.inſti.& patet in teſtamento vſurarij manifeſti,quod ex ſatiſdatione poſtea præſtita confirmatur,vt no.Doc.in d.l.filio præterito.& c.quanquàm.de vſu.j̃.eo.lib.¶ Quærit Lap.Dicitur hic, quòd propter negligentiam non poteſt petere illam primam:ſed aliã, ſi adeptus erat canonicatum.Sed pone,q illa prima iam alteri collata de nouo vacat:an poterit ſibi conferri? tenet,q ſic, quaſi ex nouo iure.ff.de adi.leg.l.cum ſeruus.& l.ſi ſeruus.§. ſeruo. ad idem de renun.c.ex tranſmiſſa. Non enim fingitur illa præbenda,ſed alia,propter nouam vacationem.& hoc verum,ſecundùm eum, quando debebatur ſibi proximò vacatura in genere,non in ſpecie.ſ.certa, & expreſſa , & quando non dicit vacaturam per mortem talis:quia tunc ſecus . facit qđ no.j̃.e.c.cui.in pr.p Io.An.& ſ.de ele.c.ſi alicuius.& c.cõmiſſa.§.porro.e.ti.& li. ¶ Secũdò quærit.vtrũ ſicut extinguitur gratia per negligentiam impetrantis:ita etiam extinguatur,ſi ſcienter facit ſibi conferri præbendam alteri debitam? dicit,q ſic.ſi.n.excludit eũ negligentia,vt in primo caſu:multò magis dolus,ſiue culpa:ex quo infert in caſu ver.verum.q licèt propter canonicatum adeptum negligentia non repellat eum à petitione præbendæ nulli debitæ : dolus tamen repellit.puta ſi ſciẽter ſibi prouideri fecit de illa, quam ſciebat ad alium pertinere.ad hoc j̃.e. c.eum qui. & c.ſi beneficia.& no.hoc ſ.e.c.cum ſm.& c.inter cetera.in gl. fi. Erit ergo iſto caſu canonicus ſine præbenda,contra id,quod dr. ſ.e.c. relatum.ſed hoc eſt pp dolum,& culpam ſuam,quæ imputatur ſibi,de re.iur.c.damnum,ſm eum.¶ Quærit vltimò,an vltimũ dictum huius.c.habeat locum in eo, qui conſecutus eſt canonicatum à Legato de latere?dicit,q ſic:dummodo non ſit ibi alius expectans auctoritate Papę,ar.no.per Io.An.j̃.o.prox. ſed q non habeat locum in expectante auctoritate Legati, patet in ver.dummodo. & in c.proxi.& ſic pertranſit.

S V M M AE.

1 *Collatores plures in eadem eccleſia concurrere poſſunt.*
2 *Receptus auctoritate Papæ præfertur prius receptis in præbenda poſtea vacatura.*
3 *Prioritas in tempore confert prioritatem in iure.*

CAP. XII.

HI qui auctorita. Duo ſunt dicta, quæ ſatis patẽt. primum dicit de prærogatiua receptorum.ſecundum de ipſo

1 rum qualitate.¶† Not.q plures ordinarij collatores in eadẽ eccleſia concurrere poſſunt.& ex diuerſitate collatorum reſultat diuerſitas in effectu titulorum circa receptos.concord.

2 j̃.eod.c.ſi à ſede. ¶† Secundò no.q receptus auctoritate Papæ præfertur prius receptis in præbenda poſtea vacatura. ratio eſt; quia talis receptio aliorum non potuit conferre ius aliud in talibus vacaturis propter prohibitionem Lateranenſis Concilij.ſupra de conceſſ.præben.c.nulla. qui Legatus de latere,vel alius non potuit derogare.ſ.c.dilecto.& c.tuæ. Papa verò,qui concilijs non ligatur,de electio.c.ſignificaſti.bene poteſt,vt ſupra eod.lib.cap.2. & hoc facere videtur,cum ſcribit executori,vt recipi faciat,& præbendam conferat,cũ vacabit. iſta ratio non videtur bona. nam & Legatus reſeruat beneficia vacatura, quæ reſeruatio dicta beneficia reſeruata adeo afficit , quòd collatio de ipſis facta non tenet, vt ſupra de offic. leg. capitu. 2. & 3. Ex iſto ergo iure quæſito ex reſeruatione legati videretur receptus eius auctoritate præferendus recepto auctoritate Papæ poſtea : quaſi talis reſeruatio fingat retro. Solu. talis reſeruatio bene afficit, quantùm ad impediendum ordinarium , & ligandum

eius manus: non autem contra Papam, vel habentem ab eo causam: licèt post, vt hic. nec est verisimile, q̃ Papa legatos priuilegia ueuerit contra se, vt de censi. c. cum instantia. & quod no. in c. petitio. de iureiu. priuilegio ergo, qđ qs obtinet ex persona alterius, non vtitur contra ipsum: sed bene contra alios, vt l. amicissimos. §. fi. ff. de admi. tut. vbi priuilegio immunitatis à tutelis, & curis propter numerum filiorum, non vtitur pater contra ipsum filium, cui datur curator. ad idem l. si iudex circunuẽto. ff. de mino. ¶ †Tertiò no. q̃ licèt regula
3 riter prioritas in tempore conferat prioritatem in iure, vt in c. qui prior. de reg. iu. hoc tamen fallit, vbi plures concurrũt, qui veniunt ex diuersis titulis. præfertur enim prærogatiua tituli prærogatiuæ tpis; quia, vt dicit hic glo. priuilegia non æstimantur ex tempore, sed ex causis, & psonis, vt in c. de multa. s̃. eo. & l. 1. C. de alie. iud. & est argumentum, q̃ ex duobus fratribus militantibus ille sit præferendus, qui à digniori recipit militiam. Sicut maius donum æstimatur ex persona dantis, ut l. restituendæ. in fi. C. de aduo. diuer. iudi. & l. 2. de albo scri. & l. 1. C. de profes. & med. li. 12. & vide quod no. de ma. & obe. c. per tuas. ¶ Quartò not. in ver. eum quoq;. q̃ quandoq; legatus mandat aliquem recipi, non vt legatus, sed vt Papæ specialiter delegatus: & sic cum in persona eiusdem cadat duplex auctoritas, attendendum est, quo iure, siue auctoritate actum gesserit. Circa quod vide quod dixi. s̃. eo. li. de ap. c. appellationem. Et quid si in dubio non apparet, quo iure actum gesserit. dic, vt in fi. no. in l. pro herede. & quod ibi no. super ver. testari. de acqui. her. & l. 2. C. de iudi. & c. Quintauallis. de iureiu. per Inn. Quandoq, contingit, q̃ erratur in specie iuris, & gerit̃ qs actum ex illa specie, ex qua non põt: an valeat ex illa, ex qua potest̃ dic, vt no. in c. officij. de præscri. in nouel. ¶ Quæro, quæ fuit ratio dubitandi in isto §. rñ. vt no. in glo. fi. quam not. ponit eñ notabilem limitationem l. si manente. ff. de preca. quando concessio prorogata ad aliud cẽseatur eadem, vel alia. Censetur eñ eadem, si est eiusdem formæ, & naturæ: secus si diuersæ. Et facit ad q. Pone, q̃ eps committit vicario suo causam non inclusam sub eius generali iuramento, vt de of. vica. c. licèt. Certè vicarius non cognoscet de ea, vt vicarius, sed vt specialiter delegatus; & ideò ab eius sñia appellabitur ad episcopum, non ad metropolitanum, vt no. in Cle. & si principalis. de rescrip. in glo. de quo. quod tenet Lap. in d. c. licèt. ver. nunquid vicarius in his &c. & ibi alia vtilia de hoc. facit ét ad no. in Cle. ad abolendam. de hære. an in casu istius c. in fi. & aliorum iurium, in quibus ordinarius recipit potestatẽ à iure in casibus sibi aliter non concessis, iurisdictio in talibus censeatur ordinaria (vt sic dixerim) ad illos casus protensa: an verò censeatur delegata? Nam si ordinaria, poterit appellari ad metropolitanũ, aliàs ad Papam. & videtur dicendum, q̃ sit delegata; quia est alterius naturæ, q̃ prima. de qua. q. dic, vt ibi. vbi q̃ritur, ã Capitulum sede vacante succedat in tali iurisdictione prorogata à iure. vide quod dixi de fo. compe. c. verum. & quod not. Bar. in l. 4. ff. de dam. inf. ¶ Quærit Archi. quæ iura consequatur receptus vltra numerum. dicit, q̃ debent sibi per Capitulum assignari illa, q̃ę ad canonicatum pertinent cum stallo chori, & loco in Capitulo. Ex quo colligitur, q̃ debũt ei quotidianas distributiones, & in omnibus communibus ius habebit talis receptus. quod videtur æquum Io. An. si sit receptus per Capitulum voluntariè. secus si ad mandatum Papę: quo casu magis est Capitulo succurrẽdũ, cũ necessariò actũ gerit, q̃ qñ spontè, vt in c. 2 b arbitris. s̃. de of. dele. eo. lib. & l. si fideiussor. §. si necessariã. qui satisf. cog. Et aduertes; quia licèt per receptionem in canonicum consequatur receptus ius canoniæ: non tamen quasi possessionem. vnde non installatus non posset agere de contemptu non vocatus ad electionem. quæ dic plenius in not. s̃. de consti. c. cum M. & s̃. eod. c. dilectus. & vide quod dixi. s̃. eo. lib. de rescr. c. cum aliquibus.

S V M M Æ.

1 *Collatio canonicatus facta per Papam afficit præbendam proximè vacaturam.*
2 *Inconstantia, & varietas est reprehensibilis.*
3 *Receptus in canonicum statim, cum præbenda vacat, potest eam petere.*

C A P. XIII.

SI post quàm. Primò diffinit casum. Secũ dò rõnem reddit. ibi [nam
1 eo ipso.] ¶ †No. q̃ collatio canonicatus facta per Papam afficit præbendam proximò vacaturam: sicut afficeret ipsius decretum, & receptio in canonicum, vt s̃. o, pxi. Secus in collatione canonicatus facta à Capitulo. licèt eñ secundũ ordinem suæ collationis eẽt sibi conferenda præbenda: non tamen per hoc est nulla collatio facta alteri, vt no. in c. inter cetera. s̃. eo. Rationẽ collige ex his, quę dixi. s̃. in c. eñ cui. in 2. no. Sed hic quęritur, an collatio ipsius Papæ de præbenda vacante facta alteri, q̃ prædicto, cui canonicatum cõtulit, sit de iure valida. Et eadem est quæstio, si post collationem proximè vacaturæ cum interpositione decreti conferat præbendã alteri postea vacantem. arguit in nouel. primò, q̃ non teneat ipsius collatio alteri facta vt subreptitia. nam p tale decretum, & collationem canonicatus talis præbenda erat affecta pro primo. videtur ergo contulisse secundo, velut contentus: ergo collatio nulla, vt c. cum olim. de re. iu. Item per secundam collationem non videtur voluisse Papa tollere ius primi, ex quo hoc non expresit, de verb. sig. c. dilecto. & de
2 of. dele. c. ex parte. †Item inconstantia, & varietas est reprehẽsibilis in alijs, de peñ. c. derisor. multò magis in Papa. dicitur ergo erasse tanq̃ oblitus facti. 23. dist. c. precatur. & sic nõ valet; quia errans non cõsentit, vt l. si per errorem. ff. de iurisdi. iu. & hanc partem tenet Archi. quam sequitur Io. And. si Papa conferendo alteri vtitur verbis generalibus. s. [præbendam, si quæ vacat] &c. Idem si Papa vtitur verbis specialibus s. [talem præbendam vacantem per mortem, vel promotionem talis] &c. talis eñ collatio videtur subreptitia, post q̃ non est facta proprio motu. vbi verò Papa conferret huic secundo motu proprio: dicit ipse, q̃ quæstio est ibi dubia, & potius videtur, q̃ valeat secundùm eum, maximè si non erat affecta per differentiam proximi; cum etiam eo casu non obstet subreptio. ꝯ. e. c. si motu proprio. saluò, qđ ipse no. ĩ gl. idẽ verum. Lap. tenet, q̃ etiam expresso motu proprio non valeat; quia licèt Papa proprio motu scribat: non tamen intendit alteri præiudicare in iure suo. alleg. s̃. eod. lib. de rescr. c. quãuis. & qđ ipse ibi no. & de fimo. c. Iaco. in prima, & vlt. q. subdit tamen Io. And. q̃ clausulæ, quæ apponuntur hodie in literis, tollunt hoc dubium, & reseruant ius expectatium. ¶ Ter
3 tiò no. q̃ † receptus in canonicũ, statim cũ prębenda vacat, põt eam petere: sed an propria auctoritate apprehendere? q̃ dam, q̃ sic; quia recta via transit ad eum. s̃. eo. c. inter cetera. & de acqui. pos. l. cũ heredes. & ff. de furt. l. à Titio. & ad Trebel. l. restituto. In contrarium facit, quia ante collationẽ sibi factã habet ius ad rem, nõ in re. ꝯ. de cõc. p̃b. c. fi. ĩ fi. &c. si tibi abũti. ꝯ. eo. ergo propria auctoritate non potest apprehendere. ff. de acq. pos. l. fi. ex stipulatione. & de priuile. c. pastoralis. licèt eñ ex solo titulo quęrat̃ in istis spiritualibus dñium, vt d. c. si tibi. non tñ possessio. sicut nec etiam in legatis, in q̃bus quæritur dñium ipso iure: sed possessio debet accipi de manibus heredis, vt d. l. Titio. coniuncta l. non dubium. C. de leg. & ff. quo. leg. per totum. & quod dixi. s̃. c. proxi. in fi. quid ẽ ergo, q̃ dicitur, q̃ ex sola confirmatione electi habent potestatem administrandi, de elec. c. transmissam? Nam illa ptãs provenit ex possessione, non ex titulo solo, vt no. in c. cum M. de const. in nouel. super glo. videbatur. ad fi. cogita. ¶ Quæro. si non possent propria auctoritate possessionem præbendæ apprehendere, quo iure agent, vt ipsam consequantur? quidam, q̃ actione personali. s. condictione ex c. relatum. s̃. eo. vel officio iudicis contra possessorem, vel actione de do. Io. And. remittit ad not. per eum s̃. de rescrip. c. mandatum. ¶ Quærit Archi. Tenuit aliquis præbendam longo tempore, quæ nunc ab eo euincitur; quia alteri reperitur debita: vtrùm si tempore euictionis aliqua reperitur vacans, debeatur sibi potius, q̃ alteri? dicitur. q̃ sic, si fuit receptus auctoritate illius, qui potuit dare ius ad vacaturas: aliàs non, vt dicit colligi ex no. per Inno. in c. inter cetera. s̃. eo. in glo. s. collatio. in fi. Io. An. dicit tenendum, quod dicitur. s̃. eo. c. si clericus. Sed mihi videt hũc casum ab illo valde dissimilem eé. Ibi enim loquitur in negligente, cui ratione canonicatus collati reseruatur ius in præbẽda nulli debita. hic verò loquimur in probabiliter ignorante, quem credo præferendum in præbenda vacante alijs quibuscũq; postea receptis, etiam auctoritate Apostolica: imò plus, fortè posset auocare præbendam alii post collatã: vt sicut ab eo auocat̃, quam bona fide adeptus est; ità ipse auocet ab alio illam, quę sibi suo ordine debebatur: vt sic rescisio vltimi gradus rescindat ét præcedentes, qui traxerunt ordinẽ ab eodem errore. ꝯ. eo. c. si beneficia. in fi. & c. cum inter vos. de reiu. collatio enim minus legitima sibi ignoranti facta non attulit præiudicium in petendo aliam sibi debitam. 7. q. 1. c. pastoralis ergo nec similiter in iure prælationis, salua tamẽ moderatione, de qua. s̃. eod. c. si beneficia. quod c. bene facit ad prædicta.

S V M M Æ.

1 *Resignatio, ad hoc vt valeat, debet esse libera.*
2 *Papa quandoq; statim confert canonicatum, & reseruat collationi suæ præbendam proximè vacaturam cum decreto.*
3 *Gratia secunda specialis derogat primæ generali.*
4 *Modus arguendi ex consequentia absurditatis.*

C A P. XIIII.

DVdum venerabili. Primò ponit mentem duarum gratiarum Apostolicarum secundã ib. [cũq;] & p
cessus habitus per illas. tertia, ibi [nos igitur] multis argumẽtis ostendit partem alteram potiorem. quarta, ibi [discretioni] concludit ¶ Not. formam concessionis factæ huic legato, vt posset beneficiorum resignationem recipere, & cõferre. qđ non potuisset sine ista speciali concessione, vt in glo. hanc potestatem. &c. plus dcit Io. And. q̃ legatus, de quo hic, hãc potestatem sibi concessam non posset alteri delegare p c. is cui.
1 de of. dele. eo. li. ¶ † Secundò no. q̃, vt resignatio valeat, debet esse libera. rõ redditur in glo. non enim. Et vide quod de simoniaca resignatione no. s̃. de renun. c. super hoc. in gl. q̃ p
2 expensis. ¶ † Tertiò no. in ver. nos. q̃ Papa quãdoq; statim cõfert canonicatum, & reseruat collationi suæ præbendam pxi mò vacaturam cum decreto: quodlibet tamẽ ex his afficit talem præbendam postea vacantem. s. canonicatus collatio: itẽ reseruatio. similiter & decretũ, maximè cum ista dictione [ex tunc] nec est vis, an dicatur ex nunc, vel ex tunc. nam semper trahitur ad diem conditionis, secundùm Archi. q̃ allegat no. per Inno. & Host. de app. c præterea. & c. cum ei qui. ꝯ. eo. p Io. And. ¶ Quartò no. in ver. cumq;. q̃ iste legatus primò cõtulit vni: deinde executores contulerunt camerario, non cassata prima. & tamen tenet, contra. c. considerauimus. s̃. eo. & c. inter. de exce. præl. sed hic prima collatio fuit ipso iure nulla per rationes, de quibus in tex. quando autem inter executores super hoc contenditur, & mandat Capitulo sub diuersis pœnis contraria. dic vt no. in c. cum contingat. de rescrip. ¶ Quintò no. in ver. propter quod, &c. generalem conclusionem libelli: vt narrato facto, ex quo oritur ius, generaliter qs concludat iustitiam sibi fieri. quod dic, vt subtiliter no. Inn. in c. cum dilectionis. de ordi. cog ¶ S. xtò no. in ver. nos igit̃, q̃ licèt penes delegatum sit eadem iurisdictio, & potestas, q̃ est apud delegantem, vt l. 1. §. qui mandatam ff. de of. eius, cui. man. est iur. tamen in persona delegãtis est fortior; & ideò ceteris paribus plus fauendum. Ex quo inferas in argumentũ, q̃ si vicarius habens speciale mandatum conferendi beneficia confert vni, & eps eodem die confert alteri: nec constat, quæ collatio præcesserit, valebit collatio episcopi, tanq̃ habẽtis maiorem potestatem, q̃ vicarius. facit qđ dixi. s̃. in 6. not. in c. quamuis. post Lap. ¶ Septimò no. in ver. eo præsertim. q̃ Papa gratiam hic factam episcopo appellat generalem, & suam pro camerario vocat specialem: sed quomodo est specialis super beneficio nondum vacante, & sic incerto? dicit Lap. q̃ quando genus referatur ad vnum beneficium (vt hic erat in camerario) habetur loco speciei, & spẽs generi referẽti se ad plura derogabit. Nam hæc gr̃a concessa episcopo erat generalis, & vaga, includens omnia beneficia Anglicana. ista camerarij specialis, vt in ecclesia Lexonensi, & post collationẽ canonicatus. puta, q̃ sibi proxima debebatur, vt s̃. c., pximo. facit quod not. Io. An. post Inno. in c. quia cunctis. de concess. præb. super ver. attendendum. vbi dicitur certam reseruare p̃bendam, qui reseruat primam. ad hoc quod no. Io. And. post Io. Mo. s̃. eo. c. si tibi absenti. super ver. vbi acquiras. & hæc ratio sufficeret, secundùm Io. Mo. Nam prima gratia generalis erat, nil continens actu, sed habitu, vel potentia tñ: secunda erat specialis, continens aliquid actu: species ergo facti de genere tracta non intelligitur amplius sub genere, alleg. iura, q̃
3 allegat hæc gloss. ¶ †Octauò no. q̃ licèt secunda gratia nõ reuocet primam, nisi de ipsa specialem faciat mentionẽ: tamen secunda specialis bene derogat primę generali, etiam sine tali mentione. veritas eñ tacita, qua expressa quis literas habuisset, non habet vitiare. de rescrip. c. super literis. sed hæc regula est vera in literis ad lites. non ad beneficia, maximè in exprimendo, vt in c. si motu. alleg. in glo. s. &c. facit quod no. Io. And. post Vin. s̃. de for. compe. c. ex parte B. super glo. & de rescript. c. si proponente. & de præsump. c. fi. cum fi. facit qđ not. in Spec. de libel. concep. §. ad huius tituli consummatio-
4 nem. ver. cum sit actor. secundùm Lap. ¶ †Nonò no. in ver. qã forte. modum arguendi ex sequela absurditatis. concor. ff de neg gest. l. Pomponius scribit. & l. diuortio. ver. alioquin. ff. soluma. & l. Offidius. de le. 3. ¶ Decimò not. in e. ver. colligit Lap. à contrario sensu, q̃ vbi debet fieri de aliquo mẽtio, debet fieri expressio, nec sufficit generalis, ad hoc Cle. si apostolicę. de of. or. facit quod no. Cy. in l. 1. C. etiam per procu. ca. in integ. restit. & l. filius fami. ff. de dona. per Bart. vbi casus, qui requirunt speciale mandatum, an debeant specificè declarari, vel sufficiat eos generaliter exprimere. facit l. sed & si quis. §. q̃situm. ff. si quis cau. ¶ Vndecimò no. q̃ in tribus casibus expressis in ver. cum super. non videtur ligare decretum tã super certo, q̃ super eo, quod pẽdet ex alieno arbitrio, vt in tex. decretum eñ habet vim sententiæ: vnde non debet interponi super incerto, sicut nec sententia ferri, vt l. 1. C. de sent. quæ sine cer. quanti. de isto decreto dicã in d. c. qa cunctis. ¶ Duodecimò no. q̃ post q̃ mandatum est ab aliquo reuocatũ, non valet quod facit, etiam si ignoret reuocationem à se factã: qđ non est perpetuò verum: sed illo casu, scilicet cum ille, qui cum taliter reuocato contrahit, certat de lucro, vt erat ille: sed secus si certaret de damno vitando: quia tunc debet reuocatio innotescere contrahenti. quod dic, vt in Cle. 1. de renun. ¶ Tertiodecimò no. q̃ si est commissa iurisdictio generaliter in prouincia alicui, & postea alteri certi casus in specie: videtur in illis casibus generalis iurisdictio reuocata. quod an sit verũ, dixi in c. super hoc. de hære. & c. studuisti. de of. leg. ¶ Vltimò no. in ver. ad instar. q̃ mãdatũ reuocatur morte mãdãtis: & sic ẽ reuocatio tacita, quæ ita impedit actum, qui postea geritur: ficut expressa, vt hic patet. & facit ad quæstionẽ, de qua per Vin. s̃. de rescrip. c. mandatum. q̃ si delegatus procedat contra aliquem, ignorans de morte delegantis, re integra;

gra; ꝙ nõ valet ꝓcessus suus. de quo p' Archi. 8. q. 1. c. q epiſco patũ. & not. in l. eius q in ꝓuincia. ſi cer. pet. ¶ Quærit Io. An. vtrùm per iſtam gratiam factam huic eſo poſsit conferre bñficia eccleſiæ cathedralis? Tenet, ꝙ ſic; qa hic debet nomẽ bñficij largè ſumi, alle. in cõrarium. ℣. eo. c. quamuis. §. 1. ſed nõ obſt. qa loquitur hic in literis gratioſis, non ambitioſis. declara collatio hic facta per eſm cõcernebat cõmodum tertij, nõ ipſius eſi: quò ad ipſum contra epiſcopum nõ ẽ cẽſenda gratia vitioſa, ſed fauorábilis: ideò nomen bñficij largè ſumitur, vt ℣. c. ſi cui. j. reſponſo. ſed in c. quamuis. gratia cõcernebat cõmodum impetrantis: ideò tanꝝ ambitioſa debet nomẽ bñficij ſtrictè ſumi. Ex quo ẽt infert Lap. ꝙ quando ſit talis gratia, q̃ in alterum deriuatur (vt hic erat) veniunt in tali gratia etiam bñficia curata. Non obſt. huic dicto. ſ. eod. c. vlt. quia in alio caſu loquit̃, ꝓut ibi no. Inn. & Goſ. & in nouel. & de ver. ſig. c. fin. & eadem ratione non obſt. c. cum in illis. 1. reſponſo, ſecũdùm Lapum.

SVMMAE.

1 *Potior in canonicatu eſt potior in præbenda poſtea vacante.*
2 *Dignitatem habere, & eſſe canonicus in eadem eccleſia quis eſſe poteſt.*

CAP. XV.

QVia ſæpe. Primò ponit dubiũ. qd̃ ſecundò diſtinguendo declarat, ibi [nos dubitationem.] ſecundum membrum, ibi [Niſi vacã
1 ti.] ¶ † No. ꝙ qui potior eſt in canonicatu, eſt potior in præbenda poſtea vacãte: quam collatio canonicatus intm̃ afficit, ꝙ alteri cõferri non põt, vt ſ. eo. c. ſi poſtq̃. Item abſq; collatione canonicatus prioritas tpis in literis ad bñficia inducit prioritatem ꝓbendarum in collatione poſtea vacãtiũ: vt priori in tempore conferat primò vacans. quod dic, vt ſ. eo. lib. d reſcrip. c. tibi qui. ¶ Secundò not. ꝙ ꝓrogatiua dignitatis non eſt cã præferendi poſteriorem priori. nec maioritas ſcdi conſideratur ad præferendũ ipm prius impetranti in præbenda poſtea vacante. quod eſt verũ, non ſolum cũ canonicatus fuit collatus, vt hic: ſed ẽt, ſi fuiſſet mandatum cõferri. Nã iſte tex. ſolum ponderat prioritatem in tpe, non prærogatiuam digni tatis impetrantis. Sed cõtra de maio. & obe. c. ſtatuimus. vbi q maior eſt, licèt poſterius in eccleſia inſtitutus, in loco, & portione potior eſſe debet. not. C. de conſul. l. 1. in fi. lib. 12. Sol. vt no. Inn. & Hoſt. in d. c. ſtatuimus. qui per iura ꝑall. & alia erãt
2 in contrarijs opi. eius, qd̃ hic decidit. ¶ † Tertiò not. poſt Archi. ꝙ in eadem eccleſia poteſt qs eſſe canonicus, & habere dignitatẽ. quod dic, vt in c. 1. ſ. eo. lib. de conſue. & c. literas. de conceſ. ꝓb. & ſ. eo. c. ſuper eo. ¶ Quartò no. ꝙ ſi Papa mandat alicui ꝓuideri de præbenda, & dignitate: ſi altera tm̃ vacat, debet impetranti. Nam ſi iſtum ſcdm̃ non impediuiſſet primus, præbenda illa vacans fuiſſet ſibi debita: licèt dignitas non vacaret. ¶ Quid ſi nõ copulatè fuiſſet ſcriptum ꝓ dignitate, & præbenda: ſed ꝑ dictionem [cum] puta prouideas de dignitate cum præbenda, vel econuerſo: an cum altera ſolũ vacat, debeatur? Io. An. remittit ad no. per eum in c. cũ Marthæ §. qui verò. de celeb. miſ. vbi dicit, ꝙ talis habebit canõicatũ, & ꝓbendam: licèt nõ vacet dignitas, vt hic: niſi aliud appareat de intentione ſcribentis. dicit tñ, ꝙ aliquibus videtur contrariũ, vt non debeat̃ præbenda, niſi vacet ẽt dignitas; qa præpoſitio [cum] videtur facere coniũctionẽ: & ſic ceſſat gratia, niſi vacet vtraq;, arg. de cond. & domõſt. l. Iuh' Paulus. & plenius per Io. An. in reg. nullus ex conſilio. poſt q̃ſtiones. Tu dic, ꝙ inter [&] & [cum] non eſt differentia in coniũgendo; qa quælibet cõiungit, vt l. Titiæ textores. §. nil diſtat. de le. 1. ſed in modo coniungendi ẽ differentia. nã ſi cõiunctio [cum] ponit inter perſonas, quarũ vna non accedit alteri, coniungit principaliter, vt l. iuſtiſſimè. ff. de ædil. edic. & non eſt differẽtia inter [&] & [cum.] Aut ponitur inter res, quarum natura eſt, ꝙ vna accedat alteri: & tunc eſt differentia inter [&] & [cum:] quia [&] coniungit principaliter [cum] acceſſoriè, vt l. 2. & l. ſi cui. ff. de fun. inſtr. & Inſti. de leg. §. ſi qs ancillas. & hoc no. Bar. in d. §. nihil. & Cy. in l. fundo. de ver. ſig. Et ꝑ Dy. in reg. acceſſoriũ. facit l. ſi ancilla cum liberis. de leg. 1. Et per iſtam theoricã argue, ꝙ ꝓpter cõnexitatem, & coniũctionem, q̃ eſt inter canonicatum, & ꝓbendam: ſi mandet̃ cõferri canonicatus cũ præbẽda, non poterit conferri canonicatus, niſi vacet præbenda. Sed ſi de vtroq; mandet̃ per copulatiuã [&.] poterit conferri quodcũq; ex eis vacauerit primò. Similiter dico. ſi mandet̃ de præbenda, & dignitate: & ẽt dicatur [cum dignitate:] quia natura iſtorum duorũ nõ eſt, vt vnũ accedat alteri: ſicut ẽ de natura canonicatus, & ꝓbẽdæ. & no. iſtam theoricã: ideò aduertendum ibi, an per coniunctiõem, vel copulã [&] in literis coniungãt. Sed de hoc non eſt curãdum, cum ꝑ iſtas dictiones coniũguntur duo, quorum vnũ alteri non accedit, ſecundũ theoricã ꝓdictam. ¶ Quærit Io. An. an is, ꝓ quo ſcribitur pro dignitate, perſonatu, vel officio &c. per iſtud verbum [officium] poſsit conſequi officium, quod cadit in laicum, & cuius ille laicus capax ſit. Arguit pluribus medijs, ꝙ debet intelligi de officio ſpũali, cuius laicus nõ ſit capax. cum eñ iſta tria in literis coniungunt̃, debet intelligi vniformiter; vt ſic idem ſit iudiciũ cõnexorum. ſ. de conſti. c. trãſlato. de baptiſ. c. maior. §. ſimiliter. ꝓbat hoc multis iurib. quæ cum faciunt mentionẽ de officio, intelliguntur de ſpũali, qñ cum alijs ſpũalib. in oratione deducit. ℣. e. c. fi. & de ẽta. & quali. c. vt hi qui. & de conſt. c. cũ acceſſiſſent. & de cõceſ. præb. c. 2. & 1. q. 3. c. ſi quis eſs prædendas. & c. Saluator. & ℣. de cõceſ. præb. c. 2. ad hoc Cle. literas. eo. ti. vbi in literis directis ſuper ꝙuiſione clericorũ non includunt̃ officia, quorũ laicus eſt capax, ſiue ꝑ laicos regi pũt. ad hoc Cle. quia contingit. de relig. dom. & concludit Io. An. audiuiſſe à ſolemnib. officialib. curiæ, ꝙ curia ſic tenet. quod verum credo: qa præcedentia minuunt, & reſtringũt ſignificationẽ ſequentiũ: vt ſecundùm naturã in præcedentibus comprehenſorũ intelligãtur, vt l. ſi §. cui dulcia ff. de vino, tri. & oleo leg. ibi [ex collatione vini] &c. Ad quod optimè l. Seyæ. §. Gaio. de fun. inſtr. vbi virtus copulæ qualitatem ꝓcedentis legati repetit in ſequenti. Item cũ plura per copulã coniungunt, debet intelligi, vt vniformiter illa determinet, ẽt ſi diuerſa ſint, vt l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. & l. quis. de impu. & ali. ſubſti. & l. ſi legatarius. §. fi. de le. 3. & c. ſedes. ſ. de reſcr.

SVMMAE.

1 *Idoneitas maior in promouendis ad regimen animarum requiritur.*
2 *Auctoritas delegati referenda eſt ad intentionem delegantis.*
3 *Sententia delegati contra intentionem delegantis an ſit irrita.*
4 *Appellatio generalis beneficij; dignitatis, & perſonatus facta in literis non comprehendit beneficia curata.*
5 *Collatio, & inſtitutio ſunt diuerſa.*

CAP. XVI.

CVm in illis. Quatuor ſunt dcã, & partes patent. ¶ † No. ꝙ maior idoneitas requiritur in promouendis ad regimen animarum hũt eñ alios regere, & paſcere; ideò paſtores dicuntur.
2 68. di. c. ſi in plebibus. & 95. di. c. ecce ego. ¶ † Scdò no. ꝙ poteſtas, & auctoritas delegati referenda eſt ad intentionem delegãtis, vt moueat ipſum ratio, q̃ mouiſſet delegantẽ; vt in gl.
3 3. † Vtrùm aũt ſententia, vel ꝓceſſus delegati contra intentionem delegantis ſit irritus ipſo iure, hic per Archi. & ꝑ Io.
4 And. ſ. eo. c. fi. ¶ Tertiò no. ꝙ generalis † appellatio bñficij, dignitatis, & perſonatus facta in literis nõ cõprehẽdit talia bñficia, ſi ſint curata: niſi de cura facta fuerit mẽtio ſpãlis. & hoc eſt ꝓpter literarum odioſitatem, meritò reſtringendam, vt ſ. eo. c. quamuis. & per hoc non ob. ꝙ dicit [nil excellentius dignitate] C. de cõſul. l. 1. li. 12. & circa hoc no. q. gl. hinc eſt. &c. quòd

quòd licet non poſsit ſimpliciter impetranti bñficium prouideri de bñficio curato: poterit tamen prouideri de illo, qđ requirit ſacrum ordinem: dũmodo poſsit ad illum ordinem ꝓmoueri, vt in glo. idem Archi. Lap. dicit hoc verũ, niſi à principio, id eſt tempore, quo recipitur, deberet eſſe in ſacris. quo caſu requirit ordo ſacer à principio: aliàs non poſſet ſibi de tali beneficio prouideri: niſi de tali defectu eſſet facta mentio in illis. & vide quod dixi. ſ. eo. c. ſi pro clericis. in 2. not. Itẽ ad uerte, qa tex. loquitur, cum mandat̃ in literis ꝓuideri. Idẽ dicit Lap. ſi Papa prouidet, dumtm̃ non proprio motu: ita enim vitiat prouiſionem ſubreptio, ſicut mandatũ, vt ℣. eo. c. ſi motu. 2. reſponſo. & no. Io. An. ℣. c. ei cui. in nouel. ſuper ver. mãdatum. ¶ Quartò no. in § illis verò. ꝙ ſub verbo prouiſionis, præſentationis, & diſpoſitionis non venit dignitas, vel perſõa tus: cui prouidetur per viam electionis. rõ eſt, ſecundùm Io. Mo. quia non eſt verisimile, ꝙ Papa voluerit vniuerſitatẽ gra uare, q̃ vtitur iure cõi: vel ſaltem plus accedit ad ius cõe, qđ non dat electionem vni perſonæ in eccleſia collegiata, ẽt epiſ
5 copo, vl ſ. de elec. c. cum eccleſia. Sub iſto igitur nomine [quorumcunque] &c. non includitur vniuerſitas. vnde impetrans contra Titium, & quoſdam alios non cõphẽdit vniuerſitatem. ſ. eo. lib. de reſcrip. c. 2. & refert tempore Papæ Martini ſe allegaſſe in q. facti, Abbatem, & Conuentum nõ poſſe conueniri per literas, in quibus expreſsi erant clerici, & laici, ſubiuncta clauſula [& quoſdam alios] nam Abbas, & Conuentus nõ ſunt clerici, vel laici: licèt conſtituatur corpus ex iſtis, & ex illis. ſicut grex non eſt ouis: licèt conſtituatur ex ouibus. Alijs rationibus hoc probat, vt refert hic Io. An. ex quo ſequit ſecundùm eum, ꝙ ſi in caſu huius c. collatio dignitatum, & ꝑſonatuũ ꝓtineret ad vniuerſitatem, vel collegium, ſub illa ex preſsione [quorumcunque] non venirẽt. quod ſibi non placet. Ego vidi q. diſputatã. Si ſtatuto cauẽt. ſi qs cõmiſerit tale crimẽ, puniat̃ tali pœna: an tali pœna ligabit̃ vniuerſitas, id cõmittens? & videtur, ꝙ non, qñ verba ſunt concepta in perſõã, non in rẽ, vt ff. quod me. cauſa in l. metum. §. animaduertẽdũ. Nam ibi ideò includitur vniuerſitas; quia verba edicti erãt in rem concepta: ſecus ſi in perſonam. Præterea qñ conſtitutio aliquam pœnam imponit, ſpãliter exprimit de vniuerſitate, vel collegio: vt detur intelligi, conſtitutionem illam ad eos aliàs non extendi, vt c. 1. de vſur. ℣. eo. lib. & in vſi. feu. de pa. tenen. l. hac edictali. §. ſi quis temerario auſu. Item ſtatuta, & reſcripta, veluti ſtricti iuris, non extenduntur ad caſum fictum, ſi ſcdm̃ veritatem pũt intelligi, vt l. 3. § hæc verba. ff. de nego. geſt. Sed collegium ẽ perſona ficta, & repræſentata, l. mortuo. ff. de fideiuſ. ex iſtis, & multis alijs, gratia breuitatis omiſsis, apparet, ꝙ conſideratio Io. Mo. in prædictis non fuit ſine iuris miniſterio. Idem tamen ſentio, quod Io. An. in ſupradicta eius illatione, maximè in caſu huius. c. vbi nulla ſpecificatione conferentium facta, generaliter mandatur ad præſentationem, prouiſionem, & diſpoſitionem quorumcunq; &c. cũ eñ iſta iura cadant in vniuerſitatem, & collegium. ergo, ſicut alij, ſtringuntur. facit l. 1. § ſinautem. & l. omnibus. ff. ad Trebel. ¶ Incidenter quæritur per Io. An. quid iuris, ſi nullus modus de iſtis exprimitur, ſed ſimpliciter prouideri mandatur de dignitate, vel perſonatu: an ſi ad talem conſueuit quis per electionem aſſumi, poterit de illo prouideri? Remittit ad not. in Cle. ſi dignitatem. eo. tit. vbi dicit aliquos teneri, ꝙ ita veniet iſto caſu modus electionis, ſicut quinis alius, ex quo nullus exprimitur. Sed Io. Mo. de reg. iur. in reg. in generali. dicit, ꝙ mandando prouideri de dignitate cum cura, non poteſt prouideri de dignitate, ad quam aſſumitur quis per electionem. Ita dicit Lap. Sed dices in forma, de qua in iſto §. illis. eſt poſitum verbum [diſpoſitionem.] quod eſt verbũ generale aptũ includere electionem, vt ſ. eo. c. 2. vt ergo poſitum in oratione poſt verba. [prouiſionẽ, collationẽ, & præſentationẽ.] aliquid addat: videtur includere electionem. cuius contrarium hic dicitur. Sol. dicit Io. And. iſtud verbum faciebat dubiũ in hoc caſu, quaſi propter eius generalitatem. & vt aliqd importaret, videbatur ad electionem referri. Sed contrarium hic dicitur, & refertur ad inſtitutionem. Nam ſecundùm eum idẽ eſt diſponere, quod ordinare. de teſta. c. cum tibi. ſed ordinatio ſumitur pro inſtitutione, vt no. in c. poſt electionem. in gl. 2. de conceſ. præb. ad inſtitutionem igitur referat. & ſic ſtrictè ſumatur in iſta materia odioſa: etiam ſi in literis dicat [ad quãlibet, ſiue quamuis diſpoſitionem.] & ita refert Io. An. ſe conſuluiſſe, vt no. in d. Cle. ſi dignitatem. Aduertendum eſt, ꝙ inquantum iſte tex. dicit ſub verbo [ꝙuiſionis, præſentationis, & collationis] electionem nõ includit. refert ſe ad dignitates, & perſonatus. Ex quo infertur, ꝙ beneficia, quæ nõ ſunt prælaturæ, dignitates, vel perſonatus, includantur: licèt per electionem, & confirmationem prouideatur in illis. ꝓ quo facit ſequens. §. qui de beneficijs loquens, de electione non repetit. Io. An. dicit, ꝙ cõiter tenetur contrarium, vt no. in Cle. 2. § ad hoc. eo. ti. in prima glo. Ad hanc literã rideri poteſt, ꝙ reſpicit narrata, ſecundùm eum. ¶ † Quintò not. in §. cum autem. ꝙ collatio, & præſentatio, & inſtitutio ſunt diuerſa. & iõ expreſsio vnius modi non includit alterum. & inducit Ioan. And. hoc ad q. 51 Papa mandat prouideri de bñficio ſpectante ad inſtitutionem epi: nunquid executor poterit prouidere de beneficio, in quo epiſcopus inſtituet ad præſentationẽ, vel electionem alterius? videtur, ꝙ non; quia ſic grauaretur præſentans, vel eligens: de quo non fuit dictum, nec cogitatum. vñ enim Papa non ſenſiſſe de beneficio, in quo alter habet cõionem aliquam, vt ℣. in fi. c. & c. fi. ℣. eo. Item ſi ille, cui ſcribit, eſſet pũtator, non grauaretur, ſi expreſſum fuiſſet ad eius inſtitutionem, vt hic: multò minus tertius, de quo nulla mentio in lſis habet. In contrarium arguit; quia ſi lſa intelligitur de inſtitutione epi diuerſa à collatione, vt vult tex. erit gſa fruſtratoria, nihil afferens impetranti: cum talis inſtitutio ſemp fiat ad præſentationem, vel electionem alterius. deciperetur ergo impetrans, & non iuuaretur bñficio, contra c. 2. cõmoditati. Præterea iſta inſtitutio ita præſupponit electionem, vel præſentationem, ſicut confirmatio actum inferioris eligentis, vel pũtantis. iſtos ergo tacitè vñ voluiſſe grauare, qui grauauit cõfirmantẽ. ſimiliter antedictos, qui grauauit inſtituentẽ: vt ſic ille, qui voluit cõſeqns, videat voluiſſe ẽt antecedens, ſine quo ad iſtud peruenire non põt, vt l. illum. de acqui. here. & l. ad rẽ mobilem. & l. ad legatũ. de procu. cum ſi. Item ſi Papa mãdat prouideri (vt hic dr) de beneficio ſpectante ad collationẽ, ꝓuiſionem, vel preſentationem, arctatur per hoc ius confirmãtis, vel inſtituentis, vt ſentit hoc c. ergo ſimiliter ecõuerſo. poſſet tamẽ dici hic nõ eẽ ſimile; qa iſta veniunt cõſeqnter, vt acceſſoria, ad electionem, prouiſionẽ, & præſentationem. nõ mirum igitur, ſi ſequit̃ naturam principalis: ſed non ſic econuerſo, de conſ. ec. vel alta. c. vno. ℣. eo. li. per iſta cõcludit, ꝙ in patrono laico, vel clerico rõne pñmonij q̃ nõ haberet dubiũ. Nam expreſſa mentio præſentationis non includeret eos, vt no. Io. An. de. of. leg. c. dilectus. multò minus iſta tacitè intellecta. Si verò loquamur in patrono clerico, qõ eſt dubia, & egeret declaratione, ſecũdùm eum. ¶ Sextò not. in §. ſi verò. ꝙ ſi mandat̃ prouideri de beneficio ſpectante ad collationem, vel preſentationem Titij, & Martini, non põt prouideri de illo, quod ſpectat ad alterum prædictorum: videtur eñ grauari non inſolidum, ſed ꝑ parte, vt l. reos §. cũ in talib. ff. de duo. reis. Et intelligẽ ſatis eẽ, ꝙ ſpectet ad illos, quibus ſcribit ad preſentationem plebani, & abbatis: & plebanus præſentat abbati, & abbas epiſcopo, per quem fit inſtitutio. procedit eñ impetratio, & eius executio: ſed ſecundùm eum remanet dubium ſatis forte, quid ſi alter eorum ſolũ ſit expreſſus, an ſufficiat. & quis ex eis exprimi debeat? Arguit ꝙ plebanus: vt ſic à primordio tituli poſterior formet̃ euentus, vt C. qñ & qui. quarta pars deb. l. 1. & cuiuſlibet rei potiſsima pars eſt principium, vt l. 1. ff. de ori. iu. In contrariũ facit, ꝙ abbas; qa ſem per debet inſpici cauſa proxima, non remota, vt l. ſi mulier.

ff.rerum amo. & hanc partẽ tenet, vt plenius videas in no. vbi de mentione fienda, cum collatio eſt cõis: aliàs non veniat, vt in fi. dicit. Tangit etiam quid iuris, ſi ſpectet ad vnum de cõſenſu, vel conſilio alterius. & ſentit, q̃ ſufficiat exprimere collatorem, vt ⁊. ne ſe. va. c. 1. Item ſi præſentatio pertinet cõmuniter ad patronos, qui conuenerunt eligere alternis vicib. ſufficit exprimere illum ſolum, ad quẽ pertinet illa vice. facit. ⁊. de iure pa. c. 1. & l. quotiens. de vſufru. Non ob. hoc c. in fi. nã in caſu prædicto grauatur ſolùm ille patronus, ad quem ſpectat illa vice præſentare: ſed in fi. c. grauaretur vterq;: dumtũ de grauando alterũ tm̃ Papa reſcripſerit. Adducit Ioã. An. in ſimili. ſi teſtator legat vxori, quæ parata erant ad ipſius vſum: non venient parata ad ipſius vſum, & alterius. de leg. 2. l. legatis. & ſic non põt dici meũ, quod eſt mihi cõe cum alio. Q̃nq; tamen quod cõe eſt, meum eſt. quod dic, vt l. ſerui electione. ff. de leg 3. & hic caderet, ſed omitto, vt referam dicta Lap. q̃ pro intelligentia. c. cum. ſ. quærit, vtrum valeat impetratio dignitatis. diſtinguit. Nam quãdoq; eſt dignitas ſine cura: & ſufficit exprimere, q̃ ſit dignitas, ad valorem literarum, vt ⁊. eo. c. fi. nec videtur ſufficere expreſsio, de qua ⁊. ne cle. vel mo. c. fi. pro & contra. eo. ti. o. 1. Quandoq; eſt dignitas cum cura: & tunc aut eſt collegiata: & requiritur ad efficaciã impetrationis, q̃ de hoc (. ſ. q̃ ſit collegiata) fiat mentio: aliter non valeret impetratio. ad hoc facit iſtud c. §. 1. & Cle. j. 2. reſponſo. e. tit. & ita no Io. Mo. in c. in generali. de reg. iur. iſta ſunt uera, quando Papa facit gratiam ad impetrantis petitionem, vel alterius pro ipſo: ſecus ſi motu ꝓprio, vt ⁊. e. c. ſi motu. & c. ſi pluribus. vel ſi facit gratiam in alium deriuandã, vt ⁊. eo. c. dudũ. & ⁊. e. c. ſi cui. j. reſpon & de ver. ſig. c. fi. iſtis eñ caſibus comprehenditur dignitas in gratia. facit quod no. Io. An. de verb. ſig. c. pe. & de reſcri. c. ſi propter. ⁊. eo. lib. & de ver. ſig. c. fi. ſup verbo bñficia. & quod no. Inno. in c. fi. ⁊. eo. Si verò exprimit, q̃ collegiata ſit: & ſufficit illa expreſsio in literis, ẽt ſi de cura non fiat mentio. Nam oĩs collegiata eccleſia eſt curata, vt ⁊. de of. or. c. cum ab eccleſiarum. & de ma. & obe. c. cum in eccleſijs. & in Extrauag. execrabilis. § fi. qui eñ vnũ exprimit, tacitè vr̃ exprimere omnia, quæ ſunt de ſubſtantia, ſiue eſſentia illius expreſsi, & ſine quo eſſe non põt, vt l. illud. de acq. here. facit quod no. Iuno. in c. fi. de libel. ob. verba eñ ſunt ciuiliter intelligenda, & ſecundùm propriẽ ſignificationẽ, vt l. nõ aliter. de leg. 3. & l. non putauit. §. nõ quæuis. de contrab. Quandoq; eſt collegiata, & parochialis. & tunc an ſufficiat facere mentionem, q̃ ſit collegiata. Quidam, q̃ non: niſi dicat, q̃ ſit parochialis, vel q̃ ſit curata. Ad hoc ⁊. de elec. c. ſtatutũ. & Cle. eo. ti. c. fi dignitatem. j. reſponſo. Non ob. q̃ expreſsio, q̃ ſit collegiata, includat, q̃ ſi curata: quia verum eſt, q̃ includit curam collegialem, nõ parochialem: & aliud eſt vna, q̃ alia. vnde vna expreſſa, alia non venit. facit ⁊. de ſta. mo. c. qđ Dei timorem. & qđ ibi no. eſt eñ duplex cura: vnde non ſufficit facere mentionem de altera, ar. optimum. ff. de adul. l. uim paſſa. §. præſcriptionem. vbi de duplici, & compoſito crimine aliter ſtatuit, q̃ de ipſis ſimplicibus. Nec mirum, quia vbi ſubſunt plura impedimenta, non ſufficit alterum amoueri ad efficaciam actus, vt l. ſi nõ lex. ff. de here. inſti. & dicit Lap. q̃ plures lĩas fecit corrigi, in quibus impetrabatur dignitas parochialis, & dicebatur, q̃ erat collegiata, non facta mẽtione de cura; quia dignitas parochialis erat. refert tũ alios tenere contrariũ. & q̃ ſufficiat exprimere, q̃ ſit collegiata; quia cura parochialis cẽſetur acceſſoria ad curam collegialem, & minor, quæ ſequitur principalem, & maiorem curam collegialẽ. facit ⁊. eo. c. extirpandæ. §. qui verò. & quod ibi. ⁊. e. c. ſuper eo. per Io. An. & Lap. Præterea cura parochialis iuncta eccleſiæ collegiatæ non eſt eiuſdem efficaciæ, & effectus, ſicut q̃ principaliter ſtat per ſe, vt ⁊. de ele. c. ſtatutum. eo. lib. & hãc opinionem tenere Pau. Io. Cal. & cõiter curiales. & ſibi placet in hoc caſu, vbi diuerſa cura reputatur pro vna; quia eſt eccleſia parochialis vnita dignitati, vt Cle. ſi vna. de reb. ec. non alie. Seeus vbi eſſent ſeparatę. puta eccleſia parochialis, & eccleſia collegiata ſunt ſimul vnitæ; ita quòd vna nõ ſubeſt alteri. Tũc .n. de vtraq; cura debet fieri mentio. facit quod no. Io. An. in Cle. per literas. eo. ti. Concludit vltimum tenendum in literis impetratis. primum verò in impetrandis, vt ſolidius agatur. Ego idem ſentio, quod Lap. ſi cura parochialis, & collegialis in diuerſis eccleſijs conſiſtit: vt inſpiciamus principalem, nõ acceſſoriam, quantùm ad expreſsionem prædictam, vel ambas, ſi ſunt principales pariter: ſed ſi ambæ curæ ſunt apud eãdem eccleſiam (vt ſunt Venetijs plebanatus collegiati, & parochiales:) videtur prima opi. verior de iure. ſ. q̃ debeat fieri mentio de parochiali, & collegiali. Nam poſtq̃ non apparet, q̃ vna accedat alteri, neutra eſt dicẽda acceſſoria, ſed pariter principalis, & diuerſa vna ab altera. & ſic vna non includit aliam: vnde ſicut de qualibet per ſe ſtante deberet fieri mẽtio, vt ⁊. proxi. dicit Lap. ita ſi concurrant in eadem eccleſia: vt ſic compoſitum, ſiue mixtum ex duobus ſimplicibus aſſumat ſibi naturam ſimplicium: & quandoq; potentius agit mixtũ, q̃ ſimplicius, vt d. §. præſcriptione. Non obſt. c. cum ſtatuto. quia ſicut ibi eſt rõ reſtringendi materia pœnalis: ita ẽt hic ſit rõ impediendi, odium literarum ad beneficia: de quarũ qualitate eſt in ipſis mentio facienda, vt no. in Cle. j. e. ti. & magna eſt qualitas curæ, parochiæ, & populi: quæ cura velut multitudinem concernens eſt cenſenda dignior, q̃ cura collegialis, quæ in paucis collegiatis conſiſtit, vt in illis plebanatibus Venetiarum, vbi ſunt. 5. vel 6. collegiati, & populi eorum ſunt numeroſi. & ideò non videtur dubium, q̃ ꝓpter maius periculũ animarum maior idoneitas requiratur, q̃ in cura. 4. ſiue 5. clericorum collegiatorum: nec videtur rationabile dicẽ, q̃ expreſsio iuris paucos concernentis includat diuerſam curam, concernentẽ populi multitudinem. quia in ſeparatis, & penitus diuerſis nõ infertur de vno ad reliquum, vt l. Papinianus exuli. de minor. l. ſi maritus. C. de dona. inter vi. & vxo. ¶ Quærit Io. An. Expecto dignitatem in eccleſia Boñ. per literas Papæ cum clauſula [non obſt. literis impetratis, vel impetrandis:] poſtea Papa concedit, q̃ de archidiaconatu alicui prouideri non valeat per literas impetratas, vel impetrandas cũ clauſulis [non obſtantibus] dicit Archi. q̃ durat prima gratia, etiam quò ad dignitatem archidiaconalem; ex quò expreſſa mentio non fit de indulgentia. ff. de leg. 3. l. ſi quis. in prin. & de leg. 1 l. ſi mihi §. fi. Alleg. in contrarium de ali. leg. l. ſi hominem. & l. ſeq. & dicit, q̃ curia quandoq; ſeruat vnum, quãdoq; aliud. & ita hic in nouel. Quærit etiam. Si Papa falſo rumore ſibi perlato, q̃ is, cui contulerat præbendam, deceſſerat: ideò mandat eam conferri. bene dicit, q̃ literę non valẽt, vt l. fi. de here. inſti. & quod no. in Spe. de inſt. edi §. compendioſæ. ver. quid ſi is qui. ¶ Vltimò hic quærit, quid eſt collatio, quid prouiſio, quid inſtitutio, quid præſentatio. dic, vt hic ꝑ eum. & ꝑ Dy. de reg. iur. ⁊. eo. lib. c. 1.

S V M M Æ.

1 *Beneficium abſenti conferri poteſt.*
2 *Beneficium non liberum non eſt alicui conferendum.*
3 *Deliberationis tempus non facit ceſſare deliberationem.*

CAP. XVII.

SI tibi abſenti. Circa beneficium collatum abſenti nondum acceptatũ ſoluit quinq; dubia. primum, an ſit illius, ibi [licèt] ſecũdùm, an poſsit alteri conferri, ibi [ipſe tamen] tertium, an ſi conferatur, valeat collatio, ibi [quod ſi.] quartum, quid ſi lapſus ſit terminus datus ad acceptandũ, ibi [ſed ſi] quintũ q̃d ſi prouiſus poſt terminum præueniat collatorem, ibi [anteq̃.] ¶† Nota, q̃ abſenti poteſt conferri beneficium, ſimiliter omnis liberalitas, vt l. abſenti. ff. de don. & l. qui abſenti. de acqui. poſſ. & generaliter omnes contractus, qui conſenſu perficiũt, inter abſentes contrahi poſſunt, vt l. conſenſu. ff. de act. & ob. intellige

intelligę tamen, interueniente aliquo medio organo, per quod conſenſus vnius in alterum perferatur: ſecus ſi ſimpliciter quidam tertius referat verba abſenti ab alio prolata, vt ibi not. & l. prima. §. fina. ff. de cotrahen. empt. & vide quod no. in l. poſtquam liti. C. de pac. & quod dixi ⁊. de pac. c. cum pridẽ. in 7. no. In caſu autem huius cap. an ſit neceſſe interuenire nuntium, vel epiſtolam, ſiue alium, qui abſentis nomine collationem ſuſcipiat. Glo. 3. videtur ſentire, quòd ſic, dum ſupponit alium inueſtitum nomine abſentis. fortè poſſet dici, q̃ nullo interueniente medio, collatio epiſcopi, de qua conſtet, valeat. Sicut electio facta de aliquo non requirit præſentiam electi, vel alterius pro eo. Nam iſta iura ſpiritualia facilius acquiruntur, quàm alia: quia conferuntur de neceſsitate, vt patet ex his, quæ dixi in Cle. ne Romani. de iureiur. in 10. no. facit quod no. 1. q. 7. c. quoniam. & c. quotiens cordis oculus. Item epiſcopus tenetur neceſſariò conferre vacans beneficium, vt c. fi. de inſti. In electione autẽ iſtius, vel illius non eſt neceſſaria pœnitentia eligendi, vt not. Bar. in l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. de leg. 2. & vide qđ no. in c. accedens. ⁊. eo. vbi de iſto, qui inueſtitur nomine abſentis, an poſsit eſſe laicus. puta etiam perſona, per quã actus geritur, quærit abſenti, vt c. quamq̃ ⁊. eo. lib. de vſur. ¶ Secundò no. q̃ illud, quod donatur abſenti, ſiue confertur, non põt dici ſuum, antequàm ratum habeat. concor. d. l. abſenti. Interim igitur dominium remanet penes mittentem: quia non ſolet perdi, niſi alteri acquiratur, vt l. nec vtilem. ff. ex qui. cau. ma. & quod no. in l. ſi ego. de neg. geſt. poteſt tamen in quem
2 liberalitas ẽ collata, habere ratum inuito conferente, vt hic & d. l. ſi ego. ¶ Tertiò no. q̃† beneficium non liberum non eſt alicui conferendum. & ponderat Io. An. quia dicit, non liberum, & non dixit, non vacans: dans intelligere, q̃ donec ille non acceptet, dicitur beneficium adhuc vacare. definit enim vacatio per conſenſum mutuum conferentis, & eius, cui confertur, nõ alterius tãtùm. Sicut dicimus in electione, & matrimonio carnali, vt ⁊. de ele. c. cum inter canonicos. & de ſpon.
3 c. tua. † Item tempus deliberationis non facit ceſſare deliberationem: ſicut nec deliberatio heredis non facit, quòd hereditas non ſit iacens, & ſint omnia in ſuſpenſo, vt ff. de iu. deli. 1. Ariſto. & l. ait prætor. & licèt iſta ſint vera, q̃ talis collatio non excludat vacationem: tamen facit, quòd beneficium non cenſetur liberum quò ad poteſtatem alteri cõferẽdi. Ex quo infert Io. An. q̃ eſt dare beneficium vacans liberum, & vacãs non liberum, & non vacans. Ex quibus arguo, quòd ca. 1. de conceſ. præb. habet locum in beneficio non vacante. In vacãte verò non libero an habeat locum pœna, de qua ibi? fortè non. & quòd ex tali collatione nondum acceptata poteſt dici beneficium affectum, ne deliberationis beneficium auferatur: nec præcipitandus eſt abſens, ſi deliberare velit, vt ſequitur. facit ff. ſi cer. pe. l. proinde. Ex quo inferas poſt Archi. q̃ ſi is, qui recipit ſecundum curatum, poſt collationem ſui primi beneficij nondum acceptatam, impetrat diſpenſationem retinendi ipſum; cum prædicto ſecundo: q̃ non valet talis diſpenſatio, tanquàm ſubreptitia, tacito de collatione prędicta, etiam non acceptata, all. quod no. ⁊. eo. c. quod non ſit. j reſp. Item conſenſus ſubſequens, vel ratihabitio videtur à principio interceſsiſſe. de re. iur. c. rati. in contrarium facit, quòd ꝑ diſpenſationem videtur prius ius quæſitum diſpenſato, quàm prouiſo. & ſic prouiſus poſtmodum acceptare non potuit. ff. quis or. in bono. poſ. & l. fi. de his, qui no. infa. l. quid ergo. & videtur caſus. ff. rem ra. ha. l. bonorum. & l. fi. Ioan. And. tenet primam partem; quia ſi non valet collatio facta, cum prouiſus deliberat, vt hic: multò minus diſpenſatio pluralitatis aliàs odioſa. & ſic tollitur arg. quòd fuerit quæſitum ius aliquod diſpenſato: fuit enim talis diſpenſatio ſubreptitia facta ſuper beneficio non libero. & illud eſt verum, ſecũdùm Lap. etiam ſi Papa diſpenſet cum eo proprio motu, vt ⁊. eod. c. ſi motu ꝓprio. & c. ſe. va. & ẽt ſi talis, cũ quo deſpẽſet, ignorauerit dictam collationem abſenti factam. ⁊. eod. lib. de reſcript c. gratia. nam licèt illa ſubreptionem tollant: non tamen tollunt ius alteri quæſitum in re, vel ad rem. facit ⁊. eod. de reſcrip. c. quamuis. & quod ibi per Lap. ¶ Et faciũt iſta ad q. Pone, quòd poſt collationem factam abſenti ante conſenſum accommodarum concedit Papa priuilegium alicui de percipiendis fructibus beneficiorum vacantium: an beneficiatus ille percipiet fructus iſtius beneficij prius collati, & non acceptati? & videtur, quòd ſic; quia vacans eſt, licèt non liberum, vt prædixi. pro quo facit quod no. ⁊. de reſcrip. c. ſi propter. in 5. gl. in fi. vbi dicit, quòd venit beneficium, quod vacat per permutationem: quod tamen non eſt liberum quò ad collatorem; quia ſi alteri conferret, quàm permutare volenti, collatio non valeret, vt Cle. j. de rer. permu. ¶ Quartò no. quòd dicit [per epiſcopum tuum.] q. d. ſecus, ſi per aliũ. Sed dic idem in quolibet collatore, vt poſsit conferre beneficium abſenti, vt dicit gloſſ. 2. Sed nunquid terminum aſsignare poteſt, de quo in ver. ſed ſi epiſcopus? dicit Lap. quòd idẽ in quocunque collatore, vt poſsit terminum præfigere, cui cõfert, ad acceptandum; dum tamen ſit eius ſubditus. Si verò confert abſenti non ſubdito, non videtur, quòd poſsit tali nõ ſubdito terminus ille ſtatuit: ſed adiri debet ſuperior eius pro illo termino ſtatuendo facit quod no. Ioan. And. ⁊. eod. lib. de reſcrip. c. gratia. in gloſſ hic non eſt. videtur tamen ſibi, quòd ſi in illo altero caſu tertiò requiſitus non conſenſerit collatioꝰ ni, habeatur pro non conſentiente: & ex tunc poſsit beneficium ſibi collatum alteri conferre. facit ⁊. de ſup. neg præla. c. 1. & Cle. quamuis. de app. vlt. reſponſo. ¶ Quintò no. quòd eſt differentia inter tuum, & debitum: per tuum, & ſuum cõpetit ius ad rem. facit de conceſ. præben. c. fin. & Cle. auditor. de reſcrip. & Cle. ſi duobus. vt li. pen. vbi de hoc per Ioã. An. Aduerte tamen; quia, meus, tuus, ſuus, & ſimilia denotant dominium, vt l. Quintus § argento. de au. & arg. le. Ex quo videtur, quòd beneficia poſsint peti tanquàm ſua. Sed quomodo eſt hoc; quia dominium talium rerum non eſt apud aliquem ? vt Inſti. de re. diui §. nullius. Sed dic, quòd ſunt nullius quò ad proprietatem: quantùm autem ad fruendum, ſunt clericorum, & pauperum. vnde ſicut vſufructuarius dicit habere dominium vſusfructus poſt traditionem, & conſtitutionem, vt l. 3. §. dare. ff. de vſufruc. ita & clericus: ante verò petit ipſum tanquàm debitum, non vt ſuum. ¶ Sextò not. in ver. ſed ſi epiſcopus. q̃ ſi actus efficacia, & effectus pendet ex arbitrio alicuius, poteſt illi terminus ſtatui, vt approbet, vel reprobet quod eſt geſtum. & loquitur iſte tex. in beneficijs, in quibus mora vacationis eſt damnoſa: & in quibus iũdicis officium eſt latiſsimum, vt ⁊. de elect. c. ne pro defectu. & ca. cum nobis olim. Quid contra dices in materia, vbi iſta ceſſant: putà geſsit aliquis negotium nomine meo; ita quòd eius efficacia à me pendet: an poſsit aduerſarius meus cogere me, vt approbem, vel reprobem. caſus eſt, quòd ſic in l. Iulian°. §. ſi qs colludente. de ac. empti. quem tene menti. & adde, quod leg. & not. in l. quamdiu. ff. de acquir. here. & c. fin. ⁊. eod. tit. de conſue. vtrobique enim habes de iſto termino præfigendo alicui ius habenti: ne in alterius præiudicium diu maneat aliud in ſuſpenſo. & in l. mancipiorum. de opti. lega. ¶ Septimò not. quòd lapſus termini non habetur pro acceptatione, ſed pro recuſatione. concor. d. l. quã diu. in fin. Sed in contrarium facit C. de iur. delib. l. fin. §. ſui autem. & §. ſi quis verò temerario. vbi habetur pro acceptante, qui terminum ſibi labi patitur. Solu. dic, quòd ſi ad deliberandum inter duo extrema eſt alicui præfixus terminus, & in eo nihil reſpondet: talis taciturnitas eſt habenda pro acceptatione; vel recuſatione, prout ſibi eſt magis nociua, vt patet ex præallega. iuribus. & ideò in caſu huius cap. habetur pro recuſante; quia hoc ſibi nocet ex eo, quòd oblatum ſibi beneficium non habebit. ¶ Octauò no. in ver. ante tamen. q̃ vbi eſt certus terminus præfixus à iu

dice, poteſt purgari mora. & ſic poſt terminum actus geri. qđ intelige re integra, ſ. antequàm ſit proceſſum ad aliam collationem, vt hic. lapſus ergo termini præfixi non priuat aliquẽ ipſo iure: aliàs non haberet locum purgatio moꝝ, vt tetigi ſ. eod. lib. de elect. c. licèt canon. & de materia, an poſt terminum poſsit mora purgari, diſtinxi plenè in c. potuit. de loca. in q 29. & aduerte; quia tex. admittit venientem poſt terminum, ſi eſt adhuc res integra. Vtrum ergo idem erit poſt ex preſſum diſſentum, vel poſt renunciationem, vt poſsit pẽnitere re integra? Glo. pe. quòd ſic, collatore in eadem voluntẽ te manente. Archi. contra. 7. q. 1. c. q̃ periculoſum. & de renũ. c. ex tranſmiſſa. in quibus patet, q̃ ius extinctũ nõ reuiuiſcit. Item ſicut p̃ mutuũ conſenſum eligentiũ, & electi cõtrahitur matrimonium ſpirituale, vt c. cum inter canonicos. de ele. ita etiam debet diſſolui, vt c. 1. de re. iur. ſ̃. & l. nil tam naturale. de re iur. Io. An. in nouel. dicit opi. Archi. poſſe ſuſtineri in renunciante. Sed in diſſentiente tenẽt gl. ſuam. aut ergo tacet: & dic, vt in tex. aut diſſentit: & idem. ſ. quia pẽnitere poteſt. aut renunciat: & nõ poteſt, ſecundùm Io. An. Lap. dicit, q̃ opi. Archi. ſuo iudicio eſt verior: vt idem operetur expreſſus diſſenſus, quod operatur renunciatio: quia poſt vtrumque poteſt ad aliam electionem procedi, vt ſ̃. eod. lib. de ele. c. ſi electo. expreſſus enim diſſenſus magis accedit ad naturã renunciationis, q̃ ad ſimplicem lapſum termini, vbi eſt reperire ſolum fictum diſſenſum. Sed dices. videtur, q̃ indiſtinctẽ poſt renũciationem, poſt diſſenſum, & poſt lapſum termini audiri debeat, re integra, vt l. quem pœnitet. de ceſ. bon. vbi poſt ceſsionem (& ſic renunciationem) admittitur pœnitentia. Sol. ibi loquit̃ in renũciatione iuris, & dñij iã q̃ſiti: hic quærendi, qđ facilius perdit̃, nec per pẽnitentiã reparat̃, niſi in filijs abſtinentibus à paterna hereditate: quia talem diſſenſionem rei integræ reuocare poſſunt, iuxta id, quod leg. in l. ſi. de repu. hered. ¶ Quærit Io. An. circa iſtud vltimũ reſpõſum, pone, q̃ apparet epiſcopum poſt terminum præfixum ei, cui primo contulit, alteri cõtuliſſe. & ſimiliter appet illũ poſt terminũ cõſenſiſſe: ſed nõ conſtat, vtrùm collatio eſi præceſſerit húc conſenſum: vel cõſenſus iſte collationẽ. dicit Io. An. q̃ cũ collatio facta alteri apparet facta poſt terminum aſsignatũ primo, eſt pro ipſa præſumendum. niſi ille primus probet eã factam poſt eius cõſenſum accõmodatum, q̃ hoc all hũc tex. du dicit [anteq.] & dũ dicit [& ex tunc] habet ergo priò, q̃ bare prouiſus, q̃ ex tũc. i. poſt eius cõſenſum fuerit facta alteri collatio. poſt q̃ enim intentio eſi ſecũdo conferẽtis eſt fundata pp terminu lapſum primo, qui dicit eius collationẽ non tenuiſſe propter præuentionem, debet hoc probare: ſicut ſi de excõicatione, & appellatione apparet, & non cõſtat appellationem p̃ceſſiſſe. nam præſumit, q̃ excõicatio præceſſerit: qa iuriſdictio eſi eſt fundata de pñti, niſi probet̃ præuenta, vt c. venerabilibus. in fi. & quod ibi no. in glo. de ſent. excõ. ad idẽ de dona. int. vi. & vxo. l. cum hic ſtatus. § ſi ambo. Item de culpa primi conſtat per lapſum termini, ex quo patet eũ nõ acceptaſſe. Si igit̃ innitit ex purgatione moræ, debet rẽ integram tunc fuiſſe, probare: vt ſic probet, quod eſt cauſa ſuæ intentionis, vt dixi in Cle. literas. de reſcrip. ¶ Scdò q̃rit Io. And. poſt Io. Mo. de tali q. Papa contulit mihi canonicatum, & præbendam, ſi vacat: aliàs reſeruauit vacaturam, executore cõceſſo: & tunc nulla præbenda de iure vacabat. per eundem modum proceſsit executor, conferendo præbendã, ſi qua vacabat. & eo tempore vacabat præbenda de iure, ſed non de facto; quia collata fuerat per ordinariũ poſt gratiam Papæ decreto vallatam: tamen iuris vacationem & executor, & impetrãs ignorabant. quæritur, an impetrans habeat ius in re? videtur, q̃ non; quia ad eius acquiſitionem non ſufficit collatio, niſi adſit ſcientia eius, cui debet quæri. nam ignoranti non quæritur ius in re, vt hic patet. Secundò probant; quia huic executori videtur cõmiſſa nedũ executio, ſed cognitio adhibenda, vocato poſſeſſore. 25. q. 2. § præſcriptiõe. & ea. q. §. & ſi nõ cognitio. ea igitur ꝓtermiſſa, nil agi videtur. ff. de tranſac. l. cũ hi. §. ſi prætor. & de re. eo. l. magis. §. ſi eꝰ alienum. Tertiò licèt verè præbenda vacaret. cum tamen talis vacatio non eſſet nota executori, non videtur valere eius collatio ſic conditionaliter [ſi qua vacat] &c. quia de his, quæ iudex facit, debet ſibi liquere, & cõſtare vt iudici, & nõ de facto agere, vt l. hoc aũt. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. & l. mnlrũ. de condi. & demõ. p Bar. de facto igitur conferendo, non conſulit ius in re. ad hoc op. de l. quęro ff. de eo qui. & l. qui in domini teſtõ. de teſta. vbi ſeruꝰ factus liber non poteſt facere teſtm̃, ſi ſe effectum liberum ignoret. Præterea hereditas temporalis non poteſt acquiri p he. edem, ignorantem teſtatoris mortem, vt C. de capti. & poſtli reuer. l. nec nos. & de acqui. he. l. qui hereditatem adijt. & l. heres inſtitutus. Quartò quia illa verba [reſcripti apoſtolici, & collationis executoris, ſi qua vacat] &c. debent intelligi, & referri ad vacationem iuris, & facti, non iuris tantũ, vt c. cum noſtris. de conceſ. præb. Ex quibus videtur, q̃ talis collatio non contulerit ius in re. Cõtrarium tenet Io. An. poſt Io. Mo. probat primò decreti Apoſtolici interpoſitio, quo ligantur manus ordinarij, & eius collatio nulla fuit, vt c. dudũ. §. nos igitur. & c. ſi poſtquàm. ſ̃. eod. cum igitur eius collatio nulla fuerit: ipſa, nec poſſeſsio eius prætextu ſubſecuta, collationem executoris impediuit, vt ȷ̃. eod. lib. c. licèt epiſcopus. Item Papa dat ius in præbe. da vacante, etiam ſi vacationem ignoret ipſe, & impetrans, vt d. ca. ſi poſtquàm. ergo & delegatus eius, qui eius vice fungitur, vt l. 1. §. qui mandatam. ff. de off. eius cui, man. eſt iuriſ. & 94. diſt. ca. 1. Ratio enim, quæ mouet delegantem, &. delegatũ é ſ̃. de reſcip. c. ſuper literis. & per hoc non obſt. ratio in contrarium, quòd nõ valet quod per iudicem agitur. nam cum referat ſe ad certum, ſ. ad præbendam vacantem, valet quod facit, arg. l. ſi ita ſcripſero. de conditio. & demon. & l. aſſe. de here. inſti. Non ob. quòd verbum [ſi vacat] &c. intelligatur de vacatione iuris, & facti. In eo enim, quòd confert vacans de iure, & non de facto, valet collatio, vt d. c. licèt executio non teneat poſſeſſore non vocato, vt ibi. Non obſt. arg. de hereditate temporali. quia aliud ibi, vbi quis ſuccedit in iuribus defuncti. vnde niſi ſciat mortem, videtur ſollicitus de hereditate viuentis, contra l. 2. §. interdum. de vul. & pupil. cum ſi. hæc verò non ſuccedit in iuribus defuncti: quia in beneficijs ceſſat hereditaria ſucceſsio, & quæritur ius in eis ex noua inſtitutione. Concludie ergo, q̃ valebit collatio, ſed non executio. Lap. dicit Io. Cal. tenere cõtrarium in diſtinctione, quam fecit in d. c. cum noſtris. ſ. quòd non valet collatio executoris, niſi prius poſſeſſore amoto. Sed dictum ſuum loquitur, cum ille, qui contulit, habebat poteſtatem conferendi: licèt eſſet defectus ex parte prouiſi. in quo caſu eſt poſſeſsio colorata: ſecus in q. prædicta: vbi patet, quòd ordinarius non habebat poteſtatem conferendi per collationem canonicatus reſeruationem, & decretum Papæ. ex quibus patet, quòd non poterat dici poſſeſsio colorata; ideò nõ impediet collationem executoris. nam talis poſſeſsio non colorata non impediret impetrationem, ſi de ipſa non fuiſſet facta mentio in reſcripto, ſecundùm eum ibi. colorata verò impediret forte collationem delegati, niſi præcedat cauſæ cognitio: licèt non impediat collationem ordinarij, vt d. c. licèt. ¶ Tertiò & vlti. quæro poſt Lap. Ordinarius contulit beneficium B. ſed antequàm ipſe beneficium acceptaret, Papa contulit, vel mandauit conferri cuidam alij cum clauſula [ſi non eſſet tempore datæ alij ius quæſitum.] deinde ipſe B. recuſauit acceptare, & deceſsit. quæritur, an ordinarius poſsit ipſum beneficium conferre in præiudicium apoſtolici? & primò arguit, quòd non ad ordinarium, ſed ad Papam ſpectet collatio hac vice, per illa, quæ not. Compo. de reſcrip. c. Capitulum. in glo. mag. charta vlti. ver. quid ſi prouiſio. & Io. And. poſt Inno. & Hoſt. de elec. c. dudum. ſuper ver. diſpenſatis. & de exc. ꝓla. c. inter dilectos. & poſt Inn. de cõc. p̃b. c. cũ noſtris. ſup ver. diſpenſaret. & in Cle. cũ ei quẽ. ſup ver. infra menſem.

3 ver.nunquid ergo. ¶† Iuxta prædicta quæro de tali q.Arbiter condemnauit me,quòd venderem quandam rem, & traderem ſub pœna.Ego vendidi,& tradidi, ſed poſt traditionẽ veni contra.vtrùm incidam in pœnam cõpromiſsi?dicit Bar. quòd non;quia vendendo,& tradendo ſum plenè liberatus à laudo.& eſt caſus in l.in numerationibus. ff.de ſol.& l.ſeruus ſi hæredi. ff. de ſtatu libe.& quod no.in l.1.C.de pac.in fi.gl. mag.Non ob.ff.de contrahen.empt.l.fundi partem. quia ibi fuerunt verba tractum temporis importantia, non momentum,puta conductum habet. Non ob.l. inter Caſtellianum. ff.de arb.quia arbiter ibi diuiſit,& voluit rem ſic eſſe,& manere diuiſam:vnde conſideratur factum ſucceſsiuè. Non ob. ff.de actio. emp.l.ſi hæres.quia ibi loquitur in quibuſdam acceſſoriis,pro quibus poteſt agi.& vide quod no. Gul. de Cu. in l.ſed ſi poſſeſſori.ff.de iureiur.Poſui hanc q.pro eo, quod dixi.s̃.quòd ſufficiat impleuiſſe ſemel. habet enim locum in diſpoſitionibus,quæ momento implentur: non in illis, quæ habent tractum ſucceſsiuum,in quibus requiritur perſeuerãtia.¶ Quartò no. quòd per iſtam formam[non obſtante, q̃ vnum beneficium habeas, quòd poſsis aliud obtinere] non intelligitur diſpenſatum, vt primum retineat cum ſecundo. ſed talis expreſsio excludit vitium ſubreptionis.Ponit Arch. exemplum in habente duas eccleſias curatas:vt ſi Papa conferat ſibi tertiam cum dicta clauſula [non obſtante, quòd duas habeat]non intelligitur diſpenſare in illis duabus,ſi eas illicitè detinebat.Dubium facit;quia dictio [non ob.] videtur nouam diſpoſitionem inducere in expreſsis in ipſa. Nam in ſimili ſi teſtator dicit [lego vxori,præter dotem, centum] videtur legare dotem,vt l.Seya. §.vxori. de an.le.idem ſi dicat [lego ſupra dotem centum] quia verbum,ſupra,includit dotem,ſicut verbũ,amplius,vt ff.ſol.ma.l. diuortio.§.itẽ ſi locatio.& ff.de do. præleg. l.Seya. Idem ſi dicit [centum vltra dotem]vt l.ſi vltra.de fideiuſ.& hoc no.Bar.ff.de do.præleg. in l.cum ita.Iſta ergo clauſula [non ob.]videtur ſuper obtentis nouam diſpoſitionem,& ſic diſpenſationem,inducere: q̃ ita eſt repetitiua precedentium,ſicut aliæ dictiones,de quib. s̃.Solu. hoc facit odium diſpenſationis ſuper pluralitate: vt clauſulæ literarum ad beneficia non importent iſtum effectũ,ſi poſſunt alium operari: vt ſicut literæ tales veluti odioſæ reſtringunt quantum poſſunt.s̃.e.c.cum in illis.& c.quamuis.& c.is cui.ita etiam clauſulæ earundem reſtringendę ſunt potius,quàm laxandæ. vnde ſi Papa concedit, quod poſsim aliquod beneficium obtinere præter obtenta, non intelligitur in obtentis diſpenſatio, vt not.Inn.in c.dudum.de elec.Si autem diceret,quòd cum obtentis poſsim tertium obtinere. videtur ſuper omnibus diſpenſare,ſecundùm Ioan.And. qui alleg.ff.de leg.3.l.ſi ſic.& l. pater filium.§.ſi.eo.tit. Lap. dicit hoc verum,ſi exprimatur, quòd prima duo minus iuſtè conſecutus fuerit: aliàs non valeret diſpenſatio de tenendo duo illa cum tertio beneficio: nec etiam quò ad tertium habendum; cum propter duplicitatem duorum curatorum eſſet ẽt inhabilis ad habendum tertium.s̃.de elect.c.dudum. il 2.facit Cle.1.eo.tit.& de offic.ordi.c.3.s̃.eo.lib. de primis enim beneficiis non fit mentio, vt in eis nouus titulus conferatur, ſed vt per collationem vltimi non perdatur.& ſic verba prolata ad retinendum, non operantur ad inducendum, vt l.3. ff.de acqui.poſſ. ¶ Quærit gl.4. ſi cum habente eccleſiam curatam diſpẽſatur, vt poſsit recipere aliud beneficium, etiam perſonatum,ſimilem curam non habens:quæritur, an ſi conferatur archidiaconatus, poterit illum retinere? Arguit, q̃ ſic,& concluditur contrarium. & no.ipſam pro intellectu huius verbi, ſimile, in nouel. dicit, quòd ſimilitudo eſt rerum ſingularium differentium comparatio. vnde in illa non requiritur,quòd tota res ſit toti rei ſimilis, ſed in eo, ad quod confertur.de confir.vti.vel inuti.c.cum dilectæ.& quod ibi in nouel.& qui filii ſint legi.c.per venerabilem. poſt princip.de admi.tuto.l.ſi pupillus alterum.§.fi.& quod not. Io.And. de iud.c.cauſam quæ.il 2. & de conſtit.c. translato.ſuper vltima glo.facit l.quod Nerua.ff.depoſi.¶ Vltimò not.q.alterius gl.
4 magnæ, q̃ defectus † conditionis tacitè ſubintellectæ in reſcripto gratioſo non vitiat literas: nec alterat officium, vel naturam diſpoſitionis.exempla vide.s̃.de elec.c.licèt canon. & etiam in nouel.& quod dixi poſt gloſſ. ĩ. de offic.delegat. Cle.1.facit.s̃.eo.lib.de offic.ord.c.ordinarii.§.prouideat.ar. contra.s̃.de tranſl.c.fi ibi [dumtamen nihil]&c.ſed illa determinatio erat de præterito: vel debebat præcedere actum fiendum.& vide concor.ad hoc s̃.eo.de aucto.& vſu pal.c.extuarum.ſuper ver.dummodo.

SVMMAE.

1 *Legatus cum decreto decernere poteſt.*
2 *Confirmatio Papæ,quam facit de diſpoſitione ab alio celebrata,denominatur ab ipſo confirmante.*
3 *Confirmationem gratiæ legati impetrans an teneatur facere mentionem de prioribus beneficijs.*
4 *Confirmatio ius nouum dare non dicitur.*

CAP. XXII.

SI apoſtolicæ. Primò ponit factum, continẽs gratiam legati, & approbationem Papalem.ſecunda ibi.[certum eſt.]ſoluit dubium,ſurgens ex facto,rationem interſerens, & dubium fortificans.tertia,ibi[cum ipſa] fortificatio,ibi[etiam.]¶ Not. quòd hic Legatus reſeruauit canonicatum,& præbendã proximè vacaturos cum decreto. Quandoq; mandat ſtatim recipi in canonicum, & præbendam proximè vacaturam reſeruat.& de hac forma dixi.s̃.e.c. ſi eum. in primo notabili.
1 dic vt ibi.¶† Secundò not.contra opi.moderniorũ,quòd Legatus poteſt decernere cũ decreto.de quo per gl no.contra. & per Hoſt.in ſumma de offi.lega §.quod pertinet.ver.irritat.& in Spe. ti.2.§.nunc oſtẽdendum.ver.38.Sed eſt dubiũ, vtrum tale decretum Legati ignorantes liget. Inn.& Hoſt.q̃ ſic.Archid.& Compo.quòd non.dixi.s̃. eo.c. ſi beneficia. in 7.notabili.& hic in nouel,vbi tantùm opin.prædictorum refert.& ſubdit,quòd hodie legati in ſuis literis reſeruationum apponunt illa verba [ſcientes,vel ignorantes] ſicut & Papa. ¶Tertiò no.quòd illud,quod eſt debitum vno iure,& ex vna diſpoſitione,poteſt deberi ex alia ex nouo titulo ſuperueniẽti:non autem ex vtroque,vt c.vt quis duas.s̃.eo.li.de elec.Ratio quia duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrere in eadem re,etiam ex diſpoſitionibus diuerſorum, vt l. Mæuius. de leg.2.& l.non quocunque. de leg.1. Sed clerici in beneficijs dicuntur habere titulum lucratiuum. s̃.e.c.ſignificatum. facit l.3.§.ex pluribus.de acqui.poſſ.ft. ideò autem hic titulus iſte ſuperueniens à Papa vincit,& extinguit titulum Legati; quia eſt fortior,& maioris potentiæ,vt c.hi qui.s̃.eo. vnde dicit lex. vbi aliqua differentia obligationum poteſt conſtitui,vna alteram perimit:cum verò duæ ſunt eiuſdem poteſtatis,non poteſt reperiri, cur altera potius, quàm altera conſumatur,vt l.generaliter. C.de fideiuſ.titulus ergo debilior extinguitur,adueniente potentiori,vt ibi.facit l. ſi creditori. ff.
2 de leg.1.& l.3.§.qui fideicõmiſſariam.de hær. inſti.¶† Quarò no.q̃ cõfirmatio Papæ,quam facit de diſpoſitione ab alio celebrata,denominatur ab ipſo confirmante,non ab eo, qui actum geſsit. & hoc verum, quando hoc exprimit, vt auctoritate ſua actus ſortiatur effectum,vt hic factum fuit.nam, vt dicit lex [omnia.n.noſtra facimus quib.noſtra impartitur auctoritas] C. de vete. iur.enucle.l.1.§.ſed neque. ver.omnia. Sic & tutor datus in teſtamento,& à iudice confirmatus,datiuus eſt,non teſtamentarius: licèt datum in teſtamento patris ſine inquiſitione,& ſatiſdatione iudex habeat confirmare.C.de confir.tu.l.2.& in Auth.de defenſo.ciui. §. ſed interim.iſta ſunt ſimilia,quæ alleg.Ioan.And. ſed non faciunt ad propoſitum c.in quo gratia Legati erat efficax de ſe, & valida.quo caſu ille,qui confirmat quod de ſe eſt validum, non videtur dare de nouo, nec conferre nouum titulum, vel anti quum validiorem facere,quàm ſit,vt c.inter dilectos.s̃. de fi de inſtrumen.& c.quia diuerſitatem.de concef.præben.in d. autem l.1.§.ſed neq;.& l.2.§.ſed interim.prælegatis.actus celebratus erat inutilis,nullum effectum producens ſine confirmatione;ideò qui confirmat,dat,vt in l.adoptio non videtur facta.ff.de adop.& quia iura in hoc variant,vtrùm qui cõfirmat,videatur dare.ſic.de Bel.Iacob.But. & alii vario modo loquuntur in l.& quia.ff.de iuriſ.om.iud.vbi Bart. clarius ſic diſtinguit,q̃ interdum quis cõfirmat quod nullum eſt: & videtur dare,vt d.l.adoptio. & l.legata inutiliter. de legat.1. Quandoque quis confirmat id, quod nuper eſt factum, non nullum; vt quando ſuperior confirmat electionem: tunc confirmans non videtur dare, ſed imperfectum perficere, vt d. §.ſed interim. ſimile cum prætor interponit emancipationi, vel alienationi auctoritatem,vel ſimile.non enim videtur facere,ſed imperfectum confirmare. Hinc eſt,quòd electi conſequuntur titulum ex electione,non ex confirmatione: quia confirmatio non confirmat inualidum,ſed imperfectum, vt alibi no.Quandoque quis confirmat actum perfectum,& validum:& tunc aut ille actus non erat in ſua libertate(quia eũ nõ poterat tollere:)& tunc non videtur dare, vt l.vnum ex familia.§.fin.de legat.2.aut erat in ſua libera poteſtate:& tunc aut confirmat,de nouo volens inducere: & videtur primum reuocare,& de nouo inducere,vt l.poſthumus.§.fi. de inioſt. teſtam.& l.quærebatur.de teſta.mili.Aut noluit de nouo inducere,ſed confirmare,prout eſt.& tunc qui confirmat,non dat,vt s̃.de confir.vti.vel inuti.c.pen. & fi. Ita diſtinguit ibi. Ex cuius diſtinctione ad c.apoſtolica. patet, q̃ ex eo, quòd erat in libera poteſtate Papæ reuocare gratiã Legati nondũ adimpletam, potuit ipſam ſuam facere confirmando, & auctoritatem impartiendo. In dubio ſi hoc non exprimit, ſed ſolum confirmat,& exequi mandat.dicit ibi Iacob.de Bel.q̃ in dubio qui confirmat,non dat,ſed datum approbat,vt d.c. inter dilectos.§.cęterum.& c.cum inter vos.de re iud. In caſu ergo huius c.non ſola cõfirmatio gratiam Legati alterauit,

uit,& apostolicam fecit:sed verbum [auctoritate nostra] ex quo verbo expresso patet,quòd gratiam alterius facit suã, vt ℣.de rescrip.c.cum aliquibus in fi.sentit tamen hic Io.An. quòd sola confirmatio Papæ operetur istã alterationem, & transfusionem,dum dicit,q ex quò Papa confirmat seruationem, & decretum legati, etiam sine datione executoris, affecta sit præbenda.℣.c.proxi.& ℣ de rescrip. c. tibi qui. & de concess.præben.c.si soli.& ℣ de concess præben.c.constitutus.super glo. 1.sed Io.An.loquitur in quæstione,quam formal, quòd datio executoris,de qua in tex.non fuerit de substantia.& solum verbum [confirmamus] in dubio non alterat,nec immutat naturam dispositionis,vt dixi. & credo verum.faciunt prædicta ad ea,quæ dixi de sententia confirmata per iudicem appellationis, an ex ea, vel ex prima oriatur actio in factum,& ius executium. & communiter tenetur, quòd ex sententia iudicis appellationis,non ex prima, vt dixi in c.Romana.℣.de appella.eo.li.& ibi in nouel.in fi.Sed dices.per prædicta videtur, quòd ex prima, quæ apparet firma,& valida:ergo qui eam confirmat, non videtur de nouo dare,per iam dicta. Sol.renouat; quia per appellationẽ erat extincta,vt l. (.in fine.ad Turpil.Sumit igitur vigorem ex prima confirmatione; ergo ex ipsa sententia confirmata oritur actio,vt l.si quis priore.ad Treb. Glo.quæ incipit .non in forma.quærit de vna q vt in ea patet,& Archid.tenet opi.gl.dicit enim, quòd si Papæ decretum obtinet in facto legati, qui vnũ ius dare potest in beneficio, antequàm vacet: fortius in facto Capituli, quod potest dare ius canonicatus Ioan. Mo. tenet,quòd secundum præfertur. Nam primũ habet formã iustitiæ, quæ consuevit transire sine solemnitate.Executor.n. deputatus pro primo, qui in forma iustitiæ impetrauit, habet potestatem reseruandi, decernendi,& inhibendi in exequendo,non dando.Non enim videtur Papa liberaliter tali dare:sed erga ipsum debitum iustitiæ exequi.& sic non dicitur de nouo facere in c. nouit.de appel.& c.literis.de rescr. facit l.si seruo.de hær. inst.& l.vnum ex familia.de leg. 2.Sed obst. huic opinioni.c.cum aliquibus.in fi.℣.eo.lib.de rescrip. Sed ibi litera est gratiosa,hic mixta.Nam in ea narratur Capituli gratiosa receptio.Secundò in literis Papæ iustitiæ exhibitio [ne inane nomen]&c. Tertiò apostolica prouisio erga ipsum,quæ plus respicit iustitiam, quàm gratiam.Io.An. dicit,q ista opinio Ioan.Mona.procederet, vbi Papa sine cõfirmatione iudicem simpliciter dedisset:sed in q.glo.Papa ẽt receptionem Capituli confirmauit, & mandauit executoribus, quòd auctoritate apostolica præbendam &c. & sic satis constat de eius intentione, q voluerit auctoritate apostolica hunc dici receptum.nã cõfirmatio,& executoris datio cũ prædicta clausula multum adiicit iuri sibi competenti ex receptione Capituli.Regulare est autem, quòd in istis mandatis, dum aliquid vltra ius commune additur, vel detrahitur, ex hoc suscipiunt nouam formam : sicut cum mandatur ordinario quod facere tenetur, alia tamen forma. Nam ex hoc eius iurisdictio alteratur,vt in c.licèt. & qd ibi no.de off. ordi.& per hoc credo,quòd sanè senserit in hoc Io.An. facit
3 quod not.℣.eo.c.hi qui auctoritate. ¶ † Secundò quærit glo. penul.vtrùm ille,qui impetrat confirmationem gratiæ legati in forma,de qua in isto c.teneatur facere mentionem de prioribus beneficijs.tenet,quòd sic,vt in ea patet. idem Archid. licèt prius teneret contrarium,rationibus infrascriptis:quia in impetrationibus, & dispensationibus expressum est debere fieri mentionem,non in confirmationib.casus ergo omis-
4 sus,&c. c.suscepturn.de rescrip † Item quia confirmatio non dat ius nouum, sed primum corroborat.℣. de fide instrumẽ. c.inter.Item trahit originem à receptione,& sic cessat ambitio, quia ius suũ prosequitur. Sicut.n.licet petere confirmationem electionis electo.Sic etiã & recepto. ℣.de elec.c. dudũ.il 2.Itẽ confirmans non dat. ff. de iur. om. iudic. c.& qa. Sed ista & similia tollũtur per id,qd gl.dicit,sm Io.An.in no.

S V M M AE.

1 *Legatus non potest beneficiare beneficiatum, non facta mentione de beneficio,quod habebat.*
2 *Gratia Papæ facta motu proprio non censetur subreptitia.*
3 *Subreptio impetrantis pro se, sicut reddit impetrationem nullam,ita subreptio impetrantis pro alio.*

CAP. XXIII.

SI motu proprio. Distinguit duo membra.secundum ib:[secus] primum determinat,ibi [motũ.] ¶ No.primo, q text.loquitur de collatione, quam facit Papa motu proprio. Quid de gratia, siue collatione legati: an eius proprius motus operetur illud,quod dicitur hic in tex.Io.An.remittit ad nota.per eum.℣.de offi.leg.c.fi.Arch.hic tenet,locum habere quod hic dicitur,in Papa tantùm, non in alio ordinario,p
1 prælleg.Decre.Idem hic Lapus.† Ratio est secundùm eum; quia legatus non potest beneficiare beneficiatum,non facta mentione de beneficio,quod habebat,vt d.c.fin.& c. si apostolicæ.de off.or.in Clem.licèt enim non possit notari subreptio ex parte illius, cui legatus proprio motu confert: est tamen subreptio ex parte legati,si sciebat, vel scire poterat beneficiatum illum:secus si scire non poterat;quia tunc valebit collatio,nec poterit subreptitia dici.ad hoc.℣.eo. lib. de re-
2 scriptis.c.gratia.¶ † Secundò no.quòd gratia Papæ facta motu proprio non censetur subreptitia ex hoc tantùm, quòd in ea non fuerit facta mentio alterius beneficij, quod habebat is,cui sic Papa prouidit.& aduerte;q gratia censeret non solùm subreptitia ex taciturnitate alterius beneficij, quod habebat impetrans: sed etiam ex aliis : puta si tacuerit stat. in ecclesia, vt ℣. de rescrip. cap. constitutus.vel pro alio fuerit scriptum.c.in literis. & c.mandatum. vel est subreptitia, siue inualida ; quia tacuit defectum personæ ipsius impetrantis (prout natalium,defectum ætatis,corporis vitiati, bigamiæ, & similes.)vtrùm ergo proprius motus Papæ firmet gratiam contra istos defectus:vt ex eis non possit censeri subreptitia; sicut firmat ipsam contra taciturnitatem alterius beneficij, prout dicit hoc.c. Ad hoc respondet nótabiliter Io. And. q licèt isti defectus per viam subreptionis opponi non possint propter expressionem proprij motus:opponuntur tamen p viam iuris cõis;cum proprius motus talium dispensationem non inducat.ad hoc c.eam te.de æta. & qualit.vbi dicitur,tales non recipiendos per literas apostolicas, non distinguendo,an fuerant,vel non, proprio motu datæ : licèt ergo proprius motus excludat subreptionem:opponi tamen poterit, grauatos non teneri;quia Papa non intendebat (ex quò non expressit.) intringere numerũ,vel grauare ecclesiã pro alio, vel dispensare in prædictis defectibus.sit ergo cautus aduocatus in modo opponendi. Nam licèt motus proprius tollat vnum defectum irritationis literarum,qui est taciturnitatis, non tamen tollit alios supradictos. & sufficit ad nullitatem dispositionis vnum ex pluribus defectibus remanere, vt l.si non lex.ff.de hered.instit.& l si domus.de seruit.vrb. prædio.
3 ¶ † Tertiò not. q sicut subreptio impetrantis pro se reddit impetrationem nullam: ita subreptio impetrãtis pro alio. & sic inficit impetrationem dolus tertij, sicut proprius. circa quod vide Cy. de excommunicato impetrante nomine alieno,vt legitur,& no.in c.j.℣.eo.lib. de rescrip. & quod dixi in c.gratia.eo.tit.& vide etiam l.3.in prin. ff. quod quisque iur. & ibi ista distinctio,an scilicet ad petitionem alterius, vel nullius aliquid concedatur.¶ Quartò no.quòd taciturnitas, etiam modici beneficij impetrantis reddit gratiam subreptiam.& sic de modicis est curandum:quandoq;secus.qd dic, vt legitur,& notatur.℣.de rescrip.c.si proponente. & aduerte,quia tex.loquitur de beneficio obtento. & sic de iure, qd impetrans habet in re. sed nunquid similiter de iure, quod habet ad rem,teneatur impetrans facere mentionem.dicut et qui-

quidam,quòd non:sed sufficit, si renunciat illi iuri. contrarium,vt hic refert,disputauit Io.An.vt ipse not.in reg. ignorantia.℣.eo.lib.de reg. iur. & quid iuris,si impetrans vult renunciare beneficio, quod tacuit in impetratione: an ex hoc eius gratia conualescat? dic vt not.per eum de rescrip.c.postulasti. dicit enim Lap hic, quòd literæ non conualescunt p talem renunciationem.Tangit etiam remissiuè Ioan. An. de habente præstimoniam, vel possessionem ab ecclesia, quam tacuit in impetratione: an ex hoc impetratio reddatur subreptitia?remittit ad no.per eum in d.c.postulasti.Lap.hic post Goffr. dicit,q de istis non tenetur impetrans facere mentionem,si habet ipsa in stipendium vt laicus:secus si vt in titulũ, & beneficium.¶ Quintò no.in §.motu.quando dicatur gratia facta motu proprio. Nam tunc dicitur, quando exprimitur in eadem.Sola ergo scientia principis, non expresso in literis motu proprio,non excludit vitium subreptionis. Alibi tamen videtur lex velle,quòd idem operetur scientia principis scribentis,quod operatur clausula [non ob.]vt l.idẽ scribit §.fi.de excu.tuto.& l.quidam consulebat.ff.de re iudic.& circa hoc not.quod dicit text. [expresse cautum in eadem] &c.per hoc enim dicit gl.fin.quòd motus proprius apparere debet ex serie literarum: nec potest probari extrinsecus. ex quo collige, quòd quamuis gratia Papæ possit probari per testes, etiam si nondum sit redacta in solitam literarum formam,nec bullata,vt no. Arch.℣. eo.in proœmio.in fine tamẽ proprius motus nõ probatur,nisi per literas apostolicas.Ex quo etiam collige, quòd vbi per scripturam inducitur aliqs effectus, ad talem effectum consequendum de necessitate requiritur scriptura, nec sufficit aliter fieri fidem : secus autem si scriptura sit de forma actus, super quo requiritur; quia tũc forma,& actus probantur per testes,vt no.℣.eod.lib.de elec. c.vt circa.in glo.super verbo,literis.& de appella.c.cordi.in glo.istud.& idem est,vbicunque requiritur scriptura ad faciliorem probationem:sicut est in actis, quæ fiunt coram iudice.℣.de prob.c.quoniam contra.Bene enim tũc probari possunt aliter,quàm per scripturam,vt ibi no.Inn.& no.℣.eo. li. de sen.& re iudi.c.fi.& quod no.Pau.in Cle.vt constitutionẽ. §.insuper.de elec.Casus autem,in quib. scriptura est de substantia,enumerat glo.in c.1.de censi.℣.eo.lib. Quid dices ecõ uerso ad testes.Papa expresit in literis, quòd motu proprio aduersarius vult probare, quòd ad impetrantis, vel alterius instantiam hoc fecit:an debet audiri?dicit in nouel.quòd nõ, per rationem gl.fi. & etiam, quia id esset arguere Papam de mendacio.qd non licet.ad quod vide no.in Cle. 1.de proba. in glo.antepe. ¶ Quærit Lap. Aliquis vltra numerum est receptus per literas Papæ sub expectatione præbendæ, quam duxerit acceptandam. vacat præbenda, quam acceptat: ipsam tamen præbendam,& canonicatum, antequàm decederet q illos obtinebat, Papa reseruauerat cum decreto : ille acceptans sciens postea de prædicta reseruatione, impetrauit à Papa,de nouo suggerens,qualiter acceptauerat canonicatũ, & præbendam prædictos antea reseruatos : cum tamen non canonicatum,sed præbendam acceptauerit, vt prædixi.quæritur,an dicta impetratio, & collatio valeat? videtur, quòd sic per not.per Ber.℣.eod.c.dilectus.eo.lib.in glos.arg.quòd sententia.illi & isti intelligunt &c.vsque ibi [non enim]in cõtrarium facit hoc.c.& ℣.e.ti.& li.c.dudum.& quod ibi in gl.f. per potestatem.& hoc in gl.indistincte.& per Inn.℣.de rescr. c.super literis.in glo.scilicet veritate.Scribitur per Ioan.An. & pro hac parte consuluit ipse Lap.& quidam alii.& ita dicit sentire curiales.

S V M M AE.

1 *Minus quod est in obligatione generis, debetur.*
2 *Collator eligere debet præbendam debitam impetranti.*

CAP. XXIIII.

SI pluribus. Ponit thema, ex quo dubium oritur.quod distinguendo soluit, ibi [gratiam.]& secundum membrum prosequitur,ibi [si verò.] & in vtroq; rationem.& subdistinguit,& in membris subditinctis negligentiam punit. ¶ Not.cuius est electio,cũ confertur beneficium in genere, & plura beneficia simul vacant. Nam si facta fuerit collatio motu proprio, erit electio creditoris,id est illius,pro quo motu proprio scribitur. Ratio est; quia principis beneficium debet latè interpretari. C.de bo. vacan.lib. 10.l.2.& in Auth.de non alie.§ si minus. colla.2.sed oppones.Immo videtur,quòd strictè;q a ista gratia tendit in præiudicium tertij, scilicet ordinarij collatoris, qui grauatur ex collatione Papæ,vt ℣.de præscrip.c.mandatum.& c. literis. beneficium ergo principis debet strictè interpretari,vt no.Inn.in c.cum dilectus.de dona.Cum ergo dicta gratia lædat ius ordinarij,quãtũ minus potest:dicamus, quòd ipsius semper debeat esse electio, & semper minoris valoris beneficiũ debeatur : cuius contrarium dicitur in hac prima parte c.Sol.dico,quòd Papa beneficia conferendo nõ dicitur conferre aliena beneficia, sed propria, & ius suum: habet enim potestatem liberam super omnes in beneficijs, vt ℣.eod.c.2.hinc est,quòd recepti eius auctoritate sunt alijs præferendi.℣.eo.c.hi qui. & c.fi à sede. hoc igitur respectu, s. iurisdictionis Papæ in beneficiis eius gratia proprio motu facta est latissimè interpretanda, tanquàm facta de re propria concedentis. ¶ Secundò not. q vigore gratiæ factæ motu proprio de præbenda in genere, debetur illa, quæ est maioris valoris.& intelligit Ioan.And. maioritatem valoris per respectum ad redditus,non æstimationis rerum,ex quibus proueniunt:vt si turrim haberet magnæ æstimationis,& paucorum reddituum.idem in c.cum causam.de testi.in glo. 2.vbi de hoc.& de iureiuran.c.quanto.in prin.Ad hoc ego al lego l.qui bonis.de cess.bo.vbi in exigendo aliquem, quatenus facere potest, inspicitur quantum ex ipsius patrimonij fructibus potest redigi, non quantum ex venditione rerum redigeretur:& in beneficiis ecclesiasticis necessariò talis æstimatio referenda est ad redditus. *Tum quia clericis, quibus* conferuntur,redditus solum debentur,vt c. præsen. de offic. or.cum ibi no.tum quia res ipsę alienari prohibẽtur. frustrà igitur fieret æstimatio,si clerico remaneret possessio magni precij,& nullius redditus:vt sunt gemmæ, & lapides pretiosi.ex talibus enim clerici pascerent oculos,sed non ventrem.
1 ¶ † Tertiò no. quòd in obligatione generis quod minus est, debetur,vt in §.si verò.concor.c.in obscuris.de reg. iur. & l. idẽ Iul.§.scio.de leg.1.& l.nummis. de leg.3. In ista.n.materiã cuius sit electio in obligatione gñis. dic, vt plenè legitur, & notat in l.legato gñaliter.de le.2. & in obligatione alternatiua dic in l.Lucio.de le.2.& vide qd dixi in c.gratia.℣.e.li.de rescrip. vbi post glos.dixi; an qui semel elegit, possit postea variare.de quo in c.2.eo.lib.& tit.¶ Quartò no.quòd qui habet ius eligendi,debet eligere infra 10.dies post notitiam:est simile in tempore præfixo ad appellandum, qui est 10. dierum à die scientiæ,vt in Auth.hodie. C. de appell. & l.ab eo. C.quomodo & quando iud. & intellige hunc habere notitiã vacationis,cum sibi fuerit patefacta per executores, vel impetrans ipse ostendit literas:aliter credere non tenetur. ℣. de of.del.c.cũ in iure peritus,& quod no.Comp.in c.cõstitutus. de rescrip.in glo.mag.post princip §.vnam causam.ver.alijs. vide etiam quod de ista notitia habetur in fin.de concess.prę
2 ben. Clem.1.in glo. pen. ¶ † Quintò no.in ver.seu si sit. q collator dẽt eligere præbendam debitam impetranti & ponderat Ioan.And.quòd dicit [elegerit]& non dicit [contulerit.]licèt enim hoc casu ordinarius eligat: executor tamen illam confert, secundùm Archid. sed in hoc casu non est necessaria collatio alicuius,cum Papa iam contulerit;vt patet in pr.n.c. ibi [conferamus] & sic statim collatione facta per colla-

collatorem, impetrans habet titulum: qui fortè retrotrahitur ad tempus vacationis, & non ex tempore electionis: qđ est vtile scire propter fructus perceptos medio tempore inter vacationem,& electionem: si fortè debebantur alteri fructus percepti vacationis tempore.c.si propter. s̃. de rescript. eo.lib. Talis enim subsequens electio retro fingit fuisse debitum à tempore tituli collati per Papam, argumen. optimum de lega.2.l.vnum ex familia.§ si,de falcidia.facit l.si tibi homo.de leg.1.§.cum seruus.¶Sextò & vltimò no. in ver.alterutro.quòd lapso termino iuris ad eligendum prefixo,deuoluitur electio de vno in alium.concor.de leg.2.l.statuliberũ. §.Stichum.& quod no.de rescrip.c.cæterum.in gloss.2.& loquitur text.cum præfigitur terminus ad eligendum à iure.Si verò fine termino competat ius eligendi,est terminus præfigendus à iudice,vt l.mancipiorum.de op.le.& loquitur text. in electione rerum:in electione verò personarum cum datur mihi electio conferendi vni ex duobus,quem elegero: si sim in mora,quid iuris.vide in l.cum quidam.de leg.2.¶Quæro post Io.An.Cap.loquitur,cum cõfertur vni,vel pluribus motu proprio,vel ad petitionem alterius fiat collatio, & vacent plura,prout hic dicitur. si dicamus, quòd tunc primo impetranti debeatur minoris valoris, vt dicitur in §.si verò. ergo secundo impetranti debebitur sequens, quod erit maioris valoris. quod est absurdum: vt magis sit fauendum secundo, quàm primo,contra.c.eum cui. s̃.eo. & pro tanto dicit ipse, quòd iste.§.habet locum in vno impetrante,vt patet ex text. dum dicit [cuiquàm.]& sic in fin.in duobus ergo, vel pluribus impetrantib. dic post eũ, q̃ si sunt disparis auctoritatis, ille q̃ erit potioris,erit prior.s̃.e.c.hi q.& c.ad sedem.Si verò sunt paris auctoritatis,vincens in tpe,cæteris paribus,vincet ẽt in iure,siue loquamur de prima parte c.siue de scđa. Nam in hac secunda parte in fauorem ordinarij est inductum, vt debeatur minoris valoris.Sed si eam teneretur recipere post impetrans,secundus haberet aliam maioris valoris.& sic beneficium,quod concedit hoc c.ordinario collatori,non esset fauor sibi,sed secũdo impetranti.sed hoc prohibet lex,quòd fauor vnius extendatur ad alium,vt l.cum patronus.ff.de legat.2.ff.qui po.in pign.habe.l.Claudius.& est simi.quod no. in Clem.1.de rescrip in glo.in actore.¶Vltimò.Ioan.Andr. inducit hunc tex.ad q.disputatã. In ecclesia Rauen. sunt duo collegia, scilicet canonicorum Cardinalium,& cantorum,vt refert Ioan.An.in c.bonæ.il 1.de postu. præla. Modò pone, q̃ aliquis impetrauit canonicatum ecclesiæ Rauen.simpliciter, in quo ex eis debet recipi? dicit primò considerandam qualitatem personæ:vt in illo,qui magis sibi congruat,recipi debeat,argum.s̃. c.cum de beneficio.§.quando.Si verò neutro dignus est, ad neutrum recipietur propter tacitam conditionem subintellectam,si est dignus.de rescrip.capitu.cum adeo. Si verò est dignus vtroque: tunc videtur distinguendum,vt in isto.cap. vt scilicet.si motu proprio,in maiori.si ad petitionem alterius,in minori recipi debeat.¶Lap.etiam circa hoc format.q. de facto. Quidam habuit gratiam à Papa super beneficio sibi conferendo,quod duxerit acceptãdum: cuius redditus annui,secundùm taxationem decimæ, summam 40.florẽ.auri non excedant. in illo loco erant floreni veteres satis minoris valoris,quàm noui: omnes tamen habebant cursum in expediendo. vacauit postea beneficium, qđ iste acceptauit.opponitur, quòd est maioris valoris per respectum ad florenos nouos: & sic non potuerit. Replicatur, quod est minoris valoris, habito respectu ad flo.veteres. & p cõsequẽs tale beneficiũ vr̃ includi,& acceptationẽ nullã esse, per hoc c.Ego dico, q̃ si post taxationem decimæ sit variata moneta,in ęstimatione habeatur consideratio ad valorem, q̃ erat tpe taxationis.& secundùm illud tempus valorem reddituum æstimari,ar.c.cum olim,de censi. Sed vbi in literis non fieret relatio ad taxationem decimæ: sed simpliciter mandaretur prouideri de beneficio reddituum quadraginta florenorum: tunc esset adhibenda consideratio florenorum maioris,vel minoris valoris, vt dicit Lap. & vt dicitur in isto. c.

SVMMAE.

1 *Numerus canonicorum, & præbendarum quandoque in ecclesia est taxatus.*

2 *Episcopus potest habere præbendam, & vocem in Capitulo vt canonicus, licèt non sit canonicus.*

3 *Papa licèt scribat pro aliquo in ecclesia habente numerum præbendarum, & canonicorum, per hoc non videtur numerum ampliare.*

4 *Papa per suum rescriptum an videatur velle consuetudini derogare.*

CAP. XXV.

C Vm in ecclesia. Decidit casum dubium, duplicem rationem interserens,ibi [ne contra] secunda ibi [& dictus.] ¶†Not.quòd quandoq; in ecclesiã est taxatus numerus canonicorum,& præbendarum.& est quandoque iste numerus inæqualis; quia hic erat maior numerus præbendarũ: quandoque est maior numerus canonicorum, quos creauit Papa,vel Capitulum vltra numerum præbendarum. Quod autem ius isti supranumerarij consequantur.dic vt s̃.de consti.c.cũ M.& s̃.c.pro illorum. vbi dixi, an rupto numero canonicorum videatur ruptus numerus præbendarum. Item an liceat Capitulo creare canonicos,quousque voluerit,plenè distinxi.s̃.eo.c.vacante.& vtrùm statutum numerum possit rumpere.dic vt c.dilecto.eo.ti. ¶†Secundò no. q̃ episcopus potest habere præbendam, & vocem in Capitulo vt canonicus,licèt canonicus non sit.& dicit Archid.non posse cõsuetudine introduci, vt episcopus sit canonicus propter impossibilitatem,vt quò ad idem eodem tempore sit pater, & filius.sed Ioan.And.hoc non placet, & in effectu nil valet,secundùm eum.allegat tamen Archid.de concess. præb.c. literas. & vide quod legitur,& no.s̃.eo.lib.de ap.c.à collatione. quod tamen de voce in Capitulo hic dicitur,non facit ad factum,secundùm Ioan.An.sed tantùm id,quod dicitur de præbenda,de qua erat hic quæstio,an impetranti,an futuro.episcopo deberetur,secundùm Ioan.And Ego dico,quòd etiã quod dicitur de voce Capituli,denotat iuris ministerium, & auget dubitationem in casu huius.c.ex eo;quia ex istis,scilicet quia vocem habebat vt canonicus, & similiter dicto iure præbendam: videbatur dicta eius præbenda vacans debita impetranti: sicut & quæcunque alia, quæ alteri ex canonicis deberetur.& sic propter omnimodam similitudinem,quam habebat cum aliis,videbatur eandem subire debere in legib. disciplinam,vt c.recolentes.de statu monac. Sed dic, quòd aliud est esse canonicum: aliud haberi pro canonico. Sicut aliud est esse ciuem, aliud haberi loco ciuis:& esse absentem, vel loco absentis:siue esse meretricem,vel loco meretricis haberi,vt plenè no.Barto.in l.si maritus.§.legis Iuliæ.ff.de adulte.vnde in casu huius c.quia verisimile est,quòd Papa voluerit prouideri de præbẽda canonico debita:& si episcopus nõ esset canonicus,licèt loco canonici haberetur, non deberetur impetranti præbenda sibi debita: quia verba rescripti debent verificari in propria,& vera significatione,non ficta,& impropria,vt l.3.§.hæc verba.de neg.gest. & hanc rationem addo ad duas alias,quas tex.ponit.¶Tertiò no. q̃ præbenda debita alicui ex speciali iure non potest conferri simpliciter impetranti præbendam. Quę enim notabiliter insunt,nisi specialiter exprimantur,videntur esse neglecta, & sub verborum generalitate non veniunt,vt l.item apud.§.hæredem.ff. de iniur.& ista est alia ratio ad c.¶Quartò no.quòd episcopus potest quandoque habere præbendam in ecclesia,& vocem in Capitulo vt canonicus.& vide quod not.93. distin.in c.2.de canonico electo in episcopum, qui retinet præbendam.& vide quod not.Host.eo.tit.§.cui fit.& quod not.in c. cum

3 cum nostris.de concess.præben.¶††Quintò no.quòd licèt Papa scribat pro aliquo in ecclesia habente numerum præbendarum,& canonicorum:per hoc non videtur velle numerum ampliare: sed impetrans expectare tenetur, cum præbenda vacabit.& per hoc dicit Lap. quòd si in ecclesia est numerus 12.canonicorum iuramento firmatus,& 13. præbendarum, quarum vna debetur dignitati, quæ est in ipsa ecclesia. si Papa confert ibi canonicatum vltra numerum,& præbendam, & dignitatem,cum vacabit,cui postea præbenda vacans collata fuit: & deinde tractu temporis,cum vacaret dignitas cũ præbenda connexa, collata etiam fuit, sic & prima vacabit, per c.literas.de concess.præben.& Clem.si iustè.s̃. eo. an per Capitulum poterit conferri? dicit,quòd non, sine licentia Papę.argum.s̃.eo. lib. de rescrip.c. cum aliquibus. aliàs essent periuri;quia facerent contra numerum.s̃.e.c.dilecto.non tamen curret ei tempus Lateranen.Concilij.s̃. de concess. præben.c. nulla. nisi ex quò fuerunt in mora petendi licentiam. s̃.de elec.c.fina. Ego non capio illud dictum Lap.quid velit: præsupponit enim, quòd præbenda primò vacans fuit huic Apostolico supernumerario collata,ex quo intra numerum est repositus, & loco deficientis canonici in præbenda subrogatus:deinde dignitatem, & annexam præbendam adeptus est.in illa igitur,quæ ex hoc vacauit,si alius subrogetur,non est vltra numerum, sed inter: quid ergo velit, non intelli-
4 go,vel errauit in terminis. ¶††Quæro.dicitur hic, quòd Papa non videtur per suum rescriptum velle consuetudini derogare.& loquitur tex. de consuetudine, per quam p̃benda alteri debeț.sed nunqđ ita erit dicẽdũ de cõsuetudine,p quã collatio certi bñficij,vel vacantis certa spẽ,ac mõ vacationis spectet ad aliquem: vt non videatur velle derogare, licèt mãdet generaliter ad cuiuscunque collationem[pertineat.]&c. Gl.dicit, tunc secus,& per exempla declarat.Super qua quę rit Lap.quid iuris,si præbenda pertineret ad collationem laici ex priuilegio Papæ,vt not.s̃.eo.lib.& tit.c.2.& c. is cui. an de tali præbenda per executorem prouideri poterit? putat, quòd non, nisi Papa de tali priuilegio expressam mẽtionem faceret.Non obst.c.dudum.& c.quamuis.s̃.eod. quia intelliguntur,cum ad ecclesiasticam personam,non quando ad laicum collatio spectat.& facit quod de beneficio spectante ad præsentationem patroni laici dicitur.s̃.de off.leg.c.dilectus. & de iure pat.c.dilectus.& no.s̃.eo.ti.& li.c.2.& c.quamuis. potest etiam dici, quòd in c.dudum.est generalis gratia præcedens,& specialis sequens.& ideò per secundam specialem derogatur generali,quamuis de ipsa mentio non fiat:secus si specialis esset prima.puta si data sit alicui per Papam gratiosa potestas, vt auctoritate apostolica posset vni personæ de primo beneficio, quod vacauerit, prouidere. Nam vbi de prædicta gratia fieret mentio, non præferretur is, cui Papa prouidit, vel prouideri mandauit de primo beneficio, quod vacabit. ratio; quia tali gratiæ speciali Papa derogare non intendit, nisi exprimat hoc; & multò minus priuilegiato abeo derogabit: ne de beneficio spectante ad collationemp ri ũilegiati possit alicui per literas apostolicas prouideri: nisi in eis de tali priuilegio habeatur mentio,secundùm eum.

SVMMAE.

1 *Beneficium primum non censetur vacare, donec qui illud obtinuit, fructus percipiat de secundo.*

CAP. XXVI.

S I tibi concesso. Diuisione nõ indiget. & concordat in themate, quasi per omnia cum c.si pp.s̃.e.li.de rescr.licèt tendat ad diuersam conclusionem,& solutionem quæstionum, quæ ex prædicto themate hic,& ibi eliciuntur.¶No.q̃ istam gratiam hic fecit Papa.inferior igitur,vel legatus an possint fructus beneficiorum vacantium ex cã alicui concedere. dic, vt ibi.vbi plenè post Io.An. dixi,quæ beneficia veniant sub appellatione beneficiorum,an curata, & an beneficia exempto rum,vel vacantia per pmutationem. dic,vt ibi plenè dixi,& hic.& alia vide, quæ plenè examinaui in repeti.quæ etiam hic pro parte cadunt.¶Secundò not.q̃ primum beneficium tunc censetur vacare,cum de iure potest quis fructus percipere à secundo. Ante enim plenè transfatus non dicitur,nec hĩe posset pacificam pos.qui non habet fructus,vt in gl.si. & hoc inducit Ioan.An.ad duas q. si constitutio legati excõicet habentem duo beneficia: vtrùm retinens hoc beneficium,ex quo alius percipit fructus simul cum alio,erit excõicatus? dicit q̃ nõ. Iste enim,qui tenet tale beneficium, ex quò fructus non percipit,impunè id retinet cum alio, nec incurrit pœnã e.de multa.nec constitutio. Execrabilis.ergo nec constitutio nis legati,quæ in dubio debet intelligi secundùm ius commune, vt l.2. C.de noxa.& c.cum dilectus.de consue.habere.n. significat cum effectu habere,vt l.nomen filiarũ §.fi. dever. sig.Item si cogeretur dimittere primum,ex quo fructus percipit,propter illud secundum; ex quo ad tempus non percipit,mendicaret in opprobrium cler.contra. c.cum sm. s̃. eo. ¶Secunda quæstio est.Si Papa prouidit de bñficio, hoc adiecto,q̃ habita eius possessione,ipso iure vacet primum. dicit enim,q̃ non vacabit,si fructus huius secũdi alteri debentur, sm Io.Mo.qui alle.ff.de act.emp l.tenetur.§.si vas.vbi dicit, q̃ vas simpliciter venditum debet esse integrum,& vacuum ab oneribus, vt l.2.§.vacua.eod.ti.Item quandoque ille,qui possidet,fingitur non possidere,etiam si quandoque fructus percipiat: puta si patitur controuersiã.C.de acq.pos.l.nemo. & ff. de rei vẽ. l.nõ vtiq; possessio.n.est nomẽ verbale æquiuocum, & requirit, vt sit rei possessæ passio, & possidentis actio:quæ possessio non debet esse sterilis,sed fertilis,vt possessor fructus apprehendat, vt hic in no.videas super glo.fin.
1 quæ circa hoc insistit,plusquàm expediat. ¶¶Tertiò not.q̃ primum beneficium non censetur vacare:donec qui id obtinuit,fructus percipiat de secundo. Sed circa hoc quærit Ioã. And.vtrum iste poterit pos.huius secundi dimittere,& in primo remanere?videtur,quòd sic,postquàm ex apprehensione huius secundi non liberi non inducitur vacatio primi. Certis enim modis inducitur vacatio beneficii iam adepti: & inter alios per secundi apprehensionem liberam, & vacuam: ergo ante videtur habere locum pœnitentia, quò ad primi retentionem,sicut in illo, de quo in c.si tibi.s̃.eod. tit.& lib. ad hoc l.qui hominis. ff.de cess.bo.vbi expressam abdicationem bonorum potest quis reuocare,& bona retinere: ergo idem in beneficio,quod adhuc nõ vacat.facit 2.q.6.c. si quis libellos.& pro,& contra.quod dixi.s̃.de cleri.coniu.c.j.in 2.& 3. q.contrarium tenet hic Io.And.nam ex apprehensione huius secundi primum debet censeri temporale: & secundum perpetuum, quod sponte acceptauit, vt ei perpetuò adhæreret, vt not.s̃. de fi. presby.c.veniens. ergo quod semel placuit,id sequatur, vt in reg. quod semel.Nam inconstantia,præcipuè in clericis,reprobatur à iure.s̃. de iure patro.c.quod autem. quodam enim beneficio speciali ad tempus concesso,retinet tale primum. quod deberet vacare,per c.de multa.s̃.eo.vtatur ergo iure, & priuilegio speciali.quo sublato, in retentione primi iuris alio non iuuatur. ergo non debet propter inconstantiam,& mutationem propositi adiuuari, ne iura sint sibi ludibrio,contra l.fin.C.de bo. quæ lib. ¶Tertiò quæro. Episcopus clerico existenti in studio promisit 10. marchas annuas, donec haberet beneficium æquè bonum: iste est adeptus beneficium 10.marcharum,quas tũ in studio hĩe nõ potest:vtrùm teneatur ei vlterius prouidere?videtur,q̃ sic;qa non potest dici æquè bonum,quod non percipitur in absentia,& habet onus,quod non habebat primum.facit 10. q. 2. c.hoc ius.§.sicut aũt. Item intelligentia sermonis sumitur ex causa,& ex personis,cũ quib.hĩ,vt c.intelligentia.de ver.sig. & 26.dist.c.deinde. & l.plenum.§.equitij.de vsu & habita. & dixi in c.cũ de beneficio.§.qñ.s̃.e. Cum ergo hic eps loque-

retur existenti in studio, dēt intelligi de beneficio, quod ibi percipi possit. facit 22.q.7.c. apostolus. & de ver.ob.l. Titia. causa. n. quæ in dispositione deducitur, ampliat, & restringit dispositionē ipsam, vt l. generaliter. C. de epi. & cle. & l. adigere. §. quamuis. de iure pat. & l. fi. ff. de her. instit. in contrarium alleg. l. qui actionem. & l. qui potest. de reg. iur. Item beneficium episcopi fuit gratuitum à principio: ergo non amarè ex torquendum. de censi. c. ex parte. facit c. 2. de fideiuss. Itē acceptauit beneficium: vacat ergo primum, maximè cuius extitit conditio. de condi. appo. c. verum. & hanc partem refert disputando firmasse Barto. Brix. in q. Dominica. li. 61. nisi appareat inter eos aliud actū. Ista decisio vī mihi dubia, ex eo, q̄ episcopus promisit soluere. 10. marchas annuas existenti in studio. & sic solutio est collata in certo loco: quo casu si alibi soluitur, est habenda ratio, & consideratio loci, vbi erat solutio destinata. & secundùm illum locum, plus, vel minus qđ soluitur, æstimari debet, vt l. quod si Ephesi. & per totum. ff. de eo, quod cer. lo. & s̄. de plus peti. c. 1. vnde studenti hic Bono. 10. marchæ plus vtilitatis conferunt, si soluantur sibi hic: quàm si in Anglia, vel Francia, vnde est, perciperet de vno beneficio satis vltra. non est ergo loci vtilitas adimenda creditori. Item episcopus tenetur in loco studii dare dictas 10. marchas: vt ergo beneficium dici possit æquè bonum, debet intelligi, q̄ deductis expensis, ipsas habeat cū effectu. ad hoc c. præsenti. § porro. s̄. eo. lib. de off. ordi. Inter alias expensas videtur computanda expensa itineris, quæ imminet in portando ipsas usque ad locum, vbi est solutio destinata. si ergo ea deducta non remanent 10. marchæ, non potest dici bene ficium æquè bonum. & per consequens nō est conditio adimpleta, & sic nec episcopus liberatus. In dubio autem si de loco solutionis debiti non apparet: an debitor debet deferre pecuniam ad domum creditoris: vel creditor debet ire pro ipso ad domum debitoris. dixi plenè in c. significante. de pig. & per Barto. post Cyn. in l. inter illa. de consti. pecu.

S V M M Æ.

1 *Præbendæ sacerdotales in ecclesia quandoque esse dicuntur.*
2 *Mandatum directum super aliqua re, non potest super alio adimpleri.*

CAP. XXVII.

1 CVi de non. Tria sunt dicta, quæ patent p. §. & finis oīa respicit. ¶ †No. q̄ in ecclesia quandoque sunt præbendæ sacerdotales. & hoc potest contingere per statutum, priuilegium, vel primam institutionem ipsius, vel per consuetudinem. istis. n. modis potest induci, vt præbenda non conferatur, nisi sacerdoti. & sic ordo sacerdotii quandoque annectitur præbendæ: quandoque dignitati: quandoque personatui: quandoque of-
2 ficio. quod dic, vt no. ī. e. c. ei cui. super gl. 2. ¶ †Secundò not. q̄ mandatum directum super aliqua re, nō potest super alia adimpleri. vnde dicit lex. si mandaui, quòd emeres domum Seii pro centum, & emisti pro centum Titianam longè maioris precij, non videris impleuisse mandatum. nam qui excedit, aliud facere videtur, vt l. diligenter. ff. mandati. & c. cum dilecta. s̄. de rescrip. ¶ Tertiò no. quòd quandoque in ecclesia sunt præbendæ: quandoque dimidiæ, & integræ quod intellige, vt in glo. 3. pôt tñ vna præbenda in duas diuidi: sicut domus, & fundus sola destinatione patrisfamilias diuiduntur in plures, vt l. quod in rerum. de lega. 1. & intellige, quòd præbenda potest diuidi ex causa (puta necessitatis, vtilitatis, & eleemosynæ.) aliàs non posset. quod dic, vt dixi. s̄. eod. c: vacante. in 4. & 5. nota. ¶ Quartò not. quòd licèt in quantitatibus in maiori quantitate insit minor, vt l. si stipulanti. de verbo. oblig. & dixi. s̄. eod. lib. de arbitr. c. 1. specie debita tamen in speciebus, sub maiori non includitur, nec venit minor, vt in versi. similiter. & d. l. diligenter. facit tamen contra istum text. l. si quis mihi bona. §. quòd si ex parte. de acqui. her. vbi mandatarius potest implere: non tñ in minori, quàm fuerit iniunctum. sed ibi mandatum non fuit in speciebus, sed in quotis: vnde in eis idem, quod in quantitatibus: vt in maiori insit minor: non autem econuerso. vna enim species non includit aliam: sed potius bene continet in se minus. vnde dicit glo. quòd quando fit plus, quàm fieri debet: videtur ipsum fieri, quod est faciendum, vt l. is cui. ff. quemad. serui. amit. cum concor. ibi notatis. Sed dices, istud est cōtra hoc c. §. idem. vbi in quantitate valoris in maiori summa non inest minor: nec in minori potest impleri mandatum. Sol. ibi fit mentio quantitatis respectu certæ speciei. quo casu idem de ea, quod de specie iudicatur, vt l. in naue Saufelli. ff. loca. & l. Titia textores. §. fina. de lega. 1. & ex hoc dico, quòd si Papa mandasset prouideri vsque ad certam summam, poterit prouideri de minori; quia in maiori quantitate ad speciem relata inest minor. & hoc not. in cap. quamuis. supr. eo. in gl. aliud credo. & collige, quòd aliud est facere extra mandatum: aliud secundùm mandatū: aliud plus, vel minus, quàm mandatum sit. hoc enim vltimum quandoque complectitur quod mandatum est, quandoque non. & faciunt hæc ad q. Rusticus tenebatur dare mihi omni anno. 10. paria caponum. annis 30. soluit quinque tantùm: an præscripserit contra me in aliis quinque? si censet se soluisse prorsus, in alijs est præscriptum: si verò partem debiti tantùm, per solutionem partis retinetur ius in toto, iuxtà not. per Innocen. in c. cum dilectus. de capel. mo. & l. cum notissimi. §. sed cum illud. C. de præscrip. 30. anno. Vel pone. Debebas mihi 10. bonos. auri de antiquis: soluisti de nouis, qui sunt minoris æstimationis annis 30. an prima obligatio sit extincta, & noua exorta. an verò censearis soluisse: vt sic possim agere in eo, quod defuit? pendet etiam ista quæstio ex prædictis, an videar soluisse aliud, an de toto partem debiti. dic de ipsis, vt not. Barto. in l. si prius. ff. de aqua plu. arcen. ¶ Quintò nota, quòd illa impetratio de præbenda certi valoris adeò est stricti iuris, quòd nisi pūctaliter sit illius valoris, non debetur impetranti. excessio igitur, & diminutio in valore facit beneficium sub gratia non includi. & quia rarò esset reperire beneficia sic ad vnguem æstimata; ideò il la forma non est hodie in vsu: sed dicitur, dummodo tot florenos auri secundùm æstimationem decimæ non excedat. cū enim inhibetur excessus, sequitur, quòd infra summam taxatam omne beneficium includatur. & dic, vt hic in nouel. super ver. certi valoris. ¶ Opponitur, & videtur, quòd ille, cui mandatur prouideri de præbenda integra, possit eligere dimidiam. & ille, cui mandatur de maiori valore prouideri, possit de minori sibi petere prouideri, per l. quod fauore. C. de legi. & cap. ad apostolicam. de regul. Solu. quandoque in eo, quod minus est, nulla præcedit legis, vel hominis dispositio, quæ includat ipsum minus: & tunc nō venit cū dispositione, nec pôt peti, vt ff. de peric. & cōmo. rei ven. l. si vina. & isto. c. Qūq; præcedit legis, vel hoīs ordinatio in illo minori. & tūc ille, cui plenius ꝓuidet, pôt hoc omittere, & petere illud minus, vt l. 2. ff. de in diē adiec. & hoc declarat latius petere per exempla Cy. in d. l. quod fauore. in 9. opp. ¶ Quæro, quando mandatur prouideri vsque ad certam summam Turonen. paruorum, cuius loci æstimatio consideretur, & cuius temporis. & vtrum consideretur bonitas extrinseca, an intrinseca. quò ad primum potest argui, quòd considerari debet locus, vbi gratia facta est, tanquàm ibi oriatur. C. de testa. l. cum antiquitas. in prin. ibi [vel codicillis nascitur.] & talis locus videtur considerandus. ff. de leg. 2. l. nummis. probabilius tamen videtur, quòd consideretur locus beneficii, de quo debet fieri prouisio. ff. si cer. pet. l. vinum. in fi. & de tri. l. fi. & de fideiuss l. si vt proponitur. & est ratio; quia actus, cuius expeditio in certum locum cōfertur, iuris fictione in loco illo celebratus intelligitur. ff. de bo. auctо. iud. pos. l. 3.

tione canonicorum sunt vocandi absentes. quod est verum,qñ est receptio volūtaria. Si aūt est necessaria(puta ad mandatum superioris,cui est necessariò obtemperādum:)tūc secus,secundùm Archi.qui remittit ad summā Host. ď const. versi.qđ ergo.Sed Io.And.hoc plenius tangit in c.si Capitulo,de consuet.præb.vbi dicit,quòd si longmur de receptione,q̄ consistit in facto;quia inuestitum per se Papa mandat recipi; tūc singuli obediūt,vt ipse no.de rescr.c.eā te.sup gl.arg.& idē Inn.de postul.c.bonæ.il.2.& ibi in nouel.super gl.ideò dicitur.Si verò loquimur de receptione,quæ consistit in iure,& quæ titulū tribuit ad mandatum Papæ:tunc dicit posse defendi,quòd ex quò teneātur eum necessariò recipere p̄sentes,ꝙ ad hoc tenent locū Capituli: capitulariter tñ ipsum debēt recipere, non singulariter: nec absentes isto casu poterūt agere de contēptu,cum illa prælectio eis cōpeteret.immo si p̄sentes fuissent,oportuisset eos parere.& hoc no.Io.And.in d. c.si Capitulo.Lap.dicit,ꝙ si non essent præsentes tot, quot facerent duas partes Capituli,vel saltem maiorem partem: tūc de absentibus vocabuntur tot, quot faciant dictam partem. aliàs non valeret dicta receptio:abinde supra non sunt vocādi,nec p̄nt agere de cōtemptu.Rō horum est,quia quādo mā dat Superior, ꝙ recipiatur: vī se ad ius referre.i.ad receptionē,quæ de iure valeat.quod tunc est,qñ fit collegialiter in Capitulo,ad quod mandatū dirigitur. in minori autem parte nō repræsentatur Capitulum,vt l.quod maior.ad munic.fatet ēt Lap.ꝙ receptio,quæ consistit in facto,p̄t fieri à singulis singulariter,& ab excōicatis:nec ad istam debent vocari absentes, secundùm no.in d.c.eam te.& in c. pro illorum. ē.eod.ti.& p eum de simo.c.Iac.& d.c.si Capitulo. vbi idem repetit,qđ p̄dictum est.s.ꝙ in casu, in quo debet esse receptio collegialis; vt qñ tribuit ius in rē, fateri oportet absentes vocādos de necessitate,quousq; saltem maior pars illorum fuerit p̄sens.Ego etiam dico ista procedere,nisi qñ maior pars Capituli negligeret,& contemneret adimplere mandatum Papę.Nam tunc executio deuoluit ad alios,etiam ad vnū, nō vt adimpleat vt singularis,sed vt Capitulū: quia rōne talis negligentiæ ius Capituli est ad ipsum deuolutum.& hoc no,hic Io.An. post Inn. in d. c. bonæ.Et collige hic, aliud explicari vt à Capitulo:aliud vt à singulis. & ꝓpter hoc alibi reuocat in dubium Ioā. And. vtrùm propter contumaciā Capituli in impediendo alí quem ad mandatum executoris possint singuli excōicari: & an appellatio facta noīe Capituli tueat singulos,vt nō valeat excōicatio lata in eos postea:ad si singuli appellassent: q̄ duo dubia videas per Ioan.And.in c.Romana.ī.eod.lib.de sentē, excom.super verbo culpabiles. ¶ †Tertiò no.ꝙ tunc absentes sunt vocandi,cum commodè p̄nt.& dicit Archi.ꝙ hæc cō moditas respicit ecclesiam,non personam vocandam. all.no. de elect.c.bonæ.eod.lib.in glo.si citati.& c.cum inter vniuer- 3
las.¶ †Quartò no,ꝙ canonici nō vocati possunt agere de cō temptu,& eis instātibus debet electio irritari.Sic & filius præteritus à pre in testō potest dicere testm nullū,& etiam approbare,si vult.l.filio præterito.ff de iniu. test.Electio tñ facta,illo nō vocato,qui vocari debebat,non est nulla à principio,sed cundùm Io. An.qui per hoc sentit,ꝙ differentia sit inter testamentum,in quo filius est præteritus,& electiōem, in qua cānicus est contemptus in hoc, ꝙ testm ē nullū à principio: sed pōt conualescēre voluntate filij.sed electio, in qua canonicus est contemptus, est aliqua à principio, licèt possit in irritum reuocari canonici voluntate: istud tamen ius dicendi nullum non est peremptum,vt d.l.filius. & hinc est,ꝙ cū efficacia electionis nō pendeat ex volūtate canonici contempti: colligit, ꝙ eius subsequens consensus nō validet eam plus,q̄ sit:nec eī vox auget numerum,vt no.de ele.c.ecclesia.Suus enim cōsensus subsequens non est propriè ratihabitio: sed contemptus, vel iniuriæ remissio,vt no.Io.An.de ele.c.quod sicut.sup glo. sic patet. & exhoc, ꝙ dicit [eis instantibus]&c.collige, ꝙ de contemptu vnius non potest alius excipere, nec etiam iudex ex officio.Itē ꝙ prosecutio contemptus,mortuò,vel translato eo,qui fuit contemptus, nō transit in alium, etiam si decedat lite pen.super contemptu.vt no.Io. And. in d.c.quod sicut.in glo.sic patet.¶ Op. & vī,ꝙ vnus canonicus non possit petere irritari,quod gerit à Capitulo; quia electio est actus,qui spectat ad canonicos,tanq̄ collegium,non vt ad singulos,vt in c. in Genesi.ē.de ele.& 16.q.vl.c.fi. vbi collegium eligit prælatum.Sed iura collegij, vel vniuersitatis non sunt singulorū, vt ff.quod cuiusq; vni.no.l. sicut.& 12.q.2.c.qui manumittit.ergo non vī, ꝙ possit ad hoc agere, si ad eum non ptinet illud ius.Præterea posito, ꝙ posset ꝓ suo iure agere,non videt propterea,ꝙ id,quod gestum est per alios,q̄ participant simul secum,debeat irritari,vt l.qui fundum.ff.de serui.rusti.prædio. hic aūt in vtroq; dī contrarium:ergo malè.Sol. Io. And.dicit, ꝙ licèt collegium eligat prælatum, vt dictum est: tñ q̄a actus sunt singulorum. s.eligere,audire diuina, & similia,vt ī.de sēten.excom.c.si snīa.§.fi.ideò in his,quæ sunt vniuersitatis,cō petūt singulis, contra regulam l.sicut.& l.per fundū. ff.de serui.rusti.prædio. vbi ad illos spectat seruitus vt ad singulos: & quod agunt singuli, faciunt iure suo. & sic eorum factum est efficacius,& minus corruptibile. & sic habes vnam differentiam,an competat aliquid pluribus vt singulis:an vt vniuersitati,& pone exemplum in pluribus patronis; quia competit eis ius p̄tandi vt ad singulos: si sunt duo, vnus potest alium eligere. secus in duobus debentibus eligere vt collegium. Itē vnus pōt p̄tare hodie, alius cras.Item vnus nō potest rescindere alterius p̄tationem rōne contemptus.Item maior pars non considerat per respectū ad oēs:sed ꝓ respectum ad alios p̄tandos in singulis supradictis. Secus esset, quando aliquid pertinet ad plures vt ad collegium.& istas differentias notaui in c.quoniam.de iure pa.in 2.q.Cui adde, quod no.in c. cum omnes.de cōsti.¶ Vltimò tangit glo.vlt.nunquid in alienationibus,& alijs tractatibus sint vocandi absentes. quam gl.no.

SVMMAE.

1 *Loca quæ dicantur vicina.*
2 *Curia Romana quandoq; transfertur de loco ad locum.*
3 *Curiæ Romanæ migratio de loco ad locum, dum est in itinere, retinet ius in suis curialibus.*

CAP. XXXIIII.

PRæsenti declaramus. Quinq; sūt dicta,q̄ ꝓ se patent,& tertiū respicit prima duo. ¶ No. ꝙ de istis beneficijs vacantibus apud se.Apost.dictum est.ē.c.2.q̄ ēt possent hic repeti.dic vt ibi. ¶ Scdò no. ꝙ illi dicūt mori in Romana curia,q̄ decedūt in reditu, vel discessu ab ipsa in locis vicinis ipsi curiæ.cū ergo solos venientes,& recedētes excludat: patet,ꝙ manentes extra locum,in quo degit curia (licèt loc⁹ sit infra duas dietas) non includuntur. quod etiam probat. ī. §.pp. ¶ Tertiò no.ꝙ curialis cōferens se ad locum curiæ vici nū, & ibi decedens vī tū in curia decessisse:dūmō, vbi se cōtulit,nō habeat domiciliū,siue domū:æquè.n. bñ potuisset iuris lator statuere, ꝙ vbicūq; decesserit curialis, fingat in curia Roanma decessisse;q̄a tpalis mora,quā trahit alibi, nō vī debere attēdi ex eo,ꝙ fingitur qs eē in loco, vbi perpetuò morā trahit:non vbi ad tps,vt l.ex facto.ff.de here.insti.& l.Seia.§. q̄stum.ff.de fundo instr.& l seruis vrbanis.§ eum q.de leg.3. istæ ēm leges,& q̄ plures aliæ probant, ꝙ dispositio,q̄ concernit morantes in loco,nō includit illos, qui trahūt ad tempus moram alibi, redituri ad locum postea. Hinc dicitur, ꝙ nō mutat sedem,qui non mutat mentem.facit c.dilectus.de cleri.non residen.Sed certè secundùm hoc accedētes,& recedētes de curia, non videntur in curia decessisse:sed in ꝓprio domicilio;quia ad tēpus illò se conferunt. & sic fingūtur ibi nō eē,ꝙ iura præstare. & c.is cui.ī.e.li.de sepul.vbi decedens in villa,ad quā se ad tps cōtulit,fingit in ciuitate decessisse quò ad sepultu-

fepulturam. dicas ergo, ꝙ Papa hic antiquam cõſuetudinem ſuper conferendis beneficijs de cedentium in curia declarat habere locum in iſtis accedentibus,& recedentibus, ſi decedant in locis vicinis curiæ: quaſi propter vicinitatem ſint cenſenda curiæ Romanæ. Nam ex vicinitate locorum contrahitur quædam coniunctio,& legis communio. quò ad pænam, & præmiũ,& etiam quò ad mores.de pæni. diſt. 1.c.ſed continuo.& l.non tantum.§. Ilienſibus.de excu.tu.& 44. diſtin. c.cum autem.& fortè niſi iſta declaratio emanaſſet, multi dixiſſet , quòd pro curia Romana debuiſſet intelligi locus, vbi curia habitat cum ſuis ſuburbijs, vt in glo. 4. & l. ſi quid §. ſi ita. de penu. leg. ¶ † Quartò not. in §. loca. quæ loca dicãtur vicina. & dicit tex. ꝙ ſic vult intelligi in iſto caſu, qua ſi non ita in alijs caſibus. Quæro ergo , ſi in alia diſpoſitione fiat mentio de perſonis,& locis vicinis, qualiter vicinitas iſta debeat intelligi. Ad quod dic , quòd ſi quæratur de vicinitate perſonarum , qui ſcilicèt dicantur vicini. dic , vt not. Bart. in l. tertius. ff. de aqua plu. arc. vbi dicit,quòd vicinus dicitur vſque ad locũ,à quo poteſt exaudiri vox hominis clamantis.& hoc verum,niſi cõmunis vſus loquẽdi aliter ſe haberet, vt l.vt Alphẽus.de ver.ſig.& l. 1.§. 2. de flu.& l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſtru. ibi etiam quærit Bar. cum voces aliæ ſint baſſæ , aliæ altæ. Item, cum longius euagetur vox de loco alto, quàm depreſſo,quid conſiderabitur? Item nunquid habitãtes in domo conducta dicãtur vicini. & quid iuris ſi parietes duarum domorũ ſint coniunctæ ex parte poſteriori: ſed hoſtia introitus earũdem diſtent;an dicantur vicini? ibi videas de illa vicinitate perſonarum. de vicinitate ciuitatum, & caſtrorum, quando dicantur , tangit in l. 4. §. ſi tam vicinum. de dam. infe. vbi allegat iſtud c. ibi glo. dicit , quòd vicini dicuntur per centum miliaria. Iac. de Are. dicit, quòd accipi debet locus vicinus ad arbitriũ iudicis . & iſtud dicit verum regulariter : ſed hic ſpecialiter aliter eſt prouiſum. & ideò dicit, hoc caſu &c. ¶ Quintò nota. in §. cauſæ. quid iuris , cum in loco originis curialis decedit. conſiderabitur enim in eo, & præponderat cauſa naturalis,ſcilicèt origo. quod eſt verum,niſi in loco originis moram traheret propter curiam , & curialis eſſet . quo caſu potius in eo qualitas accidentalis,quàm naturalis inſpicitur. de hoc ſcilicèt, quod magis debeat inſpici, vtrum accidens,an natura,quando iſta duo tendunt ad varios effectus , Ioan. And. remittit ad iura allegata pro , & contra in quæſt. patronorũ. ỹ. de reg. iur. c. qui prior. Bar. hoc tangit in l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul. vbi inſpicitur magis accidens, quàm natura. & C. de his, qui ve. æta. l. fi. qui dicit , quòd quædam ſunt naturalia proprie: & illa ſunt mutabilia. Inſti. de iure natu. gentium,& ciui. §. ſed naturalia. quædam ſunt non de natura neceſſariò, ſed ex præſumptione naturæ : vt quòd leo habeat ferocem naturam , & quòd homo ſit bonus. & illa ex accidenti poteſt mutari , vt d. §. beſtias. & per Dyn. in reg. ſemel malus. & inducit ad queſt. de Florentino, q diu habitauit Peruſij: an poſſit ibi capi ꝓ repræſalijs conceſsis contra Florentinos? & videtur , ꝙ non; quia conſuetudo magis attenditur,quàm natura, vt hic. Nam qualitas, quòd ſit curialis , & hac de cauſa in loco originis moram trahat,plus attenditur,quàm origo, vt dixi in c. ſtatutum. §. cum verò. de reſcrip. vbi autem tractaremus de fauore , origo non tollitur : licèt aliquid acquiratur , vt l. ſenatores. ff. de ſena. & aduerte,quia ad hoc, vt qualitas vincat originem , iſto caſu requiruntur tria : vt ſit curialis, & occaſione curiæ ibi moram trahat, & in curia decedat : ſecus ſi in loco vicino, vt in ver. idem eſt. ibi [dummodo.] vbi domicilium,& domus propria attenditur,ſi decedat in loco vicino , potius, quàm qualitas, quòd ſit curialis . & vide ſuper hoc
2 gloſſ. pen. ¶ † Sextò not. in §. porrò. quòd quandoque curia Romana transfertur de loco ad locũ: tunc decedentes in itinere,dicunt in curia deceſsiſſe. & aduerte, qa curia Romana dicit eſſe, vbi eſt audiẽtia cauſarũ , & literarũ Apoſtolica-

rum conceſsio,etiam ſi Papa ſit alibi, vt in Cle. ne Romani. §. ſanè. de elec. Sicut enim quis cum rebus ſuis ſe alibi conferẽdo dicitur primum domicilium relinquere , & nouum conſtituere, vt in l. prædia. de fun. inſtr. Ita Papa ſi cum ſuis curialibus transfert ſe de loco ad locũ, ſequit ipſm iuriſdictio,& poteſtas tota. & ſic ſua iuriſdictio cohæret perſonæ,& totus orbis eſt eius territoriũ, vt in c. cuncta per mũdum. & c. ꝓ principalem. 9. q. 3. & aduerte. qa. §. porrò. determinat, qd iuris de curialibus decedentibus,dum ſequunt curiã de loco ad locũ. ſed de accedentibus,& recedentibus ab ea: ſi,dum ſunt in itinere,decedant ibi, vel infra duas dietas, nihil ſtatuit : vñ non abſurdè tunc dici poſſet non habere locum principiũ. c. ſi aũt populus vnius ciuitatis fortè captæ ab hoſtibus ſe transfert ꝺ loco ad locũ, an ſequatur eos iuriſdictio, & ſint cõſideradi vt vniuerſitas? dic, vt no. Inn. in c. cum ex iniuncto. de ope. no. nũcia.& ꝓ Bar. in l. cunctos populos. C. de ſum. Tri. & collige, ꝙ
3 † migratio curiæ Romanæ de loco ad locum, dum eſt in itinere, retinet ius in ſuis curialibus, vbicũque deceſſerint. ea autẽ certo loco manẽte, in ſuis curialibus, (ſi decedant extra loca vicina) iſtud ius conferen di eorum bñficia ſibi nõ vendicat, vt hic patet. Sed q̃ro , an iſta prouiſio vendicet ſibi locum in bñficijs vacantibus aliter, q̃ per mortem : puta ſi in locis vicinis decedentes, vel accedentes ad curiã renũciẽt bñficijs ſuis, vel ibi vxores ducunt, an dicant vacare in curia? iſta conſtitutio non prouider, niſi cum vacant per mortem: ſed cum ſit declaratoria quò ad loca vicina, idem videtur, ac ſi in curia vacarent. Tangit hic Io. An. quid eſt mors, & vnde dicatur. Phi. dicit, ꝙ mors eſt ſomnus æternus, diſſolutio corporum, diuitum pauor, deſiderium pauperum, inouitabilis euentus, incerta peregrinatio, fuga vitæ, reſolutio omnium.

S V M M Æ.

1 *Ille, ad quem ſpectat collatio parochialis eccleſiæ , licèt vacet apud ſedem Apoſt. poteſt eam liberè conferre.*

C A P. XXXVI.

SI apoſtolica. Multum æqtatis habet iſta cõſtitutio, quæ circa parochiales eccleſias vacantes in curia ponit duo dicta. ſecundũ ibi. [idem.] & rationem interſerit, ibi [ne ipſarum.] ¶ No. ꝙ tex. loquitur, cum vacãte ſede imminet vacatio eccleſiæ parochialis in curia. qd ergo ſi quaſi vacante; puta capto Papa ꝓ ſchiſmaticos. ſ. eod. li. de ſup. neg. preſa. c. ſi epſs. dicit Io. An. quòd tunc cum non ſit locus curiæ, vel ſed. Apo. non habet locũ Decre. vnde remittit ad no. pet eum de cri. fal. c. dura. Item intelligit hunc tex. de eccleſiis parochialib. nõ collegiatis, & quæ non cadunt in nomen dignitatum. all. ſ. eod. lib de ele. c. ſtatutum.& quod ibi no. Nam rõ illius ita habet locũ in iſto caſu, ſicut in illo. Itẽ Decr. 2. ſ. eod. ti.& li. reſeruat eccleſias, dignitates, perſonatus, & bñficia. excep. ergo illa de eccleſijs, alias nõ comprehendit, etiam ſi eſſent curatæ: dumtũ nõ ſint parochiales. Itẽ intellige hunc tex. de eccleſijs parochialibus curatis actu,& habitu: non de curatis actu tñ. nam iſta cõſtitutio modificat : & ſic in parte corrigit ius antiquum præal. c. 2. ió reſtringenda ad caſum, de quo loquit, ſecundùm Archi. alle. ff. de ver. ſig. l. viuaria. & qd̃ no. in c. licèt canon. de ele. in glo. nunquid. ¶ Secundò no. ꝙ iſta conſtitutio loquitur de parochialibus vacantibus apud ſed. Apo. vacantẽ. in deuolutis igitur non vendicat ſibi locum iſta conſtitutio. nec mirum; ibi. n. eſt reperire culpam,& negligentiam collatorum : hic non. Itẽ illæ non ſpectant ad Papam per conſtitutionẽ Cle. ſed per cõ
1 cilium Lateran. qd̃ Cõciliũ Decreta. iſta non tangit. ¶ † Tertiò no. ꝙ ille, ad quẽ ſpectat collatio pochialis eccleſiæ (licèt vacet apud ſedẽ Apo.) ꝓt eam liberè cõferre. & intellige quo cũque iure ad eum pertineat: quia verbũ, pertinere, hic poſitũ eſt latiſsimum, vt ff. de verb. ſig. l. verbum, pertinere. & comprehẽdit etiam ius patronatus, ſecundùm Archi. alleg. no. ꝓ Inno.

Inno. de reli. dom. c. conſtitutus. in nouel. ſuper ver. pertinet. Item per hoc, ꝙ dicit, liberè, collige, ꝙ non debet expectare finem menſis. & dicit hic Io. Mo. ꝙ ſi illi, ad quos ſpectat collatio, ſunt in curia, poterunt ipſi cõferre: ſed per vicarios tũc demum, cum ipſi ſunt in remotis, & vicarij in ipſorum territorio, vt d. c. ſtatutum. in fi. Non ob. ſecundùm eum, ꝙ illud c. ſit ſublatum in caſu huius c. Nam hoc eſt verum quò ad casũ expreſſum, non quò ad alia, vt l. præcipimus. in fi. C. de appe. quod tenet Io. And. ꝓ rõnem glo. antepe. quæ eſt in d. c. ſtatutum. cõtrariũ ſentio,& dico, ꝙ poſtq̃ eccleſia parochialis vacans in curia ſede vac. eximitur à generali conſtitutione. ſ. e. c. & in nullo ex his, q̃ dicunt ibi, debet dicta ꝓuiſio vendicare ſibi locum in ipſa, nec quò ad alia. Nec ob. quòd lapſo mẽſe ordinarius in bñficijs, quæ in curia vacarunt, recuperat ptãtem limitatam per c. ſtatutũ. ꝓalle. Nam loquit. de illis, in q̃b. Papa habuit ius, & ꝓdicit, vt ibi patet. Sed in caſu huius c. nun quã habuit ſpãle ius quæſitum per iſtam conſtitutionem. Nõ mirum ergo, ſi iam amiſſa recuperat cum aliquali modificatione: quaſi cicatrix remaneat ex vulnere iã illato. 1. q. 5. c. vẽtum. ſed parochiales eccleſiæ à prin. non fingũt vacare apud ſed. apo. vacantem per hoc c. quare igit arctẽt in eis poteſtas ordinarij, non eſt dare rationem. nec poſſet tũc liberè ordinare. quod concedit ſibi illa conſtitutio. Sublata em̃ vna cõſtitutione ꝓ aliam, debent intelligi ſublata omnia, quæ tẽdebãt ad impetrationẽ, & repletionẽ eiuſdem, vt dicit tex. in l. 1. in prĩ. C. de edic. diui Adri. tol. in hoc ergo aliter, q̃ ꝓdicti. ¶ Quartò no. ꝙ ſi de beneficijs vacantib. in curia, viuente Papa, per ipſum nihil fuerit ordinatũ: (& ſic deceſſerit) ptãs ordinãdi ꝺ ipſis deuoluitur ad ordinariũ. quod intellige verum de eccleſijs parochialibus, de quibus prædixerat. Nã in alijs nedũ, ꝙ non poſſint ordinari ꝓ ordinarios, dum ſedes vacat : ſed nec ẽt currit tempus ipſi ſedi. In parochialibus autem ſit rõ; quia ſi vacant ſede vac. in curia nõ arctanť per illam conſtitutionẽ ſecundã. ergo ſimiliter ſi ad talem caſum peruẽiũt, cũ adhuc vacant in curia. vt quẽadmodum à principio nõ venirẽt: ita ſi in hunc caſum incidunt, ꝙ non perdurent , vt l. Vranius. §. ſi cum duos. ff. de fideiuſ. arg. cõtra. ff. de pub. iud. l. is q̃ reus. vbi aliud ſtatuitur in rebus nouis inſtituẽdis: aliud in antiquis conſtitutis continuandis. ad hoc c. cõſuluit. de iudæis. ¶ Quærit Io. An. poſt Arch. q̃ intelligitur ante ipſius obitũ ordinatum de ipſis? dicit, ꝙ per collationem, vel cõmiſsionẽ. ad primum alleg. de conceſ. præb. c. ex parte. & c. poſt electionẽ. ad ſecundũ de of. dele. c. ſuper eo. Lap. in eo, quod dictum eſt de commiſsione, diſtinguit: ꝙ aut cõmiſsio fit in modum gratię ei, cui ſcribit: puta vt prouideat alicui perſonæ idoneæ de prę dicto bñficio. tunc nõ expirat morte Papę, vt ỹ. c. ꝓxi. Aduerte tamen, ꝙ iſte, cui eſt talis gratia facta, nõ habebit niſi tempus, ꝙ habet Papa; puta menſem à tempore vacationis, vt ſ. eo. c. 2. Si verò debet in alium deriuari: tunc morte Papæ re integra expirat. ſecus ſi re non integra. vt hic ſecundùm Lap. in effectu.

S V M M Æ.

1 *Papa dando poteſtatem alicui conferẽdi beneficia dicitur illi, cui hoc concedit, quandoq; facere gratiam, quandoq; non.*

2 *Mandatum executoris ad prouidendum expirat, mortuo mandatore re integra.*

C A P. XXXVI.

SI cui nulla. Duæ ſunt partes. ſecũda, ibi [ſecus.] prima reddit rõnem ſuæ
1 deciſionis, ibi [quam cum.] ¶ † No. ꝙ q̃que Papa dando poteſtatẽ alteri conferendi bñficia, dicitur illi, cui hoc cõcedit, facere q̃que gratiam,& q̃que nõ: exemplis hic poſitis vĩ hoc cognoſci ex perſonarum expreſsione, vel non expreſſione, quibus eſt collatio faciẽda: vt ſic expreſsio nõ inducat gratiã, ſed ibi cõmiſsio gñalis inducat. Arch. tñ dicit, ꝙ aliter per hoc debet apparere, ꝙ ille, qui hoc commiſit, voluerit facere gratiam, quam qui alleg. ꝓbare debet: quod ex verbis concedentis põt colligi. de concel. præb. c. conſtitutis. & hoc etiam no. Io. And. ſ. de ele. c. in cauſis. in nouel. ſuper glo. hoc habes, ibi. ſed qualiter ſcitur &c. & multũ differt, an translatio poteſtatis conferendi ſit facta per modum gratiæ, vel per modum ſimplicis miniſterij, vt ex tex. patet. & etiam quò ad facultatem reuocandi ipſam re integra, vel non, vt no. in d. c. cõſtitutis. ꝓ Inno. & c. in cauſis. præal. alibi tñ certitudo,& incertitudo perſonæ, cum qua debet contractus celebrari. facit: vt contractus efficacia,& effectus pendeant ex facto,& ſcientia domini, vel mãdatarij. vnde, q̃tùm ad redhibitoriã, dicit lex. ꝙ ſi mando mihi emi ſeruum in genere, ſcientia emẽtis inſpicit̃ Sed vbi mando in ſpecie, ſcientia mandantis. ff. de ædil. edi. l. cum mancipiũ. Sic q̃tùm ad id, qd̃ dicit hic tex. de morte mandantis, attendit forma mandati, an cum certa, vel incerta perſona mandauerit aliud impleri, ſecundùm Io. Mo. quod non credo. Sed ex eo, vt dixi, an voluerit transferre ꝓ modũ
2 gratiæ, vel nudi miniſterij, per iam dicta. ¶ † Secũdò no. quòd mandatum executoris ad ꝓuidendum expirat, mortuo mandatore, re integra. Secus vbi committitur executio gratiæ iam perfectæ, vt in glo. fi. de of. deleg. c. ſuper gratia. & quod ibi dixi. Sed hic quærit Ioã. An. q̃ dicatur quò ad hoc res integra, vel non in mandato iuriſdictionis contentioſæ : dic, vt ſ. de offi. deleg. c. licèt. in nouel. Sed in mandato executoris ad ꝓuidendum ponit hic multas opiniones. prima eſt, ꝙ tũc deſinat res eſſe integra, cum eſt facta collatio. arg. ſ. eo. lib. de off. deleg. c. præſenti. Sed ibi loquitur in delegatis legatorum: quorum reſeruationes ſunt odioſæ, nec poſſunt ſic vacatas affice re, vel in illis ius concedere, ſicut Papa. Nam per mortem, vel finem legationis vult iſta conſtitutio, ꝙ pereat omnis eius reſeruatio,& proceſſus pendentes. rationem ibi dixi. Alij dicũt rem non integram per præſentationẽ reſcripti factam executori, per c. vt debitus. de app. Tertij dicunt rẽ nõ integram, q̃ ꝓceſſum fuit ad ſubſtantialia, iuxta illa, q̃ in cõmiſſarijs not. Ioao. And. in d. c. in cauſis. ſuper glo. antep. ad fi. Quarti dicunt, rem non integram, q̃ executor aggreſſus eſt negocium ꝓuiſionis. ad hoc de off deleg. c. ſi delegatus. & c. q̃is. Aliqbus videt̃, ꝙ ſatis ſit in forma pauperũ, de qua in Cle. j. de cõceſ. præb. vbi inquiſitionẽ facit executor: quod poteſt, ẽt parte non citata: ſortius ſi per inquiſitionẽ proceſſum fuiſſet. Io. And. dicit, ꝙ tertia opinio. & ſequentes poſſunt ſuſtineri. Tutius tñ eſt, & cõmuniter obſeruatur , ꝙ non pro perpetuatione is, qui ꝓ literas grauabat̃, citetur, & ſufficit, vt de of. deleg. c. licèt. & c. gratum. & d. c. quãuis. & c. ſi delega. Lap. dicit, ꝙ vbi procedit vt iudex, ad perpetuationẽ debet præcedere citatio. Sed vbi procedit vt executor: vĩ ſufficere facere proceſſum: q̃ ſine citatione ſufficit ad ꝓpetuitatẽ, niſi aliud mandaretur per ſuperiorem obſeruari, ſecundùm eũ. ¶ Quærit hic Archid. & prolixè tractat. cum in mandato executoris annectitur clauſula, de qua hic [contradictores] &c. an per ipſam poſſunt cõtradictores perpetuò compeſcere, vel vſque ad qd̃ tp̃s? de quo per Io. And. in c. ꝓ illorum. ſ. eod. ſup verbo. contradictores vbi ponit opi. Et breuiter ex his, q̃ ibi dicit. & ĩc. querẽti. & in c. in literis. de off. deleg. põt in ſumma redigi, ꝙ quandoque aut in reſcripto nulla ponit clauſula, quæ cõcernat coerctionem. Quandoq; ponitur clauſula, de qua in text. Quandoq; ponitur [mittas in poſ. & defendas inductũ.] Rurſus etiam eſt ſciendum, ꝙ quandoq, cum altera ex prædictis clauſulis ſcribitur ſuper facto, ſuper quo fert ſententia. Quã que ſuper facto, in quo non fertur ſententia: tunc vſq; ad annum poteſt ſententiam ſuam exequendo contradictores cõpeſcere, ſi executionẽ impediunt, vt d. c. querenti. Si verò poſt factam executionem impediunt, ſiue turbant miſſum in poſſeſsionẽ per ſententiam, Ber. videtur dicere, ꝙ poſsit infra annum compeſcere turbatorem à moleſtia: nõ aũt partes cogni toris vltra aſſumere, vt ipe no. in d. c. querẽti. Io. An. ibi dicit, quòd ſi

ꝙ si victus paruit executioni, & victor aliquandiu pacificam posseſſ. habuit: licèt postea inquietet, se nõ intromittet, vt c. in literis. præal. Si verò non paruit, vel statim post factam execu tionem eum inquietat: & tunc secus, per iura ibi allegata. Cre do hanc opinionem veram. Nam primo casu, cum ſ. sententia est semel executioni mandata, non durat amplius officiũ exe cutũ, qđ ortum fuit ex sententia, vt l. à diuo Pio. §. si post addi ctum. de re iudi. Reuocauit tñ in dubium in d. c. literis. vtrùm si post factam executionẽ victor spoliatur re per sententiã adu ocata, possit iterum petere executionem illius sententiæ. & videtur, ꝙ per primam executionem eius officium sit extin ctum, vt d. §. si post addictũ. ¶ In contrariũ facit l. sed si pos ſessori. ff. de inreiur. & l. inter Castellianũ. de arbi. & circa hoc vide quod dixi. s̃. eo. ti. & lib. c. non potest. in tertio notabili. ad fi. ver. Iuxta prędicta. & hoc de primo membro, cum. ſ. scri bitur super facto, in quo fertur sententia. Alio verò casu, cum scilicet scribit sup facto, in quo nõ requirit sententia. Io. An. po nit opi. de quibus hic per Archid. quidam em̃ dicunt, ꝙ durat eius potestas in compescendo, donec mandatum fuerit plenè sortitum effectum: post verò non, ẽt si illi, q̃ iam impleuerũt, inquietent. quòd ad illos autem, qui nõ paruerunt, durat, do nec adimpleuerint. Ponit aliam opi. ꝙ etiam postq̃ delegatus inuestiuit, poterit cõtradictores cõpescere vsq; ad annũ, p d. c. querenti. & Host. dicit hoc verum quò ad nouam contradi ctionem, & sententiam de nouo ferendam. vbi verò tempore inuestituræ excommunicant contradictores: videtur, ꝙ etiã post annũ contradicens ligetur sententia, nisi primò paruisset, vt prædictum est. Io. And. in d. c. pro illorum. respondit curiã tenere, ꝙ qñ in literis est clausula [mittas in possesio. & de fendas inductum] talem executorem posse defendere possess. ei, qui aliquandiu pacificam habuit, cum sit illi quasi cõserua tor, cuius officium durat, vt s̃. eo. lib. de off. dele. c. fi. §. officiũ. & hoc maximè procedit, quando ex vetusta causa. & añ poſ ſeſs. examinatam fieret turbatio. Nam tunc sine dicta clau ſula posset illum tueri, secundùm Archid. qui adducit. s̃. de re scrip. c. ad hoc. in fin. 2. glo. Subdit tñ, ꝙ idem de ista clausula, quod de illa [contradictores] &c. ne nimium derogetur ordi nariæ potestati: cuius interest subditos à molestijs defensare. & secundũ hoc lapso anno, ad ipsum est recurrendum, si ille, qui inuestituram meruit, molestetur. & ita no. Io. And. in d. c. pro illorum. Ex cuius dictis in summa videtur tenẽdũ, ꝙ siue loquamur in iudice, siue in executore literarũ, post executio nẽ factam non duret contra impedientes eorum officium vl tra annum, siue cum clausulis prædictis, siue sine eis fuerit scriptum: licèt in iudice dixerim. s̃. statim expirare post factã executionem, & pacificã aliquandiu possess. quod ẽt in execu tore gratiæ absq; clausula tolerari posset. Sed si cum clausula [contradictores] &c. & illa [defendas inductum] etiã proba biliter dici posset durare eorum officium post factam execu tionem, qñcunque emergat turbatio infra annum: vt sic dicte clausulæ aliquid operentur. Remanet tamen dubium super eo, qđ supra dixit Host. qñ. ſ. tpe sententiæ executor excõicat impedientes, contradictores, & rebelles, quanto tempore du ret effectus huius sententiæ. ipse dixit, ꝙ etiam post annũ, sed nõ dixit, quantum post. Ego credo, ꝙ tanto tpe extẽdatur ef fectus huius sniæ generalis, quanto tempore posset ferri sentẽ tia specialis cõtra talem turbatorem. & sic intelligo obscurũ dictum, qđ recitat Io. An. ibi super gl. ad fi. intelligo. ibi enim de tali sententia generali loquens dicit. & non extẽditur hæc generalis sententia ante receptionem, vel post lata, nisi in tẽ pus, quo sententia ferri posset. Intellige enim de sentẽtia spe ciali, quam posset ferre cõtra talem turbatorem. qđ est vsque ad annum, vt prædixi. Sed dices. cum prouisio per eum facta sit perpetua; ergo & sententia, quæ ipsam concernit, eius natu ram debet sequi, vt c. si super gratia, s̃. eo. lib. de offi. deleg. & in reg. accessorium. de reg. iur. Sol. illud verum in his, quæ per ipsam sententiam sunt decisa cum causę cognitione. Sed in sẽ tentia generali contra impedientes in futurũ quò ad eos nul la fuit causæ cognitio adhibita, nec culpa contracta. ergo fini to officio proferentis, non durat, iuxta no. in l. puto. ff. de po stul. in glo. ſ. prohibitis. & per hoc soluitur contrariũ forma tum super dicta glo. 2. scilicet ꝙ illa sententia generalis cẽsea tur constitutio; qa omnes ligat, & futura respicit: quam cõsti tutionem non põt facere delegatus. non em̃ est cõstitutio; qa non astringit perpetuò, sed ad tempus. quod secus esset in cõ stitutione, vt c. fi. de off. deleg. Iterum contra dictam generalem sententiam obiicies, quòd non teneat; quia tractus futuri temporis &c. vt l. 1. ff. de vsur. respõde, vt no. de procu. c. audi tis. & de sepul. c. in nostra. per Inno. & Hostien. ¶ Vltimò q̃ro, quos liget illa generalis sententia sine clausula [contradi ctores] &c. dic, ꝙ illos, qui resistunt de facto, non de iure. Si mile quod no. Io. And. s̃. de rescrip. c. cũ contingat. & de cle. excom. mini. c. proposuit. vbi omnino videas in nouel. & bene facit. l. pe. de his, qui. vt indig. ff. & quod no. Barto. in l. stipu latio ista. de verbo. oblig. & dixi plenius in d. ca. pro illorum. in prima quęstione; prolixius tamen ibi examinata per Doct. prædicta per ista pauca percipies cum minori labore.

SVMMÆ.

1 *Commissio simplex super ordinibus conferendis includit sacros ordines.*

2 *Commissio generalis promouendi ad sacros ordines intelligitur de ha bentibus titulum.*

3 *Potestas an teneatur suis officialibus ad medicinas.*

CAP. XXXVII.

SI episcopus cui. Not. ꝙ ista commissio fuit facta episcopo. & ra tio: quia quæ sunt ordinis, vel cõsecrationis, nõ possũt ni si episcopis delegari. qđ dic, vt legi. & no. in c. de qua. de cõse. ec. vel alt. & c. quantò. de consue. Sed circa hoc quærit Ioan. And. an ista commissio poterit fieri episcopo alterius prouinciæ? videtur, quòd nõ. 9. q. 2. c. nullum. tenet ipse, quòd po
1 terit fieri etiam extraneo. & ita seruat. ¶ † Secundò no. quòd simplex commissio super ordinibus conferendis includit, ꝙ possit ordinare ad sacros. Sed nunquid primam tõsuram, vel minores ordines poterit per hoc cõferre? Ioan. Mo. quòd nõ. Archid. quòd sic. & ita seruatur. Nam secundùm eum si po test conferre sacros: fortius poterit conferre minores. ĵ. de reg. iur. c. cui licet. Item cum ordo sit sacramentum, largè qui libet ordo est sacer. super quo remittit Ioan. And. ad no. per
2 eum de filijs presbyt. c. . . ¶ † Tertiò no. quòd generalis cõmissio promouendi ad sacros debet intelligi de promotione habentium titulum: non illorum, qui titulo carent. quod intel lige, etiam si spem habent beneficium obtinendi: vt sunt ex pectantes, etiam per executores & approbati, & examinati: per ista enim nondum est prouisum vitæ necessarijs: quod re quiritur, vt conferri possint, vt hic: secus si adeptus esset bene ficium, cuius fructus alteri deberentur. Nam ad id promotus de illo debet sustentari. s̃. de off. or. c. plenti. §. porrò. Itẽ ẽt ta lis tenetur necessariò ordinari, vt s̃. eod. c. si tibi concessio. in vlt. gloss. multò igitur magis sponte petenti sunt conferendi. ¶ Quartò nota in. §. si verò. differentiam inter generalem cõ missionem conferendi ordines, & specificam de personis ex pressis. nã secundùm primã est in culpa, qui confert ordines non habenti. In secundo non ille, qui contulit, sed ille, qui mã dauit conferri titulum non habenti, est culpandus. alleg. pro simi. Ioan. And. l. cum mancipium. ff. de ædil. edi. vbi si quis mandat emi seruum in genere, inspicitur scientia, & ignoran tia mentis. si in specie, scientia, & ignorantia mandãtis. & ali bi etiam multum refert. vtrùm aliquid mandetur in genere, vel in specie. s̃. eod. lib. de off. deleg. c. is cui. Sed dices. quare magis est in culpa conferendo titulum non habenti ex man dato generali, quàm ex mandato speciali? Ad hoc dico, quòd qñ in specie mandat episcopus aliquem ordinari: videtur il lum exa-

lum examinasse, & de titulo prouidisse. & sic potest præsume re ordinator: vñ aliud non tenetur inquirere. sicut cum sibi ali quis ab aliquo episcopo præsentatur: non. n. debet examinari ab ordinatore. 9. q. 2. c. episcopus. cessat autẽ ista ratio, cũ mã datum est generale, in quo non præsumitur tanta diligẽtia, i mò nulla, adhibita cum plonis incertis. ideò tota illa diligẽtia videtur commissa ordinatori: cui in generali mandato non vi detur commissum, ꝙ culpabiliter, vel dolosè agat, vt l. si pro curatori. de condi. inde. & c. si compromissarius. s̃. eod. lib. de elect. ¶ Quintò no. ꝙ siue per mandantem, siue mandatariũ debent ordinato vitæ necessaria ministrari. quæ autem sint vi ræ necessaria, no. s̃. eo. c. episcopus. & c. cum secundũ Apostо lum. vbi dixi in 5. nota. quòd consideratur personæ qualitas, & cõsuetudo loci. Item habetur ratio facultatum. ff. de alimẽ. & ciba. leg. l. legatum. & l. cum alimẽta. & de vsu & habi. l. ple num. §. 2. & vide quod dixi. s̃. eod. ti. & lib. c. 1. & præal. c. eps. vbi quæsiui, vtrùm ille, qui tenetur alicui præstare alimenta, tenebitur ad medicinas, & cibaria infirmorum; vt ad pullos, & similia. dic, ꝙ quandoq; debentur alicui alimenta propter operas: vt maritus, qui tenetur ad alimenta seruis dotalibus propter seruitia. & tunc impensæ medicinarum veniũt, si sunt paruæ, vt l. diuortio. §. impendia. ff. solu. ma. & l. omnino. ſ. de impen. Quandoq; debentur alicui alimenta ex legato. & tunc non videtur, ꝙ inter alimenta debeant computari medicinæ, vt no. in fi. in c. ex parte. de celeb. misſ. & c. illud. 7. q. 1. & l. non omne. de penu lega. In cõtrarium videtur tex. in l. sicut dotẽ. §. finautẽ. ff. solu. ma. facit l. verbo victus. de verb. sig. Quando
3 que quis tenetur ad cibaria; vt Potestas † suis officialibus: vel dñs familiari. & tunc tenetur solum ad illa, quæ pertinẽt ad cibum infirmorum: vt ad pullos, & similia. sed ad medici nas, & syrupos, quę sunt potius ad euacuandũ, quàm ad alen dũ, nõ tenẽt, nec ad salaria medicorũ, vt l. diarijs. ff. de ali. & cib. leg. vt ꝙ Bar. e. ti. l. legatis. vbi dicitur. Appellatiõe alimẽ torum venit lectus. Sed vtrùm id, qđ expenditur in disciplina, & studio? dic ꝙ non. & ibi est tex. nisi quando alimenta debẽ tur propter sanguinis charitatẽ, vel officio iudicis, vt ff. vbi pu pil. educa. deb. l. ius alimentorum. In clericis beneficiatis ista quæstio nõ procedit: sed in ordinatis sine titulo bñ procedit, an eis debeant medicinæ ministrari. & credo, ꝙ sic; quia tex. isti loquuntur per verba [vitæ necessariã.] vt hic patet. & s̃. eod. c. cum sc̃m. & c. episcopus. ad sustentationẽ aũt vitæ cõferunt medicinæ, & medici. Sed hic potest quæri. si eps vult i sti sine titulo ordinato præstare vitæ necessaria in domo sua: iste autem vult domum per se. de hoc (scan ille, cui debentur alimenta, debeat ipsa recipere in domo illius; quia ipse tenet ibidem operari) dixi. ĵ. eo. li. de testa. c. si pater. in 4. notabili. & Io. An. hoc tangit in d. c. cum secundùm. dicit enim, ꝙ solet de facto contingere, ꝙ ordinatores ab ordinatis conuenti vo lunt eis in suis capellis prouidere, vt ibi ipsi permaneãt, & ser uiant: ipsi autẽ volunt beneficiũ, vbi solent viuere. ¶ Sextò no ta, ꝙ ista obligatio, qua tenetur ordinator, tollitur eoipso, ꝙ ordinatus ẽ cõsecut' bñficiũ: nec refert, an ab ipso, vel ab alio assequatur. Lap. alleg. ꝙ cõcordantia l. cum seruus. de ver. ob. vbi dicitur, ꝙ si teneor aliqua facere, & alter id faciat, etiam si ne meo mandato, hoc mihi prodest. Aduerte, glo. in d. l. cum seruus. dicit hoc esse vnum generale. nam aliqua iura volunt, ꝙ non refert, à quo fiat, dummodo fiat. aliqua volunt, ꝙ mul tum interſit: immo plus; quia quandoq; refert, vtrùm fiat eo animo, vt acquirat alteri, vel sibi: an non. & sic non attenditur tantum ipsum factum, quantum animus facientis. facit quod dixi. s̃. eo. c. statutis. & l. multum. de condi. & demon. per Bar. vera tamen ratio est in casu huius c. quia in personã vnius ex eodem facto nõ possunt concurrere plures causę lucrativæ. Vnde si speciem mihi debitam ex causa lucratiua ab vno, con sequor ab alio, prima obligatio est extincta, vt l. non quocũ que. de leg. primo. Vnde quia clerici dicuntur consequi bñ fi cia ex causa lucratiua, vt in cap. significante. s̃. eod. non mirũ, si qñ illud consecutus est ab vno, tollit̃ alterius obligatio, vt l. non quocunq; de leg. 1. Sed dices. istud est verum, quando vnus soluit speciem mihi debitam ab alio. Sed si primus tenetur in genere: licèt alius soluat mihi vnam speciem sub genere illo inclusam, prima obligatio ad hoc durat, vt l. Mæuius. §. duorum. de leg. 2. & ĵ. c. proxi. per Io. And. & ita hic. quia obli gatio ordinatoris non concernit certum bñficium, sed incer tum, & in genere, videtur durare: licèt alius prouiderit ordina to. Sol. non potest dici obligatio episcopi generalis, sed specia lis. quia ad vnum beneficium, licèt incertum, refertur, vt dixi. s̃. eo. c. dudũ. Vel dic, ꝙ hoc facit natura rei in obligationẽ de ductæ, quæ cẽsetur vt vnum bñficium, & non plura. vt s̃. eo. c. qa in tantum. cũ simi. vno ergo adepto, cessat cã obligatiõis, qua alius tenebat; ergo & obligatio. s̃. eo. c. si pauper clericus. In alia verò materia an interſit, à quo fiat. dic, ꝙ sic, fi loqui mur de obligatione inducenda, vt l. 2. de condi. & demon. Si verò loquimur de pœnæ commissione euitanda: tunc non re fert, à quo fiat, vt l. si puellam. C. si mancip. fu. ita alie. Vnde si episcopus excommunicat heredes, fi non impleuerint volun tatem defuncti. si reperitur impleta (puta hospitale constru ctum, quod mandauit cõstrui: vel figuras sanctorum pictas) hoc sufficit heredi ad euitationem pœnæ, etiam si non pro bet se hoc fecisse. Nam ille feciſſe præsumitur, qui ad hoc te nebatur, vt ibi per eum. Bona exempla de alimentis pupil lo præstitis, & expensis factis in fructibus colligendis. præsu muntur enim factæ ab eo, penes quem erant: & natura ipsa tales expen. probat, quando aliter non durasset res, vt l. fina. C. vbi pupil. edu. de. Quandoque quæritur de conseruatione iuris mei. & tunc secundùm Dyn. non refert, à quo fiat, vt l. q fundum. ff. quemamodum serui. amit. & l. 1. §. quæsitum. de aqua quo. & æsti. & hoc verum in seruitute merè reali. Sed in seruitute, quæ cohæret personæ; puta dominium, & vsusfru ctus: tunc est necesse, quòd fiat per eum, qui habet, vel eius no mine, vt l. Pomponius. ff. qui. mo. vsusfru. amit. Pridie fui inter rogatus, si ille, ad quem erat emphyteusis denoluta iure here ditario, non soluit canonem per multos annos: sed alius, qui dictam rem bona fide, vel mala inuaserat, soluit canonem ve ro domino: an solutio istius prosit illi, ad quem in rei veritate emphyteusis pertinebat: vt sic excludi non possit ex eo, quòd canonem soluit. In scriptis D. mei Bald. memini me legisse, quòd cuiuscunque solutio isti prosit, quò ad conseruationem iuris sui: quia illa solutio est realis ex eo, quòd rem con cernit. Sed tunc dubitaui, & dubito in hoc dicto: quia videtur, quòd obligatio emphyteutæ ad pensionem sit per sonalis. quod patet; quia non posset se à tali onere exime re, dimittendo rem, vt no. Barto. in l. si prius. de aqua plu. ar cen. & tex. in d. l. Pomponius. multum facit contra, inquantũ exigit, quòd vt solutio alterius prosit obligato, requiritur, ꝙ fuerit facta eius nomine. eadem esset quæstio in tributo, & censu solutis ab alio, quàm ab eo, ad quẽ res pertinet tali iu re. ¶ Quærit Ioan. And. post Archid. si in primo casu huius c. ordinans non habeat, vnde prouideat, an tenebitur prouidere ille, qui sibi mandauit? videtur, quòd sic: quia est quod si bi possit imputari. ſ. culpa, & negligentia: sicut ille tenetur, q vtitur opera malorum hominum, vt l. 1. §. q sunt. & l. fi. ff. nau. cau. stab. Ad hoc. s̃. de off. Archi. c. ea quæ. si enim is, qui ab e piscopo præponitur, in aliquo excesserit, tenetur episcopus, q deputauit, vt l. 1. in prin. de exerci. & l. obseruare. ff. de off. p con. & le. & ista pars est vera, quando potest imputari culpa episcopo in eligẽdo imperitum. Si verò eligit idoneum, & pe ritũ: tunc licèt præter spem committẽtis contulerit non habẽ ti titulum, non tenetur cõmittens, vt l. argentum. ff. commo. Non obst. l. prælleg. de exercit. quia ibi dominus ex contra ctu eius, cui commiserat, sentiebat lucrum, & cõtrahẽs nõ po terat deliberare. in l. obseruare. fuit officialis in culpa, ducẽ do secũ dãm in officio: iõ ex delicto eius tenetur, secundùm Archi. in casu etiã. §. si verò. & seq. in quibus tenet mandãs, &

nõ ordinãs,est dicendũ, quòd si mandans nõ sit sufficiens ad ministrandum vitæ necessaria, non p hoc tenet ipse ordinãs, secundùm Ioan. And. Sed nunquid in quolibet casuum prædictorum tenebitur successor in dignitate ad istam præsentationem, sicut tenetur ordinans, siue mandans iuxta iã dicta? tex. in d.ca. cum secundum. dicit, quòd tenetur successor. & gloss. ibi intelligit de successore in dignitate, quod ẽ verũ, nisi in casu, quo ordinator esset depositus, vel translatus. Nam potius ipse, quàm successor in dignitate, tenebitur ꝓuidere. Plus ibi subiungit. ſ. quòd heres ordinatoris teneatur, plusquàm successor. ista enim obligatio inter ordinatorem, & ordinatũ oritur ex quasi contractu. & sic transit ad heredem. Idẽ, si dicas, quòd sit ex delicto commisso in contractu, iuxta no. in c. fi. de postu. In subsidiũ igitur trãsit ista obligatio in successorem in dignitate. contra quod posset opponi, quòd successor in dignitate non tenetur; quia delictum personæ &c. vt in reg. delictum personę. &c. Item quòd crimina morte extinguũtur. Itẽ sicut ordinans fuit in culpa, sine tutulo conferendo: ita & ille recipiendo; ergo culpa compensatur, vt l. si ambo. de cõpen. & l. viro atque vxore. ff. solu. matri. Sol. dic, vt in d.c. cum secundùm.

SVMMÆ.

1 *Generi per ſpeciem derogatur.*
2 *Expreſſio iuris communis generalis non tollit ius ſpeciale derogatorium generalis.*

CAP. XXXVIII.

QVamuis tibi. Duos casus explicat, in quibus specialis concessio derogat primę generali: licèt de ea non faciat mẽtionem. secunda, ibi [simili] ¶ Not. quòd tex. loquitur in secunda persona, ibi [tibi] &c. Ex quo patet, quòd Papa isti, cui potestatem talem concesit, gratiã fecit: & tamen effectus gratię non concernit ipsum, sed debet in alium deriuari. dic ergo, quòd est gratia quò ad eum in culpando: & sic ab ipso ille, in quem confertur, dicitur beneficium recipere. Sic in ſi.
1 s̃.c. relatum. & vide quod no. ỹ. de verb. ſig. c. fi. in nouel. ſuper ver. tibi. ¶ Secundò no. ꝙ fuit illa gratia limitata ad beneficia cedentium, vel decedentium. quæ verba debent verificari verè, non fictè, vt in fi. no. s̃. eod. li. de reſcrip. c. ſuſceptũ. & circa hoc no. q. glo. magnæ, quam tenet Archi. ¶ † Tertiò no. reg. ꝙ generi per ſpeciem derogatur, diſcurrit autem iſta regula in legatis, ſubſtitutionibus, in contractibus, in conſtitutionibus, priuilegijs, & reſcriptis: vt plenè videas per exempla in reg. generi. ỹ. eod. in nouel. & per Dy. ¶ Quartò no. quòd hic cõtingit vacatio poſt factam gratiam ſpecialem. Si autem præceſsiſſet vacatio ipſam gratiã, videret deberi gratioſo primo in genere: poſtquàm enim deuentum erat ad ſpẽm vigore gratiæ generalis: non poteſt dici amplius generalis quò ad illam ſpeciem; ideò alius ſpecialiter impetrans non concurrit cum
2 illo, vt c. ex tua. de fil. presby. Item intellige iſtam regulam in literis ad beneficia. Sed in priuilegijs dic, quòd priuilegium generale non tollitur per ſpeciale, niſi de eo fiat mentio. c. cũ ordinem. de reſcrip. vt s̃. & vide circa hoc omnino, quod not. de præſcrip. c. veniens. ¶ † Item expreſsio iuris communis generalis non tollit ius ſpeciale derogatorium generalis in certo caſu. Pone exemplum. Papa dixit in gratia de reſidentia faciẽda: certè per hoc non adimit poteſtatem epiſcopo diſpẽſandi ſuper ea in caſu c. cum ex eo. s̃. de elec. eo. li. & no. Ioan. Mona. in d.c. graui. ¶ Quintò no. ꝙ Papa conceſsit in genere poteſtatem conferendi auctoritate ſua. Specialis igitur cõceſsio derogat dictæ gratię generali, & extenuat illam in dicta ſpecie. ¶ Item bene no. ꝙ dicit [auctoritate noſtra.] debet. n. intelligi dicta gratia de beneficijs, quæ non poterat iſte priuilegiatus conferre auctoritate propria iure proprio, vel deuoluto. Talia einm non computabantur in gratia, nec in eius numero; quia in re propria non conſiſtit donatio. ad hoc s̃. de fi de inſtru. c. inter dilectos. ad fi. Cum enim ſine gratia poſſet illa ſuo iure conferre; ergo de illis non debet intelligi: per quæ poſſet gratia reddi inutilis. de priuileg. c. illis. & de le. 3. l. cum quis decedens. in prin. Præterea iſta gratia conferendi beneficia ſex clericorum eſt generalis, vt hic dicitur: ſed licèt obligatio in ſpecie contracta ex cauſa lucratiua extinguatur, ſi ſpecies illa peruenit ad creditorem ſimiliter ex cauſa lucratiua, vt l. non quocunque. de leg. 2. tamen ſecus eſt, quãdo vna ſpecies ſub genere comprehenſa peruenit ad creditorem ex cauſa lucratiua. Nam adhuc in alia re eſt illæſa obligatio, vt l. Mæuius. §. duorũ. de leg. 2. Sic in propoſito ſubducto de genere eo, in quo nõ põt verificari, gña remanet in numero integra, & illæſa. facit ff. de ſolu. l. Stichum aut Pamphilum. circa prin. cõiuncta l. cũ his. §. q hominẽ. de cõdi. inde. Tertiò hoc probat intentio concedentis in talibus ponderanda. s̃. eod. c. fi. Nam eius intentio referenda eſt ad beneficia ſpectantia ad collationem alienam, non illius, qui poterat ſuo iure conferre: & ſic intentio de ſuis non impletur per aliena. s̃. eod. c. ꝙ illorum. ſuper. 1. gloſſ. in nouel. & l. ſi domus. §. fi. & l. ſerui ele ctione. §. 1. de leg. 1. ſecundùm Io. And. Aduerte, ſi gratia cõcerneret numerum beneficiorum, procedit quod ipſe dicit. ſ. quòd beneficia, quæ quis poteſt conferre ſua auctoritate, nõ computentur in numero gratiæ: ſed tex. nõ loquitur de numero beneficiorum, ſed ſex clericorum ſuorum cedentium, vel dẽ cedentium: quorum beneficia quotcunq; ſint, etiam ſi 20. vel 30. poſſet iſte conferre, cui gratia facta eſt. Non procedit ergo dicta eius quæſtio, ſi ad tex. referatur: in quo patet, ꝙ nec i primo dicto, nec in ſecundo ad numerum beneficiorum ẽ habenda conſideratio. vt ipſe dicit ſuper ver. ſex clericorum. ꝓcederet autem eius quæſtio, ſi decederet, vel cederet de numero clericorum vnus, qui obtinebat beneficium ſpectans ſolùm ad collationẽ illius, cui gratia facta fuit: an ergo iſte cõputabit in numero ſex clericorum? prædictæ rationes faciũt, ꝙ non; qa Papa nõ videtur de tali clerico intellexiſſe. & quò ad eum gratia eſſet inutilis. Item non peruenit ad eum hmõi collatio ex cauſa lucratiua, ſed iure debiti: & obligatio generis non extenuatur, ſi ſpecies ſub genere comprehenſa peruenit ad creditorem ex cauſa lucratiua, vt probant prædictę argumenta. & credo hoc verum etiam tenendo opi. quam ſequor contra Io. And. ỹ. proxi. q. quæ eſt talis. Iuxta formã huius c. facta fuit gratia conferendi ſex beneficia clericorum cedentium, vel decedentium: an debet intelligi de ſex primis cedentibus, vel etiam de alijs quibuſcunq; poſt dictos ſex primos? Gloſſ. magna tenet, ꝙ illa gratia non eſt reſtringẽda ad primos, poſtquàm de primis clericis non eſt dictũ. in nouell. refert alios tenere contrarium, per c. non poteſt. 2. reſponſo. s̃. eo. Nam ſi de beneficijs primis intelligitur, ſimiliter de perſonis debet idem intelligi, arg. l. qui plures. de vulga. & pupil. pro hoc faciunt oĩa iura alle. in d.c. non poteſt. in nouel. vbi ſi ue loquamur de numero, ſiue actu aliquo, vel tempore: debet intelligi de primo numero tempore, vel actu. Item ſi aliud diceremus, ſequeretur, ꝙ ſi non intelligitur de ſex primis, poſſet in infinitum gratia extendi, etiam ad milleſimum contra c. licèt. s̃. de teſti. Itẽ ſic poſſet priuilegiatus omittere iſtum, & illum, gratia eius in alijs remanente ſalua: & iſtas omiſsiones poſſet venales exponere, contra l. filium. §. ſed cum exhereda tio. de contratab. & c. nonnulli. de reſcrip. Item in conditione poteſtatiua legatario impoſita intelligitur, ꝙ adimpleat, cum primum poteſt, vt l. hæc conditio. ff. de condi. & demon. Præterea mandatum prouidendi de vacatura intelligitur de proxima. s̃. eod. c. ſi clericus, & de cõceſ. præb. c. ne captandæ. Sic & mandatum intelligatur de ſex proximis. Io. An. cõtra iſtas rationes nititur defendere glo. ſuam ſatis debili ratione in nouell. dicit enim, quòd ſi gratia reſtringenda eſſet ad primos, ſequeretur quòd contra vnũ beneficium tenuiſsimum (puta 2. ſoli-

2. ſolidorum) occupabit gratiam epiſcopi: nec tale reperiret, qui acceptaret ipſum, contra mentẽ cõcedẽtis. reſpuẽda ẽ ergo captioſa talis interpretatio cõtraria intẽtioni cõcedentis. de priuil. c. in his. cum ſi. Item fortè propter ſcandalũ non expedit per priuilegiatum primum conferri, nec fortè ſecundum, vel tertium. & ſic gratia per talem interpretationẽ poſſet reddi inutilis. Item ille numerus ſex clericorum non reſtringitur ad prius vel tunc habitos: immo includit etiam receptos poſtea ſine fraude. ỹ. de verb. ſignif. c. fi. ergo non reſtringetur ad prius mortuos, vel cedentes. & in hoc reſidet, & conſuluit impetranti hanc gratiam, quòd clauſulam obtineat, per quã iſtud dubium tollatur. Ego dico, quòd aut ex primis ſex clericis decedentibus, vel cedentibus erant aliqui vnum beneficium obtinentes ab alio, quàm ab ipſo priuilegiato: & iſti non computabũtur in numero ſex primorum; quia ad tales gratia non refertur, per quam gratia redderetur inutilis: & in eis nihil operaretur, contra mentem concedentis, d. c. ſi Papa. & l. ſi quando. de leg. 1. & l. bñficia. Si verò tales primi obtinebant ab alio, quàm ab ipſo priuilegiato: tunc dico, quòd ad proximos primos cedentes eſt gratia reſtringenda, per rationes, & iura pro hac parte ſuperius inducta. Non obſtat ratio Ioan. And. quòd inter ſex primos poſſent eſſe aliqui obtinentes beneficia, quæ non expedit priuilegiato conferre ratione tenuitatis, vel ſcandali. Nam dico hos caſus aduentios non attendi, vt l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de verb. obl. Item econuerſo poſſent beneficia ſex primorum eſſe præteritis magis opulenta: vnde ſi ſecus contingat, non poteſt prætẽdere læſionẽ iſte, cuius ſtatus pendet, ad optimũ, vel peſsimũ ex inſidijs fortunę. argu. optimum. C. de vſur. l. ſi ea lege. & l. ſi pater puellæ. C. de inoff. teſta. Non obſt. eius æquiparatio de receptis poſt gratiã ad prius mortuos, vel cedentes, vt s̃. dixi. Nam quò ad receptos gratia refert ſe ad tempus ceſsionis vel mortis, dum dicit [tuorum cedentium, vel decedentium] non mirum ergo, ſi in ſuos recepti poſtea includuntur, arg. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de nox. & ſic teneo contra ipſum in iſto caſu: & reperio Pau. de Leazar. ſic tenere in quibuſdã ſcriptis ſuper iſto cap.

SVMMÆ.

1 *Dignitatem, & præbendam in eadem eccleſia quis habere poteſt.*
2 *Canonicus non præbendarius ex conſuetudine eccleſiæ quis eſſe põt.*

CAP. XXXVII.

SI is cui de canonica. Secundùm Io. Mo. habet tria dicta. & ſurgit dubium ex quadam conſtitutione, quam fecit iſte Papa Boni. ſtatim poſt ꝓmotionẽ ſuam, in qua reuocauit gratias factas à Nic. & Cæleſtino eius prædeceſſoribus. Ex quibus quæſtiũ eſſet ius ad rem. Sed vbi ius erat quæſtũ, non fuit per dictã cõſtitutionem ſublatũ. modò ponit in hac cõſtitutione, vbi ius in re, & ad rem circa diuerſa cõperebat:
1 vtrũm vtrumq; , vel neutrũ, vel alterum tolleretur. ¶ † Not. ꝙ poteſt quis habere in eadẽ eccleſia dignitatem, & præbendam: non autem duas dignitates inſimul, & præbendam. ꝙ dic vt s̃. eo. lib. de conſue. c. 1. & Cle. ſi iuſta. eo. ti. ¶ Secũdò no. ꝙ gratia de canonicatu, præbenda, dignitate, vel officio adimplenda eſt, etiam ſi non ſimul vacent, in quocunque primo vacante: nec omnium ſimul vacatio eſt expectãda. quod dic, vt dixi. s̃. c. quia ſæpè. ¶ Tertiò no. quid iuris, cum gratia facta ſuper pluribus eſt pro parte adimpleta, & pro parte pẽdet. Nam licèt cõſtitutio reuocatoria ſuperueniẽs perimat id, quod pẽdet: non tamen perimit quod factum eſt; ideoque poteſt vtile ab inutili ſeparari. Si autem non poſſet vnum tolli, vel ſtare ſine altero, id, quod tollitur, in virtute ſuſtentatetur remanentis, arg. l. ſi ſponſa. §. generaliter. ff. de dona. inter vir. & vxo. & patet in fi. huius c. vbi in cõnexis potius ſuſtentatur ius ad rem propter ius in re; quàm corrumpatur ius in re pro pter ius ad rem. & hoc ideò; quia eſt potentius, vt patet exc. quemadmodum. de iureiuran. vbi multa impediunt, quæ non dirimunt, vt l. pluribus. §. & ſi placeat. de verb. obliga. Io. Mo. dicit ſuper ver. cum ius. quòd ratio huius dicti eſt; quia cõſtitutio reuocatoria noluit tollere ius in re, ſed ius ad rem. Cum igitur hæc dignitas canonico non præbendario conferri valeat, fuit iuſtius; vt propter ius in re ſeruaret, quàm per extinctionem iuris ad rem tolleretur ius in re, contra mentem, & verba dictæ conſtitutionis, ſecundùm eum. poteſt eſſe ratio; quia præbenda venit acceſſoriè ad titulum canoniæ, & dignitatis. ratione igitur iuris quæſiti videtur in conſequentiam quæſitum ius, quod venit acceſſoriè; quæſitum dico habitu, & aptitudine, licèt non actu: & ſic trahitur ad magis dignum, vt in tex. circa diuerſas res connexas, vel penitus ſeparatas. An autem impedimentum ſuperueniens vitiet vtrunq;, vel alterum, ſiue neutrum, in iſto c. declaratur. Si verò vna diſpoſitio eſt incepta, ſed nondũ perfecta, & ſuperuenit impedimentum, inficit factum, & fiendum, vt l. pro parte. ff. de ſerui. & d. §. ſi placeat. & l. furioſum. C. qui teſta. face. poſ. et. ỹ. de cõceſ. præb. c. fi. §. ſanè. & iſtud eſt bene notandum, cum impedimentum aliquod ſuperuenit poſt negocium inchoatum nõ dum cõſummatum. in ſeparabilibus enim ſeparata ratio eſt habenda. in connexis verò perfectum non finit imperfectum corrumpi. & ſic conſequitur alterius beneficio, quod non habet ſuo, vt no in d.c. 1. de iure pa. ỹ. eo. lib. in gloſſ. vlti. facit l. ſi quis duo. de lib. leg. & optimè. l. & ſi non ſint. ſ. infecti. ff. de au. & argen. & inceptum accedit potius ad naturam facti. & ideò principium dicitur pars potiſsima cuiuſcunq; rei, l. 1. ff. de ori. iur. facit l. deniq;. ff. de ritu nup. ¶ Quartò no. Ioã. An. poſt Archid. in §. non ſic autem. quòd in eccleſijs, vbi eſt conſuetudo, de qua in tex. poteſt excipi contra impetrantem à Papa dignitatem illius eccleſiæ, non facta mentione de tali conſuetudine. alleg. ff. de decur. l. honores. §. 2. vbi dicit, quòd qui nõ eſt decurio, decurionatu, vel alijs honoribus fungi nõ poteſt: quia decurionum honoribus plebei frui prohibentur.
2 pro hoc dicto facit hoc c. ſecundùm eum. ¶ † Quintò ipſe no. in ver. ſed & ſi ex epiſcopi. quòd ex conſuetudine eccleſiæ poteſt quis eſſe canonicus non præbendarius: & facit ad not. per eum. s̃. eod. lib. de reſcrip. c. ſtatutum. §. 1. ſuper ver. canonicis. & inducit ad qõ. Si epiſcopus dedit eccleſiam eccleſiæ collegiatæ eo tenore, quòd non poſsit conferri, niſi canonico illius eccleſiæ: & demum canonici elegerunt quendam ad illam eccleſiam, & canoniam, in confirmatione hoc adiecto, ꝙ non haberet præbendam. quærebat enim, an poſſet petere pbendam. Bart. Bri. quòd ſic, ſecundùm T. ſed ſibi videbatur, ꝙ ex vtraq; parte interueniſſet ſimonia, per c. vnicum. s̃. vt eccl. bene. Sed dices. ſi magis dignum trahit ad ſe minus dignum; ergo corruptio dignioris iuris (ſicut eſt dignitas, perſonatus vel officium) deberet corrumpere minus dignum, etiam iam quæſitum, contra principium c. Solu. ſecundùm Io. Mo. magis, & minus hic nõ habent ordinem neceſsitatis; quia poteſt eſſe canonicus ſine dignitate: ita quòd in penitus ſeparatis nõ infertur de vno ad reliquum, vt l. ſi maritus. C. de dona. inter vi. & vxor. ¶ Sextò, & vltimò not. Lap. quòd tex. dicit de præbenda quæſita dignitati, perſonatui, vel officio non annexa. Nam ſi eſſet alteri ex his annexa, ratione connexitatis ꝓ vna reputaretur. & vnius acquiſitio infert acquiſitionem alterius ex connexis: & ſic non haberet locum expectatio, de qua in tex. ad hoc. s̃. eo. ti. & li. c. ſup eo. & c. quia ſæpè. & de conſe. ec cle. vel alta. c. ſi eccleſiam. in primo reſponſo. & Cle. ſi iuxta. ỹ. eod. facit quod not. Ioan. And. in reg. cum quid prohibetur. in Mercu.

SVMMÆ.

1 *Decretum Papæ non ſolum afficit inferiores à Papa etiam ignorantes, verumetiam ipſum Papam.*

decreto vallata licèt reuocetur: non tamen per hoc conualescit gratia prius facta alteri contra illud decretum.

3 *Papa concedens alicui literas super prima vacatura; deinde cõcedit alteri eas: & mutato proposito mandat eas cassari, an prima reassument vigorem.*

CAP. XL.

QVodam. ¶Decidit casum dubium exortũ ex duabus gratijs Nico. & Cælesti ni. & processu facto per primam, & secuta post reuocatoria, decisionis cãm exprimit. ¶Nota, ꝙ Cælestinus mãdauit alium recipi in ecclesia, in qua alter iam fuerat receptꝰ per literas Nico. & sic grauata fuit ecclesia in receptiõe duorum, non ab eodem, sed à diuersis: quod dic, vt s̃. de rescript. c. literis. & c. mandatum. ¶ Secundò no. quòd Cælesti. voluit impetrantem suum alijs anteferri etiam receptis auctoritate Apostolica. & sic etiam, si recepti fuissent prius auctoritate sua, volebat talibus anteferri: sed hoc non est de stilo curiæ. Solent etiam Romani Pontifices dare clausulam contra expectantes, auctoritate prædecessorum, non propria. de concess. p̃b. c. pe. Cæle. autem sic fecit quia nullam aliam adhuc fecerat, & sic de se non cogitauit: vel quia stilum curiæ ignora-
1 bat, ideò renunciauit. s̃. e. li. de renuncia. c. 1. §. Cæle. ¶†Tertiò not. Lap. quòd decretum Papæ afficit non solum inferiores à Papa etiam ignorantes: verum etiam ipsum Papam, & ipsius executorem, nisi aliud exprimatur. & vide circa hoc, quod dixi post Ioan. And. s̃. eod. c. si postquàm. ver. sed hic quæritur. ¶ Quartò not. Ioã. An. in fin. c. ꝙ ex collatione q̃ritur ius in re, & an̄ adeptam possess. sic ỹ. de concess. præbẽ. c. fin. & quod not. Ioan. And. s̃. de consue. c. 2. & s̃. eo. c. si tibi
2 absenti. ¶† Quintò not. quòd licèt gratia decreto vallata revocetur: non tamen per hoc cõualescit gratia prius facta alteri contra illud decretum. Circa hoc instat Ioan. And. post Archid. & quærit. si secundus habens clausulam [anteferri] repellitur propter crimen: an præbenda vacans debebitur illi primo, cui ante reuocatoriam facta fuit collatio? videtur, ꝙ sic: quia clausula posita pro secũdo, postquàm non est sortita effectum, non impedit primum. ff. ad Tertul. l. 2. §. liberi. ver. sed si sint. & ff. coĩa prædio. l. in venditione. §. 1. & de vsufru. l. si sub conditione. & idem videtur dicendum, quomodocunq; gratia habentis dictam clausulam sit perempta an̄ vacatiõe præbendæ. l. si mulier. ff. ad Velleia. Idem si nolit vti prærogatiua, arg. l. si iudex. ff. de mino. Alij dicunt, quòd loco istius primi expulsi Capitulum habebit alium eligere. ff. de his, qui. vt indig. l. qui Titij. & de vulg. & pupil. l. ex facto. §. fi. & l. 1. ff. si qs ali. te. prohi. Sed, vt dicit Archi. ista iura probant, Papã, vel à Papa prouisum potius admittendum, quàm Capitulũ, ad idem. ff. de iniust. test. l. posthumus. & l. filio. licèt litera videatur contraria. eod. ti. c. quoniam vxorem. subdit Ioan. An. quòd si in rescripto esset clausula [cum obtulerit se facultas] tunc certum est, quòd primus esset potior, vt l. 1. & 2. C. de lib. & posthu. sed non declarat aliter, quid teneat in prædicta q. cum scilicet secundus his clausulam [anteferri] repellitur aliqua ratione: vel quia non vult, vel quia non potest ex defectu inhabilitatis personæ, vel negligentiæ, vel mortis: an talis præbenda sic affecta cum clausula [& interpositi decreti] debeat primo? Quidam quòd sic: alij aliter, vt vidistis. Aduerte. quandoq; gratia vallata cum clausula [& decreto] est subreptitia. & tunc gratia facta primo stat firma, & ipsam non impedit alia, quæ est nulla. Sicut nec primum testamentum reuocatur per secũdum minus solemne, vt l. si filius, qui in potestate. de lib. & posth. & c. non præstat. ỹ. e. lib. de regu. iur. Quãdoque gratia cum clausula [& decreto.] efficitur inualida ex postfacto per renunciationem, & reuocationẽ, per negligentiam, vel aliter: & tunc an primus recuperet ius prioritatis: & credo, quòd sic. Nam sicut in successionibus, excluso primo gradu, admittitur sequens, vt l. 1. §. sed videndum. de succedic. cũ simi. Ita in istis gratijs, & collationibus, in quibus sub moto priore (vt sic dixerim) ex successorio edicto sequens proximus admittitur. Nam plures post defectum primi possunt succedere in hoc iure. facit quod dixi. s̃. eod. c. statutum. in 3. notabili. Auget tamen in hoc dubium quod dixi. s̃. eo. c. in beneficio. in 1. col. si reseruatio, & decretum Papæ super certo beneficio interposita non sortiuntur effectum: an de illo possit se alius intromittere? dic, vt ibi. Et hoc credo verum vt dixi, si post defectam gratiam cum clausula [& decreto] petit admitti. si autem deliberante illo, qui habet gratiam cũ prælatione, & decreto, fiat altera collatio: si postea ille renunciat, an talis collatio conualescat? vide quod super hoc dixi in d. c. statutum. in vlt. q. & tex. ille facit, quòd non. nam, vt hic pater, ante reuocationem gratiæ priuilegiatæ fuit facta primo collatio, quæ non conualescit: licèt postea reuocetur ista
3 cum clausula [& decreto.] qđ videtur tenere hic Lap. ¶†Subdit Ioan. And. post Archid. quòd si Papa concessit alicui literas super prima vacatura: deinde concessit eas alteri, & mutato proposito mandat eas cassari. ex hoc dicit ipse, quòd literæ primi reassumunt vigorẽ, arg. ff. de bono. pos. secundùm tabu. l. qui liberis. §. non sic. multò fortius si dicat, quòd prĩæ reuiuiscant, vt eadem l. §. testamento. Aduerte. posset argui ex multis legibus, quòd in casu, in quo literæ secundæ reuocent primas ipso iure: licèt secundæ cassentur, non credo per hoc primas reuiuiscere, vt l. planè. in prin. de lo. 1. & l. & si transferam. de adi. leg. quæ leges probãt, quòd si translatio legati sit inutilis in personam secundi: primo tamen non debetur, post quàm fuit semel ademptum. facit quod legi. & no. s̃. eod. lib. de rescrip. c. quamuis. ¶ Opponitur ad fi. c. de c. s̃. proxi. nã Cælestinus contulit huic secundo canonicatum sub expectatione prębendæ vacaturę, vt s̃. c. proxi. Nam canonia iam adepta est dignior, quàm præbenda. hac igitur ratione ius ad ipsam debuit conseruari, per ea, quæ ibi dixi post Ioã. Mo. in 3. nota. Solue, vt ỹ. de conc. præb. c. fi. §. in illis.

SVMMAE.

1 *Singuli de Capitulo pro obligatione Capituli conuenire non possint.*

2 *Forma grauaminis Capituli per Papam.*

CAP. XLI.

MAndatum. Tres casus dubios, cũ scribitur ad collationem Capituli, hic decidit, & in vltimo excipit. scds ibi [ad be-
1 neficia.] tertius est ibi [idem] exceptio, ibi [nisi.] ¶†No. ꝙ pro obligatione Capituli non possunt singuli conuenire; quia alia sunt iura vniuersitatis, alia singulorum, vt l. sed si hac. §. ꝙ manumittitur. de in ius vo. canonizata. 12. q. 2. & l. sicut. ff. qđ cuiusq; vni. no. & facit ad id, quod dixi s̃. eod. c. cum in ecclesijs. in 2. notabili. ¶ Secundò no. ꝙ mandatum, siue obligatio, quæ astringit ad aliquid faciendum, siue conferendum, astringit etiam eum, qui vice, ac nomine illius confert illud, quod in obligationẽ deducit. ad hoc ỹ. de reg. iur. c. qui per alium facit. mandatũ igitur directum dño vicegerens tenetur ad implere. quid econuerso, an mandatum factum vices epi gerẽti, teneatur eps adimplere? dic, ꝙ si in defectum epi defuncti fortè aliquid iniungat eius vices gerenti, vt Capitulo: eps postea creatus ante mandatum perfectum tenebitur illud exequi: nec Capitulum se vlterius intromittet. ¶ Et non solũ, si i defectũ epi rescribatur Capitulo, est verum quod dixi: sed ẽt, si in eius defectum scribatur cuicunq; extraneo. debet enim intelligi in his mandatis, si res in eodem statu permanserit vsque ad collationem. ff. si ex nox. cã aga. l. 1. translatio. n. com modi de vno in alterum operatur translationem oneris, vt l. sed̃m naturã. ff. de re. iu. & ff. de ali. & cibaria. leg. l. Gaio & Seio. ex quo conclude post Inn. ꝙ mãdatũ factũ vicegerẽti arctat successorem, vel dominũ: sed iurisdictio commissa contra vicegeretẽ nõ astringit dñm. Rõ quia ẽ odiosa, & restringẽda: mandatũ verò (qa obediẽtiã cõtinet) nõ est restringẽdũ, secũdũ Ioan. And. post Inno. s̃. de rescr. c. eã te. vbi etiã quid ecõtra, an mandatum factum episcopo, qui ante implementum decessit, teneatur Capitulum adimplere: & sic recipere illũ, pro quo scribitur: dicit. ꝙ non, si episcopus moritur ante præsentationẽ literarum. Sed si postea, cum sit successor episcopi, debet exequi factum inchoatũ, vt de rescrip. c. literis. Ista procedunt, cũ vnus ex his, cui non scribitur, succedit alteri in administratione: vt episcopus Capitulo, & econtra. Si verò viuat episcopus, mandatum factum Capitulo non astringit ipsum: sicut non astringeret, si esset directum extraneo, secundùm eũ ibi. ¶ Tertiò no. ꝙ hic scriptum fuit, vt prouideret de bñficio spectante ad collationem Capituli. quid ergo si fuerit scriptũ simpliciter illi, ad quem nõ spectat collatio, vel receptio vllo iure, ꝙ conferat p̃bendam, vel recipiat talem in tali ecclesia: an poterit adimplere mãdatũ? videt, ꝙ nõ, vt d. c. eam te. ver. ipsi verò. Io. An. post Boa. dicit ibi. aut scribitur alicui, vt executori, ꝙ beneficium conferat: & tunc confert, licèt ad eũ nõ spectet collatio. aut vt collatori ei, q collator est: & tunc clarũ, ꝙ teneret. aut vt collatori ei, qui collator non est: & tunc
2 conferre non põt, nisi Papa ei scripserit ex certa scientia. facit s̃. eo. li. de rescrip. c. cum aliquibus. ¶†Quartò no. formã cum Papa vult grauare nõ solum Capitulum: sed singulos, ad quos aliquo spãli iure spectat collatio prębendarũ ipsius ecclesiæ. debet enim scribere cõmuniter, vel diuisim: In alia materia D. Bald. reuocat in dubium, quod sit remedium, si qs ex contractu ineundo cum aliqua ciuitate, vel cõitate velit sibi obligare non solùm bona propria illius ciuitatis, sed singulorum ciuium, & etiam personaliter ipsos ciues. de quo per eũ in l. 4. in prin. de re iudi. vbi per eum videas. in casu tamẽ huius c. cum scribitur communiter, vel diuisim, intelligo istud, diuisim, de prębendis, quas singuli obtinent iure suo spãli in illa ecclesia, cuius Capitulo sic scribitur: sec⁹ credo, si in alia. quod sentit glo. fi. ¶ Quærit Io. An. si scribitur cõiter, vel diuisim. dicit tex. ꝙ tunc grauãtur singuli, ad quos spectant ratione præbendarum &c. Sed nunquid idem, si ad eos spectant ratione dignitatum, vel officiorum, siue personatuũ. dicit ipse, ꝙ non idem. & sic secundùm eum, glo. fi. debet dicere non dignitatũ: vt sit sens⁹, ꝙ si scribaĩ ad collatiõẽ Capituli: licèt ad daĩ [cõmuniter, vel diuisim] dignitatem illã per hoc non grauet. aliàs æquè dici potuisset, ꝙ grauaret episcopum. Si verò ratione præbendarum tenetur, secus. & hoc planè vult litera, si non violetur, secundùm eum super glo. fi. Io. Mo. & Archid. dicunt contra. & ista exceptio [nisi contineatur] &c. secundũ eos refertur ad omnia suprædicta: vt siue ratione dignitatum, officiorum, personatuum, vel p̃bendarum pertineat collatio, includantur in literis, si adiectum fuerit [cõmuniter, vel diuisim.] & hanc opi. tenet Lap. quia vtrobique est eadem ratio. Nam siue ratione dignitatum, siue prębendarum conferant, iure suo, non iure Capituli, conferunt: ideò cum dicta clausula comprehenduntur, & non aliàs. Non ob. ratio de episcopo, siue prælato: quia de Capitulo non est, nec veniret Capituli appellatione, vt s̃. de his, quæ fi. à pla. in rubro & nigro, & vt no. Io. An. in Cle. vt hi qui. de æta. & qua. & de regula. c. vt professores. Vnde per clausulam [communiter, vel diuisim] in hoc casu non venirent beneficia pertinentia ad collationẽ prælati. Plus dicit Lap. ꝙ si non iure singulari aliquo ex prædictis: sed ratione canonicatus, non ex commissione Capituli spectaret collatio ad canonicos, erit idem iuris, quod si pertineret aliquo ex prædictis modis: vt mandatum directũ Capitulo non includat talia, nisi scribatur communiter, vel diuisim. facit quod no. Inno. & Host. s̃. eod. c. fi. super ver. beneficio. ver. & idem, & eadem ratione. & quod no. Bar. s̃. ne se. vacan. c. 1. in glo. 2. & credo, ꝙ ille sit verior intellectus.

Rub. De clerico ægrotante, vel debilitato.

SVMMAE.

1 *Cura pastoralis officij in quibus consistat.*

2 *Clericorum appellatione veniunt episcopi.*

3 *Ius Superioris vsu inferioris non potest tolli.*

4 *Famuli, dum sunt ægri, dominis seruire intelliguntur.*

5 *Demens quis dicatur.*

6 *Episcopus detentus morbo incurabili suscipit coadiutorem.*

7 *Coadiutor moderatæs expensas recipere debet.*

CAP. I.

PASTORALIS. ¶Primò declarat, cuius sit dare coadiutores episcoporum, & superiorum. Secundò prouidet, cum episcopus coadiutorem vult. Tertiò ibi [si verò] cum est demens. Quartò ibi [finaltem] cum episcopus coadiutorem non vult. Quintò, ibi [præsenti] de coadiutorum expensis, & potestate. Sextò, ibi [cæterùm] ad superio-
1 res prorogat, qđ de episcopis dixerat. ¶†No. de cura pastoralis officij: quæ, in quibus consistat, remittit Io. Mo. ad pastorale Gregorij. dicens, ꝙ quilibet prælatus deberet ibi speculari. ¶ Scdò no. ꝙ rubrica loquatur solum de clerico ægrotã te. & in cap. solùm quæritur de epis, & superioribus. simile. s̃. eo. c. ex parte. & de cleri. nõ resi. c. 2. & c. qualiter. & de cleri.
2 percus. c. 2. ¶†Ex quo datur intelligi, ꝙ episcopi veniunt appellatione clericorum. cuius contrarium dicit hic Io. Mo. s̃. ꝙ appellatio clerici non includit episcopum. C. de episco. & cle. Auth. presbyteros. nec includitur in generali mandato. ỹ. eo. lib. de hæreti. c. inquisitionis. & s̃. ti. 1. c. quamuis. il 2. Nõ ob. ꝙ rubrica loquatur de clerico, & nigrum de episcopo; quia in hoc generalior est rubrica, q̃ text. secundùm eum. Lap. dicit, quòd nomine clericorum simpliciter nõ intelligũtur episcopi: nisi fortè sit constitutio, vel mandatum generale, vel edictum. 17. q. 4. c. si quis suadente. & 21. dist. c. clericos. & quod no. Io. An. s̃. eo. li. de ele. c. auaritiæ. & in Spec. de rescrip. p̃sen. §. ratione autem formæ. vers. quid si in rescripto dicitur. con-
3 questus est talis. ¶†Tertiò no. ius superioris vsu inferioris nõ posse tolli. & est ratio, secundùm Io. Mo. quia populus in consuetudine inducenda declarat voluntatem suam ipsis factis, vt l. de quibus. ff. de le. Sed ipse populus in facto superioris nõ habet declarare: sed alligat ipsum necessitas obsequendi, nõ auctoritas imperandi. ¶ Quartò no. ꝙ episcopis, & superioribus impeditis impedimẽto ꝑpetuo daĩ coadiutor à Papa. & à Papa datus coadiutor propriè dicit, qui daĩ viuenti, vt l. solet. ff. de tu. & cu. da. ab his. Sed ille, qui datur ecclesiæ vacãti, vocatur visitator. & quam potestatẽ habeat datus à sede Apostolica, seu ab alio, est expressum. s̃. eo. li. de elect. c. is cui. & de sup. neg. præla. c. ecclesiæ. Sed incidenter quæro. quæ est ratio, ꝙ non detur episcopis ab alio, q̃ à Papa. Textus dicit; quæ ẽ de maioribus causis. Io. Mo. ꝙ licèt nõ detur inuito quò ad dignitatem: datur tamen inuito, quò ad administrationẽ, vt ỹ. eo. §. 1. & 2. & cum hæc sint coniuncta in vno, tangi non potest vnum, quin tangatur & reliquum. 1. q. 3. c. si quis obiecerit. Sicut igitur non potest deponi ab administratiõe ab alio, q̃ à Papa, vt c. inter corporalia. s̃. de translat. episco. ita nec eius administratiõ modificari, vel aliter coartari, arg. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iud. & l. vulgaris. de fur. Sed dices. contra, episcopus consequitur administrationem in confirmatione, quam recipit ab archiepiscopo, vt c. trans-

missam, de elect. sicut ergo archiepiscopus confirmando, administrationem tribuit: ita videtur, quòd possit auferre, in Auth. de defen. ciui. §. non habentes. coll. 3. So. licèt in confirmatione tribuat ius administrandi: tamen ipsam recipit vigore tituli præcedentis quæsiti per electionem, & consensum: ex quibus creatur, & nascitur titulus in prælatura, vt no. 63. dist. c. quamò Archiepiscopus igitur non potest administrationem auferre, quia non sola eius confirmatio eam tribuit, sed præcedens electio, subsecuto consensu: & sic vinculo spirituali contracto, vt c. cum inter canonicos. de elect. & ita sentit hic Ioan. And, post Ioan. Mo. ¶ Quintò no. quid iuris, cum episcopus senio, valetudine, vel alio impedimento perpetuo impeditur exequi officium suum: & in qua ætate dicatur quis senio confectus. dic per Archi. & Ioan. And. ℣. vt lit. non contest. c. quoniam. super ver. senes. & ℣. in proœmio huius li. in prin. glo. mag. & quo 1 no. in l. 1. §. pueritiam. ff. de postu. vbi de ætatibus. & C. qui test. fa. possl. senium. Valetudinarius. n. ē, qui sæpe infirmatur, vt no. Ioā. An. in d. c. quoniam. super dicto verbo. ¶ Sextò no. quòd licèt prælatus morbo incurabili post prægrauetur, non per hoc remouetur à prælatura, vt in gloss. & sic no, olim erant opi. Quidam dicebāt, nū quā in impeditum remouendum, sed dandum coadiutorem, vt hic. Aliqui distinguebāt inter morbum curabilem, & incurabilem: vt primo casu non remoueatur. secundo sic. Tertia opinio est, distinguens, an possit sine scandalo, & errore populi remanere: & dabitur coadiutor. aut nō; & remouebitur; puta propter lepram. Quarta est opinio Hostien. distinguentis inter episcopos, & alios prælatos: vt episcopi nullo modo remoueantur. alij verò sic, Quinta ē opi. Io. An. qui tenet opi. Vgu. & Lau. quę est, ꝙ nunq̄ viuente prælato leproso, vel aliter infirmo, substituitur alius: sed datur coadiutor ad similitudinem matrimonij carnalis, qđ non dissoluitur etiam propter lepram: vbi videtur maior ratio dissoluendi; quia nō potest ibi deseruiri per substitutum, siue coadiutorem, sicut in matrimonio spirituali. motiua prædictarum opi. vide, vt legi. & no ℣. eo. c. tua. vbi plenius de hoc dixi. facit. ff. de excu. tu. l.
4 post susceptam. & d. l. solet. de tu. & C. qui morbo. l. 1. ¶ † Et concludę, ꝙ ægritudo etiam perpetua non priuat ministrū ecclesiæ stipendio consueto. Nam famuli, dum sunt ægri, seruire dominis intelliguntur: nec per hoc fraudantur suis stipendijs, vt l. 4 §. Stichus. ff. de statulib. & l. arboribus. de vsufruct. Et an sit idem in Doctoribus, & rectoribus ciuitatum, vt percipere debeant salaria dicto tempore. vide plenè per Bart. in l. 1. §. diuus. ff. de vari. & extraor. cog. Sed dices, de re ctore ecclesiæ infirmo videtur, quòd debeat ab ecclesia remoueri, postquam peruenit ad casum, à quo non posset habere principium, vt ff. de fideiuss. l. Vranius. & ff. de iud. l. si à me. & l. Iul. ait si alter. Solu. dicit, ꝙ multa impediūt cōtrahēda, quæ non dirimunt iam contracta, vt c. quemadmodum. de iureiurā. & l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & quod no. Cyn. in reg. malæ fidei possessor. Et conclude, quòd impeditus morbo incurabili retinet titulum dignitatis; ad nouam autem aspirare penitus prohibet, vt dicit lex in dignitatibus seculatibus. ff. de postu. l. 1. §. casum, vbi de Claudio cæco, qui in senatu seueriss̄imam sententiam de piratis disseruit ibi.
5 ¶ † Septimò no, in §. si verò. quòd demēs a dicitur, q nescit,
a vel non potest exprimere quod vult. Et patet ex isto. §. coniuncto prin. c. quòd quædam sunt vitia corporis: quædam animi. qđā verò vitia corporis vsque ad animam penetrant, & eam inficiunt. videas pulchrè. ff. de ędi. edic. l. 1. §. si cum tribus. vbi de phreneticis, dementibus, furiosis, & alijs. & facit. 3. q. 9. c. iudicas. vbi quid iuris de illis, qui habent dilucida intervalla: si non constet, an in furore, vel sanitate. quid in dubio præsumendum. facit C. de cura. furio. l. fi. & l. si cum dotē. §. in fœuissimo. ff. solu. mat. vbi per quæ signa cognoscitur furiosus. & l. diuus. de off. præsi. De prodigis videas de consue. c. ex parte. & ff. de cur. fur. l. 1. ¶ Octauò not. quòd coadiutor datus per Capitulum episcopo dementi debet gerere eius officium, vt in gloss. est ergo. & quia episcopi officiū circa multa versatur, scilicet in his, quæ sunt legis iuris, & diœcesanæ, de quibus in c. conquerente. & c. dilectus. de offic. ord. Item in his, quæ sunt ordinis, & pontificalis dignitatis, vt in c. accedentibus. de priuileg. An super omnibus istis versabitur officium coadiutoris. & etiam super beneficiorum collatione? plures sunt opi. quas retuli in c. consultationibus. ℣. eo. in 5. q. vbi post Ioan. And. tenui, quòd coadiutor possit beneficia conferre. Item si scit, possit exercere pontificalia: aliàs non. & ibi vide quod dixi post Oldra. de officio huius coadiutoris post. 7. q. ver. In ista materia coadiutoris &c. Sed nunquid de causis, de quibus episcopus ante dementiam cognoscebat, vigore delegatæ iurisdictiōis poterit coadiutor cognoscere? dicit Lap. quòd sic, si commissio fuit facta episcopo sub nomine dignitatis, non personæ. de offic. deleg. c. quoniam abbas. Idem dicit in administratore ecclesiæ vacantis. de quo ℣. eod. lib. de elect. c. is cui. potest tamen dici secūdùm eum, quòd licèt prælatus sit suspensus, vel remotus ab administratione: nihilominus dignitatem retinet, ratione cuius sit commissio. & ideò delegatam iurisdictionem retinet, & eam exercere potest secundùm Archid. vt ipse not. 24. q. 1. c. audiuimus. & hoc verum, si est compos sui, & sanæ mē
6 tis. aliàs secus, secundùm eum. ¶ † Nonò not. in § finautē. quòd episcopus detentus morbo incurabili suscipit coadiutorem volens, non inuitus. de quo in gloss. est ergo. de pupillo verò, & adulto, an suscipiant tutores, & curatores demum volentes, vel etiam inuiti: dic vt Insti. de cura. §. sed
7 nunquid inuiti. ff. de tute. l. 3. § si pupillus. ¶ † Decimò no. in §. præsenti. quòd coadiutor debet recipere moderatas expen̄. de prouentibus prælatorum, in quorum auxilio assumuntur. & per hoc differt à tutore, qui non percipit sumptus de bonis pupilli, nisi pro suis negotijs proficiscatur, vt l. à tutoribus. §. si ff. de admini. tut. Sed qđ dices, si infirmo, & coadiutori redditus ecclesiæ non sufficiunt? dic debiliori in dubio consulendum, vt ℣. eod. c. de rectoribus. vbi post glo. dixi. facit 18. q. 2. c. in nullo. ¶ Vndecimò no. in ver. rationem. quòd episcopo, & eius Capitulo tenetur ille coadiutor reddere rationem. & sic videtur, quòd durante tempore administrationis, sit reddenda ratio. Sed contra de administ. l. aduersus. vbi donec durat administratio, non est reddē da ratio. Solu. aliud in tutore, & curatore: quorum administratio habet certum tempus præfixum, & limitatum: aliud in isto coadiutore, cuius tempus est incertum. nescimus enī, quanto tempore sit duratura eius administratio. & hoc not. in fin ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. nisi §. cum furiosi. & hinc est, quòd à prælatis, & rectoribus ecclesiarum potest peti rō administrationis; quia sunt perpetui, & nescitur, quanto tēpore viuant: secus est in officialibus ciuitatis, qui dantur ad tempus. non enim possunt, durante officio, conueniri. & hoc no. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. de ope. no. nuncia. in 2. q. ¶ Duodecimò not. quòd successoribus istorum prælatorum est reddenda ratio, si non reddita ipsis fuit. Sed hic q̄ro, an coadiutoris officium expiret per illius obitum, cui datum fuit. Ioan. And. quòd sic. ℣. eod. c. consultationibus. alleg. pro casu. ℣. eod. lib. de supplen. neglig. prælat. c. grā di. exercebit ergo iurisdictionem Capitulum, vel ad quem spectat, sede vacante. ℣. de supplen. negligen. præla. c. 3. & 4. & vt dixi in d. c. consultationibus. in 6. q. Istam opi. tenet Barto. in l. quæsitum. & l. se. ff. de tutel. & hoc probat ratione. Nam quando superuenit administrator legitimus, cessat datiuus. ff. de tut. & ra. dist. l. si tutor. § 1. Sed Capitulum est administrator legitimus, ideſt à iure datus. pro hoc facit; quia si vsufructuarius alteri vsumfructum cedit, emolumentum, & exercitium actionum per mortem vsufructuarii, non illius, cui cessit, expirat, vt l. necessariò. §. quòd si pendente. ff. de pericu. & commo. rei ven. patet etiā hic

hic in episcopo mortuo, vel translato. nam dictis casibus sicut expirat iurisdictio episcopi: ita & illa vicarij dependet ab eo, vt in c. cōsulti. de procura. in no. Titulus enim prælaturæ residebat penes episcopum, cui fuerat datus coadiutor, & penes quem erat datum exercitium curæ, & administrationis. extincto ergo titulo per mortem, vel aliter, non plus durat officium administratoris. facit l. lege vectigali. de pig. in ratione sui. ¶ Decimotertiò, & vlt. circa istam redditionem rationis no. Ioan. An. post Ioan. Mo quòd qui semel rationē reddidit, super eisdem amplius reddere illam nō tenetur. quod est verum, vbi plenè reddidit, prout debuit. ff. de cond. & demonst. l. cum seruus. & nihil dolosè egit. l. creditor. §. Lucius. ff. man. & de pac. l. tres fratres. & ita hic in nouel. Aduerte longa est materia: an in liberatione facta simpliciter veniat remissio doli, & culpæ, quę commissa sunt in administratione, & etiam reliquorum; vel talis liberatio includat solum habita & recepta. & ad reliqua, & ad ea, quæ debentur ratione doli, & culpæ possit agi denuo, non ob. generali liberatione. hoc non prosequor: sed remitto ad no. plenè per Bar. in l. Aurelio. §. Gaius. de lib. le. vbi plenè de ista remissione, & liberatione gratuita. si verò ex causa transactionis fuerit facta liberatio: an possit agi iterum ad species postea repertas penes debitorem sic liberatum. & pro reliquis, & pro dolo, & culpa? vide in l. age. & in l. si de certa, & in l. si vt prætextu. C. de transactio.

ADDITIO.

a ¶ Demens. Adde Bal. in Auth. ex causa, 11. col. C. de lib. præte. & singularia hic tractarem, nisi à quodam non solùm demente, sed etiam homicida voluntario, dicto Per. demente de ciuitate Tolosana proditoriè vulnerā tus fuissem.

Rub. De institutionibus.

SVMMAE.

1 *Capitulum non succedit episcopo in beneficiorum collatione.*
2 *Capitulum instituere præsentatos potest, & admittere.*

CAP. I.

1 ITem si Capitulum, Primò improbat similitudinem casuum. Secundò decidit dubium, ibi [præsentatos.] quod dubium fortificat, ibi [licèt.] ¶ † Nota, quòd in beneficiorum collatione Capitulum nō succedit episcopo. Alibi post Ioan. An. dixi, ꝙ in quibusdam succedit, in quibusdam non, & in quibusdam dubitatur. quod prosequitur, vt ℣. de maio. & obed. c. 1. ℣. eo. lib. vbi omnino vide. ¶ Secundò no. quòd inter admittere, & instituere præsentatos videtur differentia. nam inter ipsa cadit hic copula, quæ consueuit copulare diuersa, vt not. ff. de iur. & fac. igno. in rubrica. Archid. exponit admittere. i. recipere, & eos examinare. instituere, i. approbare, & confirmare. de eccle. ædi. c. 3. de re iu. c. cum Bertoldus. Sed Ioan. And. exponit, admittere. i. confirmare, & approbare. instituere autem i. in pos. mittere. per præsentationem autem habet ius ad rem: ꝙ confirmationē habet administrationem, vt no. 63. distin. c. quantò. postea in possessionē inducitur. & ita hic in no. hoc dictum videtur cōtinere impossibile. s. quòd administratio, quæ oritur ex confirmatione, præcedat missionem in possess. infert enim, quòd administ. et fine possessione. quod est impossibile: vnde est
2 hic videndum, quid est institutio, quid inuestitura: quod prosequitur Dyn. in c. 1. ℣. de re. iu. ¶ † Tertiò no. quòd Capitulum potest instituere, & admittere præsentatos. & hoc ideo; quia confirmatio, & institutio dependet à iure, vt no. Inno. in c. de cteero. de transla. & hæc est ratio; quia illa deuolun-
tur ad Capitulum sede vac. & vide circa hoc quod not. Ioan An. de maio. & obe. c. olim in glo. sciendum. & quod ipse no. in c. illa. ℣. ne sede vacan. vbi refert opi. Spe. de præsentatione non facienda per Cap. sede vacan. & qūo facere pōt commendam. & ibi dixi in 2. notabili. quòd sicut Cap. non succedit in collationibus: ita nec in electionibus, nec præsentationib. & quare magis in iure conferendi, ibi etiam no. & aduerte; quia iste text. loquitur, quando collatio spectabat ad solū prælatum. Si autem communiter ad vtrunque, vel ad episcopum cum consilio sui Capituli, vel assensu: vel econtra ad Capitulum de consilio episcopi, vtrùm istis casibus mortuo, vel suspenso episcopo, poterit ista Capitulum expedire? dic, vt ℣. eo. lib. ne sede vacan. c. vno.

SVMMAE.

1 *Defectus sacrorum ordinum non impedit præsentatum ad parochialem ecclesiam.*

CAP. II.

SI is ad quem. ¶ No. q̄ illa generalitas [si is ad quem] &c. cōplectitur omnes, ad quos pertinet ius præsentandi. tangit Io. An. an populus tale ius præsentandi præscribere possit. remittit ad c. quod alicui gratiosè. de reg. iu. in Mer. vbi tenet, quòd talē
1 præsentationem possit præscribere. ¶ † Secūdò no. quòd defectus sacrorum ordinum non impedit præsentatum ad ecclesiam parochialem: dummodo aliàs sit idoneus, vt in text. similiter & tali potest ecclesia parochialis conferri, vt ℣. eod. lib. de ele. c. licèt canon, Sed nunquid eligi, vel ad dignitatem curatam promoueri? Glo. remittit ad no. ℣. eod. lib. de præben. c. si pro clericis pauperibus. & de elec. c. dudum. sup ver. ordinibus. in no. ¶ Tertiò not. Ioan. And hunc tex. ad id, qđ no. ℣ tit. 2. c. cui de non. super, ver. promoueri. dicit enim (qa ille tex exigit idoneitatem.) ꝙ infra tempus à iure statutum valeat promoueri: & non sufficit, quòd talis possit promoueri, nisi & aliæ idoneitates concurrant. licèt ergo habeat ætatem tantam, ꝙ infra annum possit promoueri, non sufficit: nisi habeat ætatem, quam requirit Concilium, secundùm eum. Qui quærit de q. disputata. In aliquo plebanatu est sita aliqua ecclesia parochialis, habens patronum clericum, & rectorem. contra dictum patronum rector præscripsit præsentationem clerici: & clericus præsentationem rectoris patronus, & plebanus hos instituebat. contingit, ꝙ ecclesia vacat clerico, & rectore. quæritur, quis prouideat, vel præsentet? Arguit primò pro episcopo, ex iuribus, quibus dicitur, ꝙ cura, & sollicitudo totius diœcesis ad eum pertinet, & fundata est eius intentio de iure communi. 16. q. 7. c. omnes basilicæ. de suc. ab intest. c. fin. de reli. do. c. de xenodochijs. cum multis simi. Secundò arguit pro plebano de eccle. ædifi. c. ad audientiam. de præben. c. cum non ignores de offic. deleg. c. coram. de priui. c. cum olim. & quod no. de iure patr. c. significasti. & de excep. c. cum venerabilis. in glo. pen. in nouella. Tertiò arguit pro patrono. Nam præscriptio attulit sibi præiudicium solum quò ad præscribentes, non autem quò ad alios. illis ergo deficientibus, redeat res ad naturam suam, vt l. si vnus. §. pactus. de pac. ff. & l. filio quem pater. de lib. & posthum. ibi [non translatus, sed redditus videretur] post ista argumenta concludit pro plebano, per præalleg. c. ad audientiam, & per no. per eum in d. c. cum venerabilis. per quæ respondetur ad allegata pro episcopo; quia habet locum in ecclesia, quæ nō habet matricem ecclesiam mediam. Iura pro patrono inducta non obstant; quia præscriptio sustulit omnem eius actionem. de præscrip. c. ad aures. & in hoc residet Ioan. And. Sed Lap. vltra quærit, quomodo plebanus in hoc facto procedet. nam cum prius haberet institutionem, vt præmisi in thema: an sibi ipse prius præsentabit, vel simpliciter instituet. & an vtrunque, vel alterum: & ille postea alterum eidem plebano

præsentabit:vt sic clericus, & rector postea instituti recuperent ius illud præscriptum. Lap. ponit tres opi. prima est, ꝙ plebanus habeat prouidere de rectore, & clerico per modũ prouisionis, seu collationis. Secunda est, quòd ipse habeat præsentationem vtriusque:& post præsentatos restituet, vel episcopus eos instituet. demum istis, & alijs opinio. recitatis, subdit, quòd verius videtur, quòd plebanus habeat præsentationem rectoris, & clerici tantùm illorum, & institutionem ipsorum iure suo. ad hoc 23.q.4.c.si ecclesia. & de elec. c. cũ inter vniuersas. & c. cum inter canonicos. & c. qđ sicut. & qđ ibi no. Io. An. post Inn. & Host. & c. cum venerabilis. de excep. & ita dicit, & habet pro indubitato, quòd rector, & clerici sic postea instituti recuperent illud ius, quod prius habebant circa reciprocam præsentationem. nam si illud ius possiderent nomine ecclesiæ, per eorum mortem non fuit extinctum. ideò dixit Lap. quòd iure illorum plebanus in defectũ vtriusque præsentauit. & per hoc posset esse verum, quod ét ipse tangit, s. quòd si plebanus primò prouidit de clerico, talis clericus habebit præsentare rectorem, & plebanus faciet institutionem vtriusque. idem intelligo econuerso, vt scilicet
2 rector præsentet clericum, si fuerit de eo prouisum. ¶ †Quærit etiam Ioan. An. si ecclesia habet rectorem, & clericum: an possidens præsentationẽ vnius censeatur possessor alterius? remittit ad no. de elec. c. querelam. super ver. clericum. in no. ibi dicit, quòd si ecclesia habet presbyterum, & clericum: ille, qui est in possessione eligendi clericũ, non censetur in possess. eligendi presbyterum, si apparet alium possessorem electionis presbyteri. si tamen aliquis possidet patronatum, & vt patronus præsentauit alterum: satis videtur, ꝙ ad reliquũ præsentandum sufficiat illa possessio patronatus, vt c. consultationibus. de iure patro. ego dico, quòd si quis in præsentando innititur ex præscriptione, nunquàm præscriptio respectu certi actus, & articuli extenditur ad alterum: sed si de titulo patronatus apparet circa præsentationem vtriusque, præsentatio in vno impedit cursum præscriptionis in altero, ab alio tamen non possesso. quod collige ex no. per Inn. in c. dilectus. de cap. mo. & per Barto. in l. 1. §. si quis hoc. de iti. actuque priua. vbi videas.

Rub. De conceſſ. præben. vel eccleſiæ non vacan.

SVMMAE.

1 *Petitio, quæ fundatur super iure communi, breuibus verbis expediri potest.*
2 *Electio, quæ non tenet, non præstat impedimentum sequenti.*
3 *Præbendam petens contra possessorem, probare debet.*
4 *Scientia inter domesticos semper præsumitur.*
5 *Tempus ad ignorandum priuilegia non datur, sicut ad purgandum ius commune.*
6 *Sententia, & decretum æquiparantur.*
7 *Priuilegij reuocatio quando incipit sumere vigorem.*
8 *Decretum fieri debet cum causæ cognitione.*

CAP. I.

1 VIA cunctis. Summa, vt in glo. 1. & diuide, vt in 2. ad fin. quæ ponit casum. ¶ †Not. primò, sín Franc. ꝙ petitio, quę fundatur super iure cõmuni, potest verbis breuib. expediri, sicut fecit iste An. qui nitebatur ex collatione episcopi, ad quem spectat de iure beneficiorum col-
2 latio, & omnis cura diœce. 16.q.7.c. omnes basilicæ. ¶ †Secundò no. post Arch. quòd collatio, & electio, quæ nõ tenet, non præstat impedimentum sequenti. ad hoc s. de elec. c. scripтum. in fin. & c. congregato. & quod no. eod. titu. c. auditis. hæc enim collatio, & inhibitio prioris fuerunt inualidæ sup incerto beneficio non vacante, & non acceptato: & sic non impediunt collationem episcopi; quia non præstat impedimentum, & cet. de reg. iur. c. non præstat. s. eod. lib. Circa istam primam partem Io. An. recitat dicta Inn. per quæstiones. nam; quia tex. dicit, quòd duo de ista dignitate vacante
3 contendebant. ¶ † Primò quærit, quid debet probare, qui petit præbendam contra possessorem. & distinguit: quia aut petit eam vt sibi debitam: aut tanquam suam. Primo casu cogitur dicere causam, quare est sibi debita. de libel. obla. c. 2. Secundo casu quando petit eam vt suam, dicens sibi præbendam collatam, quam alius possidet: tunc habet probare, ꝙ collator habuerit potestatem conferendi, & contulit vacantem congruo tempore, & personæ idoneæ. dicit tamen Inno. ꝙ congruum tempus, & idoneitas prouisi præsumitur, nisi cõtrarium ostendatur. de præsump. c. fi. quod est verum, secundùm Host. & Ioan. Mo. nisi sit præsumptio contra collatorẽ, vt d. c. vno. facit quod no. s. eo. lib. de præben. c. si tibi absenti. ¶ Secundò quęro. quid iuris, si hæc litę pendente, superuenit alius idem petens. So. dicunt Inn. & Host. quòd debitur primo vincenti cum cautione de seruando reum indemnem quò ad alium petitorem. ff. de rei ven. l. fi is, à quo. & not. de re iudi. c. cum super. & de reser. c. mandatum. & istæ q. proce dunt, quando vnus conuenitur, & alius agit. Sed quæro, qđ si sunt duo cõfirmati à diuersis, puta vnus ab ordinario, alius à delegato Papę: si vterque conuenitur, qualiter procedetur? dicit Innocen. sicut quando conueniuntur hæredes, qui inter se de hæreditate contendunt, vt l. fin. de pet. hær. & fami. her. l. pen. alle. Host. de prẽben. c. nisi. Si verò agant contra alios. etiã nomine ecclesiæ, nullus eis cogitur respondere: nisi probet suam canonicam confirmationem; puta factam vocatis, qui fuerint vocandi. alle. Host. de elec. c. quia propter. de officarchi. c. ad hæc nos. sufficit tñ, secundùm Inn. & Host. probare confirmationem factam, vocatis illis, quos res tangit. aliàs habet necesse probare canonicam electionem, & confirmationem. & procedunt hæc, etiam si in possessione sit ipse electus. Non obst. C. de pe. hered. l. cogi. quia loquitur, cum non est præsumptio contra possidentem: hic verò est præsumptio; quia patitur controuersiam status sui in sua nouitate. Secus si postquàm diu, forte 30. annis, vel vltra pacificè possedit, & veniat alius dicens se prælatum. graue enim esset dicere, quòd cogeretur prædicta probare, cum fortè mille probationes extent. Nec est verisimile, quòd illi, ad quos spectat, illum sustinuissent tanto tempore administrare. ar. ff. ad Maced. l. 3. 8.q.4.c. nonne. 16.q.4.c. volumus. & circa hoc adde, quod no. Io. An. post Inn. in c. innotuit de eo, qui ord. fur. su. & c. illud. de præsump. & c. trãsmissam. de ele. & not. istam q. vidi semel disputatã Venetijs. agebatur enim ibi cõtra quendam, tanq̃ contra debitorem Romanæ Ecclesiæ ad magnã summã. pro parte D. Vrbani sexti. opponebaẽ eũ de schismate: & ꝙ alius in Auinione similiter se gerebat pro Papa. & sic soluere denegabat: quod an iustè, collige ex prædictis. & inducit ista Ioan. And. contra executores plurium petentium fulminantes sententias, vt eis pareatur: à quibus potest appellari, si precisè sine causæ cognitione exequi velint: quia non debet hoc fieri, nisi facta fide de iure petentis coram ordinario, vel coram executore, argum. s. de rescrip. c. Capitulum. Vel fortè secundùm eum non tenet snía excõicationis; quia iurisdictionẽ non habent, nisi contra resistentes indebitè, vel rebelles: possessor autem recusans sine causæ cognitione dimittere, non indebitè contradicit, argu. s. de præben. c. fi. & de peti. hære. l. si debitor. & depos. l. 1. §. apud Iulianum. & hoc etiam tenet Archid. dicit enim, quòd executor prius debet suam intentionem fundare, nec in contradictorem etiam facti pœnam inferre; antequàm appareat contradictorem esse in culpa, turbando suam potestatem.

rem. de offic. dele. c. 1. contradictores autem iure punire non potest, vt no. s. de præben. c. pro illorum. & dixi s. eod. lib. de præben. c. fi cui. ad fi. ¶ Quartò quæro. Papa præcipit episcopo, vel Capitulo, ꝙ alicui det præbendam: nunquid ex hoc mandato habet ille, pro quo scribitur, actionem ad petendũ illam? dicit, ꝙ non: licèt inobediens puniri dẽat. de præb. c. dilectus. sic fi scribit executori, puniendus est executor, qui mãdatum non adimplet. de offic. deleg. c. pastoralis. Idem dicit, si mandetur alicui, quòd mihi præbendam conferat. nam ex hoc mandato non potero agere, & præbendam petere corã ordinario: sed coram executore, qui etiam sine causæ cognitione poterit illam conferre, vt no. s. eo. c. proposuit. ¶ Venio ad secundam partem. s. ad ver. dicebat. in quo primo no. secundùm Abb. ordinẽ allegationis. primò enim probat epi scopum sciuisse: & sic bona conscientia contra diaconum nil facere potuit. Secundò concludit idem, etiam si ignorasset, ibi [nec alias.] Tertiò, ibi [adijciebatur.] probat omnino per mandatum Papæ sublatam ordinario potestatem ex vi de-
4 creti. ¶ †Secundò no. ꝙ non licet illis de Capitulo ignorare, quæ ibi fiunt. inter domesticos enim, & coniunctos præsumitur scientia, & vnus ét scire facta alterius, vt l. de tutela. C. de in integ. resti. mi. facit c. eam te. s. de rescrip. vbi similis allegatio. ¶ Tertiò no. quòd inhibitio executoris, eius collatio, & intimatio si fiant añ tps vacationis, non ligant manus ordinarij hoc scientis, quò minus conferre valeat, cum vacabit: & ratio; quia est super incerto. s. quòd ille, pro quo scribitur, duxerit acceptandum. ante enim acceptationem prædicta non arctant: nec etiam Papæ decretum, quod plus est, vt j. in ver. nostrum autem. Vnde circa hoc dicit Inno. ꝙ is, qui optat, re seruat, vel suspendit, de certa præbenda id facere debet. ad hoc. s. eo. lib. de elect. c. 2. certam autem dicit, si optat, vel re seruat primam præbendam, quæ vacauerit in ecclesia, diœcesi, vel prouincia. ita dicit in nouel. super verbo acceptanda. & no. hoc dictum, ꝙ certa dicitur, cum acceptat primam, etiã non expressam, vt dicit glo. expressam &c. dicitur autem certa pro tanto: quia refertur ad vnicam. verè tamen prius est incerta, secundùm Ioan. An. supra in nouel. Cui adde quod dixi. s. eo. lib. de præben. c. dudum. ¶ Quartò no. in ver. nec aliàs. quòd priuilegium, quod vni conceditur, per quod ab alterius iurisdictione eximit, sufficit puenire in notitiã eius, cui conceditur, etiam si non fuit notum ei, in cuius præiudicium est indultum. aufert ergo Papa iurisdictionem episcopo, etiam hoc ignoranti: sicut pater, & dominus potestatem dat filio, vel seruo, vt l. pater ex prouincia. ff. de manu. vindic. debet tamen peruenire in notitiam eius, cui conceditur, vt dicit tex. ante igitur non videtur tale priuilegiũ ignoranti prodesse. censetur enim talis concessio donatio quædam: quæ facta inter absentes tunc effectum sortitur, cum ad illum peruenerit, in quem est collata liberalitas, & non ante, vt ff. de acqui. pos. l. qui absenti. & est simile quod not. de præben. c. accedens. in fi. glo. & Inn. hic istam materiam tractat, an literæ, in quibus aliquid prohibetur, vel indulgetur, statim, cum conceduntur, habeant vigorem: vel tunc demum, cum peruenerint ad notitiam illius, in cuius præiudiciũ, vel
2 neficiis debet omnis dolus abeſſe, vt de elec. c. cum dilecti. ille autem fuit in dolo, etiam recipiendo præbendam, quam ſciebat alteri debitam de mãdato Papæ, ſecundùm eum. Ad uerto. ſi dicamus iſtam præſentationem literarum factã huic canonico non plus operari, quàm ſimplicem ſententiam: ſequitur, quòd ordinarius collator licèt ante præſentationem poſsit conferre, etiam poſt habitam notitiam literarum (vt dictum eſt) tamen non poteſt conferre illi, qui habuit notitiam de prædictis literis. quod fortè non eſt verum: nec eſt dare rationem differentiæ, quare magis ſimplex ſcientia literarũ impediat eum, cui confertur, quàm conferentem. intelligo ergo dictum eius, quando ille canonicus occultauit ſibi literas præſentatas: vel aliter impediuit ipſarum præſentationem, donec fuit ſibi prius prouiſum. iſtis enim modis plus deprehenditur agere, quàm ſimpliciter ſcire: ſimpliciter. n. ſciẽs factum alienum, poteſt, dum contrahit, illud diſſimulare, ne curioſus videatur, vt l. doli mali. §. ideò autem. ff. de noua. & in emolumẽtis conſequendis non eſt culpanda negligentia, ſed ſupplã tatio, & nimia feſtinatio, vt c. oblatæ. de ap. & de iu. fiſ. lecto. §. cum ante. Facit quæſtio de tutore, qui iuduxit teſtatorem ad relinquendum ſibi, quod decreuerat relinquere eius pupillo. de qua in l. Titio, cum eſſet. ad munici. & l. quicquid. C. arb. tut. ¶ Sextò no. q̃ executor deputatus, vt in tex. poteſt præfigere terminum Capitulo, per cuius lapſum apparet negligentia Capituli: per quam in eum transfunditur prouidendi poteſtas. Simile de ſen. excom. c. ſacro. §. qui ſi abſq;. & qđ not. de of. or. in gl. pen. c. ſignificauit. ſed quia mora, & negligentia poteſt aliis modis contrahi, quàm per lapſum termini (puta per interpellationem congruo loco, & tempore factam. l. ſi ex legati cã. de ver. ob. & l. qđ te. ſi cer. pe.) an ex tũc poteſtas iſtius transferatur in executorem, ſicut per lapſum terminiſ fortè videtur iſta differre, lapſus termini, & interpellatio. de quo. ſ̃. & l. quotiẽs in diem. de ver. ob. Circa hoc quærit Io. An. vtrùm poſt transfuſionem iſtam per lapſum termini in executorem poſſet Capitulum recipere, & parere? Inno. videtur ſentire, q̃ non. ſ̃.eo.c. propoſuit. & ibi in nouel. in gl. ſic debent. ver. dicebant. in nouel. ad hoc. ſ̃. de ſup. neg. præla. c. literas. & de op. le. l. mancipiorum. refert Comp. tenere contrarium, & cum eo Archid. ad hoc. ſ̃.eo.li. de of. deleg. c. quãuis. & de procur. c. licèt. de præben. c. ſi tibi. in fi. & quod no. Io. An. de reſcr. c. ab excommunicato. ſuper gl. antep. ¶ Septimò no. ordinem, quem tenere debet executor in prouidendo poſt negligentiam Capituli. debet. n. ſtatim conferre canonicatum. Sed reuocat Io. An. in dubium, an hoc ſit verum, ẽt ſi non vacet aliquis canonicatus? Quidam, q̃ ſic, ſiue dicatur, exequaris, ſiue, q̃ conferat. quod eſt verum, ſecundùm Compo. ſi in literis ſit clauſula [non obſtante canonicorum numero] & ſic ſecundùm eum ſeruat curia. & placet Io. An. per ea, quæ no. in c. conſtitutus. de reſcr. in fi. glo.2. cum. n. executor ſuccedat in locum Capituli negligentis, aſſumit eius naturã; quia eius loco ſubrogatur, vt l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ſi qs cau. Item quia vltra numerum Capitulum non contulit canonicatum, non poterat ex hoc dici negligens; cum poſſet ſe exceptione legitima tueri: & vbi nulla petitio, nulla mora, vt l. ſi pupillus. ff. de ver. obl. coniuncto præalleg. c. conſtitutus. & ex hoc ſequitur, q̃ hoc c. debet intelligi de receptione in canonicũ in eccleſia non habente numerum. nam ſi haberet, & non vacaret canonicatus, nec præbenda, ceſſaret mora Capituli, & per conſequens tranſlatio poteſtatis in executorem. Alij aliter ſentiũt, vt hic in nouel. ſuper ver. canonicatum. ¶ Octauò no. in fi. c. q̃ executor præbendam vacantem poſt Capituli negligentiam confert abſque alia Capituli vocatione, vel monitione. nam, vt dicit gl. fi. qui fuit negligens in vno, præſumit negligens in alio, vt in iuribus, q̃ com. alle. & in l. 3. §. quæri poteſt. ff. de ſuſpe. tu. collige ex hoc tex. arg. à contrario ſenſu, q̃ executor ad prouidendum debet, antequàm prouideat, vocare, & monere ordinarium collatorem, antequàm conferat. loquitur tamen text. quando fuit datus executor in defectum Capituli negligentis. quid ergo ſi ſimpliciter datus ſit, vt prouideat: an poterit hoc expedire, non vocato Capitulo: ſiue eo, ad quem ſpectat collatio? Inno. tamen dicit, quòd poteſt prouidere, non vocatis illis, & hoc no. ſ̃.c. propoſuit. & c. accedens. de accu. & de officio huius executoris in proceden do ſine iuris ordine dixi poſt gl. in Cle.1. de offi. deleg. & per do. Io. Cald. in commento c. cum noſtris. ſ̃. eod. 12. & 13. q. ¶ Quæro poſt gl. qualiter fiet præſentatio literarum Capitulo? dicit requirendum illum, qui habet conuocare Capitulũ, vt conuocet iuxta morem. Si autem ſe recludunt, vel impediunt, habetur perinde, ac ſi præſentatio facta eſſet. & ſi quidam veniunt, quidam non, ſufficit præſentare decano, ſiue maiori, & præſentibus, nec requiritur præſentia maioris partis: nam in edictis, citationibus, & denunciationibus vniuerſitati faciendis ſufficit, q̃ in loco congruo coram maioribus, & aliis ibidem inuentis publicè proponantur, ſecundum gloſſ. quod verbum bene nota. Et adde quod de iſta citatione corporis, vel collegij dicit Bart. quòd ſi fiat per edictum, planũ eſt; quia ibi ſufficit propoſitio in loco publico: ſed cum fit per nuncium, vel epiſtolam, quem citabit nuncius, vel cui literas præſentabit? Refert primum modum hic no. in gl. dein de dicit, quòd ſicut in citatione vnius ſufficit ipſum requirere tanquàm caput, vt ff. de in ius voc. l. ſatis. & l. cum in diuerſis. ff. de reli. & ſum. fu. ſic vniuerſitatem poteſt quis citare, citando eos, qui præſunt vniuerſitati, collegio, vel municipio, vt l. municipibus. ff. de cond. & demonſt. poteſt etiam dici, q̃ ſicut tutor poteſt citari in cauſa pupilli: ita huius rectores in cauſa vniuerſitatis, argu. ff. quod cuiuſque vni. no. Subdit etiã Bar. ſufficere, quòd nuncius per terram clamet, quòd ex parte talis iudicis citat ipſam vniuerſitatem. Cum enim talis citatio fiat de multitudine, ſufficit fieri per præconem, argu. l. ſi eo tempore. de remiſ. pig. Aduertendum tamen, quòd p iſtas citationes, quæ fiunt de rectoribus vniuerſitatis conſtituitur contumax fictè: non autem verè, quaſi dolosè ſe occultans, vt no. ff. de reg. iur. l. non poteſt dolo carere. & iſta ipſe no. in Extrauag. ad repri. ſuper ver. citatum. per quæ ad propoſitũ applicata videretur ſatis eſſe, quòd præſentatio fieret ipſi capiti vniuerſitatis: ſicut conuenitur, & agit. & ſicut per eum vniuerſitas ipſa iurat, vt d.c. edoceri. & l. municipibus. & §. quib. præalleg. & vide quod de hoc leg. & not. ſ̃. de elec. c. bonæ. il 1. in glo. 1. ſoli. Quærit etiam glo. ſi collatio ſpectet ad duos, an præſentatio facta alteri afficiat. videtur, quòd non ſ̃. eod. lib. de præben. c. cum in illis. in fi. vbi mandatum directũ vni de duobus, ad quos ſpectet collatio, non ligat alterum. ergo nec ſimiliter debet afficere præſentatio facta vni. Gloſſ. dicit contrarium, per l. de pupillo. §. ſi plurium. de ope. no. nuncia. Nõ ob. c. cum in illis. nam ſi ibi impediretur vtrunque, infringeretur voluntas Papæ, qui voluit vnum ſolum grauare: hæc verò voluntas Papæ ſeruatur eò fortius, cum præſentatio facta alteri de duobus, quos grauabat, afficiat beneficium ſecundùm eum.

S V M M Æ.

1 *Præſentatio literarum Papæ facta ordinario non ligat eius manus, quin alteri, quàm illi, pro quo ſcribitur, conferri non poſſit.*

2 *Inhibitio executoris ad compellendum afficit præbendam.*

C A P. VI.

SI ſoli ordinario. Primò iungit tres caſus, in quibus literas beneficiales non afficit. ſecundus, ibi [aut executor.] tertius, ibi [tibi ſoli.] ſecundò, ibi [niſi nos.] Ponit alios tres, quibus afficit. ſecundus, ibi [aut executor.] tertius,
1 ibi [vel niſi.] ¶ † Nota, quòd ſola præſentatio literarum

Papæ facta ordinario non ligat eius manus, quin alteri, quàm illi, pro quo scribitur, conferre non possit: non ergo afficit talis præsentatio præbendam, sine beneficium: sed operatur sciẽtiam, & contemptum: & per consequens pœnam, vt hic. Similiter non afficit præsentatio facta soli executori ad compellendum, vt hic, nec ad prouidendum, vt §. c. proxi. Præsentatio autem literarum directarum ordinario facta eius vicario, vel Capitulo an afficiat. no. hic Arc. & dixi. §. c. prox. in 5. no. & Ioan. Andr. refert hic, quòd non afficiat præsentatio facta vicario; quia per eius constitutionem non aufertur potestas episcopo conferendi, quando vult. ff. depos. l. 1. §. pen. & de condi. ob cau. l. si pecuniam. §. item. si quis. & §. eo. li. de præben. cap. dudum. §. nos igitur. præsentatio etiam facta Capitulo eum non arctat, quando ad eum solum spectat. Secus si communiter ad ipsum, & Capitulum, vt no. §. c. proxi. in glo. quæro. hoc dicit esse verum, nisi præsentatio facta vicario, vel Capitulo fieret in subsidium; cum episcopi copia non possit haberi. hoc tamen casu dicit post Compo. per talem præsentationem non adimi potestatem episcopi, quando sic erat remotus; quòd per præsentationem illam scire nõ potuit: aliàs præsumitur sciuisse, per c. cum in tua. qui mat. accu. pos. licèt igitur sola scientia literarum Papæ non afficiat, vt no. §. cap. proxi. tamen coniuncta cum latitatione illius, cui erat præsentatio facienda, videtur afficere: sicut habetur cõditio pro impleta, quando stat per illum, qui debet adimplere, quominus impleatur, vt l. in testamento. cum ibi not. de condi. &
2 demon. l. 1. C. de institu. & substi. ¶ †Secundò no. quòd inhibitio executoris ad compellendum afficit præbendam: & sic plus arctat, quàm simplex mandatum Papæ de conferendo. In alia materia dubitatur, an iudex possit interdicere alienationem, & sic dominij translationem in alterum. dic per Barto. in l. si quis ita promiserit. §. ea leg. ff. de verb. obligatio. vbi de alienatione prohibita à contrahentibus, à testatore, iudice, & à lege. & plenè etiam in l. si ea lege. C. de condi. ob. cau. facit l. si is, cui bonis. de verb. obliga. ratio autem quare executor ad compellendum potest interdicere, est illa eadẽ, quę in executore ad prouidendum: vt scilicet videantur sibi concessa omnia, quæ ad ipsam faciunt, & sine quibus prouisio expediri non potest, vt cap. præterea. de offic. deleg. Tangit Ioan. An. vtrùm sicut executor ad compellendum potest interdicere, vt hic: ita possit reseruare. Innocen. in c. pro illorum. de præbend. sentit quòd sic. Ioan. Andr. tenet hic contrarium. dicit enim, quòd sicut non potest conferre: ita etiam nec reseruare ad conferendum: quasi hoc etiam sibi videatur commissum; licèt talis executor ad prouidendum non possit compellere collatorem, vt prouideat, vt dixi §. c. proxi. in 4. nota. & not. Ioan. And. §. eod. cap. proposuit. in glos. sic debent. ver. dicebat etiam Innoc. Collige etiam hic, quòd delegatus decretum apponit. de quo. §. de prẽben. c. si apostolicę. super glo. not. sola autem eius inhibitio ligat manus ordinarij, etiam sine decreto: & sic verbum, præsertim, hic positum exponitur pro, maximè. licèt alibi exponatur pro tantùm. 12. distinctio. cap. illud. & ibi concor. ¶ Tertiò no. quòd postquàm quis ad mandatum Papæ receptus est in canonicum: præbenda postea vacans adeò est sibi debita, quòd collatio eius facta alteri ipso iure non valet. & hoc not. Inn. §. de præbend. cap. inter cætera. istam ergo præbendam sibi debitam euincet à quolibet possessore, agendo, vt possessori auferatur, & sibi conferatur. ad hoc vide no. §. eod. cap. 1. in nouel. & c. si clericus. ad fi. §. de præben. eo. lib. ¶ Vltimò Ioan. And. tangit hic de istis executoribus. dicit enim, quòd plura sunt genera executorum, scilicet sententiarum, negociorum, præceptorum, testamentorum, & gratiarum. de executoribus sententiarum plenè not. in cap. pastoralis. de offic. delega. & cap. de cætero. de re iudic. de executoribus negociorum, & præceptorum not. ff. de nego. gest. l. 3. §. si executor. & de test. l. fina. de executoribus testamentorum not. §. de testamen. cap. Ioan. vbi plenè in nouella. & §. eod. libro. cap. 2. de vltimis, scilicet executoribus gratiarum, hic prosequitur, distinguendo eos in tres species. Quidam sunt compulsores, & ad compellendum dati. Quidam sunt compulsores, & ad prouidendum. Quidam mixti, & partim ad prouidendum, & partim ad compellendum: de quibus sup. eod. lib. de rescrip. cap. tibi qui. & de compulsore ibi vide eod. titu. cap. abbatem. & circa eos scilicet compulsores hic ponuntur tres formæ. prima, cum sibi soli mandatur, vt compellat ordinarium, vt faciat quod sibi mandatur, secunda, cum sibi soli mandatur, vt compellat sine decreto. tertia cum decreto. est & quarta vt faciat assignari. de qua in c. pro illorũ. depræben. in glo. per talẽ. & quod super ea. in nouel. De secunda specie, scilicet de executoribus ad prouidendum, variæ sunt formæ. quandoque dantur simpliciter, vt prouideat in defectum ordinarij negligentis, & non prius: quandoque sub alia conditione: quandoque ad prouidendum secundùm formam literarum legati: quandoque cum beneficio acceptandi, non determinato tempore: quandoque determinato tempore acceptationis. quandoque, vt prouideant primò de canonicatu, postea de præbenda prouident: quandoque de vtroque. Item vt quando que prouideat certæ personæ: quandoque incertæ. istæ varietates colliguntur ex iuribus hic alleg. in nouel. vbi subdit de varietate literarum circa qualitates beneficiorum: & circa personas, quæ grauantur, circa quas etiam variantur formæ. similiter circa modos vacationum: & similiter circa ipsorum durabilitatem, vt patet ex iuribus hic alleg. in nouella. & istæ varietates executorum, qualitates bonorum collatorum, locorum, modorum vacationis, & durabilitatis reddunt istam materiam difficilem, maximè canonistis: qui quia paucos hãt text. ex quibus possint decidi dubia, quę oriuntur ex prædictis varietatibus, satis melius decidunt per similitudines text. legum, vt patet ex his, quæ dicta sunt in prosecutione ti. de præben. ¶ Vltimò not. glos. magn. quæ diuiditur in duas partes principales. prima tractat de plurib. expectantibus, quis alteri præferatur in præbenda postea vacante. secunda incipit ibi [videndum est de secundo] &c. tractat, quæ gratiæ afficiant præbendas, & quæ non. primam partem recita per tres quæstio. Prima est, quando sunt plures expectantes auctoritate Apostolica, quis alteri præferatur. Secunda, quando sunt plures, quorum vnus expectat auctoritate Apostolica: alius alia (puta ordinarii, vel legati.) Tertia quando plures expectant auctoritate legati; quãdoque omnes auctoritate ordinarii: quãdoque aliqui auctoritate ordinarii: aliqui legatorum. Secunda quæstio incipit, ibi [si verò alter tantum.] tertia, ibi [si verò neuter.]

SVMMAE.

1 *Prærogatiua temporis habet locum inter plures habentes literas ad beneficia.*

2 *Pater excludit matrem in successione filiorum.*

CAP. VII.

A Vctoritate. Primò ponit tres gratias factas tribus in eadem ecclesia succesiuè: sed tertio cũ prærogatiua super primũ, ex quibus quæst. format, quam secundo, ibi [cum igitur] soluit, rationem reddens, & argu. inducens, ibi [licèt enim.] ¶ No. quòd auctoritate Apostolica sunt plures recipiendi in eadem ecclesia. quod quando sit verum. dic, vt §. eodem libro. de rescrip. cap. literis. eod. titu. & cap. mandatum. eod. titu.
1 ¶ †Secundò nota, quòd licèt regulariter inter plures habentes literas ad beneficia habeat locum prærogatiua temporis, vt §. de præben. c. eum cui. cum simil. tamen hoc fallit, quando alia apparet intentio concedentis, vt hic: specialis prouisio hominis tollit prouisionem legis in casu disposito, vt l. si

l. si cum dotem. ff. sol. mat. & l. cum ex filio. §. filio. de vulg. & pup. & l. fi. C. de pac. con. ¶ Tertiò not. quòd vigore clausulæ [anteferri.] tertius præfert primo. Aduerte tamen; quia clausulæ beneficiales, quæ dant impetrantibus prærogatiuam super primos, debent intelligi de primis, quibus non erat ius quæsitum. quod intelligunt curiales de iure in rem: non de iure ad rem, quod facilius tollitur, quàm in re, vt cap. proxi. versic. hic not. in nouel. Sed quid dices, si tertius noluit vti prærogatiua super primum: an tunc secundus vincet primũ? videtur, quòd sic: sicut institutus, cui aperitur edictum beneficio præteriti, vtitur beneficio, illo inuito, vt l. si post mortem. §. fi. de contrata. Ar. contra. ff. de mino. l. si iudex circonuento. vbi beneficium restit. in integr. quod maior quandoque consequitur ex persona minoris, non vtitur eo inuito. Similis est quæstio, cum ista tertia gratia cum prærogatiua super primum non valet à principio, vel ex postfacto: an tunc habeat locum quod hic dicitur de secundo, quòd beneficio tertij vincat primum? dixi post Ioan. An. §. eo. lib. de prẽben. cap. pen. ¶ Quartò not. quòd super dubiis literarum ad beneficia recurrendum est principaliter ad intentionem concedentis, quæ debet elici ex ipsarum inspectione. similiter in dubijs testõrum, vt l. si ita scriptum. de lib. & posth. & l. Clemẽs. de hær. inst. & l. si seruus. §. fi. de leg. j. ¶ Quintò no. post Arc. quòd ex persona alterius habeo, quod ex mea habere non possum: sicut ille secundus non ex persona sua, sed huius tertij vincit primum, & mater patrem in adoptiua familia constitutum ex persona agnati. ad hoc l. Aristo. ff. quæ res pi. ob. po. vbi ex persona primi creditoris habet secundus ius distrahendi. quod non haberet ex persona sua. ad idem. l. si post mortem. & l. si iudex. prælleg. & l. petendo. C. de in integ. restit. ¶ Sextò not. quòd illud, quod est mihi inutile, alteri ex persona mea est vtile. tertius enim nocet primo in prima præbenda, & sibi non prodest: quia eam non ipse consequitur, sed secundus. ad idem. ff. de inoffic. testam. l. posthumus. §. si quis ex his. & C. de iur. dot. l. vlti. §. 1. & ff. rem rat. hab. l. procurator. ¶ †Septimò not. quòd in successione filiorum pater excludit matrem, & mater agnatum. & intelligit
2 Ioan. Mo. quòd vincat agnatum per concursum: vt scilicet concurrendo cum eo vincat patrem adoptiuum, quem aliàs non vinceret. Nam secundùm iura Digest. frater succe. cum matre. vt l. 2. § fi sit consanguinea. cum seq. ff. ad Tertul. Aduerte tamen, quia iste versic. sicut contingit, loquitur secundùm tempora. Digest. sed de iure Authent. ista successio aliter regulatur. C. ad Tertul. Auth. solis. & Authen. defuncto. per quæ iura dicebant quidam per istud. c. reuocata iura antiqua. quod non placet Archid. nec Ioan. And. quia iurium correctio est vitanda, vt in cap. cum expediat. de electio. Arguit ergo hic Papa ex iure antiquo correcto, sicut. §. de iud. c. nouit. ¶ Opp. iste primus vincit secundũ, & secundus vincit tertium: ergo primus debet vincere tertium ex persona secũdi; quia si vinco vincentem te: multò fortius vinco te, vt l. de accessionib. ff. de diuer. & temp. præscr. Sol. vt in gl. contrariũ dicebat &c. super qua in nouel. So. dictum Brocardum di, stinguendo post Cyn. sic. Aut quæritur de diuersis casibus: & tũc licèt vincam vincẽtem te, nõ propterea vinco te, vt in Auth. licèt. C. de na. lib. Aut de eodem: & tunc aut est eadem causa vincendi te, qua vinco vincentem te: aut non. primo casu vera est regula, vt d. l. de accessionib. secũdo casu non, vt l. Claudius. qui po. in pign. ha. vbi si tribus successiuè obligaui rem, & primus superatus à tertio non appellauit: per hoc tertius non succedit in locum primi; sed sine præiudicio prioris sententiæ inter eos, inter quos lata est, secundus creditor habet integrè ius suum. Et aduerte, quia illa l. contradicit huic c. in quantum ex victoria tertij super primum nõ efficitur melius, vel deterius ius secundi: hic verò ex persona tertij augetur; quia res inter alios acta &c. vt ibi patet.

SVMMAE.

1 *Successor potest reuocare factum prædecessoris.*

2 *Electus in Papam ante coronationem adipiscitur Pontificatum.*

3 *Interpretari spectat ad eum, cuius est condere.*

4 *Recepti per literas facultatis, an videantur titulum consequi.*

CAP. VIII.

Q Voniam. Primò ponit mentem reuocatoriæ. secundò, ibi [præsenti.] declarat quinque dubia circa illa, & primò tria. secundò quartum. tertiò quintum, ibi [sanè.] & cum ilto principio [quoniam.] iunge literam, quæ est infra [multæ dubitationes insurgunt.] &c. ¶ Nota, quòd † successor potest reuocare factum prædecessoris. & hoc verum in istis gratijs, siue priuilegijs. Secus in contractibus celebratis inter dominum, & subditum. eos enim non potest superior pro libito reuocare, vt c. 1. §. de prob. facit quod notat Barto. in l. omnes populi. de iusti. & iur. ad finem. & j. eodem libro. cap. decet. de reg.
2 iur. & Clemen. 1. de sepul. ¶ †Secundò nota, quòd Pontificatum adipiscitur electus in Papam ante coronationem. nã coronatio fuit facta post istam constitutionem, quod colligitur ex glos. 3. de quo plenè vide super data huius lib. ¶ Tertiò not. beneficia ecclesiastica variis nominibus nuncupari: & ex varietate nominum non variatur effectus. Ex quo debet potius considerari effectus beneficii, quàm ex nomine: vt sic sermo rei sit subiectus, vt cap. intelligentia. de verborum significa. & cap. Marchion & Basilides. 1. q. 1. ¶ Quartò nota, quòd constitutio superueniens facilius trahitur ad præterita, quàm decisa, & effectum consecuta: ad quem constitutio non extenditur, etiam si de præteritis caueatur, vt plenè dixi. §. eodem libro. de electio. cap. licèt ca-
3 non. & quod not. in d. l. omnes populi. ¶ † Quintò no. quòd eius est interpretari, cuius est condere. concordantes sunt in glo. 11. quæst. 1. &c. & discurrit regula ista per multas materias. In sententiis enim est materia de per se, ad quem scilicet spectet interpretatio verborum ipsius sententiæ. de quo in l. ab executore. ff. de appella. in ambiguitate verborum priuilegii dic, vt supra de iudi. cap. cum venissent. Item verborum dubiorum contractus interpretatio ad quem spectet, dic, vt cap. ex literis. de spon. & l. veteribus. ff. de pact. Item testium, procuratorum, actoris, vel rei. dic, vt dixi in repet. cap. in præsentia. de proba. & cap. cum clamor. de testi. & l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. verba autem dubia testamenti per quem declarentur. dic, vt l. si seruus plurium. §. fina. de lega. 1. ¶ Sextò nota, quòd dicit [in præsentia fratrum reuocasse.] quod minus est, quàm si dixisset, de consilio: quod est in maioribus requirendum, non in minoribus, vt erat ista reuocatio. circa quod vide quod not. §. eod. libr. de iudi. cap. ad apostolicæ. in princip. ¶ Septimò nota, quòd in ver. finautem. coniunctis ver. præcedenti, & se. quòd aliud est expectare augmentum iuris iam quæsiti: aliud nouum ius. augmentum enim trahitur, & refertur ad titulum antiquum habitum in re ipsa. & iudicatur de augmento, vt de principali, cui accedit. optimè concor. de pac. dota. l. inter socerum. §. cum inier. vbi pactum super dote extẽditur ad augmentum, etiam si conuentum non fuerit ad idem l. etiam. C. de iure do. & facit ad quæst. Statuto cauetur, quòd bãniti nõ possint conuersari in ciuitate, nec in eius districtu. post bannum augetur districtus: an in illo augmento poterunt conuersari? videtur, quòd non; quia idem iudicamus de augmento, quod de principali, vt hic, & in prælleg. iuribus. & l. si ex toto. de legat. 1. & l. non tantum. §. Iliensibus. ff. de excusatio. tuto. ¶ Octauò nota, quòd quandoque portiones in ecclesia regulantur secundùm numerum canonicorum, & numerum portionum. & quando bona ecclesiæ diuidantur sic per portiones, talis diuisio habet instar præbẽdarum. quod dic, vt legitur, & notatur §. e. lib. de cleric. non resi. c. 1. & de por-

tionibus priuilegiatis, & quomodo religiosi illas habere non possint, no. Ioan. And. s̃. de præben. c. dilectus. il primo. vbi quando in ecclesiam non sunt præbendæ distinctę: sed portiones inter canonicos intra certum numerum diuidendæ: tales portiones habent instar præbendarum. & sic sunt priuilegiatæ: ita quòd recepti vltra numerum non habebunt in eis partem: sed in his tantùm, quæ in mensa veniunt: & tales non possunt habere religiosi: sed aliquam possessionem pro victu an possit sibi superior assignare. vide per Inno. de rescri. cap. edoceri. & quod not. qui cleri. vel mona. cap. insinuante. ¶ Nonò not. quòd quandoque quis est receptus in canonicum, & sic habet ius in re; cuius ratione non retinet ius in præbenda postea vacatura, si constitutio reuocatoria emanauit super iure ad rem. & videri poterat contrarium; quia accessorium (vt est præbenda, quæ est minus digna) debet se qui naturam principalis, & dignioris. s̃. eod. lib. de præbendis. c. si is cui. §. non sic autem. dic vt ibi. ¶ Decimò not. quòd
4 † recepti per literas facultatis, videntur consequi titulum ab eo, qui recepit, non qui concessit; ideò reuocatoria non includit tales: & declara hoc, vt no. & dixi. s̃. eo. lib. de rescrip. cap. cum aliquibus. & hic in glo. concessas eis, &c. ¶ Vndecimò no. quòd quando non est numerus præbendarum, & portionum in ecclesia, portiones deficientium accedent superuenientibus, non per ius accrescendi, sed per ius non decrescendi, vt in simili habetur. C. de cadu. tollen. l. vna. §. finautem ad deficientis. quando verò præbendarum, vel portionum est numerus taxatus, portio, vel præbenda decedentis, siue eius redditus non accrescit aliis: quod dic, vt legitur, & notatur in Clem. 2. de vita, & honesta. clerico. ¶ Duodecimò not. in §. in illis verò. quòd recepti vltra numerum auctoritate Papę non consequuntur illa, quæ hic dicuntur, scilicet plenitudinem iuris canonici quò ad locum, stallum, & quò ad quotidianas distributiones: quod an sit verum, dic vt s̃. de constit. c. cum M. & licèt reuocatoria superueniens non perimat hæc iura quæsita: tamen perimit ius quærendum in dignitatibus, personatibus, & præbendis, quas expectabant: ita quòd ius quæsitum in parte non prodest in alia parte quærenda: sed *in iure iam quæsito conseruando*. nam ratione partis conseruatur in toto. quod dic, vt no. & dixi. s̃. de præben. cap. cui de non. & l. j. de iti. actuque priuato. & quod dixi in d. c. si is cui. ¶ Tertiodecimò not. in §. sanè. quòd per reseruationem, ac processus inde secutos non quæritur ius in re: immo per sententiam, si fuisset adiudicatum sibi vigore gratiæ Nico. vel Cæle. si ergo ante collationem reuocatoria superuenit, videtur ad dictum beneficium extendi; quia sententia non confert ius in re: nec transfert dominium, nisi post actualem executionem, vt no. Insti. de offi. iud. in fi. ad hoc optimè de fun. instru. l. nepoti. vbi deducta in sententia non mutant naturam suam, antequam exigantur. ad hoc c. cum aliquibus. de reg. iur. & probat hoc ille tex. Ex quo patet, quòd decretum, & reseruatio non conferunt ius in re: ergo nec sententia, quæ ei æquiparatur, vt s̃. e. c. 1. §. adijciebatur. ¶ Quartodecimò not. quòd per collationem quæritur ius in re. quod intellige de collatione beneficij iam vacantis, non vacaturi, vt s̃. eo. c. 1. Item intellige, quòd collatio fuerit acceptata per illum, cui facta extitit, vel per eius procuratorem. nam ante acceptationem sola collatio non videtur conferre ius in re: sicut nec sola electio, non secuto consensu electi, vt cap. cum inter canonicos. de electio. & probatur in c. si tibi absenti. s̃. eodem lib. de præben. & ita hic Lap. & ibi. ¶ Quæro post glo. magnam. si in ecclesia non habente numerum præbendarum scriptum est cum clausula [si vacat, vel cum primò vacauerit] an prouidebitur sibi in tali ecclesia? concludit, quòd sic post Hosti. qui idem dicit, si in ecclesia non habente numerum canonicorum, nec præbendarum scriptum cum clausula fuerit pro præbenda, si vacat, vel vacatura, non obst. numero canonicorum, nec præbendarum. dictæ enim clausulæ veniunt ad fortificationem, & augmentum gratiæ: ergo non debent operari contrarium, scilicet diminutionem, vt l. llegata inutiliter. de lega. 1. Clemen. 1. in fin. de præben. & vide in nouel. in c. quoniam. de vita, & honesta. clerico. super fi. glossæ primæ.

Rub. Ne sede vacan. aliquid innouetur.

SVMMAE.

1 *Collatio beneficiorum communis episcopo, & Capitulo, episcopo mortuo vel suspenso, pertinet ad Capitulum.*
2 *Collatio beneficiorum communis episcopo, & Capitulo deuoluitur ad episcopum, omnibus de Capitulo excommunicatis.*
3 *Collatio præbendarum spectat ad episcopum cum consilio, vel assensu Capituli.*
4 *Episcopus si est in mora petendi relaxationem suspẽsionis deuoluitur potestas ad Capitulum.*

CAP. I.

IN ad episcopum &c. Sunt tres partes. secunda, ibi [cum verò.] tertia, ibi [vbi verò.] prima, cum collatio est communis, soluit dubiũ, quod fortificat, ibi [ẽt si.] secundò cõuertit, ibi [idem.] secunda principalis, cũ collatio est solius episcopi, soluit dubia, & à solutiõe excipit, ibi [nisi.] tertia principalis soluit duo dubia. secundum, ibi
1 [neo etiam.] & vtriusque rationem subdit, ibi [quia.] ¶ †† Nota, quòd mortuo, vel suspenso episcopo, Capitulum confert beneficia, quorum collatio erat communis vtrique: & sic impedito vno ex pluribus habentibus ius in re, deuoluitur insolidum ad alium exercitium dicti iuris. simile. ỹ. de testam. c. fin. & est ratio in casu huius cap. quia episcopus, & Capitulum sunt vnum corpus quò ad illa, quæ imminent communiter facienda; ideò altero impedito, alter expedit quod incumbit. & hæc est ratio Innocen. in c. quia diuersitatem. de concess. præb. qui tenebat ibi, quod hic deciditur. licèt Vin. teneret, quòd siue ad solum episcopum, siue ad eum communiter cum Capitulo spectet collatio, sede vacan. non conferat Capitulum. & per hoc gl. 4. dum dicit, propter dominum Innocen. debet dicere Vin. Et aduerte; quia tex. in primo respondo loquitur cum morte, vel suspensione episcopus impeditur. Sed quid si retentis terminis, c. (quando spectat communiter ad vtrunque) conferat indigno vnus episcoporum scienter, alter ignorãter? dicit Lap. quòd ad ignorantem deuoluitur collatio: si autem conferant diuersis, vni digno, alteri indigno: si ignoranter, neutra collatio valebit: si scienter, valebit collatio facta digno. qđ igitur hic in primo respondo dicitur, quòd propter impedimentum fiat deuolutio de vno in alterum, idem intelligitur scilicet ex delicto, non autẽ ex negligentia, sed in casu. ỹ. proxi. in §. cum verò. deuoluitur ex negligentia, & delicto; licèt non ex defectu. & quod dictum est, ex delicto, intellige de delicto in cõferendo: aliàs non deuolueretur, vt de elec. c. cum in cunctis. in fi. & c. bonę. & c. auditis. & c. cum Vintoñ. & ex not. de concess. præbend. c. postulasti. & c. 2. & hic secundùm Lapum. ¶ Secundò no. in §. idem. quòd cum collatio spectat communiter ad Capitulum, & prælatum: sicut impedito prælato, deuoluitur ad Capitulum: ita econuerso impedito Capitulo, deuoluitur ad prælatum: & sic est æqualitas inter eos. Sed an valebit tãtum vox solius prælati, quãtum solius Capituli. & quid iuris, si eps hẽt secũ tres, vel quatuor cãonicos, & 20. an ꝑualeat vox ipsorũ, vel ipsius tm̃ toti capitulo? vide plenè. s̃. de cõcess. præb. c. postulasti. & plenius in nouel. s̃. e. li. de ap. c. à collatione. Itẽ qđ hic dr̃ de collatione præbendarum, idem intelligit Io. An. in colla-

collatione quorumcũq; bñficiorum: cũ eadẽ sit ratio, secun-
2 dùm eum. ¶ †† Tertiò no. q̃ singulariter omnibus ꝺ̃ Capitulo excõicatis, collatio deuoluitur ad epm, vbi ẽ cõmunio inter eos. & no. q̃ dicit, oẽs. Secus si essent duo, vel vnus non excõicatus. nã i ipsum conseruaẽ ius Capituli, & in eum solum resideret. de quo satis de postula. præla. c. gratum. in glo. cum il lo ergo epus collationẽ faciet. Itẽ colligo, q̃ excõicati maiori nõ ꝑnt eligere: immo eorũ mixtura in actu electiõis inficeret totum, qđ dic, vt plenè no. in c. illa. de elec. Item intellige hunc tex. qñ omnes erant excõicati, & ꝑ excommunicatis re putati. nam si essent excõicati occulti, & haberẽt pro absolutis, non posset vitari, & valeret quod facerent tãq̃ Capitulũ; cum hoc ad Capitulum rõne publici officij pertineat, ẽt si appareat eos postea excõicatos fuisse, secũdùm no. ꝑ Io. An. post Inn. de sent. excõ. c. si verò. in magna glos. ad fi. & de consue. c. cum dilectus. super glo. suspensos. & de reg. iur. c. mora. secus si iure singulari inter ipsos excõicatos ageret. Nam tũc vox talium etiam excõicatorũ occultè non valeret, tali excõi catione probata, vt hic, & d. c. cum dilectus. & c. cum inter. de elect. & in d. c. illa. per Inno. & Host. & c. consulti. de procur.
3 ¶ Quartò no. q̃ † quandoque spectat collatio præbendarũ ad epm cũ consilio, vel assensu Capituli; & hoc est de iure cõmuni, vt in glo. & in ecclesia cathedrali. in ecclesijs verò inferioribus collegiatis dic vt dixi in c. cum ecclesia Vulterana. de elec. post D. Fede. de Se. ¶ Quintò no. q̃ aliud est habere partem in collatione, vt in j. respõ. aliud consensum, vel consilium. in habente emꝫ partem in collatione deuoluit ius cõse rendi: sed non ita in habente consilium, vel consensum. Rõ, quia in venientibus eodẽ iure est locus iuri accrescẽdi, sed nõ in venientibus iure diuerso, vt l. sed cum patrono. ff. de bono. pos. & in habentibus symbolum facilior est transitus, vt l. an inutilis. ff. de accepti. facit l. aliud. ff. de reg. iur. vbi aliud est vẽdere: aliud vẽditioni cõsentire: sicut hic aliud ẽ cõferre. aliud
4 collationi consentire, vel cõsiliũ prębere. ¶ †† Sextò no. in verbo nisi episcopus. q̃ si eps est in mora petẽdi relaxationem suspensionis, deuoluit̃ collatio ad Capitulũ: & sic minor supplet negligentiã maioris. & est ratio, secundùm Io. Mo. qa episcopus, & Capitulũ sunt vnũ corpus: cuius episcopus est caput, & canonici membra, vt de his, quæ fiunt à præla. c. nouit. & de verb. sig. c. cum clerici. vnde spirituale coniugiũ est inter eos. de testa. c. requisisti. ideò citius propter societatem huius collegij deuoluitur potestas de vno ad aliũ. arg. d. c. vlt. & C. quãdo non per. par. l. 1. Item intellige hunc tex. in bñficijs, quorũ collatio spectat ad episcopũ cũ cõsilio, vel cõsensu Capituli in re suo. Si autem iure deuoluto, non ad Capitulum, sed ad superiorem eius deuolueretur potestas. de elect. c. ne pro defectu. Nam maior est cõmunio in proprijs, q̃ deuolutis, vt d. c. req̃si sti. §. fecus. & no. Io. An. in c. cum in cunctis. de elect. super vlt. glo. ¶ Septimò no. in §. vbi verò. q̃ si dispositio est celebrãda cũ consilio alicuius: si consiliũ adhiberi non põt, valet dispositio, tali consilio prætermisso. & collige hic, q̃ in Cap. sede vacan. non trãsit requisitio consilij: quod erat ab eẽ requirendum. rõ est secũdùm Io. And. quia illud consulere nõ competebat de iure communi, sed de consuetudine, prout dicit tex. ergo in eo Capitulũ non succedit. Circa quod vide nota. de elect. c. scriptum. super glo. hoc ideo. in nouel. vbi non plus dicit, q̃ s̃. & sicut non transit in Capitulũ: ita ẽt non videtur, q̃ possit consilium alteri committi: cum industria cuiusq; episcopi præsidentis videatur electa. consuetudo enim, vel statutum conferens episcopo consilium in collatione, non debet extendi, vt. s. hoc possit alteri delegare. ad hoc c. cũ dilectus. de capel. mona. ¶ Octauò no. q̃ iste tex. loquitur, cum consilium alicuius requiritur ex consuetudine, vel statuto: vt possit absq; tali consilio actus geri, post q̃ morte, vel absentia consilij requisitio impeditur. quid ergo dices, si ex forma mandati est consilium requirendum, & non potest haberi? dicit in nouel. hoc referendum mandãti: & sic impeditur actus exercitium, vt no. de constitu. in nouel. in c. penult. & per hoc dicit Lap. q̃ si mandetur alicui, vt consilio talis prælati ꝑuideat ecclesię, vel celebret electionem: si prælatus ille decesset, vel erit absens, non valebit electio, vel ꝑuisio fcã sine eius cõsilio, vt s̃. de rescrip. c. cum dilecta. & de præb. c. cui de non. Si autẽ præsens nolit consulere: videtur posse procedi ad actum, eius consilio prætermisso, vt no. in d. c. pe. Per prædicta ista materia nõ ẽ declarata, q̃ habet principaliter quatuor pũcta. Primum est, si in aliqua dispositione dicatur, q̃ fiat cum consilio, vel de consilio: an valeat, si non fuerit consilium requisitum. Secundò, an teneatur, qui tenetur requirere consilium, illud sequi. Tertiò si ille, cuius consilium debet requiri, non dat cõsilium; vel quia nõ vult; vel quia non põt: an poterit ille actus geri eius consilio, vel consensu non expectato. Quartò si det malũ cõsiliũ: an eo spreto, poterit actꝰ exerceri. ¶ Bart. quatu or ꝑdicta principalia mẽbra plenè ꝑsequitur in l. 1. §. si plures. ff. de exercito. Et circa primum leges variant. nam l. 1. §. si plures. præalleg. dicit, q̃ non põt vnus aliquid agere sine alio. sed l. quidam decedẽs. §. Papinianus. de admini. tuto. dicit, q̃ sic. & ideò ꝑ declaratione ipsorum, & aliorum iurium sic distingue. Aut alicui habenti aliquam administrationẽ aliquis additur, vt collega eiusdem officij: aut additur tanquàm præstans auctoritatem: aut vt consultor. Primo casu distingue, vt dicam de testamẽtis. c. religiosus. Secundo casu non põt fieri sine illius auctoritate. ff. de rebus eo. l. si pupillorum. in fi. & l. cum hi. in prin. de transact. Tertio casu aut assumit vt cõsultor ille, qui non est, nec esse põt particeps officij, & tunc de vrbanitate potest eius cõsilium requiri, sed de necessitate nõ expedit, vt d. l. quidam decedens. & l. Titium & Mæuium. eo. ti. in prin. Aut non est particeps officij, esse tamen posset: & tunc aut additur vt consultor ei, qui habet administrationem à lege: aut ei, qui habet ab homine. quo casu aut additur consultor à lege: & debet requiri, vt Insti. de suspec. tuto. §. impuberes. & in Authen. de non alie. §. quod aut additur ab homine: & tunc de necessitate non tenetur requirere, vt d. l. Titiꝰ & Męuium. in prin. de admini. tuto. Secundo casu consiliũ debet requiri. ff. mandati. l. idemq; §. fi qs ea. & de acqui. hære. l. si quis mihi bona. §. si coram Titio. ¶ Circa secundũ, scilicet vtrùm in casibus, in quibus tenetur, an teneatur consilium se qui. dic, q̃ aut addiẽ in dispositione, q̃ fiat cũ cõsilio simpliciter: aut q̃ fiat cũ consilio, & consensu, siue voluntate, vel simi lia verba. Primo casu aut adiectio consilij est facta ei, qui non habet intelligentiam; & accipitur consilium pro consensu. & sic eum tenetur sequi. aliàs factum sine consilio non teneret, vt d. §. impuberes. & sic intelligitur qđ dicitur in c. venerabili. de of. deleg. Aut adiectio consilij est facta ei, qui habet intellectum: & tunc aut ille, qui additur vt cõsultor, ẽ particeps illius officij: & debet eius consilium sequi, vt d. l. Titiũ & Mæuium. in prin. coniuncta l. cõsilio. de cura. furio. Aut nõ est particeps officij: & tunc sufficit, q̃ requirat: & non est necesse sequi. c. cum olim. de arb. & ff. manda. l. 1. in fi. & sic debet intelligi. §. si quis ea. & l. sed si pupillus. §. conditio. ff. ꝺ̃ in stito. Secundo casu qñ additur [cum consilio, & consensu: vel consilio & voluntate:] & tunc aut qui debet consulere, potest eẽ particeps officij, aut non. Primo casu, aut illa conditio fuit adiecta ab homine ei, qui habet potestatem à lege: & non tenetur eius consilium sequi, vt d. l. Titium & Mæuium. aut talis conditio fuit posita à lege: & tunc tenetur quis sequi consilium, vt C. de sacrosanc. eccle. Auth. hoc ius porrectum. & C. de nup. l. si vt proponis. facit quod no. in c. cum in veteri. de elec. Aut talis conditio fuit appositа ei, qui non põt eẽ particeps officij: & tunc non tenetur quis eius consilium requirere, nec sequi, nisi de vrbanitate, vt d. l. quidam decedens. ¶ Circa tertium. si ille, qui debet dare consilium, vel non põt, vel nõ vult: an possit procedi ad actum eius consilio, vel consensu nõ expacto. distingue. Nam aut fuit assumptus vt consultor ex legali dispositione: aut ex dispositione hominis. Primo casu si-

quidé eſt præſens,& in tali actu põt præbere conſilium:& co getur per iudicem,vt C.de bo.q̃ li.l.fi. §.neceſsitatẽ.ad qđ fa cit.C.de decre.Decu.l.ſi quos.lib.10.Aut non eſt in tali actu, ꝙ poſsit cogi,& mora fortè eſt periculum allatura:& tũc po terit ille actus geri eius conſilio,vel conſenſu non expectato. ff.de iudi.l.ſi longius.§ fi.& de iure dot. l.ſi ergo.§.ſi.in fi.vbi probat̃ hęc diſtinctio.facit.ff.ſolu.mat.l.ſi cum dotẽ.§.eo aũt tempore.ver.ſed ſi latitet.& eſt caſus in hoc.c.§.vbi verò. Si verò ex diſpoſitione hominis: & tunc ille, qui actui non conſentit,non põt cogi ſuum conſilium præbere, vt l.3.§.2.de ar bi.Sed an poſsit negocium geri ſine eo.dic aut erat talis,cui⁹ debebat cõſilium requiri, & ſequi. Primo caſu ſi eſt in mora dandi conſilium,poterit procedi ad actum,eius conſilio præ termiſſo,vt d.c.cum olim.& ff.de verb.ob. l.qui Romæ.§.cũ hæres.& l.ſi.C.de iure emphyteu.Secundo caſu aut fuit aſſum ptus conſultor inter vivos,aut in vltima voluntate. Si inter vi uos,ſine eius cõſenſu non valet quod agitur,arg.l.ſi quis arbi tratu.ff.de ver.ob.& C.de contrahen. emp.l.fi.Si in vltima vo luntate:tunc ſi non poteſt,vel per annum diſtulit,poterit,eius conſilio ſpreto,procedi ad actum,vt l.ſi.§.ſed & ſi quis.C.cõ munia de leg.¶ Circa quartum,& vltimum punctũ cum q̃rit̃, ſi conſilium eſt iniquum, an teneatur illud ſequi.dicit,ꝙ illud ver.conſilium,debet intelligi arbitrio boni viri, vt l. Titium, &Mæuium.2.reſpon.& ideo ſi dat malum conſilium,nõ eſt ſe quendum.ff.de contrah.emp.l.hæc venditio. & de leg.3.l. fi deicommiſſa.§.quã q̃.quod ergo dicitur, ꝙ tenetur ſequi, in telligitur,ſi conſilium ſit æquum. Sed dubitatur, quid fiet,an procedetur ad actum,eius conſilio ſpreto,vel non ꝓcedetur? ad hoc dic,ꝙ aut talis eſt caſus,in quo nullo dato conſilio a ctus vitiaretur:vt quando ex diſpoſitione hominis tenetur qs requirere conſilium,& ſequi.Et tunc aut talis poteſtas pẽde bat ex voluntate vnius,ſeu poteſtate (puta conſtituentis pro curatorem,& ſim.) & non poterit vltra procedi: ſed imputet ſibi,qui tam indiſcretè conſtituit, vt ff.de mino.l.cum manda to.pro hoc optime.ſ.eo.lib.de ele.c.pe.Aut pendebat ex vo luntate duorum contrahentium: & tunc illud iniquum conſi lium reducetur ad arbitrium boni viri: & ſic procedetur ad actum,vt l.ſi ſocietatem.§.arbitrorũ.ff.pro ſocio.& đ ope.li ber.l.ſi libertus. Aut eſt talis actus,in quo poſſet procedi,etiã ſi nullum conſilium dediſſet(quod quando ſit, patet ex his,q̃ dicta ſunt.ſ.proxi.membro:) & tunc aut tale conſilium con tinet manifeſtam iniquitatem:& perinde eſt, ac ſi non dediſ ſet,& ſic procedetur ad actũ, vt l.ſi expreſsim.de ap.& l.quo tiens vitioſè.qui ſatiſda.cog.nec eſt neceſſe adire prætorẽ, vt corrigat quod manifeſtè iniquum eſt.ff.de condi.inſti.l.q̃ ſub conditione.§. pe. Aut non continet euidenter iniquitatem:& tunc recurredum ad iudicem: qui cauſa cognita tale arbitriũ reducat ad arbitrium boni viri,vt d.l. ſi cum dotem.§.eo aũt tempore.ver.ſed ſi latitet.ff.ſolu.mat. Sed dices,immo videt̃, ꝙ ét q̃ conſilium manifeſtè eſt iniquum, debet reduci ad ar bitriũ boni viri,vt d.l.ſi ſocietatẽ.in fi.& l.ſeq.Reſpõ. in caſu illo ſi illud conſilium, ſeu arbitrium haberetur omniuo pro nullo,actus vitiaretur,vt l.ſi quis arbitratu. ff. de verb.obl. & l.fi.C.de contr.emp.& ideò lex voluit, ꝙ reduceretur ad arbi trium boni viri,vt res potius valeat,q̃ pereat,vt l.quotiens.de reb.dub.ſed in caſu præmiſſo res non perit. Et prędicta indu cit Bar.ad tertiam.q.¶ Primò quæro poſt ipſum.Si ſtatuto ca uetur, ꝙ feratur ſententia ſecundùm conſilium ſapientis; an valeat ſententia ſine conſilio?Bar.ꝙ non.Nam, vt dictum eſt, quando lex pręcepit requiri conſilium, non debet omitti: aliàs non valet quod agitur,in Authẽ.de non alie.§.quod autẽ. & ff.de ſuſpec.tut.l.impuberibus.Non ob.ꝙ omiſsio leuis ſolemnitatis non vitiat actum;quia illa dicitur leuis,ꝓpter quã facti ſubſtantia non mutatur.ſed ſi ex ſolemnitate adhibenda poteſt actus ſubſtantiæ variari, non debet dici leuis ſolemnitas:& talis eſt ſolemnitas requiſitionis conſilij; quia per ipm poſſet iudex trahi in aliam ſententiam, vt l. item ſi vnus.in fi. de arbi.¶ Secundò quæro. Si compromiſſum eſt in aliquo,vt ferat ſententiam conſilio alterius ſapientis: an valeat? & vi detur quòd ſic; quia in iudicijs,contractibus,& vltimis volũ tatibus poteſt talis conditio apponi,vt d.c.cum olim.de ar bi.& l.Titium & Mæuium.de admi. tut.& l.ſi quis arbitratu. de verb.ob.In contrarium videtur præal.l. item ſi vnus.§.Põ ponius.per quem.§.hoc tenet Bar.in d.l.1.§.ſi vnus.de exer cito.Nam talis cognitio eſt contra ſubſtantiã arbitrij,q̃ eſt,vt arbiter poſsit pronunciare æquè,vel iniquè,vt d.l. diem.§.ſta ri.de arbi.Si autem dictum eſſet, ꝙ pronunciet conſilio Titij ſimpliciter:& tunc valet;quia non tenetur iſto caſu eius con ſilium ſequi.& hoc no.Specu.in titu.de arbitro. §.ſequit. ver. quid ſi dicatur.In iudice autem valet pactum,ꝙ ferat ſenten tiam,vt videtur alicui ſapienti. & rationem differentiæ,quare magis valet tale pactũ in iudice,q̃ in arbitro,vide in d.§.ſi plu res.& plenius ꝓ Io.An.poſt Inno.& Hoſt.in c.ſi pro debilita te.de of.deleg.in nouel.facit quod no.in l.illa inſtitutio.de hæ re.inſti.vbi per D.Bal.quid iuris, quando aliqua diſpoſitio ce lebranda committitur ad ſenſum ſapientis, quid poſsit pone re ſapiens ꝓ hæc verba.dic vt ibi ꝓ eum poſt Bar.¶ Tertiò q̃ ro.Si cã eſt commiſſa alicui conſulenda.ſi ille omittit:an ſit al teri cõmittenda:an verò Iudex procedet alterius conſilio nõ requiſito?& videtur,ꝙ poſsit procedere,per illa, q̃ dicta ſunt in tertio puncto.contrarium tenet,ſcilicet ꝙ debet alteri com mitti.Non.obſt.quæ dicta ſunt.ſ.quia locum habent, quãdo certa perſona poſita eſt in diſpoſitione:cuius conſilio quis v tatur.quæſtio noſtra loquitur,cum ſtatutum generaliter loq tur,ꝙ feratur ſententia cum conſilio ſapientis: quod conſiliũ perire non põt,vt l.in ratione.§.diligenter. ad leg.Falc. & cir ca prædicta vide multa verba, quæ ponit Specu.in titu.de re qui.conſi.per illa,q̃ dicta ſunt.ſ.poteſt dici, ꝙ glo. quæ incipit.qđ ſi quis cum conſenſu &c.non bũ dicit, non poſſe actũ geri,ſi conſenſus illius,qui debet in electione interuenire,præ ſtari non põt.Nam,vt dictum eſt.ſ. in tertio puncto, cum cõ ſilium, vel conſenſus alicuius debet adhiberi ex diſpoſitione legali,& non põt,& mora eſt periculum allatura: põt ille a ctus geri,tali conſilio,vel conſenſu non expectato. & eſt cas⁹ in ſimili in d.l.ſi longius.de iudi. & l.ſi cum dotem.§.ſi pater. & §.ſeq.ſolu.ma.in caſu ergo, in quo conſenſus requiritur ex diſpoſitione hominis in actu celebrando,poſſet procedere i ſta glo.Nam tunc & ſi non poſſet præſtari conſilium,impedi retur actus,vt dixi,& remiſſi in ſeptimo notabili.& vide quod dixi in Cle.1.de foro comp.¶ Quærit Ioã.An.de q.diſputata ꝓ D.Egid. de Foſcharariis de clerico,qui in ꝓprio fundo ædi ficauit eccleſiam,quem epiſcopus excõmunicauit in ſcriptis, ſi eccleſiam illam in aliquos religioſos ſine ſuo conſenſu trã ſferret:quam eo mortuo, & ſede vacan.clericus ipſe cuidam religioſo conceſsit:an eſſet excõmunicatus,& an teneret̃ do natio?Io.An.primò de iſta q.remittit ad no.de in. pa.ic.illud. in nouel.ſuper glo. vlt. in qua dicit illum excommunicatum, cum ſententia fuerit iuſta,& à ſuo iudice lata, & ab ea nõ fue rit appellatum:& licèt lata ſub conditione, tamen tenuit, vt c.præterea.de ap. Nec obſt.ꝙ pro futura culpa.de ſent.excõ. c.Romana.§.caueant. quia iuſta cã potuit ſubeſſe: puta quia id tractabat,vel ſe ad id parabat.& poſito,ꝙ aliqua non ſub eſſet.tũ teneret,vt ibi in princ.ꝓ Ioã.An.Egid. tenuit contrariũ.dixit.n.,ꝙ cũ ſnia lata fuerit ſub cõditiõe, & uiuẽte eſo cõditio nõ euenerit,nõ durauit vltra tps ꝓferẽtis: niſi ſucceſ ſor illã cõfirmauerit,ꝓ l.fi.ff.de pęnis.ad hoc qđ no.Io.An.de off.deleg.c.fi.ſ.1.glo.& quod no.de ſent. excom. c.à nobis. il 1.in fi.glo.1.¶ Quintò quæro.dicit in tex.in §.cum verò.ꝙ ſi in caſu,in quo ſpectat collatio ad epiſcopum cum conſilio, vel conſenſu Capituli,epiſcopus eſt ſuſpenſus,& in mora pe tendi relaxationem, deuoluitur collatio ad Capitulũ: ſed an ſtatim poſt moram,an verò poſt ſex mẽſes? tenet,ꝙ poſt ſex menſes à tempore morę. idem refert in nouel. tenere Archi. & Hoſt.in d.c. fi.de elect. ¶ Sed tunc incidenter quærit.ſi fuit in mora

in mora per menſem,poſtea abſuit cauſa reipublicæ: vel inſti tit pro ſnia,ſed illam non habuit; iterum ceſſat, & fuit in mo ra; poſtea inſtitit:an iſtæ purgationes, & negligentiæ ſibi pro derunt? puto ꝙ ſic; qa tempora negligentiæ ſunt cõiungẽda, & impedimenta media ſubducenda:ſicut in materia præſcri ptionis contingit.C.de remil.l.quod tempore.& C.in q.cau. ceſſ.lon.temp.præſcrip.l.præſcriptione. & Auth. quod ſi qui buſdam.& ſ.de reſcrip.c.cum nobis.& quod dixi in Cle.cãm. de ap.q̃n aũt mora incipiat.dic,vt in gl.& qđ ſup ea in nouel.

Rub. De rebus eccleſiæ non alienandis.

SVMMAE.

1 *Alienatio rerum eccleſiarum antequàm fiat, multa requiruntur.*
2 *Eccleſia defenſorem habere debet.*
3 *Conſuetudo detrahere poteſt ſolemnitati iuris communis in alienatione rerum eccleſiæ.*
4 *Decretum, auctoritas, & ſententia quid ſint.*
5 *Conſenſus quomodo differat ab auctoritate.*

CAP. I.

non valet collatio præbendę permutationis causa resignatæ, si cōferatur alteri, quàm permutare volenti, vt Clemen. 1. eod. tit. & quod ibi not. in gloss. fin. ¶ Secundò nota. quòd dicit [secundùm formam iuris] &c. Est .n. in permutatione bonorum prodita à iure certa forma, de qua ſ. est quę situm. Sed videtur, quòd nulla forma posint beneficia titulo pmutationis acquiri. cōstat enim, quòd de natura permutationis est, quòd detur aliquid, vel tradatur: non enim solo cōsensu perficitur, sed rei interuentu, & in hoc differt ab emptione, & venditione, quæ oritur ex consensu partium, vt ff. eod. l. 1. Sed pro spiritualibus nihil debet promitti, vel tradi, vt c. quàm pio. 1. quæstio. 2. ergo sequitur, quòd in talibus permutatio reprobatur. Solu. Ioan. And. post Ioan. Mona. dicit quòd beneficiorum permutatio non fit auctoritate beneficiorum: sed totum permittitur arbitrio superioris, qui ex causis propositis ad permutationem procedet, vel illam denegabit; vt d. c. quæsitum. alle. 16. q. 2. c. nemini. Titulus enim in beneficijs pmutatis non oritur ex consensu partium, vel interuētu, siue mutua traditione ipsorum beneficiorum: sed ex noua collatiōe, quam de eis postea facit episcopus, à quo cautum est, ꝙ sumat exordium contractus, iuxta formam, quā tradit Io. An. in d. c. quæsitum. super ver. bū posset. in nouel. ¶ Tertiò no. ꝙ ille tex. loquitur in illis, qui volunt sua beneficia permutare. Et per istud verbum [sua] quod sonat in dominium, vt l. seruos autem suos. de leg. 3. tria colligit hic Ioan. And. ¶ Primum, ꝙ ipsis permutantibus, & non alijs sit collatio facienda: vnde si renuncio meum beneficium tibi, & tu tuum nepoti meo, vel amico, non esset locus huic Decre. immo esset simoniacum. de quo. ſ. de offi. deleg. c. ex parte. il 1. in gloss. 2. Lap. dicit, quòd etiam facit in contrariū, & melius facit in cōtrarium. ſ. eod. c. cum vniuersorum. ¶ Secundò colligit ex p̄dicto verbo [sua] quòd si alter non habet ius in beneficio; quia est simoniacè electus. si permutat cum alio iustum titulum habente, non potest illud salua conscientia retinere; quia primum non erat suum. facit ſ. vt lit. pend. c. ecclesia. in glo. 2: de vsur. c. cum tu. in gloss. vlti. & hoc tenet Do. Federi. de Senis. q. 59. & si dicatur, cum dixeris. ſ. quòd titulum quis consequitur in noua collatiōe ab episcopo, quam facit de beneficijs permutatis, & hic nulla simonia interuenerit: non videtur habenda consideratio tituli vitiosi in resignatione extincti: sicut in simili, pecunia quæ succedit loco rei furtiuę, non est furtiua. ff. de furtis. l. qui vas. in fin. Solu. hoc operatur intentio concedentis: qui licèt posit beneficia certo iure sibi competente conferre: non tamen intendit, sed alio respectu non valet quod agitur, vt ſ. eod. lib. de rescrip. c. suscepturn. & de concess. præben. c. ex parte. per Hostien. super ver. occasione Concilij. & in Specul. de arbitro. §. fin. in 10. co. ver. quid ergo. sicut proposuisti. cum ergo conferens intendat vtrique resignantium conferre ex causa permutationis, & ad hoc præcisè teneatur, vt Clemen. 2. ī. eod. si ex hoc capite permutatio sit nulla, non debet valere ex alia causa: licèt collator ex illa etiam potuisset, vt in præall e. iuribus. & l. si is ad quem. ff. de acquiren. hæredit. resignatio ergo, & subsequens collatio facta ob causam, causa non secuta renocatur: sicut res tradita spe nuptiarum, nuptijs non secutis. ff. de iure do. l. stipulationem. Sed hic incidenter quæritur, si permutatio non est sortita effectum ex causa prædicta: an posit quis redire ad suum beneficium resignatum? & eadem est quæstio, si resignatione ab vno etiam recepta, alter non vult resignare: vel moritur, antequàm resignet, vel alia de causa permutatio non potest fieri. Ioan. And. dicit hic, quòd si permutatio non tenet sine culpa vtriusque, redibunt ad beneficia sua prima, per æquitatem c. si beneficia. ſ. eod. lib. de præben. si alterius culpa, locus dabitur expectanti in locum culpabilis, vel ordinario collatori. facit ſ. eod. lib. de renunc. c. 2. Idem videtur, quando sine culpa vnius alteri beneficium euincitur, non in limite permutationis: debuit enī illo videre, cum quo contraheret. C. de furt. l. inciuilem. Pone exemplum. erat beneficium alteri debitum, sed ignorabatur saluo casu ca. si beneficia. vel fuit omissus consensus veri collatoris, qui alteri contulit, quod debuisset inquirere permutans. ita dicit in nouel. super verbo sui episcopi. Aduerte. in casu, in quo non tenet sine culpa vtriusque, quòd posint resignantes redire ad beneficia sua prima, per c. si beneficia. non intelligas, quòd redire posint auctoritate propria: sed accedente noua collatione. ex resignatione enim facta permutationis causa inducitur vacatio, ꝓpter quam posset expectans tale bñficium acceptare de iuris rigore, nisi obstaret sibi æquitas, de qua hic. & hinc est, quòd olim si episcopus conferebat tale beneficium alteri, valebat collatio. de præben. c. inter cetera. Item cum res datur ob causam, trāsfertur dominium: & si causa non sequatur, datur condictio ob causam ad repetendum, vt in toto ti. de condi. ob cau. Si ergo transfertur in alterum, per cōsequens abdicatur ab eo, qui tradidit: quia duo insolidum domini esse non possunt, vt l. si vt certo. §. si duobus. ff. commodati. Ex quo infertur, quòd opus est noua collatione. & vide ad hoc quod le. & no. de ele. c. cum inter. R. in glo. magna. Non obst. c. si beneficia. quia ibi non resignauit, sed dimisit: quæ dimissio non habet vim renunciationis; quia non renunciauit verbo, nec facto, cum nō fuerit verè translatus. & sic ex finali euentu apparet, & declaratur, quòd non vacauit primum beneficium, quod non habuit aīm dimittendi nisi credidisset posse assequi secundum effectualiter: secus si scienter percepisset. ſ. eod. lib. de præb. c. eum qui. & ita tenet D. Fede. consilio 151. ¶ Tertiò colligo ex prædicto ver. sua. quòd si vnus, vel plures expectent per literas Apostolicas beneficia, etiam vacātia eis debita ante collationem, & acceptationem permutare non posset: nam licèt sint eis debita, vt in c. si tibi absenti. ſ. eod. tamē ante acceptationem, & collationem non sunt sua, vt c. fi. in fi. ſ. eod. lib. de concess. præben. Ex quo conclude, quòd expectantes ambo, vel alter permutare non possunt per hoc c. & ff. eod. l. 1. & de condictio. ob cau. l. fi. Item cessat ratio c. quæsitum. ſ. eod. ibi. & hoc tenet D. Fede. in tracta. permutationum. q 3. q. iura eīn, quæ quis habet ad beneficium, non potest permutare cum alio simile ius habente; quia sunt iura personalia, & non possūt de vno in alium transire, nisi Papa mediante, vt c. P. & G. de off. deleg. in contrariū tamen facit c. ad audientiam. de rescri. vbi habens literas ad beneficium ex pacto potest renūciare, vt habeat aliud beneficium, rationem reddens; quia spiritualium potest adinuicem fieri permutatio. Sed dic, quòd illa nō est vera permutatio. nam vera requirit dominium hinc inde, vt hic, dum dicit [sua] & c. cum venerabilis. de excep. Sed ideò dicitur ibi, permutatio: vt pactum, quod ibi intercessit, excusetur à vitio simoniæ. ius verò ad beneficium illius habē tis literas in nullum fuit trāslatum, sed extinctum per renunciationem, propter quam renuncians consecutus fuit aliquid spirituale, licèt pactione præcedente. Lap. iuxta prædicta dicit, quòd existentes canonici auctoritate Papæ licèt vltra numerum expectantes præbēdas vacaturas permutare possunt canonici inter se, vel cum alijs etiam ad alia beneficia. & hoc poterunt auctoritate diœcesani. Nec erunt postea canonici auctoritate Apostolica: nec habebunt ius ad vacaturas præbendas: secus si non essent canonici, sed expectarent canonicatum, & præbendas: vel aliàs existerent expectantes etiam cum decreto. tales enim permutare non poterunt qđ non habent, vt dictum est ſ. ¶ Tertiò principaliter nota, quòd dicit [beneficia sua] &c. per quod infert Ioan. And. quòd possunt plura beneficia ꝓ vno permutari. arg. ſ. de ex. c. cum venerabilis. super ver. in ecclesijs. in nouel. vbi tenet, ꝙ sic. Nā sicut iure ꝓprietatis possūt plures ecclesię ꝓ vna pmutari, vt ibi: sic ēt in titulū. Aduerte, quando ꝙs habet duo, vel plura beneficia curata ex dispensatione; si vult ipsa cum vno consimili permutare, non poterit transferre in alterum illa plura titulo talis permutationis: quia cum illa dispensatio sit personalis, non potest transire in alterum, nisi auctoritate illius, qui posset super talibus dispensare, vt Papa. ordinarius ergo, qui non potest super pluribus curatis dispensare, non potest ex causa permutationis talia in suis manibus resignata conferre. quod tenet D. Fede. 12. q. sui tractatus. vbi plenius ponderat. & Ioan. And. etiam dicit, quòd ad beneficia ad aliud, scilicet quòd hinc inde in permutatione debent esse ad beneficia. Si ergo esset alterum beneficium, alterum præstimonia, quæ non haberetur in titulum, vel quæ caderet in laicum, non esset locus permutationi. facit ſ. eod. c. fin. & de præstimonijs illis vide ſ. de rescrip. c. postulasti. in 3. gloss. in nouel. ¶ Sed iuxta hoc quæro. vtrùm hospitale cum beneficio, vel simplex beneficium cum curato possint permutari? in hospitali videtur, quòd sic, si conceditur in titulum: sicut & præstimonia, secus si non in titulum. dicit tamen D. Fede. quòd si clerico sit commissum hospitale, etiam non in titulū, poterit cum beneficio permutare. licèt enim non sit beneficium: tamen non est locus totaliter profanus, sed ecclesiasticus: nec posset vendi sine vitio simoniæ, per id, quod not. de simo. ca. cum psalletur. & accedunt sibi spiritualia. de præben. c. literas. Ex quo etiam infert, quòd duo tales clerici hospitalarij, vel laici possunt ipsa permutare. ita dicit q. 14. dicti tractatus. Et cum mente collige, quòd spirituale cum qua si spirituali posit permutari. vnde videtur, quòd ius patronatus posit cum ecclesia permutari. An autem simplex cum curato, vel econtra, sentit Ioan. de Ligna. quòd sic in d. c. exhibita. ſ. e. ¶ Quartò no. quòd dicit [in hac parte] &c. ꝙ vacatio, quæ contingit in resignatione facta permutationis causa, non prodest expectantibus beneficia proximò vacatura. & hoc est verum de æquitate inducta per hoc c. non de iuris rigore, vt dicit text. Ex quo collige, quòd ista æquitas non extenditur ad alium casum. vnde cum beneficia proximò vacatura multis de causis possint alij deberi. dico, ꝙ quandoque sunt specialiter per Papam reseruata, vt c. pro illorū. de præben. Quandoque in eis habent aliqui optionem, vt ca. fin. de consue. ſ. eod. lib. Quandoque sunt alijs vnienda, siue vnita, vt c. consultationibus. de dona. & Cle. si vna. de reb. ec cle. nō alienan. Quandoque aliquis expectat fructus ipsorum vacantium, vt in c. si propter. ſ. e. lib. de rescrip. Quandoque per obitum, vel recessum ꝓstitutorum restitutus est numerus in ecclesia propter diminutionem facultatum. in istis enim casibus, & si. in beneficijs vacantibus causa permutationis habebunt locum dictæ ordinationes: & includetur vacatio, quę contingit per resignationem permutationis causa factam, qđ tenet glo. in d. c. si popter. in gloss. super ver. mortis. & Ioan. And. hic super gloss. quid si. in nouel. dixi de hoc plenius referendo consilia Fede. in d. c. exhibita. in 2. principali q. & Lap. hoc tenet in reseruatis, quòd impediat in eis permutatio. ex quo infert, quòd legatus, vel delegatus Apostolicæ sedis talia beneficia, vel aliàs reseruata specialiter cum titulo permutationis conferre non posit. & est simile. ſ. eod. lib. de præben. c. 2. ibi tamen plus requiritur. Nec ob. Cle. si de beneficio. eo. tit. quia in alio casu loquitur, & quia ibi nulla prohibitio de beneficijs ad se. Apost. deuolutis: secus hic. & eodem modo responderi potest ad c. hi qui. §. eū quoq; ſ. eod. lib. de præbē.

1 secundùm Lapum. ¶† Quintò no. quòd in illius manibus facienda est resignatio, ad quem spectat collatio: si tamen collatio spectat ad inferiorem episcopo, non per hoc auctoritatem permutantibus accommodabit. de quo per Ioan. An. in Cle. 2. ī. eod. in glo. pe. Aduerte, istam materiam (scilicet qui debeant consentire, vel auctoritatem ꝓstare permutationibus) declaraui. ſ. eo. c. exhibita. in 2. quæstio. principali. & primò quæritur de ipsis permutantibus, an debeant consentire, vel inuiti transferri. & videtur, quòd non; quia nemo cogitur crescere, quod tenet Ioan. An. 7. q. 1. c. episcopus de loco. in contrarium facit. ſ. eod. c. quæsitum. vbi videtur dari potestas episcopis transferendi personas de loco ad locum, si viderint expedire: & hoc videntur tenere Inno. & Hostiē. in c. nisi cum pridem. §. propter malitiam. de renun. super ver. persecutio. vbi dicunt. si periculum destructionis ecclesiæ imminet, vel magnum scandalum, cogitur prælatus inuitus cedere: dūmodo assignetur sibi bonum cambium prælaturæ, vel dignitatis. & sic potest intelligi d. c. quæsitum. & hoc videtur tenere Archid. in d. c. episcopus de loco. vbi dicit, quòd si necessitas, vel vtilitas ecclesiæ exposcit, pōt episcopus cogere ad permutandū clericum. idem tenet D. Fede. in d. tractatu. in 15. q. & q. 25. ¶ Vlterius quæsiui. si duo prælati ecclesiarum collegiatarum volunt permutare: an possint hoc facere, & episcopus auctoritatem præstare, inuitis collegis? dixi, ꝙ in Papa nō est dubium, quòd potest; quia potest auferre de iure vni, & dare alteri. de reli. dom. c. constitutus. Aut vult hoc facere episcopus. & tunc, aut ad ipsum spectat collatio dignitatum: & potest, etiam inuitis collegis. aut ad collegium spectabat electio, vel præsentatio: & tunc communiter omnes tenent, ꝙ tale debet consentire. Cum enim in permutatione interueniat quædam vacatio, vt prædictum est: si eis inuitis episcopus auctoritatem præstaret permutare volentibus, indirectè priuaret eos potestate eligendi in ecclesia vacante, contra c. cū Bertoldus. de re iudi. Concludendum est ergo, quòd huic permutationi consentire debeat collegium, vel maior pars, & similiter patronus. quod tenet Io. An. hic, & Pau. in Cle. 1. eod. ti. &

2 Fede. in d. tractatu. q. 19. 25. & 26. ¶† Circa hoc etiam quærit Lap. an permutatio a facta, auctorizante episcopo, contemptis collatoribus, electoribus, vel patronis, sit nulla ipso iure, vel annullanda per sententiam. Pau. in Cle. 1. eo. ti. dicit, quòd consensus prædictorum potest interuenire ante, vel post. & p hoc dat intelligere, quòd non sit nulla, sed annullanda. Nam si censeretur nulla, non posset ratificari per subsequentem cōsensum. de elec. c. auditis. cum si. & ꝙ sit annullāda, videtur p c. quòd sicut. de elec. & c. cum in ecclesiis. ſ. eod. lib. de præb. ad quod facit c. ea noscitur. de his, quæ fiunt à prela. vbi contemptus Capituli, vel maioris partis in accommodando consensum, reddit actum annullandum, secundùm expositionem Hostien. & Ioan. An. super ver. peruenit. & videtur casus de iure pa. c. illud. in fin. & hanc opi. tenet D. Fed. vbi ſ. q. 30. Et ex hoc sequitur, quòd facta permutatione auctoritate episcopi, collatores, electores, & patroni, qui fuerint contempti, ante cassationem illius permutationis inualidæ nō poterunt prę̄sentare, eligere, vel conferre: secus si talis permutatio esset nulla, iuxta no. in c. inter dilectos. de excess. præla. Fede. tamen residet in contrarium, scilicet quòd ante cassationem contempti poterunt eligere, præsentare, & conferre, per reg. non præstat impedimentum. de reg. iur. lib. 6. pro quo facit c. cum Bertol. præalleg. quod tenet hic Lap. qui dicit prædicta procedere in episcopo autorizante. In legato verò an requiratur in eius permutatione prædictorum consensus. dicit, quòd si sunt beneficia collegiata, etiam si per eum fiat permutatio cum consensu illorum, ad quos spectat electio, vel collatio, non valeat permutatio, per c. pe. ſ. eod. lib. de off. leg. Si enim prohibitio d. c. non comprehenderet permutationē: tūc benè valeret, etiam sine consensu illorum, per c. dilecti. de iure pa. & per c. si abbatem. ſ. eo. lib. de elec. In alijs autem beneficijs non collegiatis bñ valeret pmutatio legati, ēt sine cōsensu illorū, q hñt eligere, vel præsentare, si sint personæ ecclesiasticæ. Si autem sunt patroni laici, tunc non valet, si contradicant: quod est verum, etiam si ad eos, & clericos spectat simul præsentatio. Circa quod vide quod dicam post La pū. ī. eod. li. de iure pa. c. 1. ¶ Hic etiam quæritur. dictum est ſ. quòd præstare auctoritatē ꝓmutationibus spectat ad epm, & non ad inferiorē, vt no. in Cle. 1. eo. ti. Pone ergo, ꝙ ad inferiorē spectat collatio, vel instō: an renūciatio permutationis causa debet fieri in manibus episcopi, vel illorū, ad quos spectat electio, vel collatio episcopo auctorizāte? D. Fede. q. 30.

arguit, quòd in manibus prædictorum, auctorizante episcopo, ad similitudinem eius, quod habetur. 12.q.2.c.placuit.& c.abbatibus. 17.q.4.c.in venditionibus. Ioan. And.& Pau. tenent contrarium in d.Cle. 1. scilicet quòd totum possit episcopus expedire de consensu electorum, vel collatorum: & videtur probari in c.quæsitum. s. eod.& ex hoc sequitur mirabile, scilicet, q ecclesia cõsueta reformari p viã electiõis, vel p viã ꝓsentationis,& institutionis reformatur nunc p viam collationis per episcopum. nec est hoc inconueniens, postquàm cõsensus eius requiritur, qui debet eligere, vel conferre. & est simile quod no. Ioan. And. de iure patro. c. per vestras. in beneficio igitur permutato videtur, quòd permutans consequatur titulum ab episcopo, non ab electoribus, vel patronis. Ex quo posset inferri, quòd vicarius episcopi, vel Cap. sede vacãte nõ possint in istis permutationibus auctoritatem præstare, nec resignationes ex causa permutationis recipere, cum non possint conferre, nec destituere; quod tenet Fede. q. 26. Facit qđ no. Io. An. in Cle. 1. de hære. & Clé. 1. j. eod. ti. De Capitulo se de vacan. an possit resignationes recipere, & conferre, no. Fe
3 de. ibi. s. q. 26. ¶ †Quærit Io. An. post Io. Mo. an si habẽs pingue bñficiũ ꝓmutat cũ eo, q habet tenue, hoc ipso videat fra⁹ esse probata per illum, qui expectabat in pingui. quod videt, per c. 2. s. eod. lib. de renun. Sed ibi non permutatur minus, & maius: sed renuncians minori, contra quem erat præsumptio fraudis, de illa conuincitur hoc ipso, quòd sibi confertur postea maius. & breuiter concludit, permutationem tenere, argu. l. fi quis donationis. ff. de contrahen. emp. Cum enim venditio, & emptio à permutatione originem sumpserint, vt eod. ti. l. 1. in princ. sicut ibi tenet venditio: ita hic permutatio tenet. & hoc verum secundùm Io. An. vbi non sunt aliæ circunstantiæ fraudis. & bene facit C. de rescin. ven. l. dolus. ergo fortius vbi circũstãtiæ excludũt fraudẽ, vt s. eo. c. cũ vniuersorũ. Reliqua, q restant sup ista materia, videas in d. c. exhibita. vbi tractatum D. Fed. ordinaui per 6. principales quæst. sub quibus omnes aliæ rediguntur. ¶ Vltimò quæro post Lap. vtrùm in permutatione beneficiorum, quæ fit per Papam, vel ipsius legatum, oportet fieri mentionem de qualitate ipsorũ beneficiorum permutandorum. In Papa dicit, ꝙ non. Si enim variat proprio motu, secus. si ad postulationem, in legato qua litercunque fiat, non valet. ratio quia in legatis, & in Papa, cũ non proprio motu facit, requiritur expressio qualitatum, & beneficiorum; quia non potest negari, quin permutatio sit q̃dam beneficiorum impetratio, & dispensatio, vt no. Hosti. s. eod. c. quæsitum. vnde sicut in ipsorum impetratione, & dispẽsatione debent exprimi beneficia, & ipsorum qualitates, vt c. non potest. s. eo. li. de præben. & Cle. j. eo. ti. ita in permutatione, quæ fit auctoritate Papæ, vel legati, vt s. dictum est. secus quando fit per ordinarium; quia tunc non videtur necessaria talis expressio: cum nec etiam in impetratione, prouisiõe, seu collatione ipsorum talis expressio requiratur, vt s. eo. lib. de off. lega. c. fina Et ita in permutationibus, quę fiunt per Papã refert seruare curiam. & sic vidisse literas.

ADDITIO.

a ¶ Permutatio. Adde Ludo. Rom. decisio. 310. vbi amplè tractat materiã, & vide de materia permutationis latè per Io. An. & Pau. in Cle. de re. permuta. & ibi Car.

Rub. De testamentis, & alijs vltimis voluntatibus.

SVMMAE.

1 *Testatoris voluntas pro lege seruanda est.*
2 *Testamentum quid sit.*
3 *Testator dicens. instituo pauperes Christi: deinde mors venit, an valeat institutio.*
4 *Testari qui prohibentur.*
5 *Species vltimæ voluntatis plures esse dicuntur.*
6 *Institutio præcedens est de materia substitutionis.*
7 *Filius testamentum approbare potest, in quo reperitur præteritus.*
8 *Expressio conditionalis filij in testamento non excludit vitium præteritionis.*

CAP. I.

SI PATER. Istud cap. fuit solemniter repertum per D. Pet. de Ancha. V. I. Doct. & ideò ipse nõ dedit nobis in scriptis: prout fecit in alijs capitulis eiusdem libri 6. & si vis videre plenè de testamentis, vide j. in dicta sua repetitione, quam suprascriptus Do. Pet. in orbe famosissimus fecit Anno Domini nostri IESV Christi. 1395.

QVia pro clariori intelligentia dicẽdorum aliqua super ista rubrica prẽmittam: ideò propter solitum morem etiam continuationem Rubricę ad p̃cedentes annectam hoc ordine. ¶ Dictum est. s. de dispositionibus inter viuos: sequitur de dispositionibus defunctorum. licèt enim mors omnia soluat, vt in Auth. de nuptijs. §. deinceps. tamen (vt dicit lex) nihil est, quod magis hominibus debeatur, quàm, vt suprema voluntatis (post q̃ aliud velle non possunt) liber sit stilus, & licitum, quod iterum non redit,
1 arbitrium, vt l. 1. C. de sa. san. ecc. ¶ † Hinc est, ꝙ voluntas testatoris pro lege seruat̃, & debet omnibus dominari, vt in Auth. de nup. §. disponat. coll. 3. & de condi. & demon. l. in conditionibus primum locum. Huic autem voluntati vltimæ iura multum fauent: & ne fiant aliqua ratione caduca, multifariã prouident, pœnam non implentibus infligendo, & alios subrogando, vt in Authen. de her. & fal. §. si quis autem in plures. coll. 1. vbi generaliter ita subdit [Vna est enim legis intentio, vt quæ dispositа sunt à morientibus, impleantur.] Facit c. nos quidã. & c. si heredes. s. eod. Circa etiam dubietates, quæ super testamentorum dispositionibus oriuntur, iura statuunt, quòd plenior est interpretatio facienda. & [desiderium morientium ex arbitrio viuentium non sine nuda ratione colligimus] dicit l. quoniam. C. de natur. liber. & ca. cum dilecti. de dona. & l. in testamentis. ff. de regu. iur. Ex prædictis sic leuiter tactis de continuatione rubricæ (vt à leuioribus initiũ faciam:) Quæro sup ista rub. de quibusdam quæst. breuiter.
2 ¶† Et primò quid est testamentum. dicit lex, quòd testamentum ẽ voluntatis nostrę iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. ita dicitur in l. 1. ff. eo. & vt glo. ibi ef fugiat cõtraria de codicil. de dona. causa mor. & de dona. omnium bonorum post mor. supplet ad istum textum [cum institutione hæredis.] nam prædicta, scilicet codicil. donatio cã mortis] omniũ bonorũ post mortẽ censenda est dispositio de eo, quod quis vult fieri post mortem, & non cadunt sub specie testamentorum, si habent naturam propriam, & separatã vnam ab altera, vt patet ex diuersitate tit. sub quibus de ipsis spãlis tractatus habetur, de codicil. & de dona. cau. mortis. C. & ff. Barto. tamen in prædicta l. 1. dicit, quòd dicta diffinitio est perfecta absque illa suppletione. quòd dicit [iusta sententia] &c. illud [iusta] debet accipi pro perfecta, vt in simili ff. de leg. 3. l. cum filio. in hoc ergo differt maximè testamentum ab alijs dispositionibus; quia ad substantiam testamenti requiritur hæredis institutio, quæ est caput testamenti: aliàs esset nullum, vt Insti. de lega. §. ante hæredis. voluerunt enim iura mortuo testatore aliquem succedere in iuribus defuncti, q in obligationib⁹, actionib⁹, & omnib. vicẽ eius sustineat, & ꝑsonã repꝛsenter. talis. n. erit heres, & hõ alius, cui res aliqua relinquitur:

liaqt̃: es. n. alienũ defuncti talẽ nõ seqũ, sed heredẽ, vt l. 1. §. si heres. ff. ad Trebel. & in Auth. de iureiurã. à mo. post prĩ. coll. 5. & l. quotiẽs. C. de her. inst. Aduerte tñ: qa si heres cẽsẽt eadẽ ꝑsona cũ defuncto, iuris fictione, nõ verè, vt in d. Auth. act. & oblig quæ in heredẽ descendunt ex persona defuncti erunt ne ædem verè, vel iuris fictione? videtur, ꝙ iuris fictione; qa mors omnia soluit, vt dixi. quod tenet Cyn. post Pe. & Iac. de Ra. in l. pacto successorum. C. de pact. Ego dico post Bald. ꝙ eadẽ ẽ obligatio in persona defuncti, & hæredis per veritatẽ, non per iuris fictionem. Non obstat, ꝙ mors omnia soluit; qa verum est in iure nõ trãsmissibili: vnde ẽt iacẽtis hereditatis sustentant iura in ipsa hæreditate, quæ etiam repræsentant personam, vt l. mortuo. ff. de fideiuss. immo plus; quia bonis vacantibus durat illud ius, & sustentatur in propria ipsius essentia sine vlla persona, vt l. hactenus. de cõsti. pec. & not. in l. denique. §. sed verum. ff. de mino. & hoc ipse no. in l. quotiẽs. §. hæredis. ff. de hære. insti. Insuper aduertendum, quòd ficut iura voluerunt in persona hæredis repræsentari personam defuncti, & transire etiam actiones, & iura actiuè & passiuè, vti dixi. Ita etiam prouiderunt ipsi heredi, vt testator non possit eum ideò grauare onere legatorum, quòd non remaneat sibi quarta pars, quæ falcidia appellatur. quod vnde dicta sit. dic vt Insti. de l. falci. in prin. & ff. ad l. falcid. l. 1. in princ.
¶ Item si vniuersaliter vellet grauare heredem super restitutione hereditatis, prouisum est etiam, vt possit heres detrahere quartam partem, quæ trebellianica appellatur, vt l. 1. & per totum. ad Trebel. C. & ff. siue ergo singularibus relictis, siue onere fideicom: heres grauetur: ne inane nomen heredis penes eum remaneat, prouisum est sibi de retentione quartæ in titu. præalleg. habere igitur titulum heredis (& sic directum) magis vtile est, quàm habere titulum obliquum, vt no. de leg. præstan. l. filium. & dicam. j. ¶ Et concludo ex prædictis, quòd vna de formis substantialibus testamenti est heredis institutio: aliter testamentum esset sine capite. quod est impossibile, vt d. §. ante heredis. Alia est perfectio in hac materia, vt voluntas sit completa, & perfectè enunciata, etiã inter li
3 beros, vt l. ex ea. ff. eodem. ¶ † Ex quo infero in quæst. fa
a cti. Dixit testator. a instituo mihi pauperes Christi. & cũ vel let vltra progredi, superuenit frenesis, vel mors: an valeat illa institutio, vel legatum simili modo expressum? videtur, ꝙ sic, vt l. iubemus. §. 1. de testa. nam vtile per inutile non vitiatur. ad idem de testa. l. Lucius. & de leg. 2. l. cum pater. in fin. In contrarium, quòd nihil valeat: quia fauorabilior est causa liberorum, quàm ecclesiarum, vt dicam in 7. facit quod no. in l. 11. in prin. de leg. 3. & l. furiosum. C. e. facit in ratione sui de fide instrumen. l. contractus. Non ob. l. iubemus. quia ibi fuit voluntas completa, & actus absolutus: licèt fuerit defectus formæ in parte, vt ibi notat. & ita consuluit Bald. in repetitione legis hac. C. eod. in 4. colum. Tertia est perfectio in solemnitate, quæ appellatur diligentia legum: puta quia requirit numerum testium rogatorũ, & fiat vnico contextu, vt l. codicillis. §. fi. de leg. 2. & d. l. hac consultissima. & l. antiquitas. & l. iubemus. C. de testa. Quarta est perfectio quò ad formationem: & hæc est duplex. prima est, quando testamentum transit ad irreuocabilitatem per mortem testatoris, c. cum Marthæ. de celeb. missa. secunda est, quando testamentum trã sit in suum effectum, & non potest funditus reduci ad causam intestati, nisi in casibus expressis in iure: & illud est per additionem hereditatis, vt l. si alienum. §. in extraneis. de here. insti. Et circa hoc vide quod not. Dyn. in c. 1. de regu. iur. j. eo. lib. ibi [nã in institutione heredis tria sunt per ordinem intuenda] &c. Istæ tamen solemnitates, scilicet institutionis heredis, numeri testium, additionis hereditatis, & similes an sint relaxatæ in relictis ad pias causas. dixi plenè. s. eo. c. cum omnis. in 1. 2. 3. & 4. q. Vltra tamen prædictas quatuor perfectiones adde quintam, scilicet personas testantium, de quibus est ante omnia inquirendum, vt l. si quæramus. ff. de testa. & ibi
4 de personis testari prohibitis. ¶ † Quidam enim prohibentur testari propter mentis exilium, vt furiosus, & demens. C. qui testamen. face. possl. furiosi. Quidam propter carentiã quorundam sensuũ, vt l. distractis. eod. tit. Quidam propter carentiam quorũdam sensuũ, propter morbi acerbitatẽ; qa non possunt tractare, loqui, neque scribere, vt l. iubemus. C. eod. Quidam propter defectum ætatis, vt l. qua ætate. ff. eod. Quidam propter defectum suæ potestatis, vt l. senium. C. qui testamen. fa poss. Quidam propter vitium prodigalitatis, vt l. is cui bonis. ff. eodem. Quidam propter scelus ratione pœnalitatis; vt damnati ad mortem naturalem, vel ciuilem, vt l. eius qui. ff. de testa. Quidam quia commiserint delictum, de quo post mortem possunt accusari, vt l. 2. C. qui testamen. face. poss. Quidam ratione vsurariæ prauitatis. de quo in c. quã quàm. de vsuris. Quidam ratiõe excommunicationis. de quo in c. decernimus. de senten. excom. & Authen. credentes. C. de hæreti. Quidam ratione dubietatis, vt l. de statu. ff. de testa. de qbus omnibus an testari possint ad pias causas: vide in repetitione Barto. & post eum domini mei Bald. in d. l. hac. ibi & primò circa personas testantium &c. quorum dicta retuli. in c. 2. s. eod. vbi etiam de personis capacibus, & habentibus testamẽti factionem passiuè. Quæsiui enim de spurio, de mẽtecaptis, & deportatis, & exbannitis, an possint ex testamentis capere. dic, vt ibi. ¶ Secundò quæro. dicitur in rub. [& alijs vltimis voluntatibus.] quæro, quæ sint istæ aliæ. dic, ꝙ codicilli: & tales sunt ad testamẽtum, sicut scapha ad nauem, vt no. Insti. de codic. in princ. vbi not. qua de causa introducti fuerunt. qñ scilicet vult quis quandoque aliquid addere, adimere, vel mutare in testamento, facilius hoc fit in codicillis: quia testamentum iam perfectum à capite necessariò reformandum esset, vt l. heredes palam. §. si quid post. ff. eodem.
¶ Item quando quis non vult testari, sed aliqua fideicommissa relinquere à suis venientibus ab intestato, hoc potest facere in codicillis, in quibus non est tanta solemnitas obseruanda: quia sufficiunt quinque testes, etiam non rogati, vt C. de codi. l. fina. & no. in l. qui testamento. §. mulier. de testamen.
¶ Est & alia species, quæ vocatur donatio causa mortis: ista tamen participat de natura dispositionis inter viuos quò ad aliqua: vnde dic, quòd donatio causa mortis potest tripliciter considerari. primò quò ad suam ordinationem. secundò quò ad ipsius confirmationem. tertiò quò ad eius efficaciam.
¶ Quò ad primum, magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati; cum fiat stipulatione, vel pacto. ff. de dona. causa mortis. l. inter mortis. & no. de leg. 2. l. cum pater. §. Mæuio. & ita intelligitur gloss. quæ est in l. 2. ff. de do. præle. Et hinc est quòd filiusfa. potest donare causa mortis, cõsentiente patre: sed non relinquere, vel testari. quia contractus possunt pendere ex consensu tertij: sed non vltimæ voluntates, vt l. receptum. communia prædio. & plenè per Barto. in l. cum is. de dona. causa mortis. ¶ Quò ad secundum dico, quòd donatio causa mortis confirmatur morte, nec requiritur aditio hereditatis: secus in legatis. facit quod no. de leg. 2. l. cum pater. §. eorum. in gloss. l. falcidia. Barto. tamen de hoc dubitat in l. mortis. ff. de dona. causa mortis. dic vt ibi. ¶ Quò ad tertium dico, quòd in dona. causa mortis non oriuntur tria genera actionum: quia non oritur actio ex testamento, vel hypotheca. dominium tunc transit per viam ordinariam, secũdùm quandam gloss. quæ est in l. 2. & 3. de pub. In hoc tamen vide Barto. in l. 1. ff. de dona. causa mortis. In iure vetò accrescendi donatio causa mortis æquiparatur legatis. & inter coniunctos parit ius accrescendi, vt l. .. in fin. C. de caduc. tollen. secus in contractibus, in quibus coniunctio non producit ius accrescendi, nisi in vsufru. quod dic vt leg. & no. in l. si mihi & Titio. de verbo. obliga. per Bart. & per ista scilicet. quòd donatio causa mortis participat de natura contractus, & vltimæ volũtatis, vt ꝑdictũ ẽ: si filiusfami. q testari nõ ꝓt, sed donare cã mortis, de voluntate patris fecit testamẽtũ

cum clauſula, ꝙ ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure vltimæ voluntatis: nunquid relicta in tali teſtamento valebunt iure donationis cauſa mortis? videtur, ꝙ ſic, poſtquàm voluntas patris acceſsit, & perinde haberi debet, ac ſi de dona. cauſa mor. facta fuiſſet mentio ſpecialis propter clauſulam generalem ſubiunctam quò ad ſpeciem, vt l. ſi duo. de admini. tuto. ¶ In contrarium facit; quia in dona. cauſa mortis requiritur ſpecialis conſenſus. ff. de dona. l. filius. §. 2. Item magis accedit contractui iuxta eum quò ad ordinationem, vt dixi, & hanc tenet Cyn. in l. ſeruum. C. qui teſt. face. poſ. & idem Dy. ¶ Eſt & quarta ſpecies vltimæ voluntatis, quæ vocatur mortis cauſa capio. & differt in pluribus à donatione cauſa mortis, vt l. inter mortis. eodem tit. per Bart. ¶ Reperitur & quinta ſpecies vltimæ voluntatis, quæ in certo ſpeciali caſu vendicat ſibi locum, de qua in l. licèt inter. C. de pact. quæ non reperitur alibi: valet enim ibi pactum ſucceſsionis reciprocę inter milites in expeditione degentes; vt morienti in acie ſuperuiuęs ſuccedat. ¶ Dubitât iuxta prædicta alibi Doc. vtrũ teſtamentum non ſolemne inter pauperes valeat vt teſtamentum: an vt alia vltima voluntas? dicit Bart. quòd aut accipimus teſtamentum largè, prout eſt teſtatio mentis, prout accipitur Inſtit. de teſt. in prin. & tunc bene poteſt dici teſtamentum. Si verò accipimus propriè, prout accipitur. ff. de teſta. l. 1. tunc nõ dicitur propriè teſtamẽtũ, poſtquàm inter ſolemnia deficit. & ſic magis poteſt dici vltima voluntas, quàm teſtamentum, vt no. in Auth. ſi qua mulier. C. de ſac. ſan. eccl. & l. hac. C. de teſta. contrarium tenet ibi do. meus, ſcilicet ꝙ ſit propriè teſtamentum: aliàs verò in ſimili. l. filij patris. fa. her. & in Aut. ex cauſa. de lib. præter. & credo hoc verius, nam tales diſpoſitiones cum duobus teſtibus ius canonicum teſtamenta vocat, vt c. cum eſſes. de teſtamen. Et ex opi. Bar. ſequetur, ꝙ pauperes, & eccleſiæ inſtitutæ in tali teſtamento non ſolemni non poſſent capere iure directo, ſed per fideicommiſſum, quia hæreditas non poteſt directò dari, vel adimi in alia vltima voluntate, quàm in teſtamento, vt Inſti. de codi. §. fi. Sed hoc non videtur verum per c. cum tibi. de teſta. & per no. per eum in diſpu. filium adultum. Conſiderauit tamen Bar. quod alibi ipſe dixit, ſcilicet ꝙ valet inſtitutio pauperum facta in codicillis: & ſimiliter liberorum, vt ar. l. militis codicillis. de teſta. mili. ſicut enim miles poteſt, vt ibi: ita in liberis, & pauperibus eſt dicendum propter iuris obſeruantiam relaxatam ſimiliter in eis, vt d. l. habeat. & l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. de teſta. cuius opi. præceptor meus impugnat in d. l. habeat. ad fin. nã repugnat huic conſtitutioni ſpecies, & natura codicillorũ, vt l. ſi idem. C. de codi. & diſpoſitio imperfecta inter liberos dicitur teſtamẽtum, non codicillus, vt dixi per l. filij. C. fa. her. & quod ibi per Ol. in milite eſt ſpeciale ex cauſa; quia ſibi eſt licitum ignorare iura, vt l. impuberi. de admi. tut. & ibi non relictis, ſed teſtatori fauetur: & in priuilegium illud militi cõceditur; ergo non eſt extendendũ, etiam vbi eadẽ, vel minor ratio reperitur, vt no. in Aut. quas actiones. C. de ſac. ſan. eccl. facit. l. qđ verò. de legi. ꝙ hoc ipſe allegat. C. de codicil. l. fi. §. penul. vbi liberis permittit variare. non autem valent codicilli, tanꝝ directa ſubſtitutio; quod ſi eſſet, ſuperuacuum foret remedium variandi. quod eſſet con
5 tra illam legem. ¶† Ex prędictis patet, ꝙ plures ſunt ſpecies vltimæ voluntatis. vnde conſtitutio, vel ſtatutum faciens mentionem de vna ſpecie, non includit reliquas; quod induco ad q. de qua. ỹ. de vſuris, c. quanꝝ. in vlt. glo. vtrùm ſcilicet vſurarius manifeſtus prohibitus teſtari per illam conſtitutionem, poſsit codicillari, vel facere aliam ſpeciem vltimæ voluntatis ordinariæ. videtur, ꝙ ſic. quia illa conſtitutio irritat teſtamenta ſolummodo, ergo &c. Contrarium ibi tenet glo. & mouetur ex prin. c. vbi dicit [in vltima voluntate] &c. Et ſic generaliter de qualibet intellexit. Ego dico, ꝙ ſi noua cõſtitutio, vel ſtatutum reddat quẽ inhabilem ad teſtandũ, talis nõ poterit codicillari: non ꝙ cõſtitutio loquẽs de vna ſpecie includat aliam; ſed ex eo, ꝙ lex antiqua vult illos per fideicõ. relinquere, qui teſtandi ius habent, vt l. ſciendum. quæ eſt l. 2. ff. de le. 1, vbi de hoc pro Bar. & hęc dicta ſunt pro intellectu rub. Sed antequàm ad c. veniamus, pro eius faciliori declaratione præmittenda ſunt etiam quædam leuia. ſemper enim, quando eſt quædam difficilis materia examinanda, eſt à leuioribus inchoandum: vt ſic primò leui, ac ſimplici: poſt deinde diligentiſsima, atq; exactiſsima interpretatione ſingula tradantur: & hanc dicit ſacratiſsimus princeps Iuſtinianus inſtructionẽ commodiſsimam in proœmio Inſtitutionum. Iſtis enim ſimplicibus ſtudioſi animus facilius ad alterius prouidentiæ redigitur ſcięti am. Dicit text. in l. 2. §. Romana autem. C. de ve teri iur. enu. & alibi Iuriſlator dicit, ꝙ iſtæ leues præfationes libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ perducunt: & cum ad grauiora peruenimus, euidentiorem præſtant intellectum, vt l. 1. ad fi. ff. de or. iur. Et quia principaliter de materia ſubſtitutionis eſt hic aliquid pertractandum. primò videndum eſt, quid ſit ſubſtitutio. Nam (vt ait Tullius in proœmio primi libr. de officijs.) Omnis enim, quæ ſuſcipitur de aliqua re diſputatio, debet à diffinitione proficiſci: vt ſciamus quid ſit id, de quo diſputamus. Quid ergo ſit ſubſtitutio, eſt videndum. glo. rub. ff. de vulg. & pupil. dicit, ꝙ ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio, etiam ſi ſit vlterior (puta in defectum multorum graduum.) ſic omnes nuptiæ poſt primas dicuntur ſecundæ, vt in l. 2. C. de ſecun. nup. in ru. poteſt etiam teſtator plures gradus hæredum facere. puta ſi filius meus mihi hæres nõ ſit, ille ſit hæres. Et ſi ille non erit hæres, ſit alius: & ſic deinceps, vt l. poteſt. ff. de vul. & pupil. & Inſti. de vul. ſubſti. in prin. & in iſto c. vbi patet, ꝙ pater, ſi vnus ex filijs ſibi hæres non eſſet, ſubſtituit alterum; & ſi ambo nõ eſſent, ſubſtituit pauperem. Et ſic tres fecit gradus. primò filios inſtituendo. ſecundò eos inuicem ſubſtituendo, tertiò in eorum defectum, pauperes ſimiliter in defectum pauperum potuiſſet de alijs prouidere. Et iſta poteſtas diſponendi de pluribus gradibus vendicat ſibi locum nedum in hæreditatibus, vt hic: ſed etiam in legatis, & alijs diſpoſitionibus, vt l. vt hæredibus. de leg. 1. & C. de impu. & alijs ſubſti. l. poſt aditam. & per Cy. in l. tutoribus. de
6 teſta. tu. ¶ † Et aduerte, quia ex prædicta diffinitione colligitur, quòd de ſubſtantia ſubſtitutionis ſit præcedens inſtitutio: & ſic non poſsit incipere à ſubſtitutione, niſi præceſſerit inſtitutio. & dicit glo. ꝙ ſubſtitutio non poteſt eſſe ſine inſtitutione in l. 1. ff. de vulg. & pup. in gloſ. iſta. & l. Gallus. in princ. de lib. & poſthu. vbi dicit Accur. quòd conſilium illud circa ſubſtitutionem neceſſariò præſupponit filij inſtitutionem. Barto. tamen dicit, quòd poſsibile eſt fieri ſubſtitutionem vulgarem, non præcedente inſtitutione. pro quo allegat dictam l. ſi quis ita hæres. vbi patet, quòd ſubſtituit vulgariter legitimo, ſcilicet ſi hęres non erit. & tamen ſi hęres eſſe voluerit, venit ab inteſtato, non ex teſtamento, vt ibi no. & per hoc etiam ipſe tenet, quòd valeat teſtamentum, in quo inſtituitur extraneus ſub conditione, ſi filius voluerit eſſe hæres: nec ſit nullum ea ratione, quòd filius videatur prius vocatus. ex hoc enim non irrogatur filio aliqua iniuria, quæ eſt cauſa reſcindendi teſtamenta, propter iniuriam irrogatam in præteritione, vt in Aut. vt cum de app. cogno. §. aliud quoq; capitulum. cum imò videatur tacitè inſtitutus eoipſo, quòd teſtator vult eum ab inteſtato ſuccedere, & ſubſtituto præferri, vt l. conficiuntur. de iure co. & hoc ipſe no. in l. Gallus. in prin. de lib. & poſt. & allegat l. cum inteſtato. de her. inſt. & in l. 1. de vulg. & pupil. in materia vulgaris. in 3. prin. q. vbi etiam alleg. pro caſu l. cohæredi. §. fi. ſecundùm vnam lectionem. ff. de vul. & pupil. Sed Bal. tenet contrarium per d. l. Gallus. §. in omnibus. & de iniu. teſta. l. poſthumorum. §. ne ergo. & de vulg. & pupil. l. ſi quis eum. §. fin. vlt. reſponſo. & l. ſi mater. §. ſi filius. eo. tit. puta ſi ſuo hæredi poſſet ſubſtitui vulgariter, ergo & pupillariter quò ad tacitam vulgarem, contra l. 2. §. quiſquis. de vulg. & pup. Item contra Barto. facit l. ſi ita ſcriptum.

ſcriptum. §. teſtamentum. de lib. & poſth. ¶ Non ob. l. ſi quis ita hæres. quia ibi non loquitur in ſuo, ſed in alio legitimo, quem non eſt neceſſe inſtitui, vel exhæredari: vnde ejus præteritio non reddit teſtamentum nullum, ſicut præteritio filij. & hanc opi. credo veriorem. nam per illa verba [ſi filius mihi hæres non erit] &c. non videtur filius inſtitutus, vel exhæredatus, vt l. ex facto etiam agitatum. de hær. inſt. ergo teſtamẽtum illud peccat in forma ſubſtantiali. & per conſequens nullum, vt l. inter cærera. de lib. & poſthu. ¶ Item poteſt filius ap probare teſtamentum, in quo reperitur præteritus, vt l. filio præterito. de iniu. teſtam. & confirmatur æquitate prætoria, non rigore iuris ciuilis, vt ibi: ſed Bar. vult, quòd ſi filius nolit eſſe hæres, valeat de iure ciuili contra illam l. & confirmatur illa opi. per l. ſi quis ſub conditione. ſi quis omi. cau. te. vbi il-
8 lud, quod eſt in conditione, nõ eſt in diſpoſitione. ¶† Ex quo infertur, quòd conditionalis expreſsio filij in teſtamento nõ excludit vitium præteritionis. Concludo ergo, ꝙ ſubſtitutio facta filio in poteſtate non valet, niſi præcedat inſtitutio. Sed contra id obſtat. iſta. n. verba [ſi hæres non erit] debẽt expoponi [& hæres eſſe noluerit.] à contrario ergo ſenſu videtur voluiſſe teſtator, ꝙ ſi hæres eſſe voluerit, poſsit eſſe: & ſic hãc eius eſſe tacitam voluntatem, quæ colligitur arg. à contrario ſenſu, arg. l. inter ſocerum. §. cum inter. de pact. do. Sol. dicit Bal. quòd argumentum à cõtrario ſenſu non ſufficit quò ad inſtitutionem hæredis. Nam verba ordinata ad priuationem, etiam ſi interdum included relictum, illud eſt ſolum quò ad excep. vt l. emptor. §. ancilla. de rei ven. & l. qui volebat. de hę redi. inſti. Et ita dicit in l. ex facto. §. ex facto. ad Trebell. il j. & quod ibi no. Ex quib. concludo, quòd non poteſt dici ſubſtitutio, ſi inſtitutio non præceſſerit. poteſt tamen conditionaliter inſtitui ille, qui in defectum veniẽtis ab inteſtato ſub ſtituitur, vt in dicta l. ſi quis ita hęres. & quod ibi no. & dicta l. prima. de vul. & pup. ¶ Secundò principaliter eſt etiam prę mittendum, ꝙ ſubſtitutionum alia eſt obliqua, alia directa. Obliqua eſt illa, per quam teſtatori ſucceditur, alio mediante, de cuius manu bona percipiuntur: puta vniuerſalis fideicommiſ. de manu hæredis, vt C. & ff. ad Treb. directa eſt, quãdo ſucceditur teſtatori ex ſolo animo, & ſine alicuius miniſterio quis efficitur hæres, & dominus, vt l. cum hæredes. ff. de acqui. poſſ. & ita dicit Cy. in l. precibus. in princ. Et idem hic Ioan. An. ſuper gl. 1. dicit enim, quòd tunc eſt directa ſubſtitutio, quando directò, & non per perſonam mediam ſubſtitutus venit, vel venire poteſt ad hæreditatem ſubſtituentis, vel ſubſtituti. Indirecta autem, vel obliqua eſt, quando perſona media capit illam, & eam reſtituit ſubſtituto. Et iſte ſcilicet, qui alio mediante capit, non dicitur hæres propriè: licèt habeatur loco hæredis, vt Inſti. de fideicom. her. §. reſtitu. & eſt ſimile in negatiua facti: cuius tunc eſt directa probatio, quando eſt adeo coarctata, quòd directò, & non per causam mediam cadit in intellectum teſtis: puta ꝙ non habeat in facie cicatricem, vel caputium in capite. Sed quando per cauſam mediam venimus in cognitionem illius: tunc eſt indirecta. quod exemplifica vt not. de elec. c. bonæ. il 2. cum iſtis concor. Bart. in l. Centurio. ff. de vulga. & pup. in pen. col. vbi quęrit, quę ſint verba, quę ſonent in directam inſtitutionem, & quæ in obliquam. dicit, quòd verbum directum eſt illud, quòd ſui natura importat, vt ille, cui relinquitur, de ſua manu accipiat: nec alterius factum exigit, vt not. in l. eam quam. C. de fideic. ſuper ver. directus. & C. communia de leg. l. omne verbum. pone exemplũ. ſi teſtator dixit: Titius hæres eſto: ex hoc enim verbo [hæres] quod idem eſt, ꝙ dominus. patet, quòd teſtator vult eum accipere à ſeipſo, non ab alio; ideò inſtitutio eſt directa, vt l. his verbis. de hær. inſt. Quædã ſunt verba obliqua, ſiue indirecta: vt illa, quæ ſonãt, vt quis capiat de manu alterius: & ſic factum alterius, quàm teſtantis, requiritur, vt probatur in ver. reſtituat. ff. de vulgari, & pupillari. l. cohæredi. §. cum filiæ. & in ver. detur. l. fundi. de vſufruct. lega. & in verſi. reddatur in l. fundi. de lega. 2. Quædam verò ſunt verba communia, vt illa, quæ poſſunt habere vtranque ſignificationem: vt ſcilicet capiat manu ſua, vel alterius, ſicut eſt verbum [ſubſtituo.] Nam ita ſubſtituitur in hæreditate, qui capit à ſeipſo; ſicut ſi caperet de manu alterius: reſpectu enim rei, vel hæreditatis quomodocũque habeat, dicitur ſubſtitutus; ideò, ſubſtituo, eſt verbum commune. de quibuſdam tamen verbis dubitatur, an ſint directa, communia, vel obliqua: vt de verbo, peruenire, pertinere, habere, remanere, reddere, ſuccedere, reuerti, deuoluere, accreſcere, mori. ¶ Si enim teſtator in ſubſtituendo vtatur altero ex iſtis verbis; puta dixit. ſi filius meus impubes deceſſerit, pertineat, vel pueniat in talem, vel ſuccedat talis, ſiue deuoluatur in talem: & ſic de alijs prędictis, de quibus per Bar. in d. l. Centurio. & notitia prædictorum verborum in iſta materia eſt multum neceſſaria. Nam varijs verbis in ſubſtitutionibus teſtatores vtuntur, in quibus debes aduertere, an ſint directa, obliqua, vel communia: quod percipies ex theorica ſupradicta. Præmitte etiam, quòd quinque ſunt genera directarum ſubſtitutionum. nam alia eſt vulgaris: alia pupillaris: alia exemplaris: alia breuiloqua: alia compendioſa, vt in prædicta gloſ. de quarum formis qualiter concipi debeant, vide ỹ. in c. Raynutius. in glo. ex hoc videtur. & Inſti. de pupil. ſub. in §. qua ratione. vtrobique enim habes gloſ. magiſtras, quæ in ſingulis tradunt formas, & dicta. Aduertendum tamen, ꝙ licèt quinque ſint genera directarum, vt dictum eſt: tamẽ Iuriſconſul. in l. 1. ff. de vulg. & pu. non fecit mentionem, niſi de duabus, ſcilicet vulgari, & pup. Et hoc ideò; quia omnes aliæ ſpecies ad iſtas rediguntur, vel in eas reſoluuntur. Et iſta reſolutio, ſiue includo aliarum ſub vulgari, & pup. & etiam includo pupillaris in expreſſa vulgari, & econuerſo includo vulgaris in expreſſa pupillari, reddit iſtam materiam difficilem: maximè quando concipiuntur verbis non congruẽtibus ſpeciei ſubſtitutionis, cui adijciuntur. vel ſi congruunt, ſunt communia, quæ ſunt apta includere ſpecies vt oppoſita, vt directam, & obliquam. nam qualiter debeat tunc interpretari, magna eſt contentio, & diſſenſio antiquorum, & moderniorum, prout ỹ. patebit. & his præmiſsis deſcendo ad nigrum.

ADDITIO.

a ¶ Teſtator. Adde an teſtamentum, in quo teſtator iuſsit diſtribui omnia bona ſua inter pauperes, an valeat. Bart. in l. 1. C. de ſac. ſan. ecc. Pau. de Caſt. conſil. 148. alleg. conſil. 124. 1. parte.

SVMMAE.

1 *Inſtitutio directa eſſe debet, non obliqua.*
2 *Filius, & filia licèt ab inteſtato pariter admittantur ad hereditatem paternam: tamen inter eos poteſt eſſe diſparitas.*
3 *Maritus in teſtamento poteſt vxori legare.*
4 *Subſtitutionis forma.*
5 *Subſtitutio compendioſa facta impuberibus, excludit matrem, ipſis decedentibus in ætate pupillari.*
6 *Legitima filij venit in ſubſtitutione pupillari.*
7 *Subſtitutio directa ex cauſa trahitur ad obliquam.*
8 *Subſtitutio directa non trahitur ad fideicommiſſariam.*
9 *Pater poteſt facere teſtamentum ſuum filio impuberi.*
10 *Pater per pupillarem ſubſtitutionem poteſt priuare matrem filij ſuc. ceſſione.*
11 *Teſtamentum pupillare cenſetur paternum.*
12 *Matris præteritio quare habeatur pro exhæredatione.*
13 *Exhæredare tripliciter ſumitur.*
14 *Inſtitutio in legitima non repreſentat quotam hæreditatis.*
15 *Diſpoſitio legis, & hominis eſt diuiſa in fideicommiſſarios.*
16 *Subſtitutio directa pupillaris infra tempora pubertatis an obliquetur.*
17 *Subſtitutio compendioſa an fiat pupillo per uerba directa communia, vel obliqua.*

CAP. II.

SI pater. Ioan. An. diuidit dupliciter, prout patet in nouell. mihi autem plus placet prima diuisio, scilicet, quòd diuidatur principaliter in quinque partes. Nam primò ponitur series testamenti, & paternæ ordinationis. Secundò facti accidentia, mortuo testatore contingens. Tertiò decisio emergẽtis qõnis, quæ oritur ex prædictis. Quartò decisionis rõ, & confirmatio rõnis, per quã subuertit. Quin. tò rñdet duabus tacitis obiectionibus, & rñsionẽ ad alteram rõnem confirmat. secunda, ibi [testatore.] tertia, ibi [absque] quarta, ibi [præmissæ.] quinta, ibi [quanquàm.] & breuiter hoc dicit in sum. ¶ Substitutio compendiosa, & breuiloqua facta per patrem filijs impuberibus dẽt intelligi in dubio pupillaris directa: ex qua substitutus admittitur, & mater in totum excluditur, si impuberes illi decesserint infra tẽpus pubertatis. hoc dicit. Vel sic. Substitutus principaliter filijs impuberibus præfertur matri in successione filiorum decedentium infra tempora pubertatis. h. d. Diuide cap. vt prædixi. descendo ad no. ¶ Quòd pater in testamento filios instituit: aliàs testamentum esset nullum, in quo filius non esset institutus, vel exhæredatus, vt l. inter cætera. ff. de li.
1 & posthu. ¶ † Et aduerte, quia debet esse institutio directa, non obliqua, quantuncunque vniuersalis, vt not. in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pup. ¶ Et per hoc dico, quòd filius relictus fideicommissarius vniuersalis, non directò institutus, dicitur præteritus, & per consequens testamentum nullum: licèt glo. dicat contrarium. & nõ bene in l. scimus. §. cum autẽ. de inof. testa. nam contra eam est text. in l. ita tamen. §. qui rogatus. ad Treb. & ibi per Bar. & olim. s. tempore Digest. istud ius dicendi nullum erat valde rigorosum. reducebat enim rem ad causam intestati, etiam vno ex pluribus filijs præterito: & omnia erant irrita, nisi præteritio appareret, vt l. filio præterito. ff. de iniusto testamento. hodie iure Auth. benignius agitur: quia ex causa præteritionis, vel exhæredationis filiorum rupto testamento, cætera firma permanent, vt in Auth. ex causa. ubi de materia. C. de li. præteri. ¶ † Secundò no. quòd licèt
2 ab intestato filius, & filia pariter admittantur ad hæreditatẽ paternam, vt l. maximum vitium. C. de lib. præte. ex testamento tamẽ potest esse disparitas, & inæqualitas inter eos, vt hic: nec mirũ; qa nec ẽt extraneis posset plus conferre, q̃ filiis, q̃ legitima debent esse contenti, quæ est tertia, si fuerint quatuor, aut infra: aliter est dimidia, vt l. cũ quæritur. & in Auth. nouissima. C. de inoffi. testam. ¶ Tertiò not. quòd instituit filiam in re certa, & filium in residuo: & licèt regulariter institutus in re certa, alio vniuersali instituto, habeatur loco legatarij, vt l. quot. C. de hæred. insti. tamen quò ad excludendam filiam à querela sufficit talis institurio in re certa: & habetur loco hæredis, vt no. in l. si quis priore. ad Tre. Aduerte tamẽ, quia licèt ista institutio in re certa repræsentet quotam. i. legitimam filiæ: suscipitur tamen sine onere q̃ris alieni, vt sentit glo. quæ incipit. instituit. quod est infra. Plus videtur, quòd institutus expressè in legitima (& sic in quota) non est hæres, nec vt hæres conueniri, vel experiri possit, per istam gl. & per id quod no. & le. in l. cum à matre. C. de rei ven. ¶ Contrariũ tamen credo, si instituatur sub nomine quotæ simpliciter, vel sub nomine, legitima, vt sentit glo. in d. l. cum à matre. dico, quòd si non per verbum, iustituo: sed obliquum relinquatur legitima, filia excluditur à querela; puta relinquo, vel lego filio legitimam suam. argu. l. humanitatis. C. de impub. & alijs substi. Secus si certa res relinquatur per verbum obliquum, vt in glo. nunquid. & tangit illa Bald. in repeti. l. habeat. C. de sac. san. eccle. in 3. char. & pondera quòd dicit [simpliciter in re certa.] quęcunque igitur fuerit illa res, etiam parui valoris, puta. 5. solid. sufficit ad subsistentiã testamenti. potest tamen agi ad supplementum, vt in glo. instituit &c. Facit quod no. in l. 3. §. sed vtrùm. ff. de mino. & l. scimus. de inoff. testam.
3 ¶ † Quartò no. quòd maritus potest in testamẽto legare vxori, non autem inter viuos donare irreuocabiliter: licèt confirmetur morte, si in vita non reuocet, vt ff. de dona. inter virum & vxorem. l. i. quæ autem vxori legauerit, tangit glo. hodie verò mariti, si ex vxore relinquunt filios, disponunt in testamento, quòd ipsa remaneat domina, & vsufructuaria, donec honestè, & castè vixerit. quæ verba qualiter sint intelligenda. Ioan. Andr. remittit ad Specu. qui si. sint legit. §. 1. versic. quid si dixit. debent enim intelligi, quòd habeat alimenta, cum sic relinquitur filiis superstitib. Si autem extraneus sit institutus, debet habere integrum vsumfructum. Idẽ si tempore mortis viri supererant liberi, & postea morianẽ: vt scilicet habeat vsumfructum integrum. quod dic, vt not. Bar. in l. Titia. §. fin. de leg. 2. Et vide per Host. in summa. de pig. super Decre. cum constat. §. qualiter constituatur. versi. quid si ita dicat. ¶ Quid dices, si testator reliquit alimenta in domo testatoris, & non posśit ibi honestè morari; quia est iuuenis: & hẽdes iuuenes (fortè filij ex vxore præmortua) possent insidiari suæ pudicitiæ: dic, quòd potest recedere de domo, & habebit alimenta, vt no. Bart. in l. Gayo. §. fin. ff. de ali. & cib. leg. & ibi per eum: vtrùm ille, qui percipit alimenta in domo alterius, teneatur operari. & quid iuris, si nõ est dictũ, q̃ morã trahat: sed simpliciter alimenta pcipiat? dic, q̃ poterit vbi voluerit, & habebit alimenta, vt not. Iac. de Are. in l.
4 libertus. §. fin. de ali. & cib. leg. & Spec. in ti. qui fi. sint leg. ver. quid si ita. & ver. se. ¶ † Quintò no. in ver. adiiciens. formam substitutionis. substituit. n. singulis seperatim: & hoc est iuris consilium, qñ alter esset pubes, alter impubes, vt s. seperatim substituat: vt sic sit duplex substitutio in pśona impuberis, vi delicet pupillaris, & vulgaris: aliàs si fiat substitutio pśonis disparibus sub vna conceptione verborum, equaliter intelligetur substituisse: vt sicut in persona maioris tantùm vulgaris intelligitur, si fuit substitutio breuiloqua. ita etiam in persona pupilli vulgaris tantum intelligatur, vt l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. quæ loquitur, cum reciprocè substituit extraneum: vt in vnum casum tantùm, scilicet in vulgarẽ, substituisse videatur, vt l. quamuis. C. eo. vtile est igitur singulis seperatim substituere: ut sic sit duplex substitutio in persona impuberis. ¶ Sextò not. quòd sicut in substitutione vulgari, & fideicommiss. possent fieri plures gradus: ita etiam in pupilari, ut l. quo gradu. ff. de uul. & pu. & l. potest. eod. ti. primus enim gradus est impuberum inter se. secũdus de ipsis ad paueres. licèt igit iura in pupillari substitutione prefigant certã moram respectu temporis, & duplicationis: potest tamen testator aliter moderari: ut quòd vulgaris non contineat pupilarem, & econtra. quod uidetur facere, si singulos substituit in casu suo. similiter potest tempus diuidere, ut unus succedat pupillo, si decesserit infra 10. an. & alius si abinde, ut l. ex facto. §. item quęro. de uul. & pu. & l. si ita quis. & l. cum ex filio §. filio impuberi. ff. de uul. & pu. l. quamuis. C. de impu. & alijs substi. ¶ Septimò not. q̃ in istis substitutionibus subalternis secutus est testator ordinem charitatis: prætulit enim filios pauperibus, & rectè; quia in successionibus, etiam Deo, sunt filij præferendi. nam qui uult Deum hæredem instituere, & filium exhęredare, alium pro consilio quærat, quàm Augusti num 17. q. 4. c. fi. & no. in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cle. & per hoc pôt impugnari distinctio Bald. in illa quæst. utrùm rupto testamento per natiuitatem posthumi, conseruentur legata per Auth. ex causa. nam gl. sunt contrariæ. Bar. dicit, quòd cõseruantur legata per Auth. ex cã. si præterit sciẽter. secus si præterit ignoranter. & ita not. in l. filio præterito. Do. meus dicit hoc membrum uerum, nisi in relictis ad pias causas, quę etiam posthumo ignoranter præterito debentur: quasi sm̃ eum in dubio plus fauendũ sit talib. relictis, quàm filiis ignoranter præteritis. quod uidetur contra beatũ Aug. ubi s̃. Sed intellige sanè, ut ipse dicit, quando. s. pro incertis, & malè ablatis relinquat: & sic tanquàm debitum, quod præfertur etiam in foro iudiciali naturali debito filiorum, ut l. fi.

anima

§. in computatione. de iure deli. secus ergo, si reliquisset pro anima simpliciter. nam tunc magis videretur fauendum postumo ignoranter pręterito, quàm huic relicto. Et licèt quò ad alia sit relictum illud fauorabile: non tamen magis, quàm fuit illud filij, per iam dicta. de hoc tamen an illa distinctio Barto. sit vera, quidam dubitant, vt inferius forsan subdam. ¶ Octauò nota, quòd dicit [testatore mortuo] &c. nam ad confirmationem testamenti paterni, & pupillaris requiritur mors, vt c. cum Marthæ. §. cæterum. de cele. mis. Et hoc est ve rum de morte naturali. Si verò loquimur de morte ciuili, an per ipsam confirmetur testamentum. dicit do. meus, q̃ aut est pœnalis: & per eã testamentum rumpitur, vt l. 1. §. exigit. ff. de bono. poss. secundùm tab. aut est casualis (vt si quis capiatur ab hostibus:) tunc non rumpitur testm̃, nec firmat: sed in suspenso retinetur, vt l. illa. §. j. ff. de her. inst. & l. nec nos. C. de cap. ¶ Interdum est mors ciuilis. i. iuris artificio introducta, quæ est bona mors, & meritoria: vt si quis profiteatur religionem. & tunc refert secundùm Barto. nam aut est talis religio, quæ non potest aliquid possidere, vel habere (vt fratrũ minorum:) & nõ expectatur mors naturalis: quia pręcisè habetur pro mortuo, aut talis religio in communi habet propriũ: & tunc expectatur mors naturalis, vt confirmetur testamentùm, vt C. de sac. san. eccle. Auth. si qua mulier. & ff. de dona. inter vir. & vxo. l. sed si mors. & ita ipse no. in l. 1. ff. de test. & eius distinctio locum habeat. an testamentum eius confirmetur, vel non, morte ciuili. sed de testamento pupillari idẽ videtur dicendum: vt confirmetur, vel irritetur, sicut ipsum principale testamentum; quia pars eius est, vt in fi. huius c. & tenendo opi. glo. in d. Auth. si qua mulier (s. quòd per ingressum monasterij rumpatur testamentum prius factum, si nihil monacho in prædicto testamento reliquit, quam sequitur ibi Pe.) rumpetur etiam pupillaris. & in casu, quo non rumpetur (puta cum in aliquo monasterium instituit) non rumperetur ẽt pupillaris: sed an postea si pupillo decedente in pupillari potẽ ingressum pfis adhuc viuentis veniret substitutus, transiũt in monasteriũ bona dicti pupilli, restituẽda demũ mortuo pfe. sicut tũc demũ fit restitutio bonorũ pfnorum, & nõ añ & an añ. possit institutus adire pupilli hæreditatẽ. nã ingrediens ante mortem eius naturalẽ non posset, vt sentiunt Doct. in d. Auth. ¶ Nonò no. quòd isti filij decesserunt, mortuo patre in ætate pupillari. quid ergo si adhuc patre superstite, vtrũ deuoluerentur bona ad pauperes, prout hic dicitur: & certè vigore pupillaris, pupillo decedente viuo testore, pauperes nõ venirent; quia ipsa habet locũ, cum pupillus est hæres, & in pupillari ætate decedit, vt Insti. de pup. sub. in pr. & l. quod si filius. de cap. ¶ Sed vtrum veniant vigore vulgaris, quæ includitur in compẽdiosa facta per verbum directũ, vel commune, vt not. Bart. in l. Centurio. & videtur, quòd sic; quia vulgaris locum habet etiam in instituto decedente viuo testatore, vt l. Thais. §. Splendoforus. ff. de vul. & pu. quod est verum in expressa vulgari: quæ tunc vtrùm trahatur ad bona impuberis, vel solius testatoris, dicam infra. Sed ex tacita vulgari comprehensa in expressa pupillari vtrum possit substitutus succedere, dubitatur. & glo. sunt contrariæ. & Doc. vt no. Bar. in l. 1. ff. de vulg. & pup. ver. vlterius quæro. pupillus, &c. & eo. tit. l. lex Cornelia. per Bal. & infra tangam. ¶ Decimò not. & pondera, quòd hic dicitur simpliciter, quòd mortuis filijs bona omnia deuoluantur ad pauperes, nulla facta mentione, q̃ impuberes isti miscuerunt se paternæ hæreditati. sed contra. si testamentum paternum est caducum; quia ex eo non aditur hæreditas, efficitur caduca substitutio pupillaris, vt l. si plures. §. ex asse. ff. de vulg. & pup. Solu. duobus modis. Primò, quòd relicta ad pias caulas non requirunt aditionem: sed officio episcopi executioni mandantur, vt not. Spe. in ti. de inst. edi. §. nunc aliqua. ver. sed pone, quòd ex eo. pro quo facit l. si hæreditas. in fi. de petitio. hæred. & l. Quintus. §. Pompo. de annu. lega, & tenet Barto. in l. habeat. C. de sac. san. ecc. in vlt. charta. ver. 4. quæro. Et hic adde, quòd legata ad pias causas habent vltra alia specialem naturam in hoc, quòd non possunt effici caduca. sed si persona, vel vsus, in quem, vel quam erogatio est facienda, fieri non possit, sunt conuertenda in alium pium vsum: quod dic, vt sing. no. Bar. in l. pater. §. Tusculanus. de leg. 3. & tangit etiã Doctor meus in l. habeat. præalle. ver. quæstio talis est. Secundo verò tollitur illud contrariũ de § si ex asse. q̃ ibi existentia sui hæredis non potest confirmare tab. pup. quia filius, cui fuit facta, erat exhæredatus: hic verò institutus. ideò talis existentia, & effectus suitatis confirmat tab. pup. sine alia aditione, vt l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pupil. Sed ista solutio remanet dubia propter duo; quia hic isti filij fuerunt cohæredes, & inuicem substituti, & subsequenter eis pauperes. vnde datio cohæredis per se tantùm, & datio substituti vulgariter videtur eneruare vires existentiæ sui hæredis, vt no. in l. Papinianus. §. quoniã autem. ff. de inoff. test. & l. filius hæredis. ff. de lib. & post. Sol. iste passus subtilis est, & exigeret maiorem examinationẽ. & nõ est materia nostra hic. ideò remitto ad no. in præal lega. l. per Doc. vbi de effectu, & existẽtia sui hæredis: & quæ ipsam impediant, vel eneruent, plenè declarat. ¶ Vndecimò no. q̃ in isto c. admittuntur pauperes ex eo, q̃ ambo filij decesserunt sine liberis, à contrario ergo si decessissent cum liberis, non venirent. & hoc propter verbum [vtroq;] quod est collectiuum, & non verificatur in altero tantùm; sed requirit concursum in persona vtriusq;, vt sit locus substitutioni, vt l. cũ quidam. C. de impub. & alijs substi. Obstat tamen huic solutioni l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. vbi fuit facta cum adiectione nominis collectiui. & tamen sufficit, q̃ in persona vnius existat conditio. Ob. etiam l. Lucius. §. Caio. ad Treb. & ff. de iniust. test. l. pe. vbi altero tantùm decedente, admittitur substitutus in locum eius. So. ista est materia satis bona, de qua etiam infra dicam. ¶ Duodecimò no. formam substitutionis de filijs ad pauperes. dixit enim [si decesserint sine liberis] &c. existentibus ergo liberis, non est dubium, q̃ pauperes excluduntur propter defectum conditionis. Sed an isti liberi filiorum veniant ad ista bona iudicio testatoris. vt sic non à patre, sed ab auo: vel vt aui bona percipiant, est dubiũ, quod mouet glo. in l. Lucius. ff. de hære. insti. vbi liberi in modum conditionis expressi in testamento videntur capere ex testamento, vt ibi in fi. gl. tamen tenet, q̃ non venient ex testamento. nam talia verba conditionalia non inducunt conditionem. ad hæc l. ex facto etiam. & l. si quis ita hęres. de hære. insti. Et ex hoc sequitur, q̃ si isti liberi abstinerent se ab hæreditate parentũ, nõ possunt habere bona aui, tanquàm patribus substituti in dictis bonis. quod tenet ibi Bal. & dicit ẽt tenere Ia. de Are. & Cy. in l. 1. C. de condi. insor. hoc est verũ, nisi filios filiorũ testator grauasser aliquo onere. nam ex hoc videtur eis reliquisse, vt l. deniq;. §. interdum. de pe. leg. & l. alio. in fi. 1. glo. de ali. & cib. leg. de oper. lib. l. si ita stipu. in prin. l. ergo Lucius. & ibi no. debẽt intelligi, quãdo ipsis filijs filiorum nullum grauamẽ imponitur. aliàs secus. & hoc pot. Bar. in l. centurio. ff. de vulg. & pup. in vlt. charta. ver. quæro vlterius. ¶ Tertiodecimò no. q̃ mortuo patre, decesit filius: deinde filia instituta in re certa. & tamen dicit tex. q̃ ad paueres bona omnia deuoluuntur. ex quo no. q̃ substitutio pupil. facta in re certa (sicut fuit ista substitutio facta filiæ) extenditur ad omnia bona. quod ergo dicitur in l. 1. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. q̃ institutus in re certa est hæres in totũ, alio cohærede non dato, habet locum etiam in substituto in re certa. est tex. nota. in ista substitutione pupillari facta in re certa. l. cohæredi. §. fi. ff. de vulg. & pupil. Et intelligo verum, quãdo talis substitutio facta fuit per verba directa, sicut fuit hic per ver. moriatur. Si autem facta fuit per verba communia, vel obliqua: tunc videtur, q̃ verbum commune adiectũ certæ rei, vel quantitati nunquàm trahitur ad institutionem directã, vt l. cogi. §. generaliter. ff. ad Treb. quod tenet Bar.

& in-

& inducit ad quæſt. in d. l. centurio. in vlt. char. ver. q̃ro vlterius. quid ſi ſubſtitutio &c. ¶ Quartodecimò no. q̃ ſubſtitutio compendioſa facta impuberibus excludit matrem, ipſis decedentibus in ætate pupillari: ex quo infert, quòd pupillaris incluſa in compendioſa non eſt dicenda tacita: ſicut illa, quæ includitur in vulgari expreſſa. illa enim matrem non excludit, niſi aliter appareat de intẽtiõe defuncti, vt no. in l. precibus. C. de impube. & alijs ſubſtitu. de pupillari etiam contẽta in breuiloqua an ſit tacita, vel expreſſa, & ſic matrem excludat, not. in l. precibus. & plenius in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. ¶ Quintodecimò no. quòd in pupillari ſubſtitutione venit legitima filij: ſed contra, quia filius debet habere legitimã ſine aliquo onere, vt l. quoniam in prioribus. C. de inof. teſta. nam percipitur vt ęs alienum, vt no. in l. ſi quis legatum. §. fi. ff. de fal. ergo grauari non poteſt. ff. de leg. 3. l. 3. §. ſi rem, nec patronus in portione ſibi debita, vt l. cum patronus. de leg. 3. Sol. ſubſtitutio pupillaris facta filio non dicitur grauamẽ, ſed filij prouiſio: ideo in eo veniunt nedum bona paterna legata in eis ſibi debita: ſed etiam ipſius bona propria, vt l. ſed & ſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de vul. & pup. In fideicommiſſaria verò non veniunt bona paterna: nec ipſius filij; quia cenſetur onus, vt l. cohæredi. & l. pater. eo. tit. & rationem huius diuerſitatis vide per Cyn. in l. ex tribus. C. de inoffi. teſta. vbi no. dicit, quòd licèt filius non poſsit grauari per patrem onere fideicom. tamen ſuccedentes ſibi abinteſtato poterũt. Ratio quare magis poſsint ipſi, quàm filius; quia ipſi non debent ex neceſsitate, ſed ex voluntate teſtãtis. nam poſſet adimere ſubſtituendo pupillariter directò, vt d. l. ex trib. ille ergo, qui poteſt adimere: ſi non adimit, videtur dare tacitè, ſaltem quò ad hoc, vt grauare poſsit onere fideicom. vt no. in l. j. §. fciẽdum. ff. de leg. 3. Aduertendum tamen, quòd fideicommiſſum relictum à tali legitimo ſucceſſore impuberis expirat, adueniente pubertate, vt eſt caſus not. in l. ſi fundum per fideicom. §. ſi cuti. ff. de leg. 1. qui non eſt alibi ſecundùm Dyn. per quem. §. limitatur l. ſecun. ad Treb. vbi loquitur de certo fideic. quod nõ valet vltra tempora pubertatis, vt ibi no. ¶ Sextodecimò no. quòd dicit [bona omnia] &c. per hoc. n. patet, quòd non poſſent pauperes hæreditatem patris adire, & filiorum repudiare. licèt enim duæ hæreditates cenſeantur, vt Inſti. de pup. ſubſt. §. igitur. tamen quia deferuntur ex eodem teſtamento, non habet locum ſeparatio. quod dic, vt plenè leg. & no. in l. quidam eulogio. C. de iure deli. & l. ſi filius patri. de vulga. & pup. Et hoc verum, niſi repugnet qualitas ſubſtituti; puta eſt ſpurius teſtatoris. iſte enim licèt non poſsit inſtitui à patre: tamen à fratre ſuo legitimo bene poteſt capere; quia non eſt prohibitum, vt in Auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. fi. vbi eſt glo. ſingularis. pater ergo ſuo filio pupillo legitimo inſtituto poteſt pupillariter ſubſtituere filium ſuum ſpurium: & tunc iſte ſuccedet in bonis impuberis, non paternis, vt eſt text. not. in l. is qui bonis. de vul. & pup. Et hoc propter qualitatem ſubſtituti, vt dixi. regulariter non habet locum quod dictum eſt. & vide quod no. in d. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. vbi alius caſus, in quo pupillaris ſubſtitutio non refertur ad omnia bona, vt ibi contingit, propter limitatam potentiam cauſæ efficientis, ſcilicet patris arrogatoris: qui in bonis ab eo prouenientibus ſubſtituit pupillum arrogato, & patrem naturalem in alijs: & dic, vt l. ſi arrogator. ff. de adop. ¶ Decimoſeptimò no. quòd ille, qui ſuccedit ex directa pupillari, non patitur detractionẽ quartæ treb. vel legitimæ. ſecus ſi ſuccederet vigore ſubſtitutionis fideicom. quia tunc vtraque detrahitur de iure canonico: licèt apud legiſtas ſit magna contentio, vt no. in c. Raynu. ad fin. de teſta. vtilius eſt ergo ſuccedere ex ſubſtitutione directa, quàm ex obliqua, ſiue fideicom. quia illa cãpitur recta via totum. Iſta autem via indirecta, & de manu alterius, vt dixi. ſ. poſt prin. ver. 2. principaliter etiã. ¶ Decimooctauò no. in verſi. præmiſſæ. quòd ſub diuerſis caſibus poſſunt diuerſi pupillariter ſubſtitui: ſimiliter vnus in caſum vulgarem, alius in pupillarem, & alius in certa parte temporis, alius in alia, vt in iuribus allegatis. ſ. in 6. no. ¶ Et collige hic, quòd inæqualitas circa res, in quibus inſtituuntur impuberes, non impedit pupillarem ſubſtitutionem. contrarium videtur, q̃ inęqualitas in ætate facit eam non includi, vt l. iam hoc iure. de vulg. & pup. ergo idem videbatur, ſi erat inæqualitas in quotis, vel qualitate inſtitutorum: ſicut eſt hic inter inſtitutum in re certa, & alios in vniuerſo, vt in glo. inſtituit &c. & in gl. moretur. argum. ad hoc. ff. de teſtamen. mili. l. miles ita hæred em. §. & quia diximus. vbi de certo tempore, vſque ad certũ tempus eſt licitum argumentum. contrarium tamen hic deciditur. & hoc ideo; quia facta fuit ſubſtitutio diuiſim, non reciprocè, vt d. l. hoc iure. dñs Bar. tñ tenet, q̃ inæqualitas rerum non impediat ſubſtitutionẽ pupillarem contineri in breuiloqua, vt l. qui plures. & l. pen. de vulg. & pup. nam inæqualitas etiam in tempore non impedit, nec minus in perſona vnius: licèt alter citius perueniat ad pubertatem, vt l. Lucius. & quod ibi no. de vulg. & pup. vbi de iſta inæqualitate. vide aliam. q. per Bar. in l. pe. & vlt. col. ¶ Decimononò no. in ver. cum in ſubſtitutionibus. quòd licèt dixerim. ſ. in euidentialibus. quædam eſſe verba directa, & quędam obliqua: tamen quandoq; probabiliter dubitatur, ſub qua ſpecie ex prædictis cadant. Quo caſu tex. iſte notabiliter dicit, q̃ dubia ſubſtitutio recipit interpretationem directę, vt de hoc ante iſtum tex. erat vnica, & ſingularis glo. in l. verbis ciuilibus. de vulg. & pup. quæ allegatur in l. fina. C. de hæred. inſti. nam per hoc, q̃ illa lex dicit, q̃ dubia illa ſubſtitutio, de qua ibi valet iure directo, excludit fideicõ. Item illa lex probat, quòd verba in dubio ſunt intelligenda p̃ prius, ſic. ff. de hær. inſt. l. Lucius Titius Seio. & in digniori ſignificatione, vt l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vec. vel emphy. pe. & dicit in d. l. verbis ciuilibus. Doct. meus not. q̃ in materia ſubſtitutionis in dubio verba communia trahuntur ad directam ſubſtitutionem, ſi aliud non reg-
7 nat. & eſt caſus no. hic ſecundùm eum. ¶ †Vigeſimò not. q̃ dicit [quanquàm] &c. quòd ex cauſa ſubſtitutio directa trahitur ad obliquam: & hoc ex cauſa, regulariter ergo contra. patet hic in multis iuribus, primò in exemplari, quæ non trahitur ad fideicom. ut l. humanitatis. C. de impu. & alijs ſubſti. idem in breuiloqua facta in teſtamento, vt non trahatur ad fideicom. licèt valeat iuriſdictio, vt l. iam hoc iure. de vulg. & pup. Item compendioſa facta per militem etiam filio, dummodo mater non ſit in medio, non trahitur ad fideicom. vt l. Centurio. Item directa, & expreſſa pupillaris facta pupillo in teſtamento non trahitur ad fideicom. cum expiret pubertate, vt d. l. verbis. & l. poſt aditam. C. de impu. & alijs ſubſti. ¶ Ex quibus iuribus patet, quòd regula eſt, ſubſtitutionem
8 directam non trahi ad fideicom. † Quandoque tamen trahitur, vt in illo ver. quem Io. An. aliter non declarat, quando. ſ. ſubſit cauſa, quòd trahatur. ¶ Tu ergo dic, quòd trahitur in duobus caſib. Primò, quando ab initio non poteſt valere iure directo propter defectum ſolemnitatis; vt quia eſt facta in codicillis: nam ex natura codicillorum verbum directum obliquatur. Secũdus caſus eſt, quando ille, cui fit ſubſtitutio, eſt talis, q̃ eius conditio non patitur ſibi directò poſſe ſubſtitui poſt aditam hæreditatem: vt ſi vir faciat compendioſam ſubſtitutionem filio, quę non poteſt valere iure directo; quia nõ habet filium in poteſtate: tamen valet iure fideicom. & uerba materiæ directa habent naturam obliquorum. i. naturam fideicom. ut l. ex facto. in prin. ff. ad Treb. Et ita vult glo. no. in l. verbis ciuilibus. ex qua duo no. poſt Bal. q̃ ſubſtitutio facta verbis directis, quæ à principio habet naturam directorum, nunquàm obliquatur. Secundò not. quòd ſubſtitutio facta verbis directis, quæ à principio non habet naturam directæ, obliquatur. Adde tertium, quòd ſubſtitutio fideicom. nunquàm efficitur directa. ratio eſt; quia facilius eſt deſcendere, quàm aſcẽdere: vnde qñ directa ſubſtitutio obliquatur, tunc deſcendit. i. minuit effectus: ſed ſi obliqua fieret directa, tunc aſcen-

aſcenderet. i. augeretur effectus, & eſſet ſup. voluntatẽ teſtatoris. quod eſſet impoſsibile, & per prædicta dicit Cyn. conſuliſſe in q. tali. Mulier habens filium pupillum ſubſtituit ſibi pupillariter. eo mortuo ſubſtitutus vult admitti: dicitur, q̃ non poteſt; quia ſubſtitutio pupillaris fuit nulla; cum non habeat filium in poteſtate: quod requiritur in ſubſti. pup. vt ĵ. parebit. contra conſuluit ipſe Cy. per glo. præalleg. in l. verbis. quia vbi ſubſtitutio per verba directa non procedit ratione perſonæ, cui apponitur: tunc talis ſubſtitutio obliquatur, vt d. l. ex facto. facit l. ſi mulier. ff. de vulg. & pup. ¶ Ex his concludo, quòd quandoque ſubſtitutio eſt directa quandoque obliqua: quandoque dubia. Item quòd directa quandoque obliquatur: ſed obliqua nũquàm, vt ſic dixerim. ſed nun quid vna directa poteſt variare in aliam directam? dic, quòd ſic, vt eſt caſus in l. Centurio. & eſt ratio; quia in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus. ff. de acce. l. ſi acceptolatum. de rei vendica. l. in rem. §. item quæcunque. per iſta patent ẽt declarata illa verba [dummodo verbis & perſonis] &c. nam 11
quandoque qualitas perſonarum, & proprietas verborum nõ patitur, vt ſubſtitutio ſit cenſenda directa, vt patet ex prædictis. ¶ Vigeſimoprimò no. in ver. licèt. quòd filius non poteſt priuare matrẽ debita portione: quæ alibi dicitur luctuoſa, ſiue legitima portio, vt C. de inoffic. teſta. l. liberi. & l. cum quidam. de inſti. & ſubſti. & licèt appelletur debitum iure natur: tamẽ dicitur obuenire cõtra votum parentum, & naturalem erga liberos charitatem, turbato ordine mortalitatis, vt l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſta. ¶ Et ſicut liberis præteritis, vel exhæredatis ab aſcendentibus multipliciter ſubuenitur à iure: ita econuerſo ſubuenitur parentibus contra teſtamentum, & aliam diſpoſitionem deſcendentium, ne ſaltem legitima fraudentur, vt l. liberi. C. de inoffic. teſta. l. 1. & l. filio præterito. de iniuſt. teſta. per. Bar. ¶ Quota autem ſit iſta portio aſcẽdentium, vtrùm ſit aucta, ſicut portio deſcendentium, quæ eſt triens, ſi ſunt quatuor, aut. ĵ. abinde verò ſupra eſt ſemiſ: dic, vt no. in Auth. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. & Auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. & ibi de portione debita collateralibus, an ſit aucta, vt prædictæ. de quo per
9 Ioan. An. ſ. eo. c. Raynu. ſuper gl. no. quòd quartarum. ¶ †Vigeſimoſecundò no. quòd pater poteſt facere teſtamentum ſi lio ſuo impuberi. nam cum impubes non poſsit facere teſtamentum, vt l. qua ætate. ff. de teſt. permiſerunt iura patribus, vt poſsint filijs impuberibus prouidere de hærede, vt Inſt. de pup. ſubſt. §. 1. & l. moribus. ff. de vulg. & pup. rationem reddit glo. quæ incipit. quæ expreſsè. ¶ Et aduerte, quia de iure Digeſt. ſolùm propter impedimẽtum ætatis liberorum permiſſum erat patribus prouidere impuberibus filiis de hærede. Si verò propter defectum dementiæ, furoris, obmutęſcentiæ, vel aliũ filiuſ. non poſsit ſibi facere teſtamentum: vtrùm pater poſsit prouidere? Iuſtinianus in l. humanitatis. C. de impub. & aliis ſubſti. circa dementem, & tales inhabiles ponit nouum genus ſubſtitutionis, quæ exemplaris appellatur, vt ibi. & Inſti. de pup. ſub. §. qua ratione. ¶ Circa alios verò filios inhabiles ad teſtandum; vtrũ pater poſsit in talibus facere teſtamentum, ſicut poteſt in pluribus. Bar. tangit in l. moribus. in 2. col. & tenet, quòd nõ, pupillariter: ſed an exemplariè per l. humanitatis. ibi vide. Et conclude, quod licèt regulariter quis non poſsit facere teſtamentum ſibi per alium, vt l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſti. Fallit in filio impubere, cui pater in bonis etiam ipſius filij teſtamentum facit. vt Inſti. de pup. ſubſt. §. non ſolum. & §. maſculo. Item fallit in c. cum tibi.
10 ſ. eo. facit l. captatoriæ. de hære. inſtit. ¶ †Vigeſimotertiò no. quòd pater per pupillarem ſubſti. poteſt priuare matrem filij ſucceſsione. concor. ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. & l. precibus. C. de impu. & alijs ſubſti. & raeſt ſecundùm Iac. de Are. quia pater ſecundùm prædicta iura præferebatur matri in ſucceſsione filij impuberis. vt l. 2. §. objcitur. ff. ad Tertul. vnde ſicut ipſe excludebat matrem, ita & ſubſtitutus datus ab eo. ſed cum hodie fortificatum ſit ius matris, quæ admittitur vnà cum patre ad ſucceſsionem filij, vt in Auth. defuncto. C. ad Tertul. non poteſt pupillariter ſubſtituendo excludere matrem à dicta filii ſucceſsione. pro hoc alle. l. humanitatis. C. de impu. & aliis ſubſt. vbi pater exẽ plariter ſubſtituendo non poteſt excludere certas perſonas: ergo nec ſimiliter ſi ſubſtituat pupillariter. & ita refert Cyn. tenere Iac. de Ra. & Marti. Sill. in d. l. humanitatis. in 2. q. quæ opi. reprobatur per iſtam Decre. quæ ius nouiſ. continet. & expreſsè dicit, quòd ſubſtitutio pupillaris excludit matrem. Non ob. §. obijcitur. quia prælatio in ſucceſsione non erat ratio, quare pater ſubſtitueret pupillariter: ſed patria poteſtas. Non ob. l. humanitatis. quia loquitur in exemplari, non induẽta propter patriam poteſtatem, ſed humanitatis intuitu: in qua humanitate etiã mater participat; quia poteſt, vt pater, prouidere per illam ſubſti. filio dementi. & hoc tenet Barto. in l. moribus. de vul. & pup. in 4. prin. q. & Ioan. An. idem hic refert ſuper gl. quæ expreſsè & c. in nouel. ¶ †Vigeſimoquartò no. quòd teſtamentum pupillare cenſetur paternum, ſiue pars teſtamenti paterni. procedit enim ab eadem cauſa efficiente. formalis. n. ſolemnitas ſufficit in vtroque, & eiuſdem ſunt efficaciæ in eſſentia, & conſiſtentia, vt l. patris & filij. ff. de vulg. & pup. & ibi no. q̃ quò ad aliqua non ſunt duo, ſed vnum, vt ĵ. dicam. ¶ Venio ad opp. & primò opp. & videtur, quòd non conſideratur ætas ex numero anno. ſed ex alio, vt de deſpon. impu. c. puberes. Secundò quantùm ad teſtamenti factionem, & pupillaris ſubſtitutionis denominationẽ conſideratur in ipſis, & multis alijs (vt tutelis, cur. honoribus, & ſimilibus) ætas limitata à tempore, vt l. qua ætate. ff. de teſt. & l. 1. de vulg. & pup. ¶ In matrimonijs verò non conſideratur principaliter ætas, ſed potẽtia generandi, vt d. c. puberes. Repertum eſt enim (vt refert Grego. in dialogo) q̃ puer. 9. ann. impręgnauit nutricem, vt no. in dicto c. puberes. in quo caſu dico, quòd ſubſtitutio pupillaris facta talis impuberi expiraret, ſi ſuſciperet filios legitimos in pupillari ætate: quia non eſt veriſimile, quòd ſi teſtator pater impuberis de liberis talibus cogitaſſet, prętuliſſet ei extraneum, vt l. cum auus. de condi. & dem. & l. cum acutiſsimi. C. de fideicommiſſ. hac eius ratione dico, quòd legatum relictum ſub conditione nup
tiarum debetur ſtatim, cum eſt viripotens, etiam ante metã præfixam: quod tamen nõ præſumitur, niſi appareret ex aſpectu: ita quòd in dubio potentia coeundi menſuratur ex tẽpore, ſi de præuentione aliter non apparet, vt dixi de hoc plenius in d. c. puberes. in tertia op. ¶ Secundò op. & videtur, q̃ in iſto teſtamento non fuerit obſeruata debita ſolemnitas; quia teſtator ille filiam non inſtituit, ſed certam rẽ ei dimiſit: ſed teſtamentum, in quo filius non eſt inſtitutus, vel exhæredatus, eſt nullum, vt l. inter cætera. ff. de lib. & poſth. & l. Gallus. §. in omnibus. eo. ti. Ex quo etiam ſequitur, quòd inſtitutio filij, ſubſtitutio pauperum, & legatum vxori factum non tenuerunt, vt l. ſi filio præterito. de iniuſt. teſtam. So. dicit glo. 3. verbum, inſtituit, quod eſt in tex. refertur ad filium, & ad filiam. inſtituit enim teſtator iſtam filiam in re certa: aliàs potuiſſet rumpere teſtamentum per querelam. ¶ Aduerte, inquantum glo. dicit, quòd filiam inſtituit in re certa, bene dicit: ſed in quantum dicit, quòd nõ inſtituta potuiſſet intentare querelam inofficioſi teſtamenti, non poſſet ſuſtineri; quia querela inofficioſi datur liberis exheredatis, non præteritis à patre, vt fuit iſta'. præteriti enim per lineam paternam habent ius dicendi nullum, ſi ſunt in poteſtate, vel contratab. ſi ſunt emancipati, vt l. inter cætera. & l. pen. & l. 1. ff. de iniuſt. teſt. & l. 1. & 2. ff. de inof. teſta. poſſet ſuſtineri gl. in præteritione materna, quæ eſt habenda pro exhæredatione, vt Inſti. de
12 exhæred. lib. §. 2. ¶ † Quare autem matris præteritio, & non patris habetur pro exhæredatione? no. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. Et quid ſit præterire. dic, quòd eſt non inſtituere, vel exhæredare, etiam ſi de eis in teſtamento aliter fiat mentio, vt no.

vt no. in l.nam & his.ff.de inof.testa. ¶ Alibi dicit glo. quòd præterire est nullam in testamento de liberis mentionem facere, vt l.si quis.C. de lib.præte. ¶ Ex quo sequitur, q̃ si pater filio aliquid legauit, non posset dicere se præteritum: sed hoc est contra l.pen.C.de fideicom. Et ideò ad illam gl. addebat Fran. Accu. præterire esse nullam de filio facere mentionem, scilicet instituẽdo, vel exhæredando. fallit in milite, cuius præteritio habetur pro exhæredatione, vt l.si cum in vtero.C.de
13 testa.mili. ¶ †Exhæredare verò quid sit. dic, quòd exhæreda
a re a tripliciter sumitur. Vno modo strictè: & tunc exhæreda tio est ab hæreditate exclusio expresè, & solemniter facta. Et ita loquitur ti.C.de lib.præte.& ff.de lib.& posth. requiritur enim, quòd sit facta exhæredatio nominatim, & interueniant alia, quæ ponuntur in l.3.§.si filio.ff.de libe. & posthu. ¶ Alio modo sumitur exhæredatio largè: & tunc exhæredatio est ab hæreditate exclusio facta tacitè, vel expresè secũdùm voluntatem testatoris: & hoc casu exhæredatio comprehendit præteritionem factam à testatore sciente filium se habere, vt probatur in l.patronus. in prin.ff.de bo. li.& l.si cum in vtero.C.de testa.mili. ¶ Tertio modo dicitur exhæredatio largissimè omnis exclusio ab hæreditate. Et sic comprehendit præteritionem factam à testatore sciente, vel ignorante se filium habere, vt l.si instituta. in fi.cum l.seq.de inoffio.testa. Et est vtilis ista inuestigatio propter intellectum Auth.ex cã. C.de lib.præteri. quæ conseruat legata rupto testamento ex causa præteritionis, vel exhæredationis, an habeat locum, siue præteritio fiat à testatore sciente, siue ignorante. de quo per Barto. in d. Authen. ex causa. & d.l.filio præterito. vbi plenius per eum, vtrùm rupto testamento per querelam, vel per contrata. vel per ius dicendi nullum hodie debeantur, & seruentur legata, fideicom. tutelæ, substitutiones pupillares, & fideicommissa vniuersalia. Et quid iuris si testamentum deficit ratione voluntatis non completæ, vel numeri testium, vel non adita hæreditate: an debeantur, maximè ad pias causas? dic per eum, vt l.habeat. C.de sac.san.etcle. & ibi per Bar.plenè. ¶ Et conclude ex prædictis, quòd quandoque testamentum est à principio nullum, vel propter defectum numeri testium, vel voluntatis imperfectæ, vel ratione præteritionis filiorum. De isto vltimo modo vide per Bar.in d.l.filio præterito. vbi quærit, quanto tempore duret. & an sit nullum simpliciter à principio: vel ita demum, si filius dicat nullum. qđ inuestigare est vtile, proopter plura, vt ibi per eum. Quandoque est aliquod, sed rescinditur (puta per querelam, vel per contratab.) de quibus remedijs rescissorijs sunt tituli speciales. C.& ff.de inoffi.testam. & de bono.poss.contratab. Quãdoque rumpitur: puta postumorum natiuitate, vel agnatione, vt l.postumorum. de iniu.test. Quandoque fit irritum; puta adoptione, vel arrogatione testatoris, vel capitis diminutione, vel ex omissa hæreditatis aditione. quę prosequere, vt l.1.& l.si quis filio.§.irritum. ff.de iniu.testa. ¶ Tertiò op.& videtur, quòd in casu, quem ponit cap. non sufficit ad valorẽ testamenti institutio in re certa. nam ex tex. patet, quòd fuit filius institutus in vniuerso, & filia in re certa. ergo filia habetur loco legatarij. vt l.quotiens. C.de hæred. insti.& per consequens debet censeri præterita, vt dixi. s̃. proxi. op. Et sequitur ex hoc aliud, quòd substitutio pupillaris facta de pauperibus fuerit nulla; quia non fuit facta præterito, sed instituto, vel exhæredato duntaxat, vt no. in l.1.§. substituere. ff.de vul. & pup.& Inst.de pup.subst.§. non solum. Secundò gloss. quæ incipit. morerentur &c. soluit duob. modis. primò, q̃ licèt nõ fuerit instituta hæres in primo gradu: fuit tamen instituta in secundo, scilicet post mortem filij, quæ extitit. & sic valet pupillaris substitutio sibi facta. Ista solutio non est vera; quia talis institutio conditionalis, conditione pendente, facit interim haberi filiam pro præterita, & testamentum nullum, in quo filius etiam minimo momento, reperit se præteritum, vt l.suus quoque. de hæredi. inst. nisi dicas, quòd talis conditio causalis quò ad legitimam tollatur de medio: sicut omnino aliud onus, per l.omnimodo. C.de inoffic.testamen. & sic illę leges sint correctæ. quod an sit verum, dubium est, vt in eis p Doct. Transit ergo gloss. ad aliam solu. quòd l. quotiens. loquitur in extraneo instituto in re certa, q̃ habetur loco legatarij. Secus in filio instituto in re certa, alio filio vltimo instituto in totũ. nam vterque est hæres: licèt alter nõ teneatur ad credita, vel legata, vt in gl. & hic fuit alia opi. Mar. Sill. nam iõ filius habetur loco hæredis; quia succedit loco legitimæ. sed ista ratio non est bona; quia licèt talis institutio redigatur ad quotam hæreditatis. quod patet; quia suscipitur absque one re ęris alieni, vt l.Papi.§.4.de inoff.testam. sicut quando legatur alicui pars bonorum, vt l.non amplius. §. fin. de lega. 1.& l.si quis seruum. §. fina. de lega. 2. ¶ †Ex quo posset inferri, 14
ex eo scilicet, q̃ institutio in legitima non repræsentat quotã hæreditatis; quia inter ipsum, & alios cohæredes nõ fit locus iuri accrescendi. nam tale ius nõ habet locum inter illos, qui veniunt diuerso iure, vt l.sed si cum patrono. ff.de bon. poss. de qua plenè per D. meum in l.pater filium. de inoffi. testamen. vbi plenè in repetitione de ista succes. in legitima, an accedat ad naturam vniuersalis successionis, vel singularium relictorum quò ad ius accrescendi, & petitionem hæreditatis, quò ad alia? dic, vt ibi. Tu solue tertiò dictum contrarium. & dic, quòd filius institutus in re certa habetur loco legatarij, nisi quò ad excludendum querelam; quia quò ad hoc habetur loco hęredis, vt no. in l.si quis priore. ff.ad Treb. ¶ Aduerte, loquendo generaliter de instituto in re certa, vtrùm sit habendus loco legatarij, vel hæredis. dic, q̃ aut non habet aliũ cohæredem: & censetur hæres in totum, vt l.j. § si ex fundo. ff.de hæredi.insti.& est etiam hoc verum, si sic fuerit institutus in re certa in secundo testamento. nam præfertur vniuersaliter instituto in primo, quod rumpitur per hoc secundum. vt est casus no. in d.l.si quis priore. Quandoque in eodem testamento vnus est institutus in re certa, alius in vniuerso. & tunc Doc. variè loquuntur. Quidam dñt, q̃ talis institutus in re certa quò ad oĩa est censendus legatarius. Alij dñt, vt Io. Bal.& Iac.de Ra. q̃ quò ad oĩa hr̃ loco hr̃dis, nisi quò ad onera creditorum, & legatariorum, vt d.l. quotiens. & ita ibi Cy. & si ista opi. est vera, sequitur multiplex effectus. primò q̃ hẽ bit ius accrescendi, repudiante hærede vniuersali. Item non patietur falcidiam. Item habebit remedium l.si. C.de edi. di. Adria. & eius aditione confirmabitur testamentum. & per cõsequens omnia legata, & substitutio pupillaris. Item posset etiam sequi damnum; quia talis institutio in re certa rumpetur, sicut institutio vniuersalis, rupto testamento ex causa pteritionis, vel exhæredationis, vt in Auth. ex causa. C.de libe. præte. Item si ante aditionem decederet, non transmitteret: sed si caperet vt legatum, sic, vt C.de cad.tol.l.1.§ in nouissimo. Quid ergo dicemus? Bar. in l.ex facto. la grande. ff. de hæredi. insti. tenet, quòd institutio in re certa participat de natura institutionis vniuersalis regulariter quò ad omnia supradicta, nisi quòd patitur falcidiam. Item si decedit ante agnitionem, transmittit vt legatum. quod dic, vt ibi per eum, & per Bal. quia non est nostra materia hic principaliter examinanda, sed solummodo ad sciendum, q̃ quo ad valorem testamenti, & quò ad efficaciam pupillaris substitutionis factæ filiæ fuerit satisfactum iuri per eius institutionem in re certa. ¶ Ex quibus etiam potest solui quæstio glos. quæ incipit. nunquid sufficeret dictam rem certam reliquisse filiæ titulo leg. sibi factã. non sufficisset; quia tale legatum nõ excludit vitium præteritionis, quæ reddit nullam substitutionem pupillarem, vt s̃. dixi. quantùm autem ad alia in testamento disposita, vtrùm sufficiat reliquisse titulo legati. gl. tentat multorum opi. Prima, quòd necesse sit relinquere titulo institutionis. Secunda, quòd hoc non expediat. Tertia, quæ est ante, distinguit, vt in glo.4.pater. Quarta est opi. Host. quòd secundùm canones sufficiat quoquo titulo. Quinta & vltima alitter

ter distinguit, vt patet in glo. quæ dicit, quòd prima est tutior, & tenenda. & hanc tenet Iaco.de Ra. Petr. Iaco.de Are. & Fran. Accur. vt refert Cy. in dicta Authen. nouissima. C. de inofficio. testamen. & ibi ratio, quare magis titulo institutionis, quàm legati, per Iacob. Butrig. & Barto. & hic in nouella super dicta gloss. nunquid. quas rationes si cogitasset Hostien. non ita de facili dixisset hanc subtilitatem perniciosam: & hanc, & alias multas dicit. ¶ Quartò op. Iste textus innuit, quòd ita demum admittantur pauperes, si ambo filij decesserunt infra tempora pubertatis. ¶ Sed contra illud opponitur, & videtur, quòd immo veniant altero solum modo decedente, vt l.penul.ff.de iniusto testamen. Solu. hic ipsi impuberes fuerunt inter se inuicem substituti; ideò primo moriente, non admittuntur in eius portione pauperes: sed cohæredes. in contrario non fuerunt substituti inuicem in portione deficientis; ideò admittuntur pauperes post mortem vtriusque, vt l.Lucius. §. Caio. ff.ad Trebell. Solu. ibi fuit facta substitutio pluribus simpliciter. hic verò sub nomine collectiuo [vtrunque] &c. quod requirit concursum duorum, & non verificatur in altero. vt l.penul. C.de impube. & alijs substitutio. Sed illa non videtur bona solutio: nam etiam vbi est appositum verbum [vterque] &c. sufficit in personam alterius conditionẽ existere ad hoc, vt veniat substitutus, vt l.hæredes mei. §. cum ita. ff.ad Trebell. ¶ Item etiam non videtur bona solutio, quòd si substitutio facta pluribus fuerit concepta simpliciter, vel copulatiuè, altero decedente, veniat substitutus. immo requiritur, quòd vterque defecerit, vt l.quamuis. C.de impub. & alijs substitutio. talis namq; est vera copulatiua: & ad eius veritatem requiritur concursus copulatorum, vt l.si hæredi plures. ff. de condi. institu. & c. 2. s̃. de rescrip. Videtis, quando substitutio fit pluribus: vtrùm existente conditione in persona alterius, veniat substitutus, iura multum variant: & alij, quàm Barto. non declarant mentem iurium. vt patet ex his, quæ not. in nouel. super ver. vterque. ipse autem sic distinguit. Aut substitutio est facta pluribus separatim: aut simul. primo casu in persona cuiuscunque existat conditio, locus est substituto, vt dicta. l.pe. & ad leg. Falcid. l.pater filiam. §. fin. secundùm vnam lectur. Secundo casu quando fit pluribus simul: aut fit simpliciter, siue per copulam: aut fit cum adiectione nominis collectiui. primo casu aut loquimur in substitutione vulgari, aut in pupillari, aut in fideicommissaria, aut in compendiosa. Primo casu exigitur, quòd in vtriusque persona existat, vt l.quamuis. C. de impuber. & alijs substitutio. & intelligitur ibi glo. vt not. in l.hoc arti. de hæred. instituen. Secundo casu quando loquimur in pupillari: tunc idem, quod in fideicommissaria; in qua dic, quòd regulariter in cuiuscunque persona existat conditio, locus est substitutioni, vt d. l. Lucius. §. Gaio. & l.fin. §. filium. de leg. 2. fallit, si præsumatur testatorẽ aliud voluisse, quàm ex natura relicti: vel ex voluntate defuncti inter eos, quibus est facta substitutio, locus est iuri accrescendi, vt in vsufru. leg. Item fallit, si superest aliqua persona, quæ ex præsumpta voluntate defuncti excludat fideicommiss. vel substitutum. vt l.si is, qui ducenta. §. si pater. de rebus dub.' & l.cum acutissimi. C. de fideicommiss.& l.generaliter. C. de insticu.& substitu.& hic est casus d.l.pen. C.de impube. & alijs substitutio. quod declara etiam, vt in d.§.cũ ita. Si verò loquimur in substitutione compendiosa, quæ continet vul.& fidei 15
commiss.& etiam pupillarem quandoque, iuxta no. in l. precibus. per glo.& Doc. tunc si succederet ex vulgari: dic, vt dictum est. s̃. in vulgari. si succedit ex pupillari, vel ex fideicommiss. dic, vt s̃. dictum est de ipsis. Si verò substitutio fuit facta cum adiectione nominis collectiui; quia dixit testator [si ambo: vel si omnes] &c. tunc aut quæris, an secundùm propriã significationem vocis.& substitutus excluditur, nisi in personis omnium extiterit conditio. vt d. §. cum ita. Aut secundùm interpretationem, quæ ex defuncti mente colligitur; & tunc aut supereſt aliquis ex liberis, qui substitutum excludit ex præsumpta voluntate defuncti: & substitutus excluditur, vt d.l.pen. de impu. & alijs substitutio. Si verò nullus supereſt, qui eum excludat: sed illi, qui supersunt, sunt in eodem, vel in vlteriori gradu cum eo: tunc substitutus admittitur. casus est no. in d.§. cum ita. vbi ipse sic distinguit, & ratio nẽ differentiæ inter ipsos casus reddit, vt ibi videas. ¶ Quintò opp.& videtur, quòd non valuerit substitutio facta de pauperibus, veluti de personis incertis. vnde videtur obstare Insti. de leg.§. incertis. & l.in tempus. §.1. de hæred. instituen. l. quotiens. §. hæres. eo. ti. ¶ Sol. no. glo. quæ incipit. licèt certè. sentit illud contrarium, & soluit, vt in ea patet. Aduerte quia ista est longa materia, & discurrit in legatis, hæredum institutionibus, tutelis, procurationibus; executionibus, & alijs. vtrùm incertitudo vitiat has, & seq. dispositiones. si igitur vis plenè videre, vide per Cy. in l.id quod pauperibus. C. de episcop.& cler.& per Bar. plenius in l.quidam. ff.de reb.du. vbi plenius, an incertitudo personarum, rerum: vel mixtim rerũ, & personarum vitiet dispositionem. & de electionibus ad officia sęcularia, vtrùm valeant: de incertis personis, quantũ ad intellectum cap. dic, quòd ideò substitutionem pauperum non vitiat incertitudo; quia venit illa incertitudo declaranda per episcopum, vt l.nulli. C. de episc. & cle. Quo casu si incertitudo venit extrinsecè declaranda, non vitiat dispositionem, vt d.l.quidam. cum si. vnum not. quod dicit glo. verum, quòd episcopus debet eligere pauperes de domicilio testatoris, de quib. eum verisimile est sensisse. ad hoc l. quæ conditio. §. vlt. ff.de condi.& demon.& quod no. Cyn. in l.1. in quinta quæstione. C.de sac.san.eccl. ¶ Et faciunt ista ad quæstionem. Quidam de ali qua ciuitate Tusciæ exercuit vsuras in altera: & veniens ad mortem fecit executores ad restituendum incerta. quæritur in quo loco debeat fieri distributio: an in domicilio testatoris: an verò, vbi fœnus exercuit, vt c.cum tu. de vsur. dominus Fede. consuluit, quòd possit fieri etiam in domicilio testatoris: quia ex quo fit distributio pro animabus illorum, qui soluerunt vsuras, non refert quibus pauperibus soluatur. allegat C. communia. de succe. Auth. omnes peregrini. & ita refert Doct. meus in d.l.id quod pauperibus. in 8.q. ¶ Ista decisio confirmatur per id, quod no. hic Io. An. in nouel. vtrũ sicut episcopus tenetur eligere pauperes de domicilio testatoris: ita fideicommissarius, cui nominationem pauperum testator commisit, teneatur nominare de loco domicilij testatoris? & vr̃ primò, q̃ sic; quia ad hoc tenetur executor legitimus. i.à lege datus. s̃. episcopus, vt l. si quis ad declinandam. C.de ep.& cle. ergo & deputatus à testatore, quasi loco epi ad id tenebitur. ff. si quis test. lib. esse iuf. fue. l.1.§. hæc actio. ¶ Item sm̃ voluntatem præsumptam lex exequit̃, in Aut. de hær.& falc.§. si quis aũt non implẽs. hãc ergo volũtatẽ coniecturatam, quam lex sequitur, seq; tenet & fideic. ad hoc allegat præall. l. quæ conditio. §. cum ita. Io. An. refert hic se consuluisse contrarium, & respondet ad rationes in oppositum, dicens, q̃ dicta æquiparatio collationis potestatis eligendi iuris, & hominis non est sim. nam ille, cui confertur potestas à lege eligendi prælatũ, tenetur eligere de ecclesia vacante. de ele.c.ne pro defectu. in fi. cõmissarius verò, cui datã ab homine eligendi ptãs, potest eligere vndecunq; de renũ. c. post transla. nisi fit restricta potestas ad ecclesiam vacantẽ. s̃. de elec.c.cum in iure. ¶ † Item in fideicommissario diuersa est dispositio legis, & hominis, vt infra capit. proxi. in fin. sic in procura. de procurato. cap. primo, ita hic ex quo simpliciter dedit potestatem nominandi, nominet vnde vult. ad hoc de alea. l. prima. §. quod autem. & l. 3. de offic. præsid. & ad leg. Falcid. l. Titia. ¶ Non obst. l. quæ conditio. quia ibi nulli commissa erat electio, vel nominatio fori, secundùm eum. ¶ Sextò op. dicitur hic, quòd ambobus defunctis in pupillari ætate, bona omnia deuoluuntur ad pauperes. & sic nõ videtur requirere aliud, quàm eorum mortem in ista deuo-

lutione. ¶Sed contra,immo videtur,quòd necessaria fuerit immixtio pupillorum hæreditati paternæ; quia aliàs non succeditur ex substitutione pupillari, hæreditate non adita ex paterno testamento,vt l. sed si plures.§.si ex asse.ff.de vulg.& pup.l.2.§.adeo.eo.tit.Sol.id contrarium tetigi.§.in 10.notabili.vbi dixi, quòd relicta ad pias causas non requirunt aditionem. Vel dic, q̃ existentia sui hæredis firmat tabulas pupillares,vt l.filius qui se paterna. ff.de acqui.hære.Non obst. contraria; quia locum habent, cum pupillo datus est cohæres extraneus: quæ datio cohæredis tollit, & eneruat vires existentię cohęredis sui: non sic datio cohæredis necessarij, vt apparet ex isto c. & not.in l.quidam eulogio.in magna gl.C.de iure deli.¶Sed dices. datio substituti vulgaris deberet istam existentiam impedire,vt l.Papi.§.4. ff.de inoff.test. glo.sol. q̃ sub compendiosa ineluditur substitutio pupillaris expressa,quæ non impedit existentiam sui hæredis. immo talis existentia confirmat substitutionem pupillarem, vt d.l.filius.Et hoc est,quod dicit Cyn. quòd sola existentia sui hæredis facit hæreditatem haberi pro adita:& sic pupillaris substitutio incipit, & vulgaris expirat, vt ipse not. in l.precibus.in 4.q. C.de impu. & alijs substit. Ioan. And. tamen super ver. defuncti. in nouel. dicit, quòd hic isti impuberes immiscuerunt se paternæ hæreditati: aliàs venissent pauperes ex directa vulgari in compendiosa subintellecta,vt ff.de vulg.& pupil.l.Lucius.& C.de impu.& alijs substitu.l.precibus. Aduerte,quia hoc non videtur bene dictum. nam ex vulgari directa succeditur defuncto: & ex pupillari succeditur pupillo, vt Insti.de pupil.substitu.in princi. Item succesio ex vulgari non excludit matrem ex succesione in pup. vt l. fina. C. de institutio.& substitutio. sed ex isto tex.patet,quòd mater excluditur;quia pauperes admittuntur in totum. Et ratio text. quæ fundata est quò ad exclusionem matris, fundatur super pupillari. & ideò ex his incidimus in aliâ quæst. vtrùm scilicet,vulgaris expressa, quæ continet in se tacitam pupillarem,trahatur ad bona impuberis. Et attende,quia ista contientia,siue inclusio ita habet locum in vulgari, comprehensa in compendiosa,sicut si esset simpliciter concepta. do.Cy. istam quæstionem ponit in d.l.precibus.& refert istam opin. Dyn.qui dixit,quòd ratione vicinitatis,& continentiæ pupillaris ad omnia bona trahitur, vt l.2.§.sed si ita.ff.de vulga.& pupilla. ibi [hæres ei erit.] nam exponit Dyn.ei,scilicet pupillo. gl. videtur innuere contrarium. C. de institutio. & substitutio.l.vlt. vbi dicit, quòd in vulgari tacita, quæ comprehenditur in pupillari, non veniunt bona pupilli, ex quò filius non adiuit. Breuiter D. Bal. tenet opinio. Iaco. de Are. qui dixit, quòd eo ipso, quòd pupillus abstinet à paterna; veniat substitutus ex vulgari ad bona paterna. Sed si postea moritur in pupillari ætate, veniat substitutus ad eius bona ex pupillari, ad cuius confirmationem non requiritur aditio, vt.d.l.filius.& ita no.in l.2.ff.de vul. & pupill. vbi tractat de quarto effectu vulgaris. & idem dicit in vulgari tacita: vt si pupillus abstinet, veniat substitutus ad bona paterna tantùm:& eo postea moriente in pupillari ætate, veniat ad bona pupilli. Et sic breuiter concludit non reperiri, quòd ex vulgari pupillo succedatur. Et ex his infero,quòd in casu huius cap. si filia, quæ vltimò decesit, abstinuisset se ab hęreditate paterna: & deinde succesisset fratri impuberi, q̃ posset,nõ obstãte dicta repudiatione,vt d.l.filius.& l.si filius qui patri. ff.de vul.& pupilla. & quòd etiam pauperes sibi succederent, ea decedente infra tempora pubertatis. Sed dices, quid si ista filia repudiaut hęreditatem sibi delatam ex prædicta institutione: vtrùm ad ipsam veniat mater,an pauperes?rẽspõdetur,quòd mater; quia pauperes non veniunt, nisi ambo decederent, vt l.penul.C.de impub.& alijs substitutio. In contrarium facit theorica, de qua dixi in 4. op. cum enim nullus superśit, qui ex præsumpta voluntate defuncti succedat,pauperes admittantur ex pupillari,sicut admitterentur ex fideicomiss.vt l.hęredes mei.§. cum ita ff.ad Tre. Sed hic etiam quęritur.si ambo isti impuberes decesissent,viuo patre:an venirent pauperes vigore huius substitutionis? Domi. Io. And. format quæstio. in pupillo mortuo viuo testatore, qui sibi pupillariter substituerat, an veniat substitutus ad succesionem ex vi pupillaris,vel saltem ex vi vulgaris tacitè intellectæ sub expressa pupillari? refert profundæ scientiæ Doc. Dom. Lambertinum de Ramponibus disputasse hanc quæst. qui soluendo tenuit ex pupillari substitutum non admitti. Non obst.l.1. §. pro secundo. vbi substitutus admittitur, si decedat instituto viuo testatore; quia loquitur in expressa vulgari: quæ talis etiam bene vendicat sibi locum:sed non expressa pupillaris, nec etiam vulgaris: quæ secundùm eum expirat similiter dicto casu,s.decedente pupillo viuo testatore, perl.quòd si filius. ff. de capti. nam si non valet pupillare testamentume xpressum: ideo debet valere tacitum, sicut vulgaris tacita in eadem cõprehensa.licèt gl.no.cõtrarium in l.si pater captus. ff.de vulg.& pup.D.Cy.in d.l.precibus.in 5.q. post quam dixit indubitanter tenendum quod prædictum est,subdit posse dici, quòd hæc substitutio vulgaris est potius præsumenda pupillaris in vulgari expressa,quę ea expirata remanet. vt l.2.§.sed & si extiterit. ff.de vulga.& pup. dum tractat de secundo effectu vulgaris substi.& breuiter resident,q uòd si pupillus naturaliter moritur viuente testatore (qui hoc sciens non mutauit testamentum, cum posset) talis substitutus ex vulgari tacita non potest venire. secus si mutare non potuit: quia tunc venit.alleg.pro casu l.tractabatur. de mili.testa. & l.3.C.de inofficio. testamen. Dicit etiam, quòd quando pupillus decesisset ciuiliter tantùm, viuente testatore (quia esset captus ab hostibus) & post mortem testatoris decederet naturaliter, veniret substitutus ex tacita vulgari. & ita potest saluari gl.quæ est in d.l.si pater captus. D. meus in l.lex Cornelia.ff.de vulga.& pupilla.tenet glo.in l.si pater captus.scilicet, quòd pupillo decedente viuo testatore, veniat substitutus ex vulgari tacita. nã sic ex ea succeditur non nato posthumo, vt ff. de ventre inspi.l. penul. ¶Secundò idem si moriatur viuo patre. Non obst. l. quòd si filius. de cap. ibi [nihil est,quòd de secundis tabul. tractari possit] &c. nam verum est, quòd nihil potest tractari de pupillari: sed bene potest tractari de substituione vulgari tacita. & sic non obst.& refert ibi hoc tenere Gul.de Cun.quicquid tamen teneas circa prædictam vulgarem tacitam in prædicta quęstio.in casu huius cap. in quo fuit substitutio compendiosa, quæ continet vulgares non tacitas, sed expressas, vt not. Doct. in l.Centurio. ff. de vulga. & pupilla. videtur dicendum, quòd mortuis istis filijs ante mortem testatoris, admittantur pauperes ex directa vulgari ad bona testatoris: licèt non pupillorum, per illa, quæ dicta sunt in dicto. §. pro secundo. & l. Thais. §.Splendophorus. ff. de fideicommiss liber.]¶ Septimò op. dicit, quòd non detrahitur quarta trebellia. nec legitima. contra immo videtur, quòd vtraque detrahitur, vt cap. Raynu. & cap. Raynald. supra eodem. Solu.hic filij decesserunt infra tempora pubertatis: ideò pauperes successerunt iure directo. in contrario decesserunt post tempora pubertatis. Quo casu substitutus ibi non potuit venire iure directo, sed iure fideicommiss. quo casu habet locum detractio vtriusque quartæ, vt ibi. ¶Ex hac solutione elicio duas conclusiones. Prima est, quòd si in casu huius cap. decesissent filij post tempora pubertatis, venirent pauperes ad ista bona ex substitutione fideicommiss. cum ista substitutio à princ. directa pupillaris (vt dicit tex.)obliquetur post tempora pubertatis. Secunda conclusio est, quòd cum pauperes admittuntur iure fideicommiss. detrahitur ab eis non solum legitima sed etiam trebel. hanc examinabo in secundo contrario. ¶†Reuertor ad primum, & quæro, an sit verum, q̃ substitutio directa pupillaris infra tempora pubertatis obliquetur,vel expiret in totũ p aduentũ pubertatis,& loquor in sub-

16

substitutione compendiosa,quæ concipitur quandoque verbis directis(vt puta)si filius meus impubes decesserit sine liberis:vel q̃cunque decesserit,talis sit hæres. Quandoq; concipitur verbis cõibus; vt talẽ substituo. Q̃q; verbis obliqs, vt q̃cunque decesserit,vel sine liberis decesserit, restituãtur bona tali. ¶Quid iuris igitur in quolibet prædictorum triũ casuum, declarandum est per tres principales quæstiones, sequendo in hoc ordinem Bar.quem rradit in l. Centurio.sũ per declarationę prædictarum q. & loquor, quando substitutio sic concepta fit à pagano.nam si à milite,dic vt l.Centurio.& l.precib.sæpius alle.¶Prima igitur quæstio est, an substitutio compendiosa,quæ concipit verbis directis simpliciter,non adiecto,sine liberis, valeat infra tempora pubertatis iure directo,& postea in totũ expiret, vel obliquetur postea, & efficiatur fideicom.Et q̃ expiret in totũ,tenet hæc gl. quæ incipit.hic decidit,ibi [si autem paganus] &c.Idem Bar. super c.Ray.in gl.sed videtur.Idem Accur.in l.precib. C.de impu.& alijs substi.in gl.mag.ad fi.Idem hic Arch. dicit.n.q̃ in casu huius.c. si isti impuberes decesissent post pubertatem, pauperum substitutio expirasset in totum, & veniret mater. Ita dicit super ver.bona omnia.Hanc opi.(vt refert hic Ioan. An.)tenuit disputando D. Bartolucius de Praris.D.Cyn.etiã in l.precib.in pe.col.dicit,q̃ omnes sunt quasi in ista sententia.s.q̃ substitutio directa, quæ potuit saluari tempore pupillaris ætatis,nunquàm postea obliquatur.Pro istorum opi. faciunt rationes & iura.Primò quia pupillaris non potest protendi in lõgius tempus, quàm ætatis pupillaris,etiam ex expressa dispositione testatoris,vt l.verbis ciuilibus. & l.in pupillari.ff.de vulg.& pup.multò minus igitur debet extendi,si generaliter sit concepta.Secundò probatur ex verbis.nam dicendo. talis sit hæres:videtur velle facere directam: & à verbis non receditur,nisi pateat expresè contraria voluntas,vt l.non aliter.de leg.3.& l.ille aut ille.§.cum in verbis.de lega.3. Tertiò hoc probatur per simi. si apparet aliquem voluisse testari,& omisit solemnia, non valebit eius dispositio,vt cocidillus:& tamen eius voluntas fuit,vt valeret eius dispositio: sed tñ, quia peccat in forma, si non valet, vt valere voluit, non valet eo modo, quo potuit,vt no.in l.si vnus. §.fina.ff.de pact.& l.1.de consti.pecu.Quartò quia non potuit testator, lege prohibẽte verba directa facere obliqua.C.de necess. her.inst.l.cum quidam.§.sed cum veteres.quod ergo potuit, voluit:& quod voluit,&c.vt c.cum super.de offi. delega. & l. multum.C.si quis alteri,vel sibi. Quintò. directa trahitur ad fideicom.fauore libertatis,vt l.generaliter.in fin.de fideicom miss.lib.ergo in contrarium est ius commune. pro hoc C. de testa.ma.l.fin.Sextò.speciale est in militibus, vt directa obliquetur post tempora pubertatis, matre existẽte in medio, vt d.l.precib.& l.Centurio.ergo in contrarium est ius cõe.Septimò sic.pater filijs impuberib.substituendo directè vł substituere in casu,quo sibi nõ pũt facere testũ; quia vsq; tunc est eis hoc à iure concessum, vt Insti.de pup.substi.§. liberis. & l. humanitatis. C. de impub. & alijs substitu. & l. ex tribus. C. de inoffic. testam. post pubertatem igitur, quia pũt sibi prouidere de hẽde,& facere testũ,vt Inst.de pup.sub.§.liberis.& l.humanitatis.C.de imp.& alijs sub.& l.ex tribusC.de inoff. test.& Insti.quib.non est permiss.face.testa.§.circa.videtur in dubio recessum à prouisione paterna: sicut receditur à prouisione legis,postquàm cessat eius ratio.vt l.ex facto. ff. de vul. & pu.& d.l.humanitatis. ¶Istæ sunt rationes, quas elicio ex nouel.pro illa parte,vbi Io.An.attẽrat tenere opi. contrariã, scilicet. q̃ compendiosa facta simpliciter per verba directa valeat iure directo infra tempora pubertatis,& postea fideicom.Primò hoc probat ex coniunctione huius c.& c.Raynutius.s.eo. hic.n.fuit facta substitutio per ver. moriatur. & ibi per ver.succederet.quod verbum ita debet dici directum,sicut hic dicitur de ver. moriatur, vt C.de testa.l. omnium. ex quò igitur ista verba sunt directa (vt hic dicitur, quòd intra pubertatem valeat iure fideicommiss.) manifestè cõcluditur, quòd compendiosa facta per verba directa efficitur fideicõ. post tempora pubertatis. Secundò hoc probat per l.precib. C.de impu.& alijs substi. vbi compendiosa substitutio variat. Non obst. (dicit ipse) q̃ loquitur in milite; quia id notat ibi accidentiam facti,& non iuris ministerium, quod tripliciter ostendit.Primò quia ibi loquitur de filio constituto in militis potestate.ergo loquitur de milite testante de iure communi: quod requirit,vt filius impubes sit in potestate,ad hoc vt valeat substitutio pu.vt ff.de vulg. & pup.l.2.sed in milite testãte priuilegio militari non requiritur patria potestas, vt l.in fraudem.§.miles.ff.de testamen.milit.quod ergo in illa l.præcibus.dicitur,quòd directa conuertitur in fideicom. post tẽpora pubertatis, oportet fateri, quòd fuerit de iure communi, non priuilegio militari. quod etiam patet ex eo, quòd ibi detrahit trebel. aliàs non detrahendam ex priuilegio mili.vt l.1.§.pe.ff.ad Treb.Tertiò probat Cy. ex situatione illius.l.pcibus.est enim sub titulo,sub quo prosequitur tractatum substitutionum, quæ sumunt efficaciam,& valorem de iure communi,non militari,de quo est titulus spãlis.C.& ff.de testam. milit.lex ergo in dubio debet intelligi[secundum titulum, in quo situata est,vt l.Imperator.de in diem adiec.& l.fi.de cõdi.inde.& ibi no.facit quod no.de elec.c.cum mona.in glo.2. & de confir.vti.vel inuti.c.bonæ.in vlt. glo. fit ergo mẽtio de milite in l. precibus. q̃ sic accidit de facto, & mulier ad sui pompam hoc expresit conquerẽs de casu. Et istas rationes etiam facit Cy.pro ista parte, quam dicit quosdam tenere in d.l.precibus.in pe.col. Tertiò principaliter hanc opi.probat expresè testatorum voluntas.nã dicendo [quandocunq; decesserit,talis sit heres] patet etiam, quòd eo post ætatem pupillarem decedente, voluit substitutum admitti. stetur ergo voluntati,postq̃ de ipsa constat. dicit enim lex [voluntatẽ testatoris in omnib.dominari censemus.] C. de lega.l. cum q̃stio.& in Auth. de nup.§.disponat.colla.4.nã talis voluntas, etiam si ex verbis non appareat,est sequenda,si de ipsa aliter fiat fides:vel posset de ipsa capi verisimilis cõiectura.ff.de cõdi.& demon.l.in conditionibus.in princ.& l.quamuis.& l.cũ notissimi.C.de fideicom.multò magis est igitur sequenda in q.nostra,postquàm de eius voluntate patet: licèt enim verba non congruant, debent *accipi tunc impropriè,vt dispositio* salua sit,vt not.in cap.intelligentia.de verbo.significa. Quartò hoc probatur; quia dubia directa, si potest, recipit interpretationem directæ, vt l.fina.C.de hæred. instituen. fortius ergo fideicommiss.quæ humanior est,vt C.communia de leg. l.omne verbum. ibi [quasi humaniori aggregetur.] Quintò inducit pro hac parte benignã interpretationẽ, quæ sumitur ex tribus. primò vt magis res valeat, quàm pereat, l. quotiens. de reb. du. secundò vt verba [post pubertatem] aliquid operentur,l.si q̃s.de lega.1.Sextò quia fauorabilius est voluntatem expressam, vel tacitam sequi.quàm alium cõtra voluntatem admitti. de lib.& posthu.l.cum quidam. Ad contraria respondet,videlicet ad l.verbis ciuilibus.& l. in pupillari. quæ magis vrgent, quòd post pubertatem omnino expiret. debent enim intelligi de sola pupillari in substitutione expressa, ea mente,vt pubertatis tempora non comprehẽderet,& maius tempus fuit in illa expressum per errorem in dicta l. in pupillari. secundùm lect. Ioan. Sed nos loquimur de compendiosa, quæ facta per verba directa, trahitur ad fideicommissariam post pubertatem, postquàm non potest iure valere. ¶Concludo ergo, quòd substitutio,quæ directò est directa, persona pubescente, non fit fideicommissaria: sed si est directa non directò: sed per interpretationem (quia comprehensa in compendiosa) tunc secus in d.cap. Raynutius. Quid dicendum in tanta varietate? Bar.dubitat:sed tandem dictas opin.reduoit ad concor. hoc modo: quòd si substitutio facta sit per verba directa,& ciuilia,vera sit cõis opin.legistarum, & quasi omnium.de qua s.

Si verò facta sit per verba directa non ciuilia, sit vera opin. Ioan. An. & ita ipse no. in d.l. Centurio. in 4. colum. vbi declarat, quæ sint verba directa & ciuilia. & quæ directa non ciuilia. ibi vide. & ista habent locum, quando substitutio fuit facta per verba simpliciter, quandocunque decesserit, talis sit hæres: vel facta sit sine adiectione nominis, quandocunque. glo. in l. precibus. dicit, quòd ista adiectio, sine liberis, operatur, quòd omni tempore sit fideicommissaria. Idem no. in d.c. Raynu. ista opin. est contra tex. vbi in substitutione facta per verba directa fuit adiectum, sine liberis. & tamen est directa infra tempus pubertatis. Quod tenet etiam Barto. post Dyn. in d.l. Centurio. Secunda quæstio est. quando substitutio compendiosa concipitur per verba communia, vt per ver. substituo, & simil. an varietur secundùm tempora, vt scilicet sit directa infra tempora pubertatis, & postea obliqua: an sit omni tempore fideicommis. ¶ Aduerte, quãdoque ista substitutio fit cum distributione temporum: puta, si decesserit in pupillari ætate, vel postea quandocunque, talem substituo. & illa secundùm omnes infra pubertatem erit directa, & postea obliqua, siue fideicom. vt not. in d.l. precibus. Quandoque fit sine distributione temporum: tunc glo. in d.l. precibus. tenet, quòd omni tempore sit fideicommissaria. idem tenet in l. Centurio. Idem Azo in summa huius titu. Idem Ber. in c. Raynu. idem hic gloss. quæ incipit. hic decidit &c. idem Iac. de Belui. Dyn. Ray. & quasi maior pars legistarum, cum quibus concordat D. meus in d.l. Centurio. vbi dicit sæpius se consuluisse secundùm istam opin. Ratio horum est; qa ista est vna substitutio: ergo non debet censeri diuerso iure fieri diuisio voluntatis, vt l. eum qui ædes. ff. de vsuca. & l. eum qui tacitum. de his, qui. vt indi. postquàm enim dispositio semel vnam significationem, & naturam sibi assumpsit, ad alium significatum trahi non debet, vt l. fina. C. de codic. & de rerum permutatio. l. prima. Idem arguendo de personis ad tempus. quod licet, vt l. qui plures. ff. de vulga. & pupill. sicut substitutio facta fratribus debet intelligi in eo casu, qui potest omnibus adaptari, vt l. iam hoc iure. de vulgari, & pupilla. & l. quamuis. C. de impub. & alijs substitu. ita facta sine temporis præfinitione debet intelligi eo casu, pro quo potest omni tempore vniformiter operari. & maximè quia in dubio ista interpretatio, scilicet quòd sit fideicõ. est benignior, quàm si esset directa, vt l. 2. C. communia de leg. & etiam ex eo, quia omni tempore conseruat in esse dispositionem testatoris; ergo sequentia, vt l. quotiens. ff. de rebus dub. ¶ Alia opin. est, quòd ita substitutio facta per verba communia varietur secundùm tempora in pupillari ætate, sicut pupillaris, & postea obliquetur: vt si testator sit vsus verbo communi, videatur loqui secundùm conditionẽ personæ, cui substituit. & sic in casu, quo in pupillari ætate decesserit, videatur simpliciter substituisse, sed postea per fideicõmis. vt l. plenum. §. equitij. ff. de vsu, & hab. pro hoc facit l. Titia Seio. §. vsuras. de leg. 2. & istam tenet glo. Insti. de pupilla. substitu. §. qua ratione. & videtur æquior Cyn. & secundùm eam consuluit, vt ipse refert in l. precibus. C. de impu. & alijs substi. in vlti. colum. Ioan. And. tenet etiam ipsam hic. & dicit q si is, cui videretur, quòd compẽdiosa facta per verba directa expiret, adueniente pubertate (cuius tamen contrarium ś. tenuit) fateatur saltem, quòd facta per verbum commune, substituo, vel simile, etiam sine adiectione, quandocunq; tra hatur post pubertatem ad fideicom. & dicit, q non erunt duę tales substitutiones in vna psona, inspecto. s. fine, & effectu, sed erit vna sola. fatetur tamen, quòd inspecto initio, aptitudine, & potentia bene sunt duæ tales. Et est simile. ś. de postu. præla. c. 1. e. li. de elec. c. vt quis duas. & de iure pa. Cle. plures. in fi. Ia. de Are. dixit, q aut testator substituit compendiosè, non adiecto verbo, quandocunque: puta dixit [& si decesserit sine liberis.] vel dixit [post mortem eius talem substituo.] & ista semper erit fideic. & in hoc sit vera prima opi. Si verò dixit [quandocunque decesserit, talem substituo.] tunc sit vera opi. Cy. Io. An. & gl. in §. qua ratione. nam secundùm eum illud verbum [qñcunq;.] est distributiuum, vt C. de quadri. præscri. l. omnes. & quod ibi no. in 3. gl. & ff. qui. mo. vsufru. amit. l. sicut. & sic singula tempora distinguit. vnde ante pubertatem erit pupillaris, & postea fideicom. vt sic valeat diuersis temporib. diuerso iure. ff. de fideic. lib. l. in testamento. & de hær. inst. l. 3. in fi. & sic erunt in vna conceptione duæ substitutiones: sicut sunt duo præcepta arbitri in l. Celsus. ff. de arbi. & de do. & contu. c. cum dilecti. nam & alibi ex voluntate testatoris verbum prolatum ad tempus retinet propriam significationem, & post tempus assumit impropriam. ff. de condi. & demon. l. pater. §. conditionum. concordat. ś. de reg. c. quia. nec est mirum; quia & alibi ponitur verbum propriè, & improprie. ś. eo. c. Raynaldus. in glo. illud verbũ. & ff. si cer. peta. l. certi condictio. post prin. & secundùm prædicta concludit Iacob. de Are. quòd idem importat verbum, quandocunque, quod verbum directum, si decesserit in pupillari ætate, vel post. quo casu omnes concordant, quòd variatur secundùm tempora, vt dictum est ś. ¶ Istam eius consideratioñ non approbat hic Io. An. quia nec hic, nec in c. Raynutius. ponitur verbum, quandocunque. & tamen hæc est pupillaris infra tempora pubertatis. & in c. Raynutius. est fideicom. postea. Cy. etiam non placet in d.l. precibus. nam secundùm eum licèt ista verba, quandocunque decesserit, videantur omnes casus comprehendere: non tamen comprehendunt enumeratiuè, sed disiunctiuè, vt patet ex solutione, & consonantia. ll. quæ videntur sibi inuicem contradicere. ff. de dona. causa mor. l. senatus. §. fin. & de ver. ob. l. pluribus. §. 1. cum sim. reprobat etiam ipsam Bart. & Bald. in d.l. Centurio. ¶ Videndum igitur restat, quæ sit verior prædictarũ opi. nam si est omni tempore fideicom. vt vult prima opi. pupillo decedente in pupillari ætate, mater, & alij venientes abintestato detraherent treb. & falcid. Si verò sit infra pubertatem pupillarem, vt vult alia opi. eo in dicta ætate decedẽte, excluderetur in totum. quid ergo dicendum? Bar. in d.l. Centurio. in 4. q. principali. inhærens æquitati plus, quàm alij (meo iudicio) veritatem aperuit in prædicta. q. per aliqua membra. Dixit. n. quòd quandoque testator in substitutione compendiosa facta per verbum commune vsus est alijs verbis, per q̃ potest liquere, q voluit substitutum de manu sua capere, non alio mediante: vel apparet, q voluit eum capere totum sine aliqua detractione, vt ibi ponit exempla. & hoc casu valebit infra tempora pubertatis iuris ministerio. quandoque ex talibus non apparet de mente testatoris; quia simpliciter substituit per verbum commune: & illo casu (cum voluntas testatoris sit dubia propter naturam verbi cõis, quod põt flecti ad fideic. & directã.) dicit, q si mater est in medio, in fauorẽ eius dẽt interpretari fideic. omni tpe, vt l. qui duos. de reb. dub. & sic sit verum quod no. in l. Centurio. & l. precibus. & opi. omnium tenentium, q sit fideic. omni tempore. s. quando mater est in medio. quod intelligit, nisi essent substituti filij testatoris, qui ex præsumpta mente defuncti excluderent matrem ẽt venientem ex tacita pupillari, q̃ aliàs contra matrẽ non admittitur, vt no. in l. precib. & l. testõ. C. de testa. mil. sed dices. istud vr̃ contra istud c. vbi mater erat in medio: & tñ compẽdiosa infra tpa pubertatis est directa. Item similiter contra l. precib. vbi variatur cõpendiosa p verba directa. quæstio nra loquitur, cum per verba cõia. in l. precib. est speciale fauore militis. & sic in pagano fauore matris compẽdiosa facta per verbum cõe. omni tempore est cẽsenda fideic. Idem si essent aliæ personæ in medio, contra quas (sicut & contra matrem) admittitur tacita pupillaris. de quib. per eum in materia pupillaris, & earum fauore (sicut & matris) censeatur fideicom. omni tempore. Si verò neque mater, neque alia dictarũ personarum esset in medio: tunc saluo iudicio, & consilio saniori, cui se submittit, dicit, q si decesserit in pupillari ętate, erit pupillaris

pillaris directa: postea aũt fideicommissaria. nã verbum, qđ potest se habere ad plura tempora, videtur in dubio esse prolatum ab initio, vt ostendat futuros euentus, vt l. 3. in fin. de adi. leg. & l. hæc conditio. la 1. de cond. & demon. & l. qui res. post prin. de solu. aut ergo iste filius decedit in pupillari ætate: & videtur hoc prolatum in fideicom. & sic videtur ista substitutio vniformis; quia lex semper certa est, quæ facit istam substitutionem ab initio pupillarem, ex postfacto fideicommis. Et ideò non variatur ex tempore, sed est vniformis, & in vnum casum potest committi. Et per hoc patet responsio ad contraria. Et sic in isto membro concordat cum Ioan. An. & Cyn. & gloss. Insti. de pupillari substit. §. qua ratione. Tertia quæstio est, quando substitutio compendiosa fit per verba obliqua. ista, secundùm omnes, omni tempore est fideicommissaria, nec matrem excludit, vt l. cohæredi. §. cum filię. ff. de vulga. & pupil. super isto sexto membro ponit hic tres, siue quatuor quæstio. quando testator mandat bona sua per executores inter pauperes distribui, quandocunque filius decesserit sine liberis. vel dixerit: si filius meus decesserit sine liberis, bona mea dentur pauperibus. vel dixerit: si filius meus decesserit sine liberis, bona mea vendantur, & preciũ distribuatur inter pauperes: quorum electio fiat per meos fideicom. an substitutiones prædictæ sint directæ pupillares in tempore pubertatis, & postea obliquentur: vel sint omni tempore fideicommissariæ? dic, vt ibi in 2. quæst. principali. ¶ † Ex prædictis collige, quòd substitutio compendiosa fit
17 quandoque pupillo per verba directa, communia, vel obliqua: quandoque fit per verba communia, & directa. puta, dixit [quandocunque filius meus decesserit, talem substituo, & eum hæredem facio.] tenet enim ibi, quòd verbum directum stabit in sua significatione, verbum verò commune tra hetur ad fideicommis. vt sic aliud operetur. ex quo infert, quòd erit in electione substituti capere ex directa, vel fideicommissaria, vt l. si quis. de manu. testa. & l. recusare. §. Titius. ff. ad Trebell. Idem si testator dixit post factam substitutionem. volo valere vulgariter, pupillariter, & per fideicõ. Idem, si vsus sit verbo directo, & obliquo. istis enim casibus erit electio substituti, quo iure capiat, vt d. §. Titius. alia, quæ circa substitutionem compendiosam dicenda essent, infra subijciam. ¶ Octauò oppo. iste text. innuit, quòd ideò mater non detrahit trebel. & legitimam; quia substitutiones de filijs ad pauperes fuerunt directæ pupillares. à contrario ergo sensu, si fuissent fideicommiss. veniret detrahenda trebel. Sed contra de l. si quis ad declinandam. C. de episcop. & cleri. & de §. si autem hæres. Authen. de eccle. titu. vbi in relictis pauperibus, vel ad pias causas cessat omnis falcidia. & idem C. ad leg. Falcid. Authen. si mulier. ¶ Solu. dicit gloss. quæ incipit, ergo. contraria loquuntur in falcidia, quæ cessat in prædictis legatis. Secus in trebellianica, quæ de eis etiam detrahitur hodie; quia in ea non reperitur correctum. nam si voluisset legislator leges antiquas corrigere, expressisset, sicut expressit de falcidia: nec est eadem ratio in vtraq;, vt in glo. Ista solu. non videtur bona. primò quia est contra text. in §. si autem hæres. præalleg. ibi [omni falcidia vacante] &c. vt in gloss. si ergo virtute huius significati vniuersalis [omnis] in vna tantùm falcidia verificatur, verificari non potest in vtraque. ff. de leg. 3. l. mulier. in prin. & de leg. 3. l. Mæuius. §. eũ qui. & ibi not. ex quo infertur, quòd de falcidia iure institutionis debita, & Trebel. debet intelligi. nam de debita iure legitimæ intelligi non potest; quia capitur tanquàm æs alienum. Et ideò de relictis ad pias causas, sicut de alijs, venit detrahenda, vt not. in l. si quis ad declinandam. de episco. & cleric. & l. 1. §. ad municip. ff. ad leg. falcid. & hac gloss. Secundò hoc probat glost. ex identitate rationis. Tertiò per simile canonicæ portionis, quæ de talibus non detrahitur. Quartò ex coniunctione dicti. §. si autem heres. coniuncto. §. si quis in nomine. vbi loquitur de hereditate, & legato. similiter l. si quis ad declinandã. ibi [per falcidiam & aliam occasionẽ] &c. & de hoc ibi. vbi dicitur, sumi falcidiam pro trebellia. quia loquitur de hereditate pauperibus relicta. Nam nomen falcid. generale est, vt hic in gloss. Quintò facit pro hac parte quod not. in Authen. de here. & fal. §. si verò expressim. colla. 1. vbi not. quòd sicut testator potest prohibere falcidiam: ita potest trebel. & pro hac parte dicit Gul. q vidit iudicari in Specul. de instru. edi. §. compendiosè. ver. sed cum deductio. licèt multis tunc videretur contrarium, vt ibi refert. Ioan. And. tenet istam opi. contrariam, scilicet, quòd detrahatur pauperibus quarta trebel. Primò quia ius antiquum l. 1. §. ad municipium. ad leg. Falcid. non reperitur correctum. ergo &c. vt dixi. secũdò probat per d.l. si quis ad declinandam. ver. si enim. vbi dicitur [quòd si à speciali hærede recessum est, vt non falcidiæ ratio inducatur, quomodo] &c. ergo semper habebit locum, vbi specialis est hæres. Tertiò probatur, quia trebel. debetur principaliter prouidentia, ergo debet remanere, vt l. si arrogator. de adop. Quartò probat; quia iura, quæ loquuntur de singularibus non trahuntur ad vniuersitatem, nec econtra. de re. diui. Insti. §. vniuersitatis. Quintò si iura, quæ loquuntur de quarta falcidia, extenderentur ad treb. frustra esset senatusc̃on. Treb. quò ad detractionem quartæ. quod esse non debet, vt C. de vete. iure enu. l. 1. §. sed hoc studiosum. Item ratio differentię est in prõptu, quare magis est treb. debita. quia hæres cogitur adire per confirmationem vniuersalis fideicom. sed non ita pro singularibus relictis: non mirum ergo, si plus honoratur, q magis oneratur, siue grauatur. ar. ff. de iureiu. l. eum qui. & in hac residet hic Ioan. An. post Arch. qui ex prædictis fere rationibus idem tenet. D. Cy. tangit istam quæstionem in Auth. simi liter. C. ad leg. Falci. & remittit ad dicta per eum in Auth. sed cum testator. eo. tit. vbi quærit, vtrũ sicut testator potest prohibere falcidiam, ita posset trebel. glo. ibi tenet, q non. contrarium no. in corpo. vnde sumitur. s. q̃ possit. quam opin. ibi sequitur post Old. Iac. de Ra. & Pe. in 3. q. ¶ Ex hoc ergo sentit, quòd sicut potest prohiberi per testatorem: ita etiam sit prohibita per legem in relictis ad pias causas, siue pauperibus, per iura præalle. Bar. istam opi. format in l. Marcellus. ff. ad Treb. & dicit, quòd hodie sicut in relictis ad pias causas cessat falcidia, cessat & trebel. primò probat; quia appel. falcidiæ continetur trebel. vt hic in gl. sed tex. in corpore eo. tit. §. si autem hæres. dicit cessare omnem falci. & ponderat ver. omnem, vt dixi. ś. Item vna particula scripturę per aliam declaratur. sed in d. Auth. fit mentio de vniuersali fideicommiss. & legato. Item potissimè hoc probat per regulam, quæ traditur in illa l. Marcellus. quę dicit, quòd in quibusdam testamentis cessat falcid. & trebell. Ista igitur regula l. antiquę debet extendi ad casum nouæ legis prohibentis falci. vt videat similiter ꝓhibere treb. vt sic lex noua edita in sexto casu extendatur ad alium, qui falcitur eisdem regulis ex antiqui iuris dispositione. ponit exemplum de l. vt tantum. de ser. cor. quæ extenditur ad casum l. si quis seruo. C. de furt. vt d. l. intelligatur in corrumpente filium, sicut seruum. & sic secundùm eum non obst. ratio. quæ non mutantur &c. vt l. sancimus. C. de testamen. Non obst. quòd grauatur in hoc hæres rogatus de restituendo; quia cogitur adire: sed non hęres pro relictis singularibus. non enim debet expectare coactè: sed expectare primum adeo exercendo actum pium, & restituendo in Auth. de hæred. & fal. §. si non expressim. puta, si non adiret, non minus valerent talia relicta, quæ debentur etiam hæreditate non adita, vt not. in l. eam quam. C. de fideicommiss. Idem tenet D. Bald. in l. id quod pauperibus. C. de episco. & cleri. nam, secundum eum, non est magis fauorabilis quarta treb. quàm fal. immo minus, vt patet ad leg. Fal. l. in quartã. & qđ ibi no. illud c. quia hic non sumit ar. à cõtrario sensu, postq̃ lex exprimit cõtrariũ, vt C. de cõd. inser. l. 2. ¶ Ex p̃dictis igit collige in summa duas conclusiones.

nes. Primæ eſt, q̃ ſicut hodie ceſſat falcidia in relictis ad pias cauſas.ita ceſſat treb.ſecundùm iſtos.Ioan.An.& Archid.cõtra. Secunda eſt, quòd ſicut teſtator poteſt prohibere fal. vt in Auth.ſed cum teſtator.ita poteſt trebel.ſecundùm Oldra. Iac.de Are.Petr.& Cy.licèt aliquæ gl.contra.in hoc aũt omnes concordant,quòd legitima, ſiue debita iure naturæ minuit hæc relicta,vt in gl ¶ Nonò oppo. dicitur hic,quòd matre excluſa,bona omnia deuoluuntur ad pauperes;quia ſubſtitutio de filijs ad eos directa debet intelligi pupillariter:ſed iſta non videtur legitima ratio:quia licèt eſſet directa,non tamen expreſſa pupillaris,ſed tacita,vt incluſa in compendioſa:ſed regula eſt, quòd tacita pupillaris non admittitur contra matrem,vt l,precibus.C.de impu.& alijs ſubſti.& l.fin.de inſti.& ſubſti.Secundò (vt tetigi in 14.no.)regula eſt,vt dixi, quòd tacita pupillaris non admittitur cõtra matrem. & hoc eſt verum in pupillari tacita,quæ includitur in vulgari exp̃ſſa.Sed illud cap. loquitur de pupillari, quæ comprehenditur in compendioſa.rationem differentiæ reddit gl.in d.l.precib. quæ incipit.aliàs peti poſſunt.&c.dicit enim, quòd compendioſa ſub compendio verborum continet expreſſam pupillarem,licèt non ſpecificatam.ſed tacita pupillaris, quæ continetur in vulgari,non declaratur ex ſignificatione verborum, ſed ex interpretatione legis.& ideò contra matrem non admittitur,vt ibi.tacita igitur pupillaris ſubintellecta à iure,nõ excludit matrem:ſed tacita,quæ comprehenditur ſub generalitate verborum ſubſtitutionis compendioſæ, bene excludit matrem.vt no.Bar.in l.Centurio.ff.de vul.& pup.in j.col. & quod dictum eſt in matre, idem intelligas in quibuſdam aliis perſonis, vt non excludantur per tacitam pupillarẽ incluſam in vulgari,vt pater teſtatoris emancipati ab eo.Item nec auia,nec frater pupilli,vt no.Bar.in l.morib.in 5.q.principali.perſonas.n.adeo pupillo coniunctas noluit lex per ſuã interpretationem excludere:quia, ſecundũ Cy.non debet diſcooperiri.&c.in Auth.quo.oportet epiſcopos.§.ſed neq;. & l.aſſiduis. C. qui potio.in pig.hab. Et qa in eis eſt quaſi eadẽ ratio, quæ in matre,vt ibi per eum: vbi dicit, q̃ iſtud eſt verum.ſ.q̃ tacita pupillaris incluſa in vulgari non excludit matrem,niſi probetur contraria voluntas teſtatoris, quæ colligitur ex quatuor. Primò ex his,quæ dixit extra teſtamentum. Secundò ex his,quæ dixit in teſtamento.Tertiò ex conditione perſonæ matris,& ſim.perſonarum,de quibus excludẽdis tractatur.Quartò ex conditione perſonæ eius,qui eſt ſubſtitutus.quæ proſequere,vt ibi per eum in pe.& vlt.col.vbi etiã quæritur,quot teſtes requirantur ad probandum iſtam contrariam voluntatem.ỹ.repetam iſta plenius.Et hic adde,q̃ illud, quod dictum eſt in pupillari incluſa in compendioſa, vt excludat matrem, idem intelligas de incluſa in breuiloqua, vt l.Lucius.& ibi per Bar.ff.de vulg.& pup. ¶ Iuxta prædicta quæro.Mater,contra quam dixi tacitam pupillarem non admitti,eſt excluſa ab hæreditate pupilli;quia eo viuente deceſſit,vel hæreditatem ſibi delatam non adiuit:vtrũ veniat ſubſtitutus,vel venientes abinteſtato ipſi pupillo?quæſtio ſtat in hoc.ſi dicimus,matre exiſtẽte in medio, tacitam pupillarem à principio non comprehendi ſub vulgari expreſſa, venient tunc venientes abinteſtato.Si verò dicamus eam includi,ſed ſine effectu contra matrem: tunc ea ſublata de medio,reaſſumit vires. & ſic veniet ſubſtitutus tanquàm ſubmoto obſtaculo.& licèt in hoc glo.vario modo loquatur: tamen videtur concluſio Bart.& Bal.in d.l.Centurio.q̃ etiam tunc includatur,ſed ſine effectu,propter matrem.ex quo ſequitur. ſi ipſa excluditur,vt prædixi,veniet ſubſtitutus.& quòd veniat, qũ ipſa præcedit,videtur tex.in l.ſi.in fi.C.de inſti.& ſubſti. ſi tamen mortuo pupillo mater decederet,non adita eius hereditate,tranſmitteret ad hæredes ſuos ius deliberandi infra annum.& ſic excluderet ſubſtitutum,vt dicit Cy.in d.l.ſi.¶ Decimo & vltimò op.dicitur hic in fi. quòd teſtamentum pupillare eſt cẽſendum paternum,vel potius pars paterni. contra illud oppo.& videtur,quòd ſit prorſus diuerſum: & ſint duõ teſtamenta,cum poſſint fieri diuerſis horis.& ſic non requiritur actus continuatus,ſicut requiritur in vno teſtamento, vt l.ſi quis eum.§. ſi ſuo.ff.de vul.& pup.& l.cum antiquitas.C. de teſtam.So.dic,quòd ſimiliter non ſunt vnum teſtamẽtum, ſed ſecundùm quid plura.dicuntur enim vnum;quia ab vno, ideſt à patre procedit.& ſic eſt vnum reſpectu vnius cauſæ efficientis.Item dicitur vnum reſpectu vnius ſolemnitatis;quia in vtroq; ſimul facto ſufficiunt ſeptem teſtes, & eadem ſignacula. & ſic dicitur vnum reſpectu vnius cauſæ formalis, vt l. patris & filij.ff.de vulg.& pup. Tertiò dicitur vnum reſpectu conſiſtentiæ; quia rupto paterno,non conſiſtit pupillaris, vt d.§.ſi ſuo. ¶ Quartò dicitur vnum reſpectu iuris accreſcẽdi. ff.de acqui.hære.l.qui patri. Econtra quò ad quid ſunt plura. primò quantùm ad plures hæreditates,vt l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.de vul.& pu.Scdò quantùm ad expugnationes,q̃ fiunt iudiciali auctoritate,nõ ipſo iure.nã pro parte p̃t reſcindi p̃ſũ, & in nullo reſcinditur pupillaris,vt l.ſi contra.de vulg. Itẽ ſunt plura; quia p̃ſt fieri diuerſis tpibus, vt d.l. ſi quis eũ. §.fi.Item ſunt plura.quantùm ad pluralitatem modi,ſiue formæ; quia poteſt fieri vnum in ſcriptis, alterum ſine ſcriptis. Item ſunt pluta quantùm ad ius adeundi,vel repudiandi, vt ff.de acquir.hære.l.quæſitum. Et iſta recolligit doctor meus in d.l.patris,& filij.& per iſta,quæ dicta ſunt,tex.& gl.arg.d. l.per Ioan.And. in nouel. ſunt pleniſsimè declarata. ¶ Repet. Mcccxcvij.de menſe Martij: in die beati Thomæ de Aquino Bononiæ per me Petrum de Ancharano vtriuſque iuris Doctorem.

ADDITIO.

a ¶ Exhæredare. Adde, quòd cauſæ exhæredationis ponuntur in Auth. non licet.C.de lib.præte.& in Auth. vt cũ de app.cog.§.cauſas.gl.in c.Quintauallis,de iureiuran.

SVMMAE.

1 *Religioſus poteſt eſſe executor vltimæ voluntatis,petita,& obtenta à ſuperiore ſuo licentia.*
2 *Mulier,& minor an poſſint eſſe teſtamenti executores.*
3 *Excommunicatus an poſſit eſſe executor teſtamenti.*
4 *Epiſcopus executores teſtamentarios compellere debet.*
5 *Epiſcopus loco recuſantis mortui alium ſubrogare non poteſt.*
6 *Executores non poſſunt diſtribuere malè ablata.*
7 *Epiſcopus an poſſit concedere,quòd malè ablata conuertantur in reparationem eccleſiæ.*
8 *Executor teſtamenti an poſſit alium deputare.*
9 *Executore mortuo,an officium tranſeat in hæredem.*
10 *Executor teſtamenti an poſſit vendere de bonis defuncti pro ſatisfactione legatorum.*
11 *Hæres vocatus,an poſſit impedire alienationem.*
12 *Executor an poſſit vendere,non præſente pecunia.*
13 *Executor inter pauperes an poſſit eligere minus pauperes,per comparationem ad alium.*
14 *Executori an detur actio contra hæredem.*
15 *Executor ad pias cauſas,an poſſit compelli per epiſcopum ad reddendam ſibi rationem de adminiſtratione.*

CAP. III.

R Eligioſus. Duæ ſunt partes.ſecunda ibi[ſanè.] prima ponit dictum,cuius rationem reddit,ibi[cum velle.] ſecundò in vno themate diffinit caſum bimembrẽ, & rõnem reddit,ibi [Ne voluntatem]& caſum excipit,ibi[Niſi.]¶ No.& præmitte primò,q̃ plures ſint executores,videlicet quidam ſentẽtiarum: aliqui negociorum:quidam literarum apoſtolicarum: quidã teſtamentorum,vt dixi poſt Io.An.ỹ.eo.li.de conceſ præb.c. 1 ſi ſoli.¶ †Secũdò no.q̃ religioſus p̃t eſſe executor vltimę voltatis,petita,& obtẽta licẽtia à ſuo ſupiore,& nõ aliter. F.õ, quare p̃t eſſe,eſt;qa iſtud op° eſt pietatis,vt ĩ Aut.de ec.ti.§.ſi qs ãt.cũ duob.§.ſe.& C.de ep.& cle.l.nulli,& iõ ab hoc onere, quod

re,q̃ eſt pietatis, nullus vĩ eximi.C.de ſa.ſan.ec.l.ad inſtructionẽ.& C.de priuil.do.Augu.l.abſit.tutela aũt,& procuratio ſunt monachis interdictæ.in Auth.de ſanc.epiſ.§.Deo autem.& §.illud.Sed cum monachi æquiparent ſeruis,vt no. In noc.de priuileg.c.cum olim.il 2.&l.fi.de ſtip.ſeruor.per Bar. videt,q̃ ſerui etiam poſſint eſſe executores teſtamentorum: maximè quia relicta ad pias cãs in facto,nõ in iure conſiſtũt. ergo cadũt in ſeruum.ff.de capi.dimi.l.fi.& l.ſeruus.de ali. & cib.leg.& leges ſimpliciter loquũtur, q̃ ille debet diſtribuere,qui à teſtatore fuerit electus.C.de epiſ. & cler.l.nulli.§. & ſi quidem.& de ali.& cib.leg.l.pecuniæ. Item cum talis diſtributio in pietate conſiſtat,vt dictum ẽ, nõ debet in ea eſſe diſtinctio perſonarum.in Auth.de monachis.§.1.So.dic cõtra. Iſta enim ptãs exequendi datur à lege, vt l.nulli.ergo nõ cadit in ſeruum,qui iuris ciuilis cõionem non habet,vt l.q̃ attinet.ff.de reg.iu.& l.intercidit. de condi. & demon. Nõ obſt. æquiparatio de ſeruo ad monachũ; quia nõ eſt p̃ omnia bona. Nam poteſtas monachalis eſt magis ſimilis filiali,q̃ ſeruili,vt no Bar.in l.1.ff.de vulga.& pupil.in tractatu vulgaris.

2 ¶† De muliere,a & minore dic, vt in glo. 2. quę ſentit, q̃ de
a iure non poſſit,licèt ſecus de conſuetudine. Sed dic in fœmina,q̃ de iure p̃t.Nam tutela, & cura in muliere cadũt, & cõ filium, vt in Auth.vt matres debi.& cre.& in Auth.de hæred. quæ abinteſt.§.ſancimus.ad hoc.ff.de exerci.l. 1.§.curare. & de inſti.l.ſed & ſi quis.§.parui.Itẽ poteſt eſſe arbitrix.de iure iur.c. Quintauallis. & eſt expreſſum ſecundùm Dy.in l.filio. §.matri.ff.de adi.leg.quod tenet ibi Bar.in Specu.in tit.de ſucceſ.edic.§ nunc verò.ver.quid in muliere.Idẽ dico in iſtis perſonis,quæ non p̃ſt eſſe executores, vt ſunt ſerui,fratres minores,& quidam alij, de quibus in Spe.in d.§. nunc verò.q̃ per hoc diſpoſitio non vitiatur: ſed per eſm exequetur,ac ſi nullus datus eſſet:vel eſſet datus,ſed mortuus,vel negligẽs in exequendo,vt d.l.nulli.& ỹ.eod.c.nos quidem.& in Auth.de ec-
3 cle.ti.§.ſinautẽ.¶ †Sed nunquid excommunicatus b poſſit eſ
b ſe executor teſtamenti? D.Bal.q̃ ſic;quia omnia,quæ agunt excommunicati circa temporalia,valent, vt not.Inno.de ſen, exc.in.c.ſi uerè.Non ob.q̃ excõmunicatus non poſſit eſſe iudex,vt c.ad probandum.de re iud.quia aliud in officio publico,aliud in priuato.Ita no. in l. id quod pauperibus. de epiſ. & cle.in 4.q.& idem ibi dicit in quæſt. 3. de exbannito, quòd ad actum nudi miniſterij: puta quò ad declinationem,vel electionem aliquam faciẽdam, vt l.ex facto. §. ex facto.& quod ibi per Bar.ff. ad Trebel. Idem dicit de aliquo collegio,vt ſcilicet poſſit eſſe executor; quia eſt perſona repræſentata, vt l. mortuo.ff.de fideiuſſo.& poteſt cõſentire,vt l.aliud. §.refert. ff.de reg.iur.& hoc breuiter de perſonis executorum.¶ Secũdò no.q̃ cum licentia ſuperioris poteſt eſſe executor vltimæ voluntatis religioſus,intellige ſuperiorem immediatum. Sed quid ſi eſt mortuus?dicit Io.An.poſt Io Mo.negotium differendum.& ſi diu differretur monaſterij prouiſio, fortè propter litem, dicit Papam cõſulẽdum.Sed Arch.putat,q̃ epiſcopus hanc licentiam dare poſſit.nam monaſterio vacante eps dat adminiſtratorem,qui temporalium curam gerit.de ſta.regula.c.ea quæ.§.qd ſi abbas. & quod ibi per Inno. & Hoſtiẽ. fortius ergo poterit hoc,qd̃ habet cauſam fauorabilem,& pẽdet à charitatis officio.facit ratio ſequentis.§. & quod no.Io. And.ỹ.eo.li.de elec.c.ſi religioſus.in nouel.Lapus dicit,q̃ cõuentus tunc iſtam licentiam dare poſſit, vel adminiſtrator,ſiue œconomus.ad hoc ỹ.de maio.& obe.c.cum olim. & ỹ.eo. lib.de ſuppl.negl.præla.c.pe.& fin. & quod no.ỹ.eo.c.ſi abbatem.per Io.An.poſt Io.Mo.¶ Tertiò no.in §.ſanè.quid iuris cum vnus ex pluribus executoribus non vult exequi, vel non poteſt,vel agit in remotis.ad alios eñ deuoluitur executionis officium:aliàs non videtur,q̃ vnus poſſit exequi,alio irrequiſito.In pluribus tutoribus dic,vt l.ſi plures.de admin.tuto.in prin.& in §.apparet.& C.ſi vnus ex pluribus.l. 1. In pluribus procura.dic vt in c.ſi duo,ỹ.eod.li. de procu.In pluribus iudicibus ordinarijs,vel delegatis dic,vt in c.prudentiam.de offic. deleg. Vt tamen clarius tibi liqueat, cum ſcilicet aliquid committitur explicandum pluribus. an vnus poſſit ſine alio illud facere.ſic diſtingue. Quandoq; pluribus mandatur officium publicum auctoritate,& vtilitate. Quandoq; publicum auctoritate,ſed vtilitate priuatum. Quandoq; vtroq; iure priuatum.Primo caſu,aut eſt adminiſtratio ordinaria:& competit cuilibet inſolidum,vt l. 1.ff.de offi.conſul.& l.Põponius.ff. de re iu.aut ẽ adminiſtratio delegata.& tũc ſecus,vt l.duo ex tribus.ff.de re iu.niſi fortè eſſet talis delegatus,qui haberetur pro ordinario, vt d.l.Pomponius. Secundo caſu ſubdiſtingue hoc modo. Aut eſt adminiſtratio principalis, & ordinaria: vt in pluribus tutoribus, & curatoribus data.& tunc cuilibet cõpetit inſolidum,vt l.ſi.C.de auct̃o. p̃eſtã. Aut eſt adminiſtratio acceſſoria,& quodammodo delegata: vt ſi ſunt plures actores vnius tutoris.& tunc nõ intelligitur inſolidũ,niſi fit dictum, ar.eius, quod dictum eſt de iudice delegato. Nec ob l. decreto.in fi.C.de admi.tut.quia ibi fuit demãdata vni ex pluribus tutoribus.Tertio caſu dic,q̃ quandoq; plures præponũtur à pluribus inuicem litigantibus: & non intelligitur inſolidum,niſi dicatur,vt l.parui. ff.de arbit. Aut præponuntur ab vno,ſiue pluribus non litigantibus. & tunc aut certę vniuerſali adminiſtrationi; ita q̃ eis videatur conceſſa ordinaria adminiſtratio, vt in inſtitore, & magiſtro nauis.& tũc poteſt q̃libet inſolidum,vt l. 1.§.ſi plures.ff. de exercitor.Aut ſunt alij adminiſtratores,& non poteſt vnus ſine altero.ff.de procur.l. pluribus. & quod ibi no. Fallit, ſi eſſent plures procuratores in re ſpeciali,vt d.c.ſi duo.§. 1.Item fallit in pluribus executoribus vltimæ voluntatis in caſibus hic expreſsis.iſta eſt diſtinctio Bar.in d.§.ſi plures.¶ Quartò no. cum dicit [cum velle, vel nolle non habeat.] & cum dicit [nolente] per iſta eñ innuit, q̃ iſtud officium ſit voluntarium. & ſic non poſſit cogi per epiſcopum ad exequendum. ad hoc facit d.c.Ioannes.vbi poſt mandatum ſuſceptum cogi poſſunt: à contrario ergo ſenſu non videtur, q̃ ante ſint cogendi.Cyn.de hoc no.in l. id quod pauperibus.in 3.q.C.de epiſ.& cle.Ego in d.c.Ioãnes. in 4.q.diſtinxi poſt D.Bal.ſic. aut loquimur in mero executore:aut mixto.ſi in mero:& tunc aut in relictis ad nõ pias cãs, aut ad pias cauſas. Primo caſu aut executor promiſit teſtatori,& ſibi fidem dedit de exequendo: & cogitur,vt l.ex ſentẽtia.ff.de teſta.tu.& l.vxori.§. 1. de falſis.& hoc ideò,quia teſtator non debet decipi,vt l.vnum ex familia.§.fi.de leg.2.Secus ſi tantummodo teſtamento patris interfuerit,& tacuerit. non eñ videtur conſentire;ideò non cogetur,ſecundùm Ioã. And.in d.c.Ioannes.ſuper ver.ſuſceptum. Aut non dedit fidẽ teſtatori,ſed acceptauit officium. Et tunc refert: aut acceptauit officium deferendum,aut officium iam delatum.ſi deferẽdum, non valet acceptatio. & p̃t pẽnitere, vt l.ſi ita ſcriptũ. §.ſi ſub conditione.de leg.2.& ſt.quorũ lega.l.1.§. quod ait p̃tor. Aut acceptauit officium iam delatum:& tunc non poteſt pẽnitere,niſi ex cauſa ſuperuenienti petat exonerari,vt ỹ.eo. li.de procu.c. 1.& de procu.l.ſi poſt datũ.ft.Tertio caſu prin-
4 cipali quando eſt executor ad pias cãs. & tunc videtur † ad officium epiſcopi pertinere,vt compellat eum exequi,ſi eum vult compellere: aliàs ipſe epiſcopus exequetur per ſe,vel alium. Nam ſicut epiſcopus poteſt compellere quemlibet,cui vult delegare cauſam,vt l.1.C.ſi pro ſua iuriſ.Ita & executoré iſtum,& hæc dicta ſint in meris executoribus. In executore autem mixto diſtingue: quia aut acceptauit relictum,& officium:& compellitur.aut acceptauit officium,ſed non relictũ: & tunc aut officiũ ẽ ſibi iniũctum obtentu relicti, & ſub noĩe appellatiuo:& non poteſt cogi; quia expirauit officium.ff.de fideicom.libe.l.Lucius.facit quod no. in l.neminem.cum l.ſe. de leg.2.aut eſt iniunctum contemplatione induſtriæ:& tũc cogitur. aut acceptauit relictum, ſed non officimu: & tunc aut ſcienter: & compellitur. aut ignoranter: & tunc ſecus, ſi velit cedere relicto.Sed ſi nolit, tunc compellitur præciſè, vt

l.fi.C.de confir.tu.& ita distinguit ipse in l.1.de leg.2. Et ego post eum in d.c.Ioannes. Quis autem dicatur merus, & nudus executor. & quis mixtus, dixi s.eod.c. tua nobis.in 1.q. per quem aũt epm compellet in casibus, in quibus dixi compelli posse, si forte testator erat de vno loco, & episcopus de alio. Similis qstio formatur de episcopo exequente ex dispositiõe iuris, an intelligatur de episcopo domicilij,an originis testatoris.dixi in d.c.Ioannes.in 3.q.& ibi Io.An. tenet,q episcopus ipsius executoris debet ipsum compellere, vt l. dinus.ff.de tu. & cu.da.ab his.De quo autem episcopo intelligatur, qdã,q de episcopo domicilij testatoris,vt in Auth.de ec cle.ti.§.si quis aũt pro redemptione.ver. si aũt qui hoc.& l.si qs ad declinandam.C.de epis.& cler. ibi [in qua testator larem fouere,ac degere noscitur] in contrarium facit l.nulli.C. de epis.& cle.ibi [ex qua testator oriẽ.] & ibi glo.no.q vterque episcopus originis,& domicilij conuenire debet.ff.de excu.tu.l.iurisperitos.§.cum oriũdus.& ita dixi in c.si hæredes. in 4.no.s.eo.& no.bene istam q.quando testator est vnius domicilij habitatione,& alterius origine,& in tertio sunt bona, quis episcopus exequetur.& aduerte,quia (vt dixi in d.c.Ioãnes.in 3.q.) Doc.formant q. de episcopo domicilij, vel originis,quis exequatur.de episcopo verò, vbi sunt bona sita,non faciunt mentionem,quasi ad ipsum non spectet executio nullo modo;q quo dicto facit qđ dixi post Inn.& Doct.in c.pastoralis.de priuileg.& c.postulasti.de fo.comp. s.eo.lib.de rescrip.c.statutum.in glo. olim dicebamus. & plenius de illa q.
6 videas per D.Bal.in l.nulli.C.de epis.& cle. ¶ † Quintò no.q dicit [liberè adimplere.] Inducit eñ Io.An.q episcopus loco recusantis mortui, vel absentis non possit alium subrogare. quod refert tenuisse Io.de Deo in casu,in quo superstes exequi potest: solum enim defectum,vel malitiam potest supplere episcopus,vt patet s.c.nos quidem.& c.tua.& c.Ioãnes. & de voto.c.licèt.& ita ẽt tenet Bal. in d.l.nulli. vbi dicit,q ñ solum alium: sed seipsum non põt associare. ¶ † Venio ad aliquas vtiles quæstiones executorum. & primò quæro post Io. An.& Archi.an executores possint distribuere incerta, & malè ablata,si ad hoc fuerint specialiter deputati per testatores. Arg.q sic; quia testator ipse potuisset s.eo.c. tua. & de vsur. c.cũ tu. ibi [pauperibus erogare.] Inducit quod no.Vin. Io. & Ber.in c. cum sit. s. de Iude. & concludit, q episcopi se de hoc non habent intromittere, nisi in defectum, vbi scilicet à testatore non est aliquis deputatus ad id.Hosti.tenet contrarium in d.c.cum sit.vbi dicit,q illa restitutio,siue erogatio debet fieri per episcopum; quia iste est de casibus episcopo reseruatis,vt d.l.nulli.& Auth.omnes peregrini. C.com.de succes.Io.An.dicit hic,q vtraque opinio habet æquitatem. Nam non est dare rationem,quare nõ debeat quis haberi pro absoluto, si restituit,prout disponit c.cum tu. de vsu.illas pauperibus erogando. æquum est enim hunc haberi pro absoluto. & sic procedit opinio Archi.opi.ẽt Host.habet æquitatem ꝓpter suspicionis fraudem,quæ de leui posset committi,si erogando pauca certis pauperibus, induceret,vt faterenẽ se multò amplius percepisse:quod de leui facerent.per quam ratio nẽ, & alias æqua videtur ordinatio episcoporũ, q communiter per sua statuta sibi reseruant in incertis non solùm absolutionem peccati, sed etiam dispensationem ipsorũ incertorũ. D.Fede.de Senis.cõsi.32.refert bonæ memoriæ D.Ghirardũ ordinis Heremitarum, bonũ decretistam tenuisse opi.Hosti. & corroborasse inconuincibilibus rationibus. Lap.hic dicit, q Pau.de Leazar.putat veram opi.Archi. Fatetur eñ episcopum sibi posse reseruare confessiõem,& absolut. peccati:sed non dispensationẽ ipsorũ malè ablatorum. & rationẽ, quare nõ possit,collige ex no.per Pau.in Clemẽ.dudũ.§.huiusmodi quoq;.super ver.à iure.de sepul.& de priuil.c.religiosi.§. quibus.super ver.aliorũ.opi. ẽt Archid.tenet Io.Calde.& Recupe.de sancto Minia. qui sic consulendo scripserunt. ipse Lap. remittit hic ad no.per eũ in Cle.abusionibus. de pœn.& rem. & ibi ponit opi.de quibus s.demum distinguit inter malè ablata,in quibus irreuocabiliter transfertur dominiũ: & illa, in quibus non transfertur: vel transfertur,sed reuocabiliter; quia habet locum repetitio.Primo casu sit vera opinio Arch. Ratio,quia cũ sint sua, potest eleemosynam facere: & habet ius dominij licèt illicitè.& ideò per se, vel per aliũ debet posse disponere,prout placet:nec debet libertas sibi subtrahi.de pœni.di.2.c.vbi liberi.Secundo casu,cum nullũ habeat dominiũ in rebus illis dispensandis:vel habet,sed reuocabiliter,nõ debet ipse dispensare: sed episcopus, qui est pater pauperum suæ diœcesis.de ex. c. cum venerabilis. & de relig.dom. c. de xenodochijs.& in hoc residet in dicta Cle.Vidi istam q. de facto Senis.volebat enim ille, qui extorserat vsuras à psonis incertis,ipsas erogare:& eo mortuo hæredes ipsius,siue executores offerebant episcopo,q volebant fideliter dispensare,& non sibi tradere,timentes,ne sibi imbursaret. D.Bal.dicit, q executor datus ad restituendum malè ablata præfertur episcopo per generalitatem l.nulli.C.de epis.& cle.nisi obstet episcopalis constitutio, vel fraudis suspicio:quia tunc posset episcopus demandare, q nil fiat absq; eius conscientia. idem dicit in hæredibus, q possint restituere incerta absq; episcopo: nisi obstet alterum ex prædictis duobus. & ita not. in d.l. nulli. Ego ẽt vltra dico, q episcopi prouidentia per ipsũ principalem,qui extorsit:vel eius hæredem, siue executores eius, debet fieri distributio.& hoc sonat ver. prouidentia,qđ ponit in dicto c cum sit.quod quidẽ verbum nõ sonat,vt episcopus manu sua capiat:sed vt in erogando prouidentiam adhibeat. nam ipsius,& principalis,siue hæredis,& executoris interest, vt voluntas testatoris impleatur: ergo omnes debent adesse, per reg.l nam ita diuus.ff.de adop. & l. de vnoquoque. de re iu,& concursus iste admittit,quotiens duo, vel plures præten dunt habere ius in re,de qua agitur,vt l.Iurisperitos.§. q oriundus.de excu. tu.Istam opi.credo æquam,& sine suspicione cuncta procedent.Nam variatis hodie moribus, & fide, non minus laici habent suspectos episcopos, q̃ econtra, videntes in erogatione,& exactionibus episcopos non seruare formã l.nulli. quæ gestis interuenientibus vult eos pecuniã recipere, & numerũ personarũ,in quas est erogatio facienda, manifestare; ita q pia voluntas per omnia impleatur. & l. illa pfert episcopo executorem testamenti in talibus erogationibus. vnde ipsum excluderet ab illa erogatione malè ablatorum,& ipsum etiam principalem, non est dare rationem,nec ius expressum,hoc dicẽs.Et maximè hoc est verum,qñ de incertis, & malè ablatis aliter non apparet, q̃ per assertionẽ ipsius, q se asserit extorsisse iniustè, & velle erogare per se, vel alium. standum enim videtur in totũ suæ conscientiæ super hoc,ar. c.significasti.de homi.vbi illa, quæ ad conscientiã procedũt, nõ sunt reducenda ad forum contentiosum. Si verò aliter de extorsione illicita apparet,conueniant,vt prædixi. ¶ †
7 Secundò quæro,an episcopus possit concedere,q talia incerta cõuertantur in reparationem ecclesiæ parochialis? videtur, q non;quia debentur pauperibus,vt c. cum tu.& 9.q.5.c.nõ sanè. non contingit igitur liberatio, si quod vni debetur, alteri soluatur.de iureiur.c.eam te.& de deci.c.tua.il 2.& qui tenet pauperibus eroganda,rapit aliena. 45.dist. c.sicut hi.& nemini est consulendum cũ alterius iniuria. ff. eo.li. de reg.iur.c.locupletari. Item soli principi licet deputatum ad certum vsum in alium commutare, vt Cle.1.de reli.do. Item à iure diffinitum est,de quo debet ecclesia reparari, & per quos.de eccle. ædif.c.1.in nouel. opus igitur pietatis nõ est cum iactura pauperum exercendum:nec prætextu pietatis impietas cõmittẽda. 21.qõ.1.c.nosce.In contrariũ arguit, q episcopo æqualis cura imminet de tribus,scilicet de alendis pauperibus,ecclesijs ædificandis & reparandis, & de alendis ministris ecclesiarum.83.dist.c.1.& 12.q.2. c.aurum.Item cum bona ecclesiarum sint pauperibus obnoxia,sicut & illicitè acquisita,vt d.c. aurum. Et sicut pro ædificatione, vel reparatione ecclesiarum po-

rũ põt episcopus dare quinquagesimã.12.q.2.c. bona.sic igit videtur posse de illicitè acquisitis. Item expedit pauperibus ecclesias reparari, in quibus oblationes recipiuntur ad pauperum alimoniam.12.q.1.c.habebat.Item in ecclesijs inuitãtur fideles ad pauperum sustentationem, & ad talia pia opera.& sic illas reparari expedit pauperibus;& maximè qa pauperes ecclesiæ debent in numero pauperum cõputari. & hãc partem refert tenuisse disputando D. Bo.priorẽ sancti Martini de Senis, in casu scilicet, quo ecclesia reparationem, vel augmento indigeat necessariò; vt quia in ea non potest populus conuenire ad diuina: nec facultates ecclesiæ ad ipsius reparationem sufficiunt: aliter,id est,si reparatio est voluntaria,vel necessaria, sed sufficiunt facultates ecclesiæ:tunc non poterit.nec etiam,quãdo nimia fames imminet pauperibus: 86.dist.c.pasce.& his casibus procedũt allegata in cõtrariũ. & hanc opi.refert nouissimè disputando tenuisse D.Recupe
8 rium de sancto Miniate. ¶ † Quæro tertiò, an executor testamenti possit alium deputare.Io.An.dicit,q debet per seipsum exequi,non per alium. s.eod.c.tua. ibi [p manus eorũ.] ad idem.C.de epis.& cle.l.nulli.ibi [pro sua conscientia] &c. Et hoc dicit verum,nisi certæ rei erogatio,& certo loco fienda commissa esset; quia tunc fortè posset alij cõmitti.ad hoc s.eo.lib.de offi.deleg.c.is cui.& ita hic in nouel.post Archid. Cy.post Iac.de Are.dicit,q in iudicijs ad similitudinem tutorum posset lit.conte.alijs demãdare,& non ante,vt l.neq; tutores.C.de procu.In alijs negocijs posset añ.& ita no.in l.id, quod pauperibus.C.de epis.& cle. in 13. q. probabilius est, quod dicit Io.An.propter electam industriam,ac fidem personæ,vt c.si.de off.dele. ¶ Quartò quæro pro intellectu. c.pone,q sunt.4.vel 5.executores, nũquid minor pars,maiore volente,vel impedita,exequi poterit? dicunt quidam,q quotcũque fuerint,vnus solus poterit,certis impeditis,vel nolentib. per hunc tex.& per rationem eius [ne volũtas testatoris] &c. Item quia tex. dicit [pluribus executoribus] & subiũgit [vno eorum] &c.& sic loquitur in pluribus, q̃ duobus: & tamẽ vni executionem permittit.& dicere contrarium,esset restringere hunc tex.ad vnum ex duobus impedimentum;& sic esset prouisio huius c.nimis stricta.D.Fede. consuluit,q maiore parte nolẽte, vel impedita, minor pars non possit exequi, nec habet locum iste. §. qui fauet vltimæ volũtati in hoc;quia de iure cõmuni vno ex 3.datis simpliciter impedito,duo non poterunt.de offic.deleg.c.causam.& c.vno delegatorum.& ideò cum à iure communi exorbitet, non debet sic extendi.esset enim graue dicere, q si testator instituit 4.vel 5.executores: quòd vnus solus possit exequi,alijs impeditis, vel nolentibus. Non obst. q sit nimis arcta prouisio, restringendo eã ad duos,vel cum numerus est par. Nam dico, q habet locum etiam in pluribus,q̃ 2.& cum numerus est dispar (puta cum sunt 3.5.vel plures.)nam vno ex 2.impedito,vel nolente: vel 3.ex 7. maior pars poterit exequi speciali fauore vltię voluntatis.facit quod no.de arbi.in c.2.& in glo. penul.s.eo. lib.& ita dixit consi.65.& in Specu.de instru.edit.§.cõpendio sẽ.alias § nec aliquæ.& ego etiam hoc retuli in d.c. Ioannes. in 8.q. ¶ Quintò quæro post Lap. Dixit testator in testamento.volo per 3.executores meos, vel per duos ex eis insolidũ, alio absente irrequisito, vel defuncto fieri executionẽ mei testamẽti.mortuis duobus:an vnus superstes poterit exequi? Refert Ioan. And.consuluisse,q non.mouetur per hoc c.in 2. rñ. vbi loquitur in datis simpliciter: qstio verò ista loquitur in datis sub certa forma penitus diuersa ab ista huius c. videtur eñ fuisse intentio testatoris, q duo concurrerent in executione,& vnum solum exequi non posse.Sed ob.q dixi [insolidũ] cuius verbi natura est attribuere totum, de quo agitur, cuilibet ex personis in dispositione coniunctis, vt ff.de pœn.l.pluribus.& eod.tit.s.eo.lib.c.si duo. Similiter in obligatiõe duorum reorum credendi, si sit dictum [insolidum.] cuilibet, & contra quemlibet insolidum datur executio, vt l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duobus reis.Sed ista locum habent,quãdo dictio,insolidum, respicit personã disiunctiuè, vel alternatiuè: sed hic duobus ex pluribus cõmisit insolidũ: vñ sicut separatim disponendo de pluribus insolidũ,videt voluisse,q singulos insolidũ cõcernat,vt dcm ẽ.ita plurib⁹ nominatis, (subiũgẽdo,q duo ex eis,alijs irrequisitis insolidũ exequãtur) videtur velle illos coniungere loco vnius, & quò ad solidi executionem alijs derogare: aliàs si diceremus, quòd quilibet ex ipsis duobus posit insolidum exequi, concederemus executionem vni ex tribus: aliàs ex quatuor. cuius contrarium videtur voluisse:dum vno irrequisito voluit exequi posse per duos insolidum: quasi totum isti duo distribuant, non obstante tertio.& sic refert sensisse omnes Doct. vtriusque iuris, quos super hoc consuluit Io. An. ¶ Sextò quæro post Bar.filium adultum habens ipsum hæredem instituit: & quandocunque sine liberis decesserit, voluit,quòd per executores,quos in testamento nominauit, bona sua distribuerentur inter pauperes.conditione existente, executores quosdam pauperes nominarunt,& in eos solo verbo distribuerunt certam quantitatem de bonis,& hæreditate prædicta.quæritur,an hæredes dicti filij possint conueniri à dictis pauperibus nominatis cum effectu,& in quantitate prædicta? istam quæstionem Bar.disputauit.& pro so. præmittit quinque. Primò, quòd in quæstione prædicta executores obtinent locum vniuersalium fideicommissariorum:sicut obtinent locum hæredum iure directo,quando nullo instituto hærede, mandauit testator bona sua distribui inter pauperes, vt s.eod.c.cum tibi.per Doc. & l.si quis ad declinandam.C.de epis. & cle.& in Specu.de instru.edit.§.nec aliqua.ver.& scias. & quòd, si per fideicõmissum relinquitur,sint censendi executores vniuersales fideicõmissarij,alleg.pro casu l.nulli.C.de epis.& cle.& in Auth.de eccle.tit.§.si quis autem pro redemptione. Secundò præmittit,q licèt regulariter in fideicõmissarium vniuersalem. s. non transeant iura,& actiones, nisi facta restitutione, vt ff.ad Trebel.l.facta.& l.restituta.& C.ad Trebel.l.penul.tamen quando fideicommissum vniuersale relinquitur ad pias causas,incontinenti transeunt actiones, & iura sine restitutione,vt C.de sac.san.eccle.l. vt inter diuinum. & est expressum in d.§.si qs autem pro redemptione.vbi executor,qui est legitimus,vendicat absque alia restitutione. Tertiò præmittit, quòd licèt p tales executores omnia debeant distribui inter pauperes:tamen potest fieri restitutio partis singularis, vel precium eorũ dando,siue assignãdo.C.de epi.& cle.l.si quis ad declinandã. & d.l.nulli.& de leg.2.l.vnum ex familia, §. si duos. vbi valet restitutio facta in illos duos de familia:licèt non valeat in alijs.Nam & inter hæredes potest fieri diuisio certæ rei,vel certæ partis, alijs remanentibus. C.fa.her.l.1.& ff.fa.her.l. filiæ. Quartò præmittit, quòd quãdo sit talis denominatio, siue distributio,non est necessaria præsentia personæ nominatæ,nec personæ hæredis,qui ex hoc poterit conueniri.ff.de leg.2.l.vnum ex familia.§. si duos.& C.de secun. nup.l.si quis prioris. §.certum.vbi apparet, quòd potest fieri in testamẽto talis nominatio. ergo personæ præsentia non est necessaria. ff.de leg. 2.l.miles.in princ.& l.cum pater.§.donationis.eod.tit.Quintò præmittit, quòd id,quod dictũ est. s. quòd executores censeantur fideicommissarij vniuersales,& quòd habeant actionem,etiam non facta restitutione, sunt vera ex priuilegio speciali in relictis ad pias causas.Nã de iure cõmuni tales executores nõ possũt agere,vt l.Lucius.ad Treb.§.Mæuia.sed pupes electi & nominati peos de iure cõi põt agere cõtra hæredes,ac si testator eos expressè nominasset in testõ. vt d.l.vnũ ex familia.§.si de falcidia.& §.rogo.de leg.2.& l.à filia.§.fin. ad Treb. Ex his concluditur, q si hæres restituerint hæreditatem dictis executoribus, tanq̃ vniuersalibus fideicommissarijs (quod facere poterunt,vt dictum est.) dicto casu hæredes non poterunt conueniri à dictis pauperibus nominatis;quia per dictam restitutionem iam sunt liberati, vt ff.ad Trebel.

l.1.in

l.1.in prin.& l.ita tamen.§.qui ex Trebel.eod.tit.si verò nõ re
ſtituerint,vt prędictum eſt: tunc dicti heredes à dictis paupe
ribus nominaris, & electis poterunt conueniri in illa quantitate,per ea,quę dicta ſunt,& per alia iura, quę alle.in d.diſpu
9 tationé,quæ incipit.Filium adultum &c. ¶ †Septimò quæro poſt glo. vtrùm mortuo executore, eius officium tranſeat in heredẽ? dic, vt in glo. ex liſa &c. Iac. de Are.in ſuo tractatu, quem fecit de iſtis executoribus, idem tenet qđ gl. & ad l.cũ vnus.&.l.à filio.& l.alimenta.allegatas in gloſſ.pluribus modis nũdet Bar.dicit in d.l.à filio.poſt Dy.ꝙ tranſit ad hæredẽ 11
iure cuiuſdam obligationis. quod intellige verum, quãdo obligatio, qua tenebatur defunctus, continebat onus burſale, nõ perſonále tantùm. Sed ſi eſſet onus perſonale tantùm:tũc non tranſiret,vt l.antep.de tute.& l.cuius bonis.de cura.furi. Sed hic coniũgi poteſt quæſtio, an officium executoris tranſeat in ſucceſſorem in dignitate.glo.pe.hoc tangit, & ſoluit diſtinguendo:vt ſi fuerit expreſſum propriũ nomẽ:& non tranſeat. Aut appellatiũ, ſcilicet dignitatis,& ſubdiſtinguit inter prælatum extraneum,& propinquum, vt in ea patet.quã no. & de ipſa etiam vide per Bar.in l.qui liberis. §.hæc verba.de vulg.& pup.& in l. quidam relegatus. de rebus dub. & in di-
10 cto tractatu Iac.de Are.¶ †Octauò quæro.an executor poſſit vendere de bonis defuncti pro ſatisfactione legatorum ad pias cãs,vel nõ pias.Spe.tangit in ti.de inſtr.edi.§.nec aliqua. 12
ver.nũquid executor. Barto.dicit, quòd quidam ſunt executores vniuerſales:& iſti poſſunt vendere,vt hæredes,vt l.ſi qs ad declinandam.C.de epiſ. & cle. Quidam ſunt particulares ad legata ſoluenda,alio inſtituto hærede: & iſti nõ poſſunt vẽdere:niſi hoc eis teſtator ꝓmittat. & ita no. in l.alio. ff.de ali. & cibaria.leg. vbi plenè per eum de viribus, & effectu huius licentiæ,quam concedunt communiter teſtatores ſuis executoribus; quibus dant licentiam,& poteſtatem vendendi,& alienandi de bonis ſuis vſq; ad ſatisfactionẽ integram legatorũ. Circa.n.iſtam licentiam tangit plura dubia.& primò,an ante aditionem hæreditatis poſſint vendere dicto caſu. Tenet quod non:debet.n.datio executorum confirmari per aditionem hæreditatis,ſicut alia legata,vt l. ſi nemo. ff. de teſta.tu. Sed fortè cum legata ad pias cauſas nõ requirant aditionem, vt ipſe no.in l.habeat.C.de ſac.ſan.ecc.ita nec datio executorum quò ad ipſa.arg.ſ.eo.li.de off.deleg.c.ſi ſuper gratia.il 1.
Deinde quærit de illo verbo, licentiam, quid importet, an arbitrium boni viri,an liberam voluntatem. dicit, ꝙ arbitrium boni viri; quia deſcendit à, liceo, lices. Subiungit,vtrùm propter licentiam iſtam vendendi,& alienandi poterunt obligare,vel permutare,vel inſolutum dare?dicit,ꝙ ſi iſta permiſsio vendendi fiat à lege,vel iudice, debet ſtrictè intelligi,prout ꝓmittit,vt l.ſi pupillorum.§.ſi prætor. ff. de rebus eo. Quãdoque fit ab alio priuato. & tunc appellatio venditionis cõtinet
13 oẽm actum alienationis,qua impletur cã, propter quam fuit permiſſa venditio. ad hoc.ff.de ſtatulib. l. ſtatu liberi à ceteris.§.Quintus.Deinde quærit, an poſsint vendere rem,quam volunt,& pro quanto pretio voluntate?dicit, ꝙ non, ſi commiſſio eſt eis facta per verba importantia liberam voluntatẽ:tũc dicit,ꝙ libera voluntas importat, vt faciat bona fide, non doloſè,vt l.creditor.§. Lucius.ff.man. Si verò vellet rem magni precij vendere pro modico: tunc non faceret bona fide, vt l. magis puto.§.ne paſsim. de rebus eo. & ſic debet intelligi qđ nó.in l.1.C.qñ decreto opus nõ eſt.& l. quãdiu.de diſtractio. pig. ¶ Item quærit,an ſit hæres requirendus, anteq̃ executor vendat?dicit, ꝙ quidam executores ſunt,qui poteſtatem vendendi à lege habent: & iſti debent requirere partem,vt l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud. & no. per Cy.in l.ab executore. C.quo. ap.non rec. Quidam ſunt executores, qui habent poteſtatem ab homine:& tunc aut iſta poteſtas fuit voluntaria; vt eſt illa, quam dat dominus ſuo procuratori, quã poteſt pro libito reuocare. & tunc dominus non eſt requirendus:immo debet prohibere,ſi vult, vt l.ſi mandaſſem.ff.man.

Si verò à principio fuit voluntaria, poſtea incæpit eſſe neceſſaria (vt poteſtas quam dat debitor creditori.) & tunc ſi illa poteſtas fuit limitata: vt quia dixit.do tibi poteſtatem alienandi à tali die in antea pro tali precio:tunc non requiritur citatio domini,vt l.1.§.fi.C. de iure delibe. Si verò non eſſet limitata:tunc debet citari,vt l.creditor.& no.C.de diſtractio. pig. Nunc ad propoſitum. mandatum datum executori fuit voluntarium reſpectu teſtatoris à prin. & deinde neceſſariũ, nec eſt limitatum; ideò debet hæres requiri, vt d.l. creditor. nisi teſtator aliud diſpoſuiſſet. ¶ †Vtrùm autem hæres vocatus poſsit impedire alienationem executoris.dicit,ꝙ ſic,certis de cauſis:puta ſi offerat pecuniam pro ſoluẽdis legatis:vel offerat ſe in termino ſoluturum, datis fideiuſſoribus. Idem ſi vellet vendere pro modico legato rem magni precij, vel etiã pro paruo precio,vt dictum eſt. ¶ Quærit etiã,vtrùm execut. teneantur vendere cum bannimentis, ſiue ſubhaſtationibus? dicit,ꝙ ſic,ad exemplum executorum ſententiarum,vt l.ordo.C.de exec.rei iudi.& l.edicto.C. ſi aduerſus fiſcum.& l.2. & l.fi.C.de fi.inſtru.& iur. haſtę fiſcali. 10. & hoc eſt verum, etiam ſi in teſtamento daretur eis libera vendendi poteſtas. Nam tutores conſtat habere liberam, vt no.in l.mandato generali.ff.de procu.& tamen tutores in venditione rerũ pupillarium debent adhibere iſtam ſolemnitatem bannimentorũ, vt l.& ſi ſine.§.1.ff. de minor. ¶ †Quærit vlterius, vtrùm talis executor poſsit vendere non præſente pecunia, ſed adhibita fide de precio?videtur,ꝙ non, in relictis ad pias cauſas,vt l.ſi procurator.in fi. de iure fiſci. Item ad ſimilitudinem executoris ſententiæ,vt d.l.à diuo Pio.§.ſed ſi emptor. de re iudi. debet ergo dicere inſtrumentũ,ꝙ precium habuit, & recepit ꝓ ſolutione talium legatorum.& hoc ſufficit emptoribus,vt ſint tuti.ſ.ob dictam cãm ſoluiſſe: licèt poſtea nõ appareat ſatisfactum ipſis legatarijs, vt l.1.§.fi.ff. de excep. rei ven. Si verò ꝙ pro dicta cauſa vendiderint, non fuerit facta mentio in inſtrumento: quantũcunq; fateantur ſe precium recepiſſe, non videtur facta venditio pro ſatisfactione legati:niſi poſtea appareat, vt l.ſed Iulianus.§.proinde.ad Macedo. & l.1.§.ſi mutuam.ff.ſi quid in frau.patro. ¶ Poſtremò circa hoc q̃rit,an ꝓ miſsio de euictione,quam faciunt executores, obliget hæredes?putat ꝙ ſic, ſi faciunt promiſsionẽ ſecundùm conſue. ciuitatis,vt l.ſi pignore.§.ſi.de pig.actio.& l.Iulianus.§.ſi procurator.de actio.emp.ipſe aũt executor,qui vendit ex officio ſibi iniuncto,de euictione non tenetur, vt l.qui erat.in princ. fami.her.& de euic.l.ſi pignora. & hæc dicta ſint de poteſtate executorum in vendendo, & diſtrahendo bona teſtatoris.
¶ Nonò principaliter quæro de horum poteſtate in diſtribuendo,& diſpenſando inter pauperes.& primò an teneant̃ nominare, & eligere pauperes de domicilio teſtatoris,vel poſſint vndecunq; ? Io.An.tenet,ꝙ vndecunq;. ſ.c.proxi.in nouel.ſuper glo.licèt certa. ¶ †Secundò an executor inter pauperes poſsit eligere minus pauperem per comparationem ad aliũ.dicit Bal.ꝙ ſic.C.de epi.& cle.l. id qđ pauperibus.in 22. q.per l.cum quidam.de leg. 2. ¶ Tertiò, an executor poterit ita diſponere, vt aliqua pars veniat in eius religionẽ,ſi eſt religioſus:vel ſi alius commiſſarius vult ſic diſponere,vt aliqua pars ſibi remaneat,vel propinquo ſuo. ar. ꝙ poſsit monaſterio ſuo,ſibi,& eius amico conferre,& erogare. de leg.1.l. ab omnibus.& C.de ſacroſ.eccl.& Auth. ſi qua mulier.& in Authen.de ſan.epi.§.ſi autẽ eccleſijs.colla. 9.arg. tñ ꝙ non poſſit.C.de ſa.ſan.ec.Auth. quibuſcunque modis. & ff.mandati. l.ſi mandauero.§.ſi tibi.& de iur.om.iud.l.qui iuriſdictioni ꝓ eſt.Nam volendo ſibi acquirere,vel amico ſuo, ſuſpicionẽ inducit contra ſe.& ideò hoc ſibi permiſſum non videtur.ff.de fal. l.ſi quis legatum. & l. vxori. & de excu.tu. l. humanitatis. Poſſet diſtingui ſecũdùm Ia.de Are. quia aut erat ſolus executor,aut cum alijs. Primo caſu ſibi dare non poteſt. ſimiliter nec valde coniuncto, vt in̄ iuribus alleg. pro hac parte. & c.per tuas.de iure pa.niſi fortè in coniuncto eſſet paupertas; quia

quia tunc poſſet ar.ff.de adop.l.ſi pater.§.fin.ſn ſecundo caſu quando ſcilicet cum alijs eſt executor:& tunc põt,vt no.quod cuiuſq; vni.no.l.nulli.& l.planè.& de in diem adiec.l. quod ſi vno. ¶ Quartò an poſsit eligere ſpurium teſtatoris. Idem Iac. dicit, ꝙ non; quia de patris bonis per ſe nõ poteſt capere,nec alio mediante.C.de hæredi.inſti.l.neq;.deueniretur enim per hoc indirectè contra legem,& circunueniretur eius intentio, contra.l.cum hi.§.ſi cum his.ff.de tranſ. & de tut.& cu.da.ab his.l.ſcire. Item arbitrium diſpenſandi, & erogandi ſibi datũ debet intelligi, ꝙ nõ faciat contra ius.ff. de ri.nup.l.quanq̃ & de inof.teſt.l.ſi quando.& ad munici.l. Lucius.& hoc tenet D.Bald.in d.l.id quod pauperipus.in 13.q. vbi idem dicit de epiſcopo executore, ſcilicet ꝙ non poſsit liberaliter cõcedere hęreditatem ſpurijs teſtatoris. quod eſt notandum. Subdit tamen,ꝙ alimenta poſſet eis concedere, per c.cum haberet.de eo qui duxit in matrimoniũ quam pol. per adul. hoc tũ caſu prætextu alimentorum non poſſet in eum conferre omnia bona,vel maiorem partem, vt l.ſi.ff.de exercitor. quæ eſt ad hoc no. Vnum ſubiungit,ꝙ ſpurius non continetur appellatione coniunctorũ. & ſic ſe conſuluiſſe dicit.quod no.de iſta etiam.q.ſpurij teſtatoris,& cõiunctorum ipſe no.in l.habeat. C.de ſac.ſan.ecc.in vltima parte. ¶ Quærit etiam, an poſsit eligere inimicum teſtatoris. dicit,quòd ſi eſt odioſus, & indignus (quia concubuit cum vxore, ſorore, vel matre teſtatoris:) & non poteſt,vt no.in l.fideicom.C.de fideicom. Si verò erat odioſus,ſed non indignus: & tunc poteſt, ſi teſtator deceſsit cum confeſsione, & contritione: ex hoc enim videtur odium remiſiſſe, vt Inſti.de iniuri.§. fin.& de hoc fiat articu-
14 lus,ſcilicet ꝙ in tali ſtatu deceſſerit. ¶ †Decimò principaliter quæro,an executori detur actio contra hæredem,vel legatarijs contra ipſum executorem.D.Bal.in ſimplici executore diſtinguit: qa aut eſt datus ad pias cauſas: & datur ſibi actio, vt l.nulli.& l.ſi quis ad declinandam.de epi.& cler. C.idem ſi deſt ad alimenta,vt l.alio.de ali.lega. Sed ſi ad alias cauſas,nõ habet actionẽ. ff. ad Treb.l. Lucius.§. Mæuia.& ibi no.datur tamen ſibi forte officium iudicis,vt dicebat Dy.per l. Quintus.de annu.le.facit quod not.in l.ſi quis Titio.de le.2.Sed an contra ſimplicem executorem detur actio? dicit,ꝙ ſi non datur ſibi actio, & non ſit conſecutus rem, vel quantitatem,quã debet diſpenſare: ꝙ nec contra eum detur actio. & ſic loquitur l.Firmio.§.1. & quod ibi no. ff.quando dies leg.cẽ. Si verò ſit cõſecutus quod debet diſpenſare:tunc bene datur actio cõtra eum,vt l.ſi à pluribus.de le.1. Si verò ſit talis miniſter, cui datur actio:tunc ſimiliter contra eum datur.& ita intelligitur. gl.in d.l.nulli. & d.l.ſi quis ad declinandam.ſecundùm Oldra. Intellige tamen ſanè,ꝙ ſi nondum percepit,non conuenietur, vt diſtribuat,ſed vt agat; ideò enim cõuenitur,quia actionem habet.& eſt ſimilis modus agendi. ſt. locati.l. cum in plures.§. meſſem. Item intellige ſcilicet contra eum competere actionem,vt dixi,poſtq̃ incæpit gerere.nam tunc compellitur implere officium. Si verò non incæpit,non compellitur incipere.ff.de religio.& ſump.fu.l. & ſi quis.§.ſi cui.& eo. tit.l. ſi quis ſepulchrũ. §. funus.& ſe. Itẽ in caſibus, in quibus dicto executori competit actio,poterit conſtituere procuratorem ad petendum ante li.conteſt.quia habet actionem ſuo nomine, ſecundùm Iac. de Are. & ita no. D. Bal.in d.l.nulli. Et hæc, quæ dicta ſunt, habent locum in ſimplici miniſtro, ſiue executore, Sed quãdo quis eſt executor, & percipit commodum, iſte non debet dici ſimplex miniſter: & ideo habet actionem ad conſequendum omnia, quæ mandauit per eum diſtribui. Item tranſit tunc eius officium ad hæredem.Item ſi aliqua legata, quæ debet diſtribuere,ſint effecta caduca, cedunt eius lucro. Secus in ſimplici miniſtro.& de his vide plenius per Bar.in d.l.ſi quis Titio. & l.pecuniæ.de ali.& cib.leg.
15 ¶ † Item quæro, an executor ad pias cauſas poſsit compelli per epiſcopum ad reddendum ſibi rationem de adminiſtratione,& vſque ad quod tempus.dic,ꝙ poteſt, vſque ad xl.an. nam tanto tempore durat ius pauperum, vt in Auth.de eccl. ti.§.pro temporalibus.& ſecundùm Iac.But.in d.l.nulli.quilibet adminiſtrator, ſiue generalis, ſiue ſpecialis tenetur conficere inuentarium,ſi aliquid ad eum peruenit ex adminiſtratione.Sed hic quæro, qualiter reddetur illa ratio. dicit D.Bal. in d.l.nulli.& l. id quod pauperibus. ad fi.ꝙ codex rationum cum ſacramento executorum ſufficit in iſtis minutis,de quibus non poſſunt commodè fieri inſtrumẽta publica:vt ſi dat 5.ſoli.pro paupere.Secus autem in his, quæ cõtinent maiorẽ quantitatem, de qua conſueuerunt fieri inſtrumenta.Nam in talibus codex rationum non faceret fidem pro ſcribente:nec etiam ſufficeret iuramentum ad plenam probationem. facit quod no.C.de iure delibe.l. fi. §.in computatione. Ad vnũ tñ aduerte, ꝙ quandoq; in teſtamentis releuanẽ executores ab iſto onere reddendi rationes,& liberantur à teſtatore ab omnibus,in quibus ratione adminiſtrationis poſſent modo aliquo obligari.quid autẽ iſta liberatio importet,ſcripſi.ſ. eod. c.cũ Ioannes.in 5.q.& ibi remiſi ad Spe.de inſtru. edit.§.cõpendioſè.ver.nec aliqua.aliàs eſt.§.& quæ hic deficiũt.ibi vide. ¶ Duodecimò quæro,tex.prouidet,ne defuncti diſpoſitio differatur,ſed exequatur in defectum vnius ex pluribus executoribus: ſed pone, ꝙ oẽs ſunt negligentes. dicit, ꝙ executio deuoluitur ad eſm poſt annum.quod dic,vt no. D.Bal.in d.l.id quod pauperibus. & ibi per eũ, qũ incipiet iſte annus, de quo ſ.eo.li.de præb.c. ſtatutum.& ibi dixi.& l.1.de leg.2. Sed ſi nullo executore dato, hæres negligit adimplere: videtur etiam, ꝙ illo caſu deuoluatur ad epiſcopum,vt in Authen.de hære.& fal.§.ſi quis aũt non implens.coll.2.& in Auth.de ec. ti.§. ſi quis autem pro redemptione. & intñ ſuper iſta deuolutione ad epiſcopum eſt à iure ſtrictè prouiſum,ꝙ non poſſet teſtator eam prohibere,vt in prælle. §. ibi [licèt ſcipuè teſtatoribus ſeu donatoribus interdictũ ſit.]&c.ſed hic aduerte,ille.§.ſi quis autem non implens.hæredem negligentẽ implere voluntatem defuncti priuat hereditate,& defert eã alijs ſucceſsiuè cum cautione de implendo iudicium defuncti. Si ergo ad illos ſit deuolutio cum onere ſoluendorum legatorũ. videtur ꝙ epiſcopus ſe de hoc non habeat impedire, contra c.ſi hæredes. Sol. timore illius.§.ego tenui in d.c.ſi hæredes. ꝙ ad epiſcopum deuoluitur executio legatorum ad pias cãs, non autem aliorum ad non pias cãs, contra Inn.& Hoſt.qui tenent,ꝙ executio relictorum ẽt ad non pias cauſas deuoluat ad epiſcopum,hærede negligente,per c.tua.ſ.eo.ibi [vniuerſa procedant.] & in verbo plenariè. & in d.§.ſi quis autem ꝓ redemptione.ibi[omnia.]Ego aliter ſentio in d.c.ſi hæredes. vbi plenè dico.& ad hæc iura, & alias rationes ipſorum reſpondeo. & ibi vide.

ADDITIONES.

a ¶ Muliere.Adde.Bar.in l.filio.§.1.ff.de adimen. leg.& in l.fœminæ.de re. iu.Ang.in l.fœminis.ff.de ꝓ.An.de Bo.in apoſt.in l.ſi quis Titio.de le.2.

b ¶ Excõicatus.Adde rationem; quia habetur pro mortuo. Inn.in c. grauẽ. de ſen.ex.Bar.in l.Barbarius.ff.de of.prætо. Bal.in addi.ad Specu.in ti.de ſpu.ver pari ratione.glo.Inſti.de capi.di.§.media.& in c.paſtoralis.de appel.Car.in Cle.2.de ſen.excom.

Rub. De ſepulturis.

SVMMAE.

1 *Periculis futuris obuiandum eſt.*
2 *Votum fidei, datio iuramenti, & promiſsio paria ſunt.*
3 *Sepelientes illicitè tenentur ad reſtitutionem corporum.*
4 *Viatores vbi ſepeliri debeant.*

CAP. I.

ANIMARVM. Prima pars ponit inhibitionem, & decretum, ibi [nos enim.] ſecunda punit eligentem,ibi [ſtatuentes.] tertia punit inducentem, ibi [ſi verò.] & pœnam aggraua-
1 uat in non parentem,ibi [quam niſi.] ¶ †No. quòd futuris periculis obuiandum eſt per ſuperiorem: qui debet

debet intendere vitijs extirpandis, & plantare virtutes. de maio. & obe. c. ſolitæ. facit l. congruit. de off. præſi. & c. 1. de offic. ordi. ipſe enim tenet reddere rationem de aſiabus ſibi cõmiſsis, vt c. irrefragabili. de offi. ord. & pro ſubditis ſuis agit. de app. c. dilectis. & de iureiur. c. ſicut. ꝓ Io. An. ¶ Secũdò not. ꝙ quandoq; conſtitutio prohibet, ſiue vetat aliqd in virtute obedientiæ. Interdum ſub interminatione: interdum ſub anathemate: interdum ſub pœna excommunicationis, vt in iurib⁹ hic alleg. in nouel. vbi ſubdit, ꝙ contra talia præcepta Domini omnino fieri non licet. 28. q. 1. c. iam nunc. ad fi. & grauiter peccat, qui nõ paret in c. ſi quis. de maio. & 81. diſt. c. ſi qui in
2 fin. ¶ †Tertiò no. ꝙ votum, fidei datio, iuramentũ, & promiſſio hic ponuntur vt paria. Nec vī circa iſta differentia. alleg. Archid. quod me. cau. c. ad aures. & de arbi. ca. puenit. & c. cũ tempore. inde eſt, ꝙ qui venit contra fidei interpoſitionẽ nulla neceſsitate compulſus, priuatur beneficio, vt no. Innoc. & Hoſt. in c. querelam. de iureiur. Aduerte tamen, ꝙ licèt Deus non faciat differentiam inter ſimplicem loquelam, & iuramẽtum: Eccleſia tamen facit. Vnde plus peccat trāſgreſſor iuramenti. quod patet ex maiori pœnitentia. 24. q. 1. c. non afferamus. Et eſt ſimile in voto ſolemni, & ſimplici. ī. qui cle. vel vouen. c. cõſuluit. & c. rurſus. & ita not. Io. An. de iureiur. c. debitores. ſuper ver. cogendi. in nouel. ¶ Quartò no. ꝙ iſte tex. ꝓhibet iſtis fratribus, ne inducãt aliquos ad eorum eccleſias ꝙ ſe peliri. & dicit Io. An. põderandũ, qđ dicit tex. [inducãt ad vouẽdũ, iurandũ, & ꝓmittendũ] & c. ſi aũt inducerẽt, vt eligant, non ligantur iſta cõſtitutione. nam ſimpliciter eligens poteſt variare, & pœnitere, quod non põt vouens, iurans, vel promittens. ponderat etiam quod dicit [apud eorum eccleſias.] Ex quo infert, ꝙ inducens etiam ad vouendum apud non ſuã eccleſiam non ligatur. & vide quod no. Hoſt. in ſumma eod. ti. §. an licitum. ver. quod ſi quis eligat. vbi de illo, qui iurauit non mutare ſepulturam, an mutare poſsit. Sed hic quæritur, quare prohibẽt quis ſe ad id obligare, quod liberè poteſt facere. nam à principio contrahere, & alia promiſſa facere ſunt volũtatis: ſed poſtq̃ ſunt ꝓmiſſa, neceſsitatis fiunt. C. de act. & oblig. l. ſicut. quare nõ ita in ſepultura dicimus, vt ſit à principio voluntatis, & in obligatione deducta ſit neceſsitat sī Sol. dicit Io. An. poſt Io. Mo. electio ſepulturæ eſt pars vltimæ voluntatis, cuius libertas tolli non debet, vt l. 1. C. de ſac. ſan. eccl. nec pactionibus, vel proteſtationibus coarctari, vt l. ſi quis in prīteſtamẽti. de leg. 3. & l. ſi mihi & tibi. § in legatis. de leg. 1. Itẽ ius prouidet non eligenti ſepulturam: iſta ergo iuris prouiſio non debet impediri, niſi libera voluntate teſtantis. Item electio ſepulturę eſt quid ſpeciale inductum contra ius commune: & tale ius ſolus princeps, ꝙ ſupra ius eſt, poteſt inducere. vñ ſicut alius à principe non poteſt tollere ius commune: ſic nec ad ius ſpāle adijcere, quo arctetur ius cõe, ſecundùm Io. An. Ex quo dicto põt argui, ꝙ promiſsio, iuramentum, & votum ſuper ſepultura motu proprio in aliqua eccleſia non obligat præciſè, quin habeat locum pœnitentia. Nam, vt patet ex prædictis, ſepultura accedit ad naturam vltimæ volũtatis. qđ no. ¶ Quintò no. ꝙ illicita pactione ſublata, reponitur qs in ſtatu communi, ſicut ſublato priuilegio, vt in l. ſed & milites. in prin. ff. de excu. tu. quod ergo dicitur. per ſpecialem prouiſionem videtur receſſum à prouiſione iuris cõis, vt l. fi. C. de pac. conuen. debet intelligi, cum de iure tenet prouiſio ſpecialis: alias non tollit prouiſionem iuris cõis. quandoq; tamen ſecunda ſtipulatio aīo nouandi interpoſita, tollit primam: licèt ſecunda nõ teneat cum effectu, vt Inſti. qui. mo. tol. ob. §. præterea. facit Inſti. qui. mo. te. infir. §. poſteriore. ¶ Sextò no. in ver. ſi verò. dum dicit [in eccleſijs ſuis] ar. quem poſſe in eccleſia ſepeliri. quod dic, vt no. 13. q. 2. c. nullus. vbi generaliter eſt hoc prohibitum, niſi ſint epiſcopi, abbates, aut digni preſbyteri, vel fideles catholici: & qui dicantur fideles catholici
3 quo ad hoc, glo. ibi opti. ¶ †Septimò no. ꝙ qui illicitè ſepeliũt, tenentur ad reſtitutionem corporum, & hoc ſi petantur.

ad reſtitutionem iautem aliorum. ī. decendium, etiam ſi non petant. de quo in gloſſ. iſtud decẽdium &c. ſemper enim q malè accipit, eſt in mora, ſicut fur, vt l. in re furtiua. ff. de cõd. fur. non ergo debet interpellare, ſed vltro ſe offerre, vt libere tur à peccato. ad pœnam autem intrinſecam inſtigendam requiritur lapſus termini à iure præfixi. de quo hic. ¶ Octauò no. ꝙ hic interdicitur eccleſia, & cemiterium propter delictũ, quod fortè minimus de eccleſia commiſit, ad talem promiſſionem, votum, & iuramentum illicitum aliquem inducendo. contra quod opponitur de reg. delictum. ī. eo. li. de reg. iu. So. vt in glo. fi. quam tenet Ioan. Mo. in nouel. addit aliam rationem, dicens, ꝙ iſta pœna eſt temporalis, quam per reſtitutionem perceptorum clerici euadere poſſunt. facit quod no. ſ. eod. lib. de ele. c. quia ſæpè. in gl. aliud. Item certum eſt, quòd qnq; præiudicat qd in acquirendo, quod in acquiſito præiudicare non poſſet, vt C. de acqui. poſſ. l. fi. vera ratio mihi videtur, ꝙ iſti hanc pœnã interdicti incurrunt potius ex ſequẽti eorum delicto, non reſtituendo malè accepta, q̃ ex facto alicuius de collegio hoc inducentis: quaſi totum collegium dicatur delinquere, ſi retinent rem inuaſam ab vno de collegio. facit quod no. in c. cum dilectus. de or. cogni. præſumitur enim ille talis eorum conſcientia deliquiſſe, poſtq̃ retinent ſic rem inuaſam, arg. de reſt. ſpo. c. cum ad ſedem. nam ratione coniũctionis alter alterius facta præſumitur ſcire, ar. l. de tutela. & quod ibi no. C. de in integ. reſti. minor. ¶ Quæro poſt gl. Dicitur in textu, ꝙ tali inductione non ob. debet iſte ſepeliri apud illam eccleſiã, apud quam de iure ſepeliri debuiſſet, &c. Quid ſi ipſa eſt illa, cuius clericus ſic deliquit, deducendo in pactũ, iuramentum, vel votum, ꝙ ſuus parochianus (vbi aliàs ſepeliri debebat) eius eccleſiam non dimitta t in ſepulturam? dic vt in ea. ſed in nouel. dicit quoſdam aſſerere quæſtionem non dubiam, per no. in gl. pe. Item quia iſta conſtitutio emanauit in fauorem eccleſiæ, cui ſepultura debetur. ergo in ipſius pœnam retorqueri non debet. de re. iur. c. quod ob gratiã. ī. eod. lib. Item licèt peccet auferendo libertatem eligẽdi ſepulturã: tñ certat de debito retinendo. Non eſt ergo habẽda illa rõ ꝺ tali, quæ habẽt de illo, ꝙ certat de lucro captando, vt l. fi. C. de codicil. facit C. ſi quis alienę. ꝓhi. l. 1. & l. Iulianus. cum l. ſe. de acqui. hær. ¶ Secundò quæro, pone, ꝙ eccleſia, in qua de iure debebat ſepeliri, erat interdicta cum eius cemiterio. dicit Archid. illum ſepeliendum in eccleſia cathedrali: quæ etiam ſi eſſet interdicta, ſeruabitur ordo Capituli. 13. q. 2. c. vbicunque. Sed ego circa hoc quæro. vtrùm iſta (quæ debebant reſtitui huic eccleſiæ, in qua debebat ſepeliri, ſi interdicta non fuiſſet, vt in glo. non dicit &c. poſtq̃ non ibi, ſed in cathedrali, vel alibi ſepelitur) debebunt huic eccleſiæ, ad quam funus transferturꝫ eadẽ eẽt q̃ſtio de canonica portione debita eccleſiæ parochiali, an eam pdat, ſi deꝑhẽdit interdicta tempore ſepulturæ. poſſet dici in primo caſu, ꝙ poſtq̃ cathedralis, vel alia ſubrogatur loco interdictæ, debet intelligi ſubrogata cum omnibus qualitatibus. & cum onere, & honore, vt ff. ſi quis teſta. li. eſſe inſ. fue. l. 1. §. hæc actio. onus enim comitat emolumentum tali caſu, vt l. alumnæ. §. Seia. de admi. leg. & qd no. Ioã. And. ī. c. proxi. ſup ver. eccleſiæ. in nouel. poſſet dici, ꝙ ſi ſine eius delicto eẽt eccleſia interdicta, non eẽt priuanda cõmodis conſuetis, ar. l. ab adminiſtratione. C. de leg. Idem ſentio, ſi non potuit ſepeliri apud eccleſiam, apud quam elegit ſepulturam ꝓ caſum contingẽtẽ in pſonam mortui: quia deceſsit in campis, nec repitur: vel ẽ exbannitus, ꝓ iſta eius eccleſia non eſt priuanda legatis ſibi factis gratia ſepulturæ, vt not. & dixi. ſ. e. in mãdãte. ver. ſed pone, ꝙ. qs. Si aũt̃ qs poſt electã ſepulturã, & legatum eccleſiæ factum mutaſſet aīm, eligẽdo alibi ſepulturam: an videatur legatum adẽptum, & translatũ adꝫillam, in qua voluit vltimò ſepeliri? videtur, ꝙ ſic, arg. d. §. Seia. & eorum, quæ dicta ſunt. ¶ †Tertiò quæro poſt Io. And.
4 de viatoribus decedẽtibus, vbi debeant ſepeliri? Ioã. And. in c. 1. ſ. eo. in nouel. dicit, ꝙ in eccleſia cathedrali: hic verò in nouel.

nouel. recitat opi. Archi. qui tenet contrarium. ſ. ꝙ ſepelietur in eccleſia, in cuius parochia mortuus ẽ, ſequẽdo Vgo. Vinc. & Ray. per c. eccleſias. 13. q. 1. & 16. q. 1. c. 1. exponendo ibi [patrũ]. i. Chriſtianorũ. 11. q. 3. c. ad menſam. Goſ. in ſumma eo. tit. ver. qd ſi peregrinus. dicit eum ſepeliendũ vel in cathedrali, vel in illa, in cuius parochia mortuus eſt, per d. c. eccleſias. & fuit iſta q̃eſtio de facto Senis in perſona cuiuſdã magnifici militis forenſis, qui deceſsit in parochia ſancti Chriſtophori, & ſepulʳ fuit in eccleſia cathedrali: cuius funeralia fuerunt magnifica, & plurimũ ſumptuoſa. ibi tñ non erat q̃ ſtio de omnibus funeralibus: ſed de quarta parochiali, quam petebat eccleſia ſancti Chriſtophori; ex eo quia ille in eius parochia domũ conduxerat: licèt nõ habitaret; quia erat capitaneus generalis gẽtis armorũ, hincinde diſcurrens. vide qđ dixi de iſta q̃one in d. c. ī noſtra. ſ. e. ad fi. ¶ Quartò q̃ro. dī hic, ꝙ ille, q̃ iniuſtè ſepeliuit, tenetur ad reſtitutionẽ oĩm illi eccleſię, vbi debuit ſepeliri, vt in gl. pe. ſed pone, ꝙ ille in illa eccleſia non poterat ſepeliri; quia erat ciuitas interdicta, & de facto ſepultus fuit apud fratres Minores, ipſis inuitis: multa tñ pro oblationibus, & pro miſsis oblata ſunt fratribus. quæriī, an illa eccleſia debeat illa habere, vel parochialis debeat de ipſis habere quartam, cũ nec apud ipſam potuiſſet etiã ſepeliri? D. Fede. de Senis tenet, ꝙ iſta malè accepta, & oblata nõ veniant diuidenda. ff. fa. her. l. cẽterę. §. ſed & ſi qd. ad hoc facit quod not. Inn. in d. c. in noſtra. vbi ad literam ſic dicit [ſiue ergo is, de quo agitur, apud hoſpitalarios non de iure, ſed de facto ſepultus eſt, de relictis eiſdem nec totum, nec partẽ reddent eccleſiæ parochiali: ſed corpus tãtùm, & oblationes omnes, quæ factæ eſſẽt occaſione ſepulturæ.] vt ſ. eo. c. ex parte. Nõ ob. c. in noſtra. quia debet intelligi, quando parochianus alibi ſepultus de facto debebat apud ſuam eccleſiam ſepeliri. Sed in caſu noſtro nulla ſibi irrogatur iniuria, cum non haberet tunc ius ſepeliendi propter interdictum. de pę. & remiſ. c. qđ in te. & de priui. c. cum & plantare. §. ꝙ & ſi templarii. Et infert iſta ratio, ꝙ ſi eccleſia parochialis eſt interdicta, ſed nõ parochiani; q̃a parochianus tũc alibi fuit ſepulʳ ex electiõe, vel de iure; puta in ſepulchro maiorum. dicto caſu dicta eccleſia parochialis non habebit quartam. quod not. & ita ſcripſi in d. c. in noſtra. ver. vlt. quæritur. Et per hoc dico, ꝙ ſi apud aliã, eccleſiã, q̃ vt debuit, ẽ ſepultus de iure, põt qđ dixi de iure defendi, vt ſua eccleſia interdicta nihil pcipiat. ſed ſi alibi eſt ſepultus de facto: tunc ſi interdicta ſua eccleſia cõmiſit culpam, eſſet fortè idem. Si verò culpam nõ cõmiſit; q̃a fortè ꝓpter delictũ dñi fuit ciuitas interdicta: tũc eccleſia non deberet ſuo iure priuari; vt cum per eam nõ ſtaret, ſed ꝑ caſum. ar. d. l. ab adminiſtratione. & ſ. dixi. Itẽ ſi in ſua poterat ſepeliri: tunc omniũ debet fieri reſtitutio per eccleſiam, quæ illicitè ſepeliuit. ar. huius c. & d. c. in noſtra. quæ. n. occaſione rei meę ad te veniũt, debes mihi reddere, ſicut ipã rẽ. qđ dic, vt plenè no. Bar. in l. ſtor ait. §. qđ de fructib⁹. ff. de bo. auctо. iudi. poſ.

S V M M Æ.

1 *Canõica portio debetur eccleſiæ, vbi defunctus cõſueuit audire diuĩa.*
2 *Eccleſias parochiales duas quis habere poteſt.*
3 *Electio ſepulturæ in loco minus religioſo valet.*

CAP. II.

1 **C Vm quis.** Tria ſunt dicta diuiſa ꝑ §. §. vt patet in text. ¶ †No. quòd canonica portio debetur eccleſiæ, vbi defunctus conſueuit audire diuina, & eccleſiaſtica percipere ſacramenta. & quid iuris, ſi in vna audit diuina, vt in capellã: in alia percipit ſacramenta, vt in baptiſmali? dicit, quòd debent inter ſe diuidere, vt not. Ioan. And. ſ. de illis in nouel. ſuper gloſſ. 2. Item intellige [audire conſueuit]. i. debuit. vnde ſi nunquàm audiret diuina in eccleſia ſua, ſed apud mendicantes, non minus ſuæ eccleſiæ debetur illa canonica; quia ſufficit per rectorem eccleſiæ non ſtetiſſe, quò minus miniſtraret, vt l. iuris ciuilis. de condi. & demon. Item non inſpicimus quid fiat: ſed qud ſie ri debeat. de elec. c. cũ cãm. Præterea tenet parochianus ſuã eccleſiã viſitare, ſaltẽ diebus Dñicis, & feſtiuis, vt de parochi. c. vt Dñicis. peccat igit̃, ſi nõ facit. & ſic nõ debet ex hoc eẽ melior eiꝰ cõditio: q̃ eẽt, ſi nõ teneret ad canõicã, ar. c. eũ q. d ꝑb. ſ. e. & de dona. inter vi. & vxo. l. 3. ¶ Secundò not. ꝙ licèt quis debeat ſepeliri in ſepulchro maiorum, vt c. 1. ſ. eo. tamẽ poteſt ſibi de ſepulchro aliter prouidere. & prouiſio hominis tollit iſto caſu prouiſionem iuris. *ſic in relictis contingit, vt l.* ſi cum dotem. in prin. ff. ſolu. ma. & l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. & pupil. & collige, ꝙ poteſt quis habere proprium ſepulchrum, quod intelligas quò ad vſum, non quò ad proprietatem. nam cum ſepultura ſit religioſa, non eſt in dominio alicuius. ff. de re. diui. l. in tantùm. §. ſacræ. Circa quod vide qđ dixi poſt Io. And. ſ. eod. c. abolendæ. vbi de hoc quærit Ioã. And. poſt Hoſt. ¶ †Tertiò not. quòd ſicut poteſt quis habere duo
2 domicilia: ita duas eccleſias parochiales, ſcilicet in quolibet domicilio vnam, quarum quælibet habet *ius in canonica portione*, vt hic. ſicut in ſimi. ff. de excu. tu. l. Iuriſperitos. §. cũ oriundus. Facit hoc ad not. in Cle. cauſam. de elec. de illo, qui cõſueuit habitare in duabus domibus, in qua citabitur? dic, vt ibi. Item quod hic dicitur, ſi eligat ſepulturam in tertio loco, idem iuris intelligas, ſi in altera prædictarum. nam tunc eccleſia, in qua ſepulturam eligit, diuidit canonicam cum reliqua, & reſiduum habebit quaſi præcipuum: & eſt ſi. ſ. de teſt. c. officij. & c. requiſiſti. & c. Raynu. & c. Raynal. ¶ †Quartò no. ꝙ
3 valet electio ſepulturæ in loco *minus religioſo*. ſuper hoc, vt dicit tex. erant olim opinio. de quibus. ſ. eod. c. fraternitatem. & ibi no. qualiter locus dicatur magis, vel minus religioſus. nam ex frequentia populi, & celebratione diuinorum cognoſcitur. ¶ Venio ad quæſtiones. & primò quæro, an quod dicitur hic de habente duas eccleſias parochiales, vt diuidant inter ſe, habeat locum, cum quis habet domum in confinio duarũ parochiarum. glo. dicit, ꝙ ſimiliter debet fieri diuiſio inter eas. in nouel. remittit ad not. de parochi. c. ſuper eo. vbi eccleſia, quæ eſt *in limite duarum eccleſiarum*, erit cõmunis vtriq; eſſe, ſicut arbor, q̃ ẽ nata ī cõfinio, vt ff. cõi diui. l. arbor. Pro hoc adducit deciſionẽ q. diſputatę, ꝙ in vtraq; parochia talis tenebit̃ ad collectas. all. ff. ꝺ cẽſi. l. forma. §. ſi verò. de mũerib⁹ pſonalib⁹ *impoſitis* tenet, ꝙ ſi in vtraq; parochia habitat, ſua erit electio, ī qua velit ſepeliri. *Si verò ſolũ itroĩtũ* habeat in vna parochia, & habitatiõẽ eiuſdẽ dõus in alia: dẽt ſepeliri in illa parochia, ī qua habitat, cũ introit⁹ ſit ꝓ habitatiõẽ. ff. de le. 3. l. ꝑdijs. §. antep. & pe. Et ẽ ſimilis qõ ī decia ꝓ ſonali, & refert hãc deberi illi eccleſię, in cuius parochia ẽ illa ps dõus, in qua facit opã. ar. l. 4. ff. de tũ. inſtr. Alij (vt refert in d. c. ſup eo.) dicũt, ꝙ erit ſoli⁹ illi⁹ eccleſiæ, in cui⁹ parte caput poſitũ ẽ. ff. de relig. & ſũp. tũe. l. cũ ī diuerſis. & l. adeo. §. fi. de acq. re. do. primũ putat ipſe ęqus in d. c. ſup eo. Bar. in d. l. ꝑdijs. §. q domũ. dicit, ꝙ ſi domus ẽ poſita in duab⁹ parochijs, cedet illi parochię, ꝓ quã habet aditũ, vt d. §. q domũ. & § baleneas. & de le. 3. c. ſi cui ędes. & de dã. infe. l. qđ cõclaue. Sed ſi habet aditũ ꝓ vtrãq; parochiã, cedet illi parochiæ, ꝓ quã aditus frequẽtaī, vt l. legatis. §. ſi vnus. & l. pediculis. §. argẽto. de an. & ar. le. ¶ Scđò q̃ro. ille, q̃ ẽ de duabus parochijs, vt in tex. dicit ita. Lego eccleſiæ meę parochiali centũ. q̃ro cũ non cõſtet expreſsè, de qua ipſarũ sẽſerit, cui debeaī dicũt qdã, q̃ diuidẽt inter ſe. ff. de re iu. l. Paulus. de le. 2. l. ſi q⁹ Titio. §. fi. Alij dicũt, ꝙ accipiẽt inſolidũ. de le. 1. l. filiabus. §. ſi q. Alij dicũt, ꝙ nihil ꝑcipiẽt. de teſt. tu. l. duo ſunt Titij. Pet. de Bel. ꝑti. vt refert Cy. C. de ſa. ſan. ec. l. 1. dicit, ꝙ ẽ recurrẽdũ ad cõiectu-
ras, q̃ colligũt ex pluribus. Prīò q̃a alterã ꝑdiligebat; q̃a in ea voluit ſepeliri, vel magis cõuerſabat. in dubio verò dicũt qdã neutri debere. Sed Io. An. dicit, ꝙ primũ eſt æquus, ſ. ꝙ diuidãt inter ſe. ¶ Quærit ẽt circa hoc. ſi q̃s legauit eccleſię ſuę parochiali 10. & tpe teſtī habitabat in una parochia: tpe mortis in alia. dicũt quidã, inſpiciẽdum tempus teſtamenti. ff. de aur. & arg. l. ſi ita. Alij, quòd tempus mortis. de ſun. inſtruc. l. penul.

Quidam similiter dicunt recurrendum ad prædictas coniecturas, de quibus si non apparet. dicit, quòd si modicum erat legatum, respiciens funeris sumptus: tunc illa habebit, apud quam sepelitur, vt l. sciam naturam. de re. iu. Si verò magnũ est, habebit illa, q̃ erat parochialis tpe testamenti, cuius merito, & affectione feciſſe videtur, & nõ scãa. pro socio. l. nec adiecit. & ita hic in nouel. Ista opi. mihi placet, quando ex presisset in legato facto ecclesiæ suæ nomen sancti (puta ecclesiæ meæ sancti Andreæ.) cum enim post translationem ad aliã ecclesiã voluntatẽ nõ mutauerit, psumit in eadẽ psuerare, vt l. sancim°. C. de testa. ad hoc. l. tractabatur. ff. de testa. mili. Si verò simpliciter legauit ecclesiæ suæ parochiali: tunc cũ relictũ fuerit quo dãmodo sub noĩe dignitatis, & officij: videtur transire in futuram ecclesiã parochialem. ar. c. qm̃ ab. de off. deleg. ponit, n. ecclesia loco psonæ: sed in personis exps sis sub nomine dignitatis videtur consideratio habenda ad p sentem, & futurum ecclesiæ rectorem, vt l. annua. §. fi. de annu. leg. idem in ecclesia. ad hoc optimè l. placet. & l. seq. de libe. & postu. ¶ Tertiò quæro de illo, qui moritur in religione, ỹ. annum probationis, an parochialis ecclesia habebit canonicam? Archid. hic tenet, quòd sic; quia non est plenè conuersus. de pẽni. disti. 1. §. hoc idem. ver. conuersio. & de elect. c. ex eo. in fi. Itẽ non videtur mutasse domicilium. 13. q. 2. §. quia ergo. & quod ibi no. Ioan. And. remittit de hoc ad no. per eum. s. eod. c. de his. super glo. pe. in nouel. vbi tenet cõtrariũ post Gof. & Host. Nam licèt non moriatur, professus: fuit tamen plenè conuersus, nec voluntatem mutauit. & per illum trasitũ apparet, q̃ voluit mutare domicilium, & desijt esse parochianus propriæ ecclesiæ. de parochi. c. fi. & quod no. in c. beneficium. de reg. in gl. mag. vbi ẽt multa sũt iura, & rationes p opi. Archi. cuius opi. refert hic Lap. in Cle. 2. e. tit. tenere Pau. s. q̃ debeat canonica parochiali ecclesiæ, cũ reqratur cõuersio in vita, & sanitate: sed ille non fuit cõuersus, p cuius opi. facit decisio q. quam disputaui Paduæ, de qua dicã. ỹ. de sta. reg. in d. c. beneficiũ. vide etiã quod not. in c. de his. in nouel. de istis cõfratribus, q̃ retentis bonis, recipiuntur in confratres. tenet q̃ non eximantur à iure episcopali, nec præiudicetur canonicæ portioni, quominus suo tempore debeat. de priui. c. cũ & plã tare. §. de confratribus. & c. priuilegia. §. 1. eo. tit. ¶ Quartò q̃ro. de q̃bus veniat detrahẽda ista canonica. Ad hoc dico, qđ dixi in c. 1. s. eod. q. s. de parte sui iudicij. circa quod reuocant Doc. in dubiũ, vtrùm debeatur de relictis tm̃ factis ecclesię, vbi elegit sepulturam: an verò de factis ecclesijs q̃buscunque. Host. Pe. & Aegi. dicunt, q̃ de relictis factis ecclesijs q̃buscunque, per c. 2. s. ibi [rerum oĩm.] Sed glo. in d. c. 1. intelligit de relictis factis ecclesiæ sepulturę tantùm, & non de alijs: & hęc opi. placet Abb. Nam, secũdùm eum, si in sua ecclesia elegisset sepulturam, de legatis factis alijs ecclesijs non deberetur aliud dictæ suæ ecclesiæ. Idem tenet Archid. hic, & Ioã. An. in Cle. dudum. ver. verũ. in gl. quæro. tangit ẽt in d. c. in nouel. q̃a tex. dicit [quartã partem sui iudicij] an intelligatur de eo, qđ relinq̃tur ecclesiæ sepulturę iure institutionis. Tenet, q̃ sic ẽt de immobilibus. vt ibi dixi in 2. q. ¶ Quintò q̃ro. dictũ est s. proxi. q. q̃ rector parochialis debet habere quartam de omnibus relictis ecclesiæ sepulturæ, sed à quo debet petere, & recipere istam quartam: vtrùm ab ecclesia sepulturæ, an ab hærede? & eadem est quæstio in eo, cui debetur ẽt quarta de his, quæ p aĩa relinquũtur ecclesijs, & alijs pijs locis, vt s. de test. c. officij. & c. req̃sisti. vtrùm petet ipsam à dictis ecclesijs, vel hæredibus. Et est vtilis hæc q̃stio: q̃a quandoq; episcopus, & rector parochiæ plus cõfidunt de hærede, q̃ de rectore ecclesiæ sepulturę, psertim si sit de mẽdicãtibus, cõtra quos difficile ẽ recipe iustitiã corã eo, ad hoc dico, q̃ secundùm opi. Host. quam tenet hic Archid. in portione debita ecclesiæ parochiali, quæstio non habet dubiũ. Tenet enim, q̃ ista portio danda est, anteq̃ parochianus eligat sepulturam, vt dicit tex. in d. c. 1. Sed (vt ibi dixi in 3. notab. post Io. And.) ista opi. non seruatur de facto. Et ideò in c. de his. in 2. q. retuli tres opin. Prima est, q̃ episcopus, & curatus possunt agere, p eorũ portione. non solùm contra ecclesiam sepulturæ, sed etiam cõtra ipsos hæredes. Non ob. q̃ de episcopo. & curato non fuerit facta mentio in testamento; q̃a verũ esset in non nominatis in eo: sed si spectat ad eos ex eo commodum, possunt agere, vt l. 11. §. interdũ. de leg. 3. & l. si cui. §. fi. de leg. 1. & l. seruo legato. §. si testator. de leg. 1. Vnde cum eis istæ portiões canonicæ deferãtur à iure, etiam testatore inuito, vt d. c. officij. & c. req̃sisti. videtur, q̃ possint contra hæredes agere. & sicut falcidia resecat ipso iure legata: ita resecet ista canonica, vt l. linea margaritarum. ff. ad leg. fal. Secunda opinio est, q̃ episcopus, & curatus recipiant istas portiones ab illa ecclesia, cui relictũ est. Tertia opinio Host. est, expulsis subtilitatibus Inno. quòd de canonica æquitate episcopus, & curatus possunt agere cõtra hæredes pro eo, quod sibi debetur; quia si pecunia mea ẽ penes te, æquum est, vt mihi eam reddas, vt l. si me & Titium. ff. si cer. pet. & sic accedit primæ opi. quam sequi videt Ioã. de Deo. lib. 1. q. 39. Ego (vt dixi in d. c. de his. ad fi.) voluissem istos dños declarasse, vtrùm istud in tm̃ sit verum, q̃ si rector ecclesiæ sepulturæ agat ad integra legata, posit heres cõtra ipsum excipere. Ego volo retinere canonicas debitas episcopo, & curato. & an non sit liberatus, si soluat integrè, hac exceptione omissa: quasi soluerit ei, cui nõ debebat, vt c. eã te. s. de iureiu. Tenui, vbi s. q̃ episcopus, & curatus poterũt præuiari ab ecclesia sepulturæ, & sic petere ab hærede. Prędicti ẽt admittẽdi sunt ad petitionẽ, vt dixi. & in concursu erũt pferẽdi. & circa hoc vide no. in Cle. dudũ. §. hmõi. in gl. per hoc dicebat. ỹ. eo. ¶ Sextò quæro iuxta prædicta. dixi, q̃ de relictis ecclesiæ sepulturæ debetur quarta episcopo: & similiter curato, de cuius parochia corpus assumitur. Sed quæ prior detrahetur, an illa episcopi, vel illa curati? & videtur in hoc vis, & differentia in subſtantia. nam cũ secũda quarta veniat detrahenda de residuo, nõ de aceruo integro. circa qđ vide, quod dixi de testa. c. Raynutius. in 9. no. illa erit minor, quę postea detrahetur. pone exemplũ. legata sunt 80. si episcopus primò detrahet, sua quarta erit 20. & de residuo, scilicet de 60. quæ restant, curatus habebit quartam, quæ erunt 15. si autem curatus primò detraheret, contingeret econuerso. Io. An. plenè de hoc no. s. eo. c. certificari. ad fi. in nouel. & dicit, q̃ in hoc non est vis; quia episcopus de quarta parochiali etiam quartam percipit. & sic siue primò, siue postea detrahat, in idem recidit. Nam si secundò detrahens. 15. habeat (vt dixi) ab ecclesia sepulturæ, de 20. quę primò habuit ecclesia parochialis, habebit 5. & sic 20. quæ solum haberet, si principaliter detraxisset, secundùm Ioan. And. in d. c. certificari. qui non bene considerauit, vt ibi dixi in 7. q. ¶ Septimò quæro. vtrũ istæ canonicę portiones debeantur episcopo, & curato à quibuscunque ecclesijs, in quibus parochianus elegerit sepulturam. ad hoc respondeo, quòd si tales ecclesiæ sepulturæ sunt intra diœcesim, non est dubium, quòd debentur, vt d. c. 1. s. e. cõiũcto d. c. requisisti. Si verò ecclesia sepulturę sit extra dięcesim, vel sit intra, tamen exempta: tunc est differentia inter canonicã portionem episcopi, & ecclesiæ parochialis. nam ad canonicam parochialem tenentur ecclesiæ exemptæ, & etiã existentes extra diœcesim, sin talibus quis elegerit sepulturam: sed ad episcopalem non tenentur ecclesiæ extra dięcesim: nec exemptę, si apud eas fuerit electa sepultura. & hoc dixi s. eo. c. in nostra, in septima oppo. & c. cũ sup. eo. tit. Hinc est, q̃ Prædicatores, & Minores ad quartã parochialẽ tenentur, sed non ad episcopalem, vt d. Cle. dudum. Item de certis relictis priuilegiatis, de quibus s. de testa. c. fin. non debetur quarta episcopo, vt ibi. & tamen debetur de talibus quarta parochialis, vt in d. Cle. ¶ Sed circa hoc. 8. quæro. vtrùm episcop' ista canonica parochiali percepta de istis relictis priuilegiatis, percipiet à curato quartam episcopalem? videtur, q̃ non; quia istam percipit, cum curatus aliquid consequitur à defuncto, vt d. c. officij. & c. requisisti. sed curatus percipit istam quartam ex dispositione canonis, & quandoque contra voluntatem testantis, vl prælleg. iuribus. Præterea res priuilegiata semper durat priuilegiata, vt c. fin. de priuileg. & non debet quis admitti ad id vna via, à quo alia phibetur, vt in regu. cũ qd. & c. tua. de procu. cum ibi not. In contrarium facit; quia ista quarta episcopalis de mortuarijs, & omnibus, quæ obueniunt ecclesijs subiectis, debetur, vt c. conquerente. de offic. ordi. & de præscript. c. de quarta. Præterea priuilegium non debet egredi personam priuilegiatam. de priuileg. c. fanè. Sed si fratres non essent priuilegiati ab episcopo, tenerentur ad canonicam episcopalem. priuilegium ergo eis conces sum non debet extendi ad curatum: quod esset, si ipse de eo, quod ab ipsis percipit, non teneretur ad episcopalem. Istam partem tenet Do. Fede. de Senis cons. 6. dicit enim, q̃ ratione mutationis personarum alteratur natura rei. de iure pa. c. 1. ỹ. eod. lib. hoc etiam videtur tenere Ioan. And. s. eod. c. certificari. vbi innuit, q̃ petit quartam quartæ, quam ecclesia parochialis etiam cepit ab illo, à quo episcopus nil recipere potuisset. Ad hoc allego quod not. Gul. in Spec. de immu. eccle. ad fi. contra emptores rerũ clericorum, qui non gaudent priuilegio, quo clerici gauderẽt. allego ẽt pro hoc casum in l. cũ patronus. de leg. 2. vbi res existens cum priuilegio penes vnum, si in alterum transferatur, non transit cum eodem priuilegio. ad idem. l. Paulus. alias per procuratorem. ff. de acqren. hære. & de colla. bono. l. 1. §. antepe. & ita dixi plenius. s. c. relatum. plura alia de ista quarta parochiali, & episcopali dixi plenè post D. meũ D. Pet. de Perusio in c. de his. s. eo. vbi per quæstiones 8 principales cum multis accessorijs istã materiam declaraui.

ADDITIO.

a ¶ Canonica. Adde Panor. in c. de his. & c. fu per eo. de sepul. in Cle. dudũ. §. verum. eod. tit & ibi Car. & vbique sepultura esse potest. 13. quæstio. 1. vbicunq; & c. sacrum. de sepul. Flo. in rub. de relig. & sumpti. fu. Bar. Cæpol. in c. fi. de serui. vrba. præd.

SVMMAE.

1 *Parochia, in qua quis decedit, quò ad sepulturam non est inspiciẽda.*
2 *Sepeliri debet quis in ecclesia, in qua elegit sibi sepulturam.*
3 *Mulier vidua retinet domicilium, & honorem viri sui defuncti.*
4 *Mulier viuua decedens tamulanda est cum vltimo viro.*

CAP. III.

IS qui habet. Partes patent. secunda ibi [aliter.] & prima soluit dubium, & solutionem moderatur, ibi [dummodo.] ¶ Not. q̃ ista tria, scilicet ciuitas, castrum, & villa ponuntur hic vt diuersa. & de diffinitione cuiuslibet scripsi de rescript. c. statutũ. §. cũ verò & per Io. An. in c. fi ciuitas de sent. excom. ỹ. eod. lib.

1 ¶ Secundò not. q̃ quò ad sepulturam non inspicimus parochiam, in qua quis decedit, sed in qua habet domicilium. licèt enim quis ex causa, & ad tempus se aliò conferat: ibi tamẽ cõmorari præsumitur, vbi habet domicilium. ad hoc. ff. de pig. l. debitor. & l. ex facto. §. rerum. de hære. insti. & de verbo. sig. l. malum. §. fi. & inducit hoc Io. An. ad q. illius, qui propter hostilitatem dięcesis currit ad ciuitatem, vbi manet cũ familia, & durante hostilitate moritur, electa sepultura. dicit enim, q̃ ecclesia villæ debet habere canonicam: & non illa, in cuius parochia decesit. non enim mutauit talis domicilium, cũ non habuerit animum ibi perpetuò manendi. quod requiritur in hoc. ad muni. l. non vtique. & l. domicilium. & l. eius qui. §. pe. C. de inco. l. 2. & l. ciues. Durante itaque metu, non dicitur habere animum mutandi domicilium. quod. met. cau. c. 1. & qui dicit animum mutatum, id probet, vt ibi cum concor. Gloss. pen. bene facit ad casum. ff. de dam. infec. l. si finita. §. si quis metu. & de acquir. rer. dom. l. qua ratione. §. fi. Ponit etiam q. de infirmo, qui legauit centum monasterio sancti Proculi, & ibi sepulturam elegit: deinde de alia parochia, in qua morabatur, se transtulit ad parochiã sancti Proculi, & ibi decesit: q̃ prima ecclesia habebit canonicã, per c. de his. s. eo. & aduerte quia hoc c. & istæ proximæ q. probant, q̃ ex habitatione sola in vna parochia non queritur ius parochiale: nisi concurrat propositum, & voluntas constituẽdi ibi domicilium. Sed hic quæritur. quãdo quæritur istud domiciliũ? lex dicit, q̃ quando per decem annos quis moram traxerit in loco, vt in d. l. 2. C. de inco. Sed Ioan. And. in c. significauit. de paro. s. dicit, quòd illa lex non seruatur: & ideò in prædicta q. concludit hoc arbitrariũ. Nã si in loco relicto omnia vendidit, & secum, q̃ habere potuit, asportauit, & in alio loco domicilium, & possesiones emit, præsumitur primum domiciliũ, reliqsse, & elegisse scdm, secundùm eum, & bene dicit. quã do enim quis recedit cum rebus suis de loco, præsumitur habere animum mutandi domicilium, vt not. Barto. in l. assumptio. §. filius. ad municipa. & l. prædia maritima. de fun. instru. & vide quod dixi in d. c. significauit. quando possit quis esse sine domicilio. & quamplura alia, de quibus aliqua. ỹ. subdã. Pro clariori tamen intelligentia prædictorum hic cadit q. D. Fede. de Senis. Quidam puer de vna parochia habens ibi domum, in qua pater habuerat: & in ea habitans translatus est per matrem ad aliam parochiam: qui postea ibi decesit. quæritur, si non habet sepulchrum maiorum, in qua istarũ ecclesiarum debet sepeliri: vel si habeat, quæ ex eis habebit plenariam partem? & videtur, quòd prima; quia ibi pater habebat domicilium, ergo &c. vt in isto c. nec potuit infans illud mutare, se alibi transferẽdo, vt ff. ad munici. l. placet. & l. seq. in cõstitutione enim domicilij requiritur nedum factum, sed animus. & ista cessant in infante, vt l. domicilium. ad municipa. coniuncta l. in negocijs. de regu. iur. contrarium consuluit D. Federi. dicit enim, quòd non est arguendum de iure parochiæ ad ius incolatus, siue domicilij. In iure enim parochiæ consideramus præsentem statum. alleg. s. eod. c. in nostra. vbi vocatur ecclesia parochialis illa, vnde forus assumitur. ad idem. s. eod. c. 1. ibi [audiuit diuina.] & ibi [socij passionum.] & c. de his. ibi [salutis pabula.] pro hoc s. eod. c. proxi, ibi [cum mercenario mercedis exhibitio debeatur.] ex q̃ bus etiam infert, quòd si propter guerram quis se transtulit ad aliam parochiam animo reuertendi ad primam guerra cessante: sed interim ibi decedat, illa erit sua parochialis ecclesia, & non illa dimissa. alleg. pro casu. s. de paro. c. fi. & Cle. causam. de elec. ibi [habitare communiter consueuit.] Idem dicit in mercenario famulo, & nutrice, qui in aliena parochia seruiunt. illi enim sacerdoti debebunt confiteri, & decimas personales soluere, & non in sua. 16. q. 1. c. questi. Facit quod not. Ioan. de pẽni. disti. 6. c. placuit. vbi dicit, quòd scholaris dicitur parochianus illius ecclesiæ, vbi habitat. Ex quibus concludit, quòd ille dicitur parochianus, qui habitat in parochia animo manendi: licèt non animo domicilium constituendi; ita quòd sit ibi verè translatus, non iuris fictione, siue audiuerit diuina, siue non. ideò dixi, animo manendi, propter istud c. vbi non animo manendi, sed recreationis causa se ad illam contulit. Ideò dixi, non iuris fictione, vt excludat domiciliũ iuris: puta paternum, vel originis, vel præsumptum, & beneficij: siue audiat diuina, siue non. Ideò dictum est; quia si parochianus non visitat ecclesiam suam, sicut deberet: vel stetit tã breui tempore, q̃ curatus nullum laborem sustinuit: debebit tamen habere canonicam portionem: vt sic ista verba [audire, & percipere] referantur ad aptitudinem, non ad actum, id est quòd percipere potuerit, si voluisset: cum curatus quotidie officia celebrauerit, vt in simili no. de baptismo. c. maiores. & l. Labeo. de statu libe. ad hoc facit quod not. Archid. de peregrino, qui debet sepeliri in ecclesia, in qua defunctus est, p c. ecclesias. 13. q. 1. p ista reddit dubia decisio Io. An. in eo, quod s. dixi de illo, qui pp hostilitatẽ iuit ad ciuitatẽ. & ibi in aliqua parochia cũ familia habitãs decesit, alibi electa sepultura: nã, secũdùm eũ, ecclesia villę. sed secundùm D. Fe. ec-

cleſia,ī cui⁹ parochia moritˉ,habebit canõicam.cuius opin.ſequor, quando guerra erat veriſimiliter duratura.Secus ſi per trãſitum alicuius exercitus, ſiue ſocietatis trãſeũtis hoſtiliter per comitatũ cõtuliſſet ſe ad ciuitatẽ. tunc eñ eſt verior opi. Io.An.nam primo caſu venit animo commorandi, ſecundo non. ¶ Tertiò not. q̃ ille, qui non electa ſepultura, decedit non in parochiali,ſed in eccleſia, in qua ſepulti ſunt maiores ipſius ab antiquo,debet tumulari:& hoc intelligo verũ, quãdo illa eccleſia habet ius ſepulturæ de iure cõmuni. nõ enim omnes eccleſiæ habent illud ius funeradi,ſed illę, quæ habẽt populum,vel priuilegium ſuper hoc.facit quod no.Io.An. de cle.non reſi.c.quia nonnulli.& dixi plenè in c.certificari.s̃.e. Si verò eccleſia, in qua ſunt ſepulti maiores ipſius, non habet ius funerãdi de iure communi:ſed priuilegium, q̃ poſsit recipere illos,qui apud eos elegerint ſepeliri: & maiores vltimi decedentis eligerent.ipſe verò vltimus,nulla facta electione,deceſsit:an ibi, vel in parochiali debeat ſepeliri. quæſtio eſt Lap. & primò arguit, quòd apud parochialem, vt hic, & prælleg a.c.eccleſias. 13.queſtio.2.In contrarium arguit; quia licèt ipſe non elegerit : eſt tamen ſibi à iure dicta ſepultura electa.& hanc partem tenet, ſi illi nituntur ex priuilegio tenoris,de quo dixi. ſecus ſi præſcriptionem haberet ius prædictum.Ad primum allegat quod not.Io.An.s̃.e.c.in noſtra. in glo.ſi quis elegerit.poſt prin.vbi idem intelligas.Pro ſecũdo alle.de dona.c. cũ dilectus.& de deci.c. ex parte. & c.cum contingat. cum ibi not. ¶ Circa illud etiam, quod hic dicitur[& in multis locis]quòd quis debet ſepeliri in eccleſia, in qua elegerit ſepulturam, vel in qua ſunt ſepulti maiores. & vtrum in parochiali.Quærit ipſe.ſi quis laborans in extremis commisit electionem ſepulturæ cuidam, & mortuus eſt, priuſquam eligeret : an poſsit eligere poſtea? primò arguit, quòd valuerit commiſsio & electio per c. cum tibi. de teſta. & de verb.ſig.c.cũ tibi.& de reg. iu.c.poteſt quis.& c.qui per alium.In contrarium arguit, quòd talis commiſsio vt incerta nõ tenuerit:licèt qualitas ſepulturæ cõmitti potuerit.facit quod not.in d.c.cũ tibi.& c.1.s̃.eo.lib.de procura. & poſito, quòd cõmitti potuerit,expirauit morte cõmittẽtis. 28.q.2.c. dudũ.& de officio deleg.c. licèt.& hanc partẽ tener,ſcilicèt q̃ poſito,q̃ tenuerit cõmiſsio :tamen poſtquã non elegit viuẽte illo,qui cõmiſit, cõmiſsio expirauit eius morte:& ſtatim cũ deceſsit, ius ſepeliẽdi quęſitũ fuit eccleſię,apud quã ſepeliri debebat.qđ ius quæſitum tolli non potuit facto alterius ſubſequente,vt c.ab eo.s̃.eo.lib.de elec.Cle.conſtitutionẽ.eo.ti. & l.ſi poſt mortẽ.§.ſi.ff.de cõtrab.Itẽ,vt præiudicet eccleſiæ apud quã debebat ſepeliri,requiritur,q̃ in vita,elegerit alibi ſepulturã. & ille modus loquendi eſt omniũ iuriũ. Sed aliud eſt,electionẽ ſepulturę cõmittere:aliud eligere ſepulturã.allegat no.per eum.s̃.eo. lib.de præbẽ. c.ſi apoſtolica. Non obſecundũ eum præalle .c.cũ tibi. quia loquit eo caſu, cũ priuilegio derogatur:hic autẽ derogat iuri cõi. quia per talẽ commiſsionẽ ſepeliatur;ergo apud parochialẽ eccleſiam,vel ſuorum maiorũ,q̃ iſtđ.c.& c. s̃.& ī ꝓxi.ſecundũ eũ. Iſta deciſio nõ videt mihi bona;quia mãdatũ debet explicari,vel ſaltẽ in choari in vita mãdantis.Tamẽ hoc fallit, cũ mandatũ ſumit initiũ poſt mortẽ teſtatoris,ſicut eſt mandatum ſepulturæ, vt no.in l. mãdatum.C.manda.in fin.glo.mag.& quæ allegat caſum in l.ſi verò.§.ſi.ff.man.Itẽ electione alicui cõmiſſa in teſtamento:ſi eligat poſt mortem teſtatoris, videtur nominatim nominatio ipſa facta in teſtamẽto.tex.eſt in l.vnũ ex familia.§.1.de leg.2.Ad hoc not.in.l. inſtitutio talis.ff.de condi.inſti.Item diſpoſitio hominis ſuper ſepultura accedit ad naturam vltimæ voluntatis,non diſpoſitionis inter viuos, vt dixi.s̃.eo.c.1.in quarto notabili.ver.item quęriẽ.ergo re integra talis diſpoſitio nõ finit morte. ſed magis cõfirmat, vt c.
3 cũ Marthę.de celeb.miſ. ¶ † Quartò no.ī §.vidua. q̃ mulier vidua retinet domiciliũ,et honorẽ viri ſui defũcti.cõcor.ff.ad municip.l.filij.§.1.vbi dicit̃,q̃ vidua tenet domiciliũ viri defũcti,& ipſius dignitatẽ,donec alteri nupſerit.vī eñ ſtare in primo matrimonio,dũ ẽ vidua,vt l.3. C.de bo.mater.in Authẽ. de non elig.ſecũ.nub.poſt prin.& no. Bar. in d.l.filij.§.vidua. ad municipa. & ſi iſta conſequitur ex perſona viri defuncti; multò magis viuentis, vt l. fœminæ.ff. de ſenat.& C.de dig.l. mulieres.Sed hic quæro,vtrùm mulier nupta efficiat ciuis ciuitatis viri,vel incola tantùm.& videtur,q̃ incola; quia nulla lege cauetur,q̃ ſit ciuis.Gl.tñ in l.ciues.C.de inco, vī dicere, q̃ ſit ciuis.quod tenet Bar.in l.ſi.ad munici.arg.eius,qđ dicit̃ de filio adoptiuo in l.1. eo.ti.& qa efficitur vna caro cũ viro. Sed reſtat dubium, an deſinat eſſe ciuis ciuitatis ſuæ originis,videtur,quòd non; quia origo mutari non poteſt, vt l.aſſumptio.in princ.ad municipa.contrarium determinat gloſſ. C.eod.l.originem.quod videtur probari in l.cum quędã puella.de iuriſd.om.iud.& C.de muli.& in quo loco.l.1,li.10.ſi,n, in loco originis non poteſt conueniri, nec vocari ad munera,vel honores: non videtur,quòd remaneant ciues ſuæ ciuitatis.& inducit Barto.hoc ad q. Statuto cauetur,quòd forenſis non poſsit in territorio emere immobilia.vtrùm mulier in de oriunda alibi nupta emere poterit? videtur quòd nõ, per iam dicta. contrarium tenet Bar.in d.l.ſi.ad munícip.dicit.n, q̃ mutat originem, quantùm ad omnia,pp q̃ perſona mulieris poſſet diuerti,& ſeparari à ſeruitio viri:quod eſt,ſi vocaretur alibi ad munera, vel honores,tam in iudicio,q̃ in domicilio viri.quantùm verò ad alia,non mutat originẽ, vt d.l.aſſumptio.Simile dicimus in liberta nupta voluntate patroni,quæ remanet liberta:nõ tamen quò ad operas. Concludit ergo,q̃ poſsit emere:& q̃ occidens eam puniatur,tanq̃ occidẽs ciuẽ, & gaudebit alijs priuilegijs ciuiũ. & ita ſcripſi. s̃.de parochi. c.ſignificauit.in 5.q.vbi idem,qđ in nupta,dixi in deſponſata per verba de præſenti,p l.ea,quæ deſponſata.& ibi no.ad municipa.& circa ſponſam vide quod dixi in c.ex publico.de cõ
4 uer.coniuga.in 8. notabili.¶ † Vltimò no.q̃ mulier a vidua de
a cedens tumulanda eſt cum vltimo viro.& hoc, quãdo vir p̃deceſsit.quid ergo ſi prius ipſa moritur,quàm vir? dicit Lap. q̃ ſepelietur in eccleſia,in qua vir pro ſe elegerit ſepeliri. niſi enim pro ſe elegerit, non poſſet eligere pro vxore, vt ī.c.proxi.facit quod no.s̃.eod.c.de vxore.in glo.pe.& c.in noſtra.in glo.2.Si autem maritus non poſſet eligere ſepulturam; qa demens,vel longè abſens,vel nõ elegit. Tũc enim ſecundùm eũ debet ſepeliri, vbi deberet maritus, ſi decederet, non electa ſepultura, ſcilicet ī parochiali:vel vbi maiores ipſius viri ſunt ſepulti.quòd ſi non poſsit, ſepelietur, vbi commodè poterit; cum neceſsitas non ſubſit legi.de conſe.diſti. 1.c. ſunt etiam alij.& de conſue.c.quantò. ¶ Quæro poſt Ioan.An.in nouel. an quod hic dicitur de muliere vidua,q̃ debet ſepeliri cum vltimo viro,habeat locum,ſi mortuo viro, reuerſa ſit ad domũ parentum. Quidam q̃ ſic; quia l.filij.§.1. ſimpliciter dicit, q̃ retinet domicilium, & honores viri ſui. Vgo.contra.7.q.1. c.ſicut.il 2.Nam redeundo ad domum patris,& relinquendo habitationem mariti, tacitè renunciat iuribus, & honoribus ex ipſius perſona, vel ex matrimonio ſibi competentibus. & perinde eſt,ac ſi renunciaſſet expreſsè.ff.ſi cer.pet.l.cum qd. & de his,quę ſi.à ma.par. Ca.c.ex ore.in cõtratium facit qđ eſt dictum,q̃ vidua retinet nomen,& dignitatẽ viri defuncti. & q̃ videtur in eodem matrimonio perdurare, vt in Auth.de nup.§.ſoluto.Item tale beneficium mulieris, q̃ teneat honores mariti:non loco habitationis, ſed perſonæ tantùm eſt data;ergo non debet vidua induci in diſcrimen ex differentia locorũ.C.de tẽ,in integ.reſt.l.ſuperuacuã.& l.ſi.circa mediũ. C.de præſcrip.longi tempo.¶ Secundò quæro poſt gl.2.Au⁹, & proauus,& alij ab antiquo ſepulti ſunt in vno loco: pr̃ elegit ſepulturam in alio, & ibi ſepultus eſt.vltimò deceſsit filiꝰ, non electa ſepultura.quæritur,an cum patre,vel in ſepulchro maiorum debeat ſepeliri? Gloſſ.tenet, quòd in ſepulchro maiorum. In nouel. dicit, quòd ſi proauus, auus, & pater ſepulti ſunt in diuerſis locis, ille vltimò decedens, non electa

electa ſepultura ſepeliri debet cũ patre. auita eñ, & ſuperiorũ ſepultura, vel origo debet inſpici:aliàs oportet quærere agrum Damaſcenum,vbi eſt ortus Adam. quod eſſet abſurdum,vt no.ad municip.l.aſſumptio.Item ſicut ex vnione carnis vxor conſepelitur viro, vt ī.c.proxi. ſic ex eadem vnione eo caſu filius conſepeliri debet patri. 35.queſtio.6.§.pen. in princ.vbi vna caro probatur pater & filius. & lex dicit, q̃ fere vna perſona intelliguntur,vt.C.de impu. & ali. ſub. leg. fina.facit ſupra de conſan. & affi.c.tua.& dicit Ioan.An.hoc ſibi placere:licèt quibuſdam videatur, quòd ex quò deficit ſepulchrum maiorum, fortius ſit ius eccleſiæ parochialis, vt hic.& ī.eod.c.proxi. Ego horum gratia hic ſubijcio.q. Oldra.quam poſui etiam s̃.eo.c.1. quę talis eſt. Quidam; quia impubes, vel aliter inteſtatus decedens nihil diſpoſuit de ſepultura.pater & auus apud Prædicatores:ſuperiores verò in parochiali eccleſia ſunt ſepulti. modò quæritur, vtra iſtarũ eccleſiarum debeat in iſtius ſepultura præferri? arguit quòd parochialis,& concludit pro illa Prædicatorum. dicit enim, quòd ſicut ſe habet domicilium in viuentibus : ſic ſe habet ius funerandi in defũctis.13.quæſtio.2.c.vbicunq;. Sed in domicilijs viuentium ſic eſt,quòd filius originale, & immediatum domicilium patris ſequatur, & non aliorum ſuperiorũ: aliàs oporteret q̃rere agrũ Damaſcenũ,vt dixi.Pręterea q̃tò magis cã ꝓximior eſt:tãtò magis influit,& ꝓducit ſuũ cãtũ, maximè ſecũdũ iuriſtas, q̃ ꝓximã cuiuſq; rei cãm attẽdunt. ff.de excep.rei iud.l.cũ de hoc.& de cõd.ob cãm.l.pen.&.ff. rerũ amo.l.ſi mulier.ſed cõſtat patrẽ, & auũ ꝓximiores eſſe ad hũc, de quo q̃ritur.ergo &c. Præterea iſta cõiunctio in ſepulchro aut ex quadã affectiõe:aut ex quadã ſãguinis charitate deſcẽdit,ſicut p̃ colligi ex his,quę dicũt.13.q.2.c.Ebrõ. ſed cõſtat maiorẽ affectionẽ vigere inter filiũ & patrẽ; & nepotem & auum,quàm inter remotiores, ergo & maior erit in tumulando coniunctio. vt ſicut dura eſt ipſorum viuentium ſeparatio; ſic ſit etiam defunctorum.vt.ff.de ędili.edic. l.pleriq;. & de fun. inſtru. l. quæſitum. §. vxori. Præterea id debet de iure ſeruari : quod veriſimile eſt, legiſlatorem, vel priuatum, vel teſtatorem diſpoſiturum fuiſſe, ſi ei id, de quo quæritur, occurriſſet. vt. ff. de codicil. l. qui graui. & de pac. l. tale pactum. §. fin. & conſonum eſt rationi id ſequi, quod eſt veriſimile, defunctum, ſi teſtabilis, vel ſi teſtatus fuiſſet, electurum fuiſſe: ſed veriſimile eſt, filium prætuliſſe ſepulturam patris, & aui ſepulchro maiorum. quia in his, quæ ex affectione, & ſanguinis charitate deſcendunt, proximior quiſq; primo loco videtur inuitatus,vt.l.peto.§.fratre.de leg. 2. & C. de fideicom.l. cum actiſsimi. Præterea ſepulchrum maiorum deſcendit in poſteros ex perſona patris, vel aui. vt. ff. de colla. bono.leg. dedit dotem. ſed per electionem alterius ſepulturæ patris, vel aui impeditus eſt deſcenſus:quod eſt extraneum.ff.de quæſt. l. à diuo Pio. & de natura.liber. l.fin. ſuperioribus enim iſte poſt ipſorum mortem conceptus agnatus, vel cognatus non fuit,vt ſumitur ex l.Titius.cũ duabus ſequen. de ſuis & legi. &.ff. vnde cognati.l.1. §.ſi. & iſtis rationibus cõcludit Oldra. pro iſta parte.queſtio.24.& aduertendum, quia glo.vt dixi, format quæſtio .cum pater in vno loco:auus, & progenitores in alio. in nouel. cum proauus, auus, & pater in diuerſis locis. Oldr.cum pater,& auus in vno: ſuperiores in alio. Et ex deciſione gloſſ. in quæſtio. ſua. & Oldr. in ſua poſſet inferri, quòd ſola ſepultura patris, etiam vbi quis non habet ſepulchrum maiorum, non debet attendi quò ad filiũ, qui deceſsit, ea non electa. cap.cum primum. ſupra eod. & alia iura loquuntur de ſepulchro maiorum quod non verificatur in ſepultura patris : vnde cautè Oldr. formauit quæſtio. de ſepultura patris, & aui copulatiuè : quaſi ſolius aui, vel ſolius patris non dicatur ſepulchrum maiorum.& ſic forte opinio illorum,qui tenent, quòd in eccleſia parochiali, non in ſepulchro patris tantum debeat ſepeliri,qui deceſsit non electa ſepultura,magis poſſet de iure defendi : quia pro ea facit ius commune: ſed pro eccleſia ſepulturæ patris tãtum nullum ius facit. ¶ Quid dices,ſi pater & auus (qa fortè mercatores) deceſſerunt in partibus alienis : an filius decedẽs nõ electa ſepultura,ſepelietur in ſepulchro maiorũ? ſecundùm vltimam rationem Oldra. videtur quòd non;quia poſt ipſorum mortem conceptus non eſt eis cognatus, vel agnatus: nec ex perſona patris, vel aui tale ius deſcendit in eum; quia alibi ſunt ſepulti. contrarium credo; quia textus in c. 1. s̃. eod. refert ſe ad ſepulturam maiorum ab antiquo. vnde iſtud ius deſcendit à genere,non à patre,& auo.Ex quo infero,quòd licèt quis abſtineat à paterna hæreditate:ſuccedit tamen in iuribus ſepulchrorum,& iure agnationis,& iure ſuccedendi. In talibus enim factum patris non minuit ius filiorum,vt l. eum qui.& quod ibi per Barto. ff.de inter dict. & relega.& l.vt iuriſiurandi.de bo.liber.§. ſi liberi. & quod legitur,& notat.in l.diui fratres. ff.de iure patro. facit l. ſi in emptionem: ff. de minorib. ¶ Tertiò quæro poſt Ioan. And. in nouel. de foro iudiciali,an ſequatur quis forum originis auitæ, vel paternæ, non firmat : ſed remittit ad Cyn.C.de iuriſdict.om.iud.l.2.& ad Specul.de compe.iudi.adi.§.1.ver.61. vbi dicit, quòd quis ſortitur forum ratione originis paternæ quò ad honores & tutelam:vbi etiam quò ad facultatem cõueniendi dicit, quòd ratione paternæ originis non poteſt aliquis conueniri. Ratione autẽ propriæ ex contractu alibi initio an poſsit cõueniri. refert ibi Accur.tenere, quòd ſic. Azo, quòd non. & iura, quæ videntur contradicere, intelliguntur quò ad honores,& munera ſecundùm eum. Bart.plenius hoc examinat in l.aſſumptio.ff.ad munici. Et ponit circa hoc quatuor opin. & poſt eas ſic diſtinguit. Aut loquimur de muneribus perſonalibus : aut de honoribus : aut de iure conueniendi: aut de patrimonialibus. Primo caſu neceſſe habet illa ſubire ratione propriæ originis, vel paternæ, vt l. libertus. §. prę ſcripti o. ff. ad municip. & C. de incolis. l. ciues. & C. de mu.& hono.l.ſi. Secundo caſu, cum loquimur de honoribus, dic, quòd idem, ſcilicet quòd in loco originis propriæ, vel paternæ, vt ff. de ſenator. l. pe. Idem in tertio caſu, cum ſcilicet quæritur de iure conueniendi : vt ſcilicet poſsit conueniri in vtroque foro. quod eſt verum, ſi in loco paternæ originis reperiatur: aliàs non, vt ff. de iudic. l. hęres abſens. primo reſpõſo. Quarto caſu cum quæritur de muneribus patrimonialibus, certum eſt, quòd tenetur ibi ſubire illa, vbi habet bona, vt ff. de cẽſi. l. forma. §. ſi verò quis. & de mune. & hono. l. pe. §. patrimoniorum.

ADDITIO.

a ¶ Mulier Adde text. in c. de vxore. de ſepu. & in c. Ebron. 13. q. 3. c. abbas. & in c. Apoſtolicæ. de dona.

SVMMAE.

1 *Sepulturam quis ſibi eligere non poteſt ante 14. annum.*
2 *Pater non poteſt de iure filio eligere ſepulturam.*
3 *Conſuetudo poteſt tribuere ius patri, vt eligat ſepulturam filio impuberi.*
4 *Impuberes de iure communi ſunt tumulandi cum ſuis maioribus.*
5 *Filiusfamilias ſine conſenſu patris non poteſt pro anima iudicare.*

CAP. III.

1 LIcèt pater. Duæ ſunt partes.ſecunda ibi[quãuis.] ¶ † Not. quòd ante quartũdecimum annum non poteſt quis ſibi eligere ſepulturam. Sicut nec teſtari, nec profiteri, nec matrimonium regulariter cõtrahere, nec alteri obligari, vt l. qua ætate. ff. de teſta & s̃. de reg. c. 1. & de deſpõſa. imp. c. impuberes. & Inſt. de inu.
2 ſtip. §. pupill⁹. facit l. in negocijs. ff. de reg. iu. ¶ † Secò no. q̃ pater nõ põt de iure filio impuberi eligere ſepulturã: cuius con-

trariũ tenebant Vinc. Lau. & Gof. ea ratione; quia ei potĕrat teſtari. Inſtitu. de pupil. ſubſti. §. liberis. Item expenſę funeris filij ſpectant ad patrem. ff. de in rem ver. l. filius. Itĕ pt̃ ſubſtituit filio ẽt in bonis maternis. ff. de vulg. & pupil. l. 1. & hoc placuit etiam Hoſti. in ſumma huius tit. in prin. contrariũ hic
2 videas deciſum. ¶ † Tertiò not. q̃ conſuetudo poteſt tribuere iſtud ius patri, vt eligat ſepulturam filio impuberi. Sed dices, hæc cõſuetudo eſt cõtra ius cõmune, quo iure diſtincta ſunt loca ſepulchrorum. Solu. dicit Ioan. And. in nouel. ſatis eſt, quòd ius aſſiſtat. de quo plenè per eum. s̃. de conſuetu. c. fin. ſuper glo. penult. vidi inter conſilia Federi. reuocari in dubiũ, an conſuetudo, de qua hic loquitur, debeat intelligi de præſcripta: vt ſic præiudicet iuri ſcripto. videtur, quòd non; nam ſi deberet intelligi de præſcripta, non fuiſſet neceſſarium in caſu hoc facere ſpecialem mentionem: ſicut nec in alijs materijs, in quibus conſuetudo præſcripta ſuperat ius commune, & quando vult iuriſtator intelligere de præſcripta, hoc exprimit. s̃. eod. lib. de conſue. c. non eſt. contrarium tenet Do. Federi. conſil. 86. dicit enim, quòd Doct. videntur intelligere iſtum tex. de conſue. 40. ann. & q̃ aliqualis titulus dederit cauſam conſuetudini inducendæ. quod apparet (vt ipſe dicit) per iura, quæ alleg. nec eſt neceſſarium, quòd nomine conſuetudinis, non debeat intelligi de præſcripta. nam immo debet, vt colligitur ex c. Cumana. s̃. de electio. Nam in princip. illius c. fuit allegata, & proteſtata conſuetudo: & quia non fuit probata, præſcriptio profuit. ¶ Quartò no. quòd dicit [illius terræ] & c. nam ſecundùm Ioan. And, colligitur, quòd vnius terræ, vel loci conſuetudo in alio non præiudicat. remittit ad no. 12. diſtin. c. illud. Idem hic Archid. & Lap. & Federi. in d. cõſil. dicunt, quòd debet eſſe generalis conſuetudo terræ, non particularis, ad hoc vt tollatur ius commune, quo dicitur, impuberes ſepeliri in eccleſia parochiali, vel maiorum, vt hic.
3 ¶ † Quintò nota, quòd impuberes de iure communi ſunt tumulandi cum ſuis maioribus, vel in parochiali eccleſia. & cũ prædicto modo alternatiuè loquatur. Quærit gloſſ. cuius erit electio. ponit opin. & tutius eſt (vt dicit) ordinem ſcripturæ ſeruari. Idem Archid. Ioan. Mona. vt refert hic in nouel. variat. & in additio. dicit parochialem potiorem: vbi decedit in parochiali. Si alibi, ſecus, vt hic. & s̃. c. proxi. Mihi placet opi. Ioan. And. vt in iſta alternatiua poſita hic inter loca, in quibus cadit affectio ordinata, inſpiciatur ordo ſcripturæ: ſicut contingit in perſonis alternatiuè nominatis in teſtamento, vt l. cum pater. §. penul. de leg. 2. Maior autem eſt affectio ad ſepulchrum maiorum, quàm ad parochialem eccleſiam in iure funerandi. quod patet; quia iura illam eccleſiam ſepulturæ maiorum præferunt parochiali, c. 1. s̃. eod. & ſicut maior, quando non eligit, ſepelitur ibi: ita & minor, qui nõ poteſt eligere ex defectu ætatis. Idem, ſi aliter impeditur; puta dementia, vel furore. ¶ Sextò nota in §. quamuis, quòd filius fami. abſque patris conſenſu poteſt ſibi eligere ſepulturã. Non obſtat, quòd non poſſit teſtari, vt ſequitur, vt Inſtitu. qui non eſt per. fa. te. in princi. & de donatio. l. filiusfami. loquuntur enim de rebus temporalibus. In eccleſiaſticis autẽ, & ſpiritualibus ſecus, in quibus ſui iuris eſſe cenſentur. de regula. c. cum virum. & s̃. eo. li. de iudi. c. ſi annum. Cum ergo ſepultura ſit quid ſpirituale. 13. q. 2. c. queſta. cum tribus ca. ſequen. de ſimo. c. ſuam. cum concor. poterit filiusfa. illam ſibi eligere: ſicut paterfamilias, ſecũdùm Io, An. poſt Archi. qbus adde qđ dixi in c. cum C. laicus. s̃. eo. li. de foro com. & dicto
4 c. ſi annũ. ¶ † Septimò no. q̃ filiusfa. ſine patris conſenſu non poteſt pro anima iudicare, & in vltima voluntate relinquere, ſecundùm glo. à contrario ergo ſenſu de voluntate patris poterit pro anima relinquere in qualibet vltima voluntate: cuius plures ſunt ſpecies, vt dixi s̃. eod. lib. de teſtamen. in rubrica. Et ſic pro anima poterit teſtari, & codicillari de conſenſu patris. Quod an ſit verum, eſt dubium, apud quoſdam. pone in facto. Comitius filiusfamilias reliquit de conſenſu, & voluntate ſui patris centũ pro anima ſua: an valeat iſtud relictũ? D. Fede. conſ. 284. dicit, q̃ quomodo intelligatur iſtud ver. iudicare, gl. non aperit; ſed exponit, in vltima volũtate relinquere. Legiſtæ (vt dicit) exponunt. i. cauſa mortis donare. non debet enim hic ſumi arg. à contrario ſenſu. ſ. q̃ pro anima poſſit in qualibet ſpẽ vltimę volũtatis relinquere, ceſſat em̃ iſtud argumentũ, vbi contra. reperitur iure cautũ, vt l. conuenticulam. C. de epiſc. & cle. & l. 2. C. de condi. inſer. & hoc tenet Do. Bald. in l. habeat. C. de ſacroſanc. eccl. Federi. ibi dicit aliàs ſe ſcripſiſſe, q̃ canonica ſimplicitas de hac ſubtilitate nõ curat; cum relictum pro anima ſit ad pias cauſas, in quo multa ſunt ſpãlia, & tex. huius lib. 6. non conſueuerũt eſſe obſcuri. & Bonifa. vſus ẽ ver. iudicare, generaliter. Item ſi intelligeretur tantùm de donatione cauſa mortis, iſtud c. quod videt velle aliquid ſpãlitatis inducere in relictis pro anima, ſeruiret nobis de nihilo: cũ filiusfam. poſſit cuilibet extraneo donare cã mortis cũ conſenſu patris, vt no. in l. qui in poteſtate. ff. de teſta. Præterea ſi regula eſt dubia, de qbus intelligatur, declaratur per exceptionem, vt l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, triti. & ole. le. ſed hic excipit caſtrẽſe, vel quaſi: de qb⁹ ſine patris cõſenſu oẽm vltimam voluntatem poteſt ordinare. in conſ. 288. dicit, q̃ licèt ſic ſibi videatur: tamen non auderet conſulere, ꝓpter id, quod Io. And. dicit hic in nouel. nam expoſitionem, quam facit de verbo, iudicare. ſ. in vltima volũtate relinquere. in no. uel. declarat, dum dicit, non tñ in teſtamẽto. ſuper quo remittit ad no. p eũ. s̃. eo. li. de teſt. in prin. vbi dicit, q̃ etiam patre permittente, teſtari non poteſt; quia teſtamentũ eſt publici iũris, & non debet pẽdere ab alterius poteſtate, vt d. l. qui in poteſtate. Et aduerte, quia ſi non poteſt teſtari cum conſenſu patris ꝓ aĩa, vt vult Io. An. ergo nec in alia ſpecie vltimę volũtatis relinquere, vt l. ſciendum. ff. de leg. 1. & ſic remanemus in opi. legiſtarum, quòd iſtud c. intelligatur, quòd poſſit iudicare pro anima de conſenſu patris ti. donationis cauſa mortis. & differt in pluribus à legatis, & fideicommiſsis, vt Inſtitu. de dona. §. eſt & aliud. & dixi in d. rubrica de teſtamentis. & ſecundùm hoc iſtud c. prout dixi. s̃. in nihilo ſeruit aĩæ; quia ſic poſſet etiam cuicũq; relinquere. quod videtur durum. durius tamen, quòd per argumentum à contrario ſenſu corrigantur leges. & in caſu, in quo per tale relictum pro anima de cõſenſu patris non præiudicaretur, niſi ipſi: puta qui conſentit, poſſet iſta ſimplicitas, de qua loquuntur Fede. & Hoſti. tolerari. ſed quia ad bona aduentitia filij non valentis teſtari veniunt cum patre mater, & fratres, vt C. ad Tertul. Authẽ. defuncto. quòd ſolus conſenſus patris accommodatus filio relinquenti pro anima non poſſit prædictis ſibi in ſucceſsione æqualibus præiudicare: ſicut nec illi ſibi: non eſt ſimplicitas, ſed æqualitatis obſeruantia inter pares, & coniunctos grata legiſtis, vt l. fi. C. de fruct. & lit. expen. & l. cum pater. §. libertis. de lega. 2. & l. in ſacris. C. de proxi. ſacro. ſcri. ¶ Octauò no. q̃ filiusfami. quandoque habent peculium caſtrenſe, vel quaſi. & in iſtis poſſunt indiſtinctè teſtari, vt l. fi. C. de inoff. teſtamen. & ibi habes, quod dicitur caſtrenſe, vel quaſi. Nam caſtrenſe dicitur, qđ quæritur in caſtris militando, vel militię occaſiõe, & eſt tit. ff. de caſtr. pec. p totũ. Peculiũ quaſi caſtrẽſe eſt, qđ q̃rit filius ex publico officio, vel aduocatiõe. qđ dic vt no. Do. Bal. in l. fori. C. de aduo. diuer. iudi. vbi q̃rit, vtrùm ſicut ex aduocatione, ita ꝓcuratiõe reputet quaſi caſtrenſe. Tenet q̃ nõ; qa tale officium eſt viliſsimũ: & nõ publicũ, ſed priuatũ. Inſt. de excep. in fi. & ideò talis q̃ſtus dr̃ peculiũ, aduẽtitiũ, nõ aũt quaſi caſtrẽſe. Quid in ſalario aſſeſſorũ? dicit, q̃ eſt quaſi caſtrenſe, vt l. velut. C. de aſſeſſo. ſecundùm Barto. & glo. Quid in ſalarijs tabellionum? credit, quòd cum gerant officium publicum auctoritate, & vtilitate: quòd dicatur peculium quaſi caſtrenſe, & q̃ratur eis pleno iure, præſertim ſi gerant officiũ cũ dignitate: puta eſt notarius in curia principis, vel ꝓ notarij⁹ Papæ. Eſt & aliud peculiũ, qđ vocat aduẽtitiũ, qñ filiusfam. ex alijs cauſis, q̃ publicis, ſibi quærit, puta ex ꝓſpera fortuna,

fortuna, officio, vel liberalitate aliorum. Et in iſto filiusfa. habet proprietatem, & dominium, & pater adminiſtrationem, & vſumfructum in vita ſua, vt l. cum oportet. C. de bon. quę libe. & in talibus ſic quæſitis filij non poſſunt facere teſtamẽtum, etiam cum conſenſu patris, vt l. penul. qui teſt. face. poſ. & quod not. in l. 1. §. in filij. ad Trebel. Fallit ſecundum Lap. in clericis, qui licèt ſint in poteſtate conſtituti: tamen in eis poſſunt teſtari. vt not. 19. q. vltima. c. quia ingredientibus. in gl. 2. & in Spec. de inſtrumen. edit. § porro. in fin. & no. eo. tit. §. compendioſe. Et vide quod dixi poſt Hoſt. de teſta. c. quia nos. Eſt aliud peculium, quod vocatur profectitium, qđ proficiſcitur à patre, vel eius occaſione (puta dat filio pecuniã, vt negocietur, & lucretur.) & in iſto quicquid quærit filius, quærit patri, qui etiam obligatur ex contractibus ipſius filij ſuperinde confectis peculio tenus. ſ. quatenus eſt in peculio, vt C. & ff. de peculio. per totum, & circa hoc vide, quod no. in l. cum oportet. præallega. vbi quid iuris, ſi filius mortuo patre reperitur multa quæſiuiſſe: & fratres dicunt ea eſſe communia, tanquàm acquiſierit de pecunia patris, & de bonis ipſius: Ipſe verò dicit præcipua, tanquàm quæſita ex induſtria, & ꝓſpera fortuna. Quid in dubio præſumatur. dic, vt ibi hẽs: ergo not. ex prædictis, q̃ multiplex eſt peculium. Nam aliud eſt caſtrenſe: aliud quaſi: aliud aduentitium: aliud profectitium, vt ex prædictis patet. de iſtis, & alijs generibus peculiorum vide per Hoſtien. in ſumma. de pe. cler. & plenius in Spe. de actore. §. 2. ver. Item quod agit de peculio. & ſeq. & ibi per Ioan. And. in additionibus. Sumitur autem peculium multis modis, vt no. ff. de peculio, ſuper rub. & dixi. s̃. de pecu. cleri. in rubrica.

S V M M Æ.

1 *Monachi apud ſua monaſteria ſunt tumulandi.*
2 *Monachi ſepulturam ſibi eligere non poſſunt.*

CAP. V.

REligioſi. Ponit dictum, cuius rationem interſerit, ibi [cum velle] & exceptionem præmittit, ibi [niſi.] ¶ † Nota, quòd monachi
1 ſunt apud ſua monaſteria tumulandi. cum enim quilibet debeat ſepeliri, vbi debet audire diuina, & percipere ſacramenta. vt s̃. c. proxi. & monachus in ſuo monaſterio prædicta cõſequatur, vt in Clem. ne in agro. §. ſanè. de ſtatu mona. ergo & ibi debet ſepeliri, ſecundùm Ioan. Andr. poſt Archidiaco.
2 ¶ † Secundò not. quòd ideò non poſſunt ſibi eligere ſepulturam: quia non habent velle, vel nolle. concord. 12. q. 1. c. nõ dicatis. & s̃. eo. li. de teſtamen. c. fi. deſcendit enim electio à libero arbitrio: quod ceſſat, vbi ceſſat libertas, vt c. vbi periculum. §. cæterum. s̃. eo. lib. de electio. Sed quid dices, ſi teſtator legauit in gñe, vel alternatiuè monaſterio vnũ ex ſeruis⁹, quẽ monachus elegerit: vel monachus ſtipulatur Stichũ, aut Pãphilum, vel vnũ ex pluribus, quem elegerit. vr̃, q̃ nõ poſſit eligere, vt hic. In contrarium videtur text. in l. fi. ff. de verbo. obli. & l. ſi ſtipulatus fuerit. ff. eo. tit. Bar. loquens in ſeruo, & filio, quibus competit ius eligendi: vtrùm poſſit eligere. ſic diſtinguit; quia aut habent poteſtatem eligendi ex ſua propria opera, & prouiſione: & tunc poſſunt ipſi eligere, vt d. l. fi. & l. ſi ita ſtipulatus fuero. qđ patet; quia tali caſu poſſet ſibi liberè ſolui, vt l. quod ſeruus. ff. depoſi. & l. ſi vnus. in princ. ff. de pac. Quandoque hoc habent ex prouiſione alterius (puta ex teſtamento, vel aliter:) & tunc aut eſt optio: aut eſt electio in alternatiuis. Primo caſu non poſſunt eligere ſine patris, vel domini iuſſu, vt l. Iulianus. de leg. 1. ratio quia optione legata, nihil eſt in obligatione: cum optio ſit magis ius quærendum, quàm quæſitum. vnde non tranſit in dominum: nec per filium, vel ſeruum poteſt explicari ſine iuſſu. Sicut dicimus in l. qui aliena. de acquiren. hæredita. Sed quando eſt electio in alternatiuis: tunc vtrunque eſt in obligatione, & ſtatim quæritur domino, vel patri. Sed electio eſt meri facti. & ideò explicari debet per filium, & ſeruum: & quæ ſunt facti, non trãſeunt ad patrem, vel dominum, vt Inſtit. de ſtipula. ſer. §. ſed cum factum. & ita notat Bar. in d. l. Iulianus. Et hinc eſt, quòd iſta voluntas, quæ *in facto conſiſtit*, ſeruo & filio reſeruatur: ſi ſeruus ſit hæres inſtitutus, & nolit adire, præiudicat domino, vt l. cum proponas. de hæred. inſtituen. & Doct. reuocãt in dubium, quid monacho inſtituto. vtrùm monaſterium poſſit adire ſine eo, vbi ille nolit? & videtur, quòd ſic; quia non habet velle, vel nolle, vt hic. quod tenet Archid. 18. q. 2. cap. j. & tangit Ioan. An. in cap. in præſentia. de probatio. in nouel. licèt Iacob. de Are. & Ray. aliter dicant, vt nota. in l. Deo nobis. C. de epiſco. & cleric. & ibi per Bald. & Barto. ff. de vul. & pupilla. l. 1. in 5. col. vbi videas. ¶ Teriò not. quòd aliàs prohibita conceduntur propter neceſsitatem. concord. in glo. 2. Nam propter neceſsitatem cõceſſum eſt furari, occidere, domum vicini diruere, debitorem capere, ius ſibi dicere, & alia prohibita attentare, vt c. ſi quis propter. de furtis. & Clem. 1. de homic. & l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ad leg. Aquil. & l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in frau. credi. & 1. diſtin. c. ius gentium. & s̃. de feri. cap. licèt. ¶ Oppo. & videtur, quòd religioſi poſsint ſibi eligere ſepulturam, vt de exceſs. præla. c. nimis iniqua. verſic. & ſi quis decendium. Solu. dicit Ioan. Mo. hoc c. intelligendum ſecundùm illud: vt ſcilicet monachus eligat, vbi ad ſuum monaſterium portari non poteſt, vt ibi. aliàs non, vt hic. Idem Archid. qui dicit, quòd quando religioſus moritur extra conuentum, poteſt eligere ſepulturam ſecundùm Innoc. argu. huius cap. à contrario ſenſu. Idẽ Lap. qui quærit, nunquid quando eligit ſibi ſepulturam in caſu, in quo põt, ſit locus ſolutioni canonicæ portionis. de qua. s̃. eo. titu. & lib. c. cum quis. videtur, quòd non, cum nihil habeat, vt d. c. non dicatis. & quod no. Hoſtien. in c. de vxore. s̃. eo. & Inno. & Hoſt. de deci. c. 2. & hoc dicit tenere Federi. de Senis conſi. 265. Ipſe Lap. dicit, quòd ſi peruenit aliquid eccleſiæ, vbi tàlis ſepelitur, debet de illo ſolui canonica portio illi eccleſiæ, vbi conſueuit audire diuina, & ſacramenta percipere. pone exemplum: cum ſcholaris monachus deceſſit in iſto ſtudio, & habitabat in hac parochia. S. Andreæ. facit quod no. Ioan. An. poſt Innocen. & Hoſtien. s̃. eo. c. in noſtra. in nouel. ſuper ver. reliquit. Sed quid ſi in remotis à monaſterio exiſtens moritur, non electa ſepultura? dicit Lap. ſepeliendum in parochiali eccleſia, in cuius parochia decedit. ad hoc 13. quæſt. 1. c. eccleſias. & quod not. Hoſtien. in ſumma. eo. tit. §. & apud quem. verſic. quid & de viatore. & de parochi. §. quis intelligatur. verſic. viator verò. & Arch. s̃. c. 1. cuius dictum Arch. hic ponit Io. An. ibi. vbi dicit ipſe poſt Inn. & Hoſtien. quòd viator ſepeliri debet in eccleſia cathedrali. Sed Archid. dicit, quòd in parochiali: cuius opinio verior eſt ſecundum Lap. per præall. c. eccleſias. Facit quod not. Pau. in Clemen. dudum. eo. ti. vbi ſi monaſterium eſt interdictum, videtur ſimiliter, quòd ipſius monachi poſsint ſibi eligere ſepulturam. vt ſicut poſſunt, quando ſunt impediti impedimento iuris, argu. no. de conditio. & demon. l. obtinuit.

Rubr. De decimis.

S V M M Æ.

1 *Debitores decimarum quis verbo, vel opere corrumpere non debet.*
2 *Decimę an debeantur ex præcepto, & an conſuetudine tollantur.*
3 *Decimam non ſoluentes an peccent mortaliter.*
4 *Clerici à clericis an exigant decimas.*
5 *Decima an ſit ſoluenda de illicitè acquiſitis.*
6 *Decimas an quis ſoluere teneatur ſimoniaco.*
7 *Decimæ de iure communi cui eccleſiæ ſint ſoluendæ.*

CAP. I.

1 DISCRETIONI. †Nota, quòd non debet quis verbo, vel opere debitores decimarum corrumpere, vt non soluãt. & religiosi in hoc contrarium facientes sunt excommunicati ipso iure, per Cle. cupientes. de pęn. & est simile in corrũpentibus seruos, & filios alienos, ex quo dominus damnum patitur; & iõ cõtra tales datur actio, vt ff. de ser. corrup. l. 1. & per to. l. si quis seruo. C. de fur. similiter contra diffamatorem, si quis fortè diffamat me taliter, quòd exinde patior damnum, vt no. Bart. in l. 1. §. cuius autem interdicti. ff. vti possi. facit quod no. Inn. in c. 2. de restitu. in integ. & c. sanè. de offi. del. ¶ Secundò no. q dicit [verbo] &c. q prædicatorum officium est, in suis prædicationibus persuadere populo, vt soluat ecclesijs debita, & hoc declarat Clem. cupientes. quæ vult, quòd in 8. festiuitatibus anni in prædicationibus informét populum super solutione decimarum. qđ
2 dic, vt ibi. ¶ †Quærit glo. 2. & plenè disputat, an decimæ debeãtur ex præcepto, & an consuetudine tollantur. ponit quinque opin. Prima est Innoc. Secunda quorundam theologorum, qui dicunt sufficere aliquid dari pro decima: vt vigesima, vel centesima. Tertia est quorundam aliorum indistinctè tenentium, decimas hodie non deberi. Quarta est opi. q in locis, in quibus est consuetudo, vt soluantur, sunt debitæ; & sic peccant non soluentes. Quinta est opi. Hostien. q prædiales debeantur lege diuina, sed nõ personales. ideò in istis, si est consuetudo contraria, non debentur. prędiales verò cõtraria consuetudine non tolluntur. Prima opi. Inn. est tutior, ideò tenenda, secundùm glo super qua allegat multa consilia hoc dicentia. & subdit, quòd summorum pontificum hoc dicentium non est numerus. vt s. eod. per totum. & præalleg. Clem. cupientes. ¶ Sed vt scias motiua prædictorum. quæro, quæ est ratio, quòd hoc reuocetur in dubiũ per prædictos? ad hoc dico; quia cum clerici abundent hodie in diuitijs, cessat causa, propter quam erant debitæ in veteri testamento, in quo clericis erat prohibitum alia possidere: vnde scribitur Matthei. 18. cap. Nihil aliud possidebitis, decimarum oblatione contenti. & ibi. In terra eorum nihil possidebitis: nec habebitis partem inter eos. pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel. clerici verò contrarium faciendo, & possessiones, & bona possidendo, videntur renunciare illi priuilegio. & ideò eis dici potest. Qui excedit suos terminos, excedit ur à non suis terminis. vt l. fi. C. de edic. diui Adria. tol. Sed his, & alijs rationibus respondet, vt no. Ioan. An. s. eo. in rubr.
3 ¶ †Secundò quæro, an peccent mortaliter non soluentes decimas. Aduerte, quia quatuor sunt genera decimarũ, de quibus. s. eo. c. à nobis. in nouel. primum, quod populus dabat leuitis. Secundum, qđ leuitæ dabant sacerdotibus. Tertium, qđ vnusquisque seperabat de suis horreis ad comedendum in tẽplo. Quartum, quod pauperibus erogabant. & habentur ista s. e. c. 1. Loco tertij generis successerunt oblationes, q̃ an sint hodie in præcepto, ita quòd possint exigi ab inuitis. dicit, q non, nisi cum sacerdos est pauper, vt no. s. eo. c. quamuis. Loco secundi generis succesſerũt decimæ, quas ecclesiæ inferio
4 res hodie dant epis, vt s. de præscr. c. de quarta. †Clericis aũt à clericis an exigant decimas. dic, vt s. e. c. nouũ genus. remanet dubiũ de primis decimis, an peccẽt hodie mortaliter laici, qui non soluunt. Si enim dicimus, quòd sic, maxima multitudo est in damnatione; quia hodie pauci soluunt, & de scripto iuris rigore ita est dicendum. Tamẽ de æquitate, quæ fundatur super consuetudine contraria, quam Papa scit, & tolerat, est tenẽdum, quòd non peccent mortaliter: nisi post monitionem, & prædicationes ipsas retineant, & hæc opinio est benignior, & tenenda secundùm Host. in d. c. nobis. de quo dubito, an sit bene dictum. nam illa æquitas est non scripta. ideò præferendus rigor, iuxta not. in c. fin. de transac. & l. 1. C. de legi. Item appositus dies à lege solutioni decimarũ pro homine interpellat, & eius lapsus absque alia interpellatione constituit non soluentẽ in mora, vt c. potuit. de loc. & l. magnam. de contrah. stip. Vnde cum quis sciat, siue scire dẽat se teneri ad solutionem decimæ, lapso termino est in mora, vt l. quod te. ff. si cer. pet. a. Saluti igitur animarum Papa prouideat, qui potest super decimis disponere. licèt sint in præcepto. Rationem dixi in d. c. nobis. in prima oppo. Et vide de consuetudine Theodoricorum, qui soluunt certas mẽsuras, siue multum colligant, siue nihil, an valeat, dixi in c. in aliquibus. s. eod. vbi tenui, quod de consuetudine Venetorum, qui soluunt in morte decimas omnium mobilium, & in vita nihil. dic, vt ibi dixi. ¶ Secundò quæro. an ille, qui nihil recolligit de frumento, vino, & oleo &c. nisi quantum sibi ad vitam sufficit, teneatur de ipsis soluere decimam? videtur, quòd sic; quia & pauper tenetur de eleemosynis eam soluere, arg. 12. q. 1. c. hẽbat. & hoc tenet Vin. de censi. in c. licèt. nam secundùm eum, prætextu paupertatis non est licitum alienum retinere, vt l. palam. §. non est. de ritu nupt. decima autem est aliena: vnde dicitur reddi, & restitui, non propriè dari, vt c. ad apostolicæ. s. eo. Melẽ. (vt refert Vin. eius discipulus) dixit contrarium, quòd pauperes non tenentur ad tributa, vt d. c. licèt. & decimæ sunt tributa, vt s. c. tua nobis. Item si eis solutis, ad victum sibi residuum non sufficeret, deberet sibi dari tanquàm pauperi. sed melius est non soluere, quàm solutum repetere, vt l. 3. ff. de compen. ad hoc. 86. dist. c. non satis. ibi [ne vestimẽtis, alimẽtisue suis parcant misericordię cã.] pro possibilitate enim conditionis humanæ mensura seruetur: & non sibi quisque totum eripiat. & ita firmat Melẽ. Vin. contra, secundùm Ioan. And. in c. cum homines. s. eo. credo opi. Mel. veriorem, & magis consonam æquitati. nam lex humana in multis casibus statuit, non plus exigi à debitore, quàm facere possit. quod exponitur. s. deducto, ne egeat, vt l. in condemnatione. de reg. iu. Sol. Si quis igitur est debitor ipsi Deo, non est verisimile, quòd plus ab eo exigi voluerit, quàm facere possit. nam mitius agitur secum, quàm cum homine, q etiam hominum gratia cuncta creauit, vt l. in pecudum. ff. de
5 vsur. vnde si ad tributum Cęsari debitum nõ vrgetur pauper: multò minus ad tributum Deo: qui cor interrogat, non manum. ¶ †Tertiò quæro. an de illicitè acquisitis sit soluenda decima: puta de latrocinio, meretricio, vsura. & si. de hoc plenè. s. e. c. ex transmissa. Et dic breuiter, q aut loquimur in decima prædiali: & debetur etiam ab inuasore, vt in glo. d. c. ex transmissa. quam tenet Io. 16. q. 1. in c. decimas. aut de personali. & tunc aut quod illicitè acquisitum est, non potest repeti: & debetur decima. pone exempla in glo. in d. c. ex trãsmissa. aut potest repeti: & non debetur, etiam si dominiũ sit trãslatum, commutabiliter tñ. & hoc tenet Io. An. s. eo. c. pastoralis. & Phi. Inno. & Host. s. eod. c. ex transmissa. & (vt ibi dixi) hæc distinctio videtur habere locum in eleemosyna: vt. s. fieri possit, & recipi de iniustè acquisitis. dicit tamen ibi gl. q sacerdos non debet recipere decimas à meretrice: quod est verum, nisi pęniteat. qñ verò non pęniteat: tunc sacerdos debet recipere cum lnia diœcesani, & non aliter: & de tali eleemosyna, & oblatione vide, quod no. Io. And. in c. cum volũtate. de sent. excom. & de materia plenè. 16. q. 5. in summa. & 1. q. 1. c. non est putanda. vbi no. an ecclesia constructa de pecunia
6 symoniaca debeat demoliri. ¶ †Quartò quæro, an teneat soluere decimas sacerdoti meo, quem scio symoniacum. glos. q sic. in c. tua nobis. s. eod. Idem Cos. ibi & Vinc. sed Host. contra. ne videatur in suo pcõ nutriri. ar. 5. q. 5. c. non omnis. ibi [vtilius furientis] &c. Idem Host. de notorio fornicatore. dc tamen, q propter sacerdotis delictum non debet parochianus eas lucrari. sed in vtilitatem ecclesię conuertuntur auctoritate diœcesa. arg. de suc. abinte. c. fi. & ita ibi pertransit Ioan. And. Ibi ego tenui cum Gos. & alijs; qa nõ reperitur iste casus, q rector per exceptionem crĩs possit ab ecclesiæ administratione amoueri: sed per accusationem, denunciationem, & inquisitionẽ. de app. c. constitutis. & de elect. c. transmissam. in exceptione tamen, quæ non concernit delictum administratoris. sed dilapidationis, vel malæ administrationis, vt ibi dixi, semper dubitaui, an potuit opponi clerico exigenti decimas. & quòd possit, moueor; quia clerici sunt procuratores, non domini. de dona. c. 2. sed si procurator est ribaldus, & de administratione suspectus, debitor non tenetur sibi soluere, vt l. si cum Cornelius. ff. de sol. Item imputatur illi, qui soluit ei, quem scit in malum consumpturum. puta adolescenti luxurioso, vt l. si verò non remunerandi. §. si adolescens luxuriosus. ff. man. & l. si quis cum sciret. ff. pro emptore. c. tamen præalleg. tua nobis. videtur innuere, quòd non possit sacerdotem repellere antedictis exceptionibus, postquàm in
7 administratione toleratur. nam non potest prætextu criminis ab administratione repelli. ¶ †Quintò quæro, cui ecclesiæ sunt soluẽdę decimæ de iure communi. ad hoc dico, quòd in c. cum contingat. s. e. dicitur, quòd pertinent ad ecclesias parochiales. Sed in c. quoniam. & c. dudum. eo. tit. dicitur, q ad epm. Host. in d. c. cum contingat. tenet, q debeãtur ecclesijs baptismalibus, & de perceptis ab ipsis episcopus habet quartam. de offi. ordi. c. conquerente. & c, de quarta. de præscrip. Ioan. An. dicit, quòd est summæ æquitatis, quòd ecclesia parochialis fortè tenuis habeat has decimas. vt s. c. suggestum. & ita dicit in d, c, cum contingat. in nouel.

S V M M AE.

1 *Priuilegiorum verba potius ad factum, quàm ad ius, in dubio sunt referenda.*

2 *Res affecta cum onere reali transit ad priuilegium cum onere suo.*

CAP. II.

STatuto. Diuide istud c. vt in gloss. & præmitte ad euidentiam, quòd potest quis percipere decimas in persona aliena priuilegio, compositione, infeudatione, prescriptione, vel receptione de manibus laicorum, vt dicit glo. 3. ius autem percipiendi altero ex prædictis modis non extẽditur ad decimas noualium, quæ insurgunt in illa persona, in qua tale ius competit, vt s. eo. c. cum contingat. nam cum perceptio dictis modis in aliena persona sit contra ius commune, non debet extendi, sed strictè interpretari, vt c. odia. j. eo. lib. de reg. iu. & facit j. in §. nec pro eo. Sed quia quandoque illi, qui percipiunt decimas dictis modis, impetrant etiam priuilegium super decimis etiam noualium percipiendis ad eum modum, & portionem, quib. antiquas percipiunt; ideò, qualiter istud priuilegium debet intelligi, hic declarat. ¶ No. primò, quòd quando noua concessio refert se ad aliam limitatiuè, debet de illa constare: aliàs vltima concessio est nullius valoris, & sic est in sentẽtia incerta, quæ se refert ad acta. nam si ex actis non potest incertitudo declarari, sententia non tenet. & hoc verum, quando dispositio, quæ se refert ad aliam, non continet in se certũ. Si autem est certa de se, sed additur, secundùm quod in tali priuilegio, vel alia dispositione continetur: vtrùm sit necesse illam aliam exhiberi? vide de cõfir. vti vel inu. c. pe. & plenius de verb. sig. c. abbatẽ. & d. c. contra mor. ¶ Secũdo no. ad idẽ. quòd dispositio, quæ se refert ad aliam, determinatur secundùm illam in loci quantitate, & tempore: & falsa demonstratio facit deficere demonstratum, contra l. in testamento. & l. demonstratio. de condit. & demonstra. de istis dispositionibus se referentibus ad alium vide in l. asse. de hære. instit. & l. si ita scripsero. de condi. & dem. l. prætor ait. de re iu. ¶ Tertiò no. q concessio super decimas noualium parochiæ certæ, non extenditur ad decimas noualium, quæ ab alio possidentur. & per hoc infert Arch. q iam culta appellantur noualia; quia sm̃ eum aliter possideri non poterãt. qđ non fatetur Io. An. simpliciter per id, qđ habes de loco inculto, & eius decima de verborum signifi. c. quid per nouale. in fi. cum ver. seq. & collige ex hoc textu aliud, scilicet quòd noualia præterita, si non ab alio possidentur, veniunt in concessione decimarum super noualibus. Tamen Ioan. An. post Inn. in d. c. quid per nouale. super noualibus tenet contrarium. s. tale priuilegium non extendi ad præterita noualia, sed futura: nisi fortè ibidem & de præteritis caueatur, arg. in eo, quod legitur & no. de consti. c. cognoscentes. & hoc casu (scilicet quando de præteritis conceditur) dicit Inno. quòd debet intelligi de no
1 ualib. cultis à 10. annis citra. quod dic, vt ibi. ¶ †Quartò no. in ver. nec ad alias, & ver. sequen. quòd verba priuilegiorum sunt in dubio referenda ad factum potius, quàm ad ius. qđ sentit gl. quæ incipit. Tertia declaratio, &c. quæ dicit, quòd licèt debeatur dimidia de antiquis; tamen si non percipit nisi tertiam, debebitur de noualibus, non dimidia licèt debita. quod est mirum: sed alibi hoc contingit, scilicet, quòd magis præsens possessio attenditur, quàm proprietas, ut no. de causa pos. c. 3. in nouel. & c. consultationibus. de iure pa. & patet etiam istud hic, vbi possessio tertii impedit vires priuilegij. vnde ad possessionem habetur confideratio quò ad priuilegium irritandum, ergo similiter quò ad ipsum validandum. vt sic idem operetur oppositum in oppositio, qđ propositũ in proposito, vtl. & si contra. ad fi. ff. de vul. & pu. Ex quo infero, quòd si veteres possidebant bona fide, sufficit illa quasi possessio quò ad vires priuilegii impetrati super noualibus, iuxta formam, de qua in tex. Nec potest priuilegiata quæstio refricari; quia sufficit illa quasi possessio, vt prædixi. ¶ Quintò no. in §. statuimus. quòd si fit concessio modificata, sub nomine portionis non debetur amplius, quàm dimidia. quia appellatione partis dimidia continetur, vt l. nomen filiarum. §. portionis. de ver. sig. licèt quandoque propter incertitudinem appellatio partis contineat totum. ff. de leg. 3. l. vxori. in princ. ¶ Sextò not. in ver. non est verisimile. quòd verbo generali non comprehenditur, quod non est verisimile. facit ad no. per Ioan. An. post Inn. s. de præscrip. c. veniens. super verbo mentionem. vbi dicit, quòd si Papa, vel alius primò concessit vni partem alicuius rei (puta decimarum) ex priuilegio, & partem reliquit iure cõi, & postea partem relictam iure communi iteratò concedit eãdem alij, non valebit iterata concessio, nisi de priori fecerit mentionem. Secus si totum ius de iure communi alicui competens concederet à principio: puta decimas parochiæ. nam de iure cõi, quo rector parochialis tenetur, nõ tenet facere mentionem. & istã diuersitatem inducit intentio concedentis. facit quod not. Inn. in d. c. 1. de rescrip. ¶ Septimò not. in ver. cum non sit. quòd verba priuilegiorum debent strictè interpretari, quando cum præiudicio tertij conceduntur. Secus si cum præiudicio concedentis tantùm; quia tunc latissimè, vt c. cum dilectus. de dona. & de const. prin. l. beneficium. & dixi de verb. sign. c. olim. facit de administra. tut. l. impuberi. vbi priuilegium vnius ad alterius iniuriam extendi non debet. ¶ Octauo no. in §. religiosos. Ioan. An. facit mentionem, quomodo istos duos ordines multum Ecclesia honorauit, & specialibus priuilegijs dotauit. de seipso et ã loquens dicit, quòd ad dictos ordines multum afficitur, & cum ordo Cartusiensis hic Bonoñ. domum aliquam non haberet, laborauit per tempora posse tenus. & nouissimè per Dei gratiam optatum obtinuit, scilicet ordinem illum hic prope Bonoñ. collocari, qui locus fundatus fuit 1334. sub nomine patroni sui beati Hiero. ad cuius gloriam, & laudem Hieronimianum anno illo composuit. remittit de his ordinibus. de regula. c. sanè. in fi. glo. mag. ¶ No nò no. quòd priuilegium Papę, per quod iura vnius ecclesiæ alij conceduntur, debet intelligi, vt nõ vltra quàm facere possit illa ecclesia, exigatur. & est hoc dictum valde notabile: vt ex Papæ donatione non possit ecclesia (cuius iura donãtur) cõueniri in plus, quàm facere possit. i. deducto, ne egeat. vt l. in condemnatione. de reg. iu. ff. & hæc est ratio: quia omnis, qui

qui ex causa donationis conuenit, inquantum facere potest, debet exigi, & non vltra, vt l. sunt quidam. & l. inter eos. de reg. iur. & in donatione, quam facit tertius de rebus alterius, puta Papæ. est casus hic secundùm intellectum Ioan. An. qui hũc. §. latè intelligit, vt referatur ad singulos supradictos. §. §. quia litera sic sonat, dum dicit [huiusmodi concessiones decimarum] & quia generalis est ratio ordinationis, & diffinitionis, quæ sequitur. & facit ĩ §. dicœcesa. ¶ Decimò no. in §. sanè. quòd infeudatio, & cognitio facta super re prohibita (puta super decima, quæ à laicis detinetur) non probat veritatem illius contractus. cum enim decima contra ius commune possideatur à laico, quæ spectat ad certam ecclesiam: si fatetur se illam ab alia in feudum possidere, talis confessio, siue recognitio non præiudicat illi ecclesiæ, ad quam spectat. Sic in simili reprobatur confessio, quæ emanat inter personas prohibitas contrahere inter se. si enim ex alia causa, quàm ex causa prohibita, fateatur se vnus debitorem alterius (puta pater filio spurio, vel clericus concubinæ) talis confessio præsumitur in fraudem: & non sufficit ad probationem debiti, vt l. qui testium. & quod ibi no. ff. de probatio. & l. cum quis. § fi. de leg. 3. oportet ergo de veritate causæ, super qua contractus potest subsistere, aliter apparere, quàm per confessionem, vt in ver. illas autem. ¶ In quo vndecimò not. quòd laici decimas, quas ante Lateranen. concilium possidebãt in feudum, possunt concedere religiosis: vsque enim ad illud tempus concessum fuit laicis, quòd possent decimas in feudum acquirere: sed postea fuit eis prohibitum per c. quamuis. & c. prohibemus. s̃. eo. c. cum apostolica. de his, quę fi. à præla. & fuit illud concilium celebratum. 1269. secundũ Archid. qui quærit, quid iuris, si non apparet, vtrùm laicis fuerint decimæ, quas modò possident, cõcesse ante, vel post. nam si ante, iustè possident: si postea, tunc non. Cui ergo incumbat onus probandi: vtrũ sibi, quòd ante: vel ecclesiæ vendicanti, quòd postea. Tenet, quòd incumbat laico onus istud probandi, quòd ante. Idem Ioan. Mo. qui allegat no. in simili. 33. q. 1. in princip. vbi quæritur, si dubitetur de maleficio, an præcesserit, vel secutũ fuerit post contractũ matrimonij, cum petitur separatio propter maleficiũ ipsum: & dicit præsumendum, q̃ impedimentum ipsum fuerit secutũ post matrimonium. Ego de prioritate, & posterioritate dicti Concilij Lateranen. in prædicta q tenui contrarium post Ioan. An. in d. c. cũ apostolica. in 2. opp. ibi enim dixi, q̃ postquàm nõ apparet aliũ vllo vnquàm tpe possedisse, satis præsumit, q̃ q modò possidet, semper possederit. circa quod vide quod dixi in Clem. literas. de rescrip. & in rubr. de spon. duo. post Host.
2 & in c. in præsentia. de probatio. in repetitione. ¶ †Duodecimò nota in §. cæterum. quòd res affecta onere reali transit ad priuilegiatum cum onere suo. nam decima debetur in tributum, quod Deus sibi reseruauit in signum vniuersalis dominij, vt c. tua nobis. s̃. eo. sed onus tributi est reale, & transit ad quemlibet successorem; & ideò in multis ciuitatibus omnia prædia sunt effecta tributaria: vt per hunc modum ecclesiæ de possessionibus, quas acquirent, teneãtur ad onera Comunis, quæ imponuntur pro æstimatione prædiorum, quæ aliàs non tenerentur: cũ sint immunes ab his, quæ imponuntur personæ pro rebus. quod dic, vt not. Bartol. in l. rescripto §. 1. de mune. & hono. de prædicta tamen materia, cum res peruenit ad priuilegiatum, vtrum ipse possit in eo priuilegio se tueri. dic per Cy. C. de sa. san. ecc. Auth. quas actiones. & c. 1. de iur. pa. & quod ibi dicam. Econuerso aũt si res existẽs cum priuilegio penes vnum, transeat in alium, an transibit cũ eodem priuilegio. puta emit quis salem à Cõi exẽpto à solutione datij. an similiter non tenebitur ad datium, qui ab eo emit? vt quòd teneatur, & sic non transeat cum eodem priuilegio, vt l. licitatio. §. fiscus. ff. de publi. Aduerte etiã, quia tex. dicit, quòd religiosi tenentur soluere decimas de possessionibus, de quibus antea soluebantur. & sic loquitur de decimis in futurum soluendis. Sed nunquid idem de decimis non solutis in præteritum de prædio. sic quæsito? ista est quæstio Federi. de Senis. Quærit. n. an emptor prædii, de quo plurib. annis non sunt solutæ decimę, possit ad decimas præteritas conueniri. videtur quòd sic; quia decima est tributũ, vt dixi: sed nouus possessor tenetur etiam pro præterito tempore, vt C. si ne censu, vel re. l. fin. & de publica. l. Imperatores. Ioan. And. vt scripsi in c. cum homines. s̃. eo. in 3. quæst. videtur tenere, q̃ sit in eléctione rectoris parochialis, an velit cõuenire veterem possessorem. vel nouũ: quem posse conueniri probat per c. pastoralis. s̃. eod. & hanc opi. Ioan. And. tenet Fede. cõ fil. 63. & Archid. no. de hoc. 16. q. 1. c. si quis laicus. Ego duas rationes feci contra istam opi. s. q̃ nouus possessor non possit conueniri ad præteritas decimas, vt in d. c. cum homines. dic vt ibi. ¶ Tertiodecimò not. in §. nec pro eo. quid iuris, cum in fundo nouus fructus nascatur: an de illo, qui pcipit decimas spãli iure, pcipiet ẽt de hoc nouo fructu? & dicitur hic, q̃ nõ. Sed contra. s̃. eod. c. ex parte. vbi eadem res non debet diuerso iure censeri. Solu. vt dixi in c. cum contingat. s̃. eod. in 2. oppo. vbi etiam dixi in 3. notabili, q̃ nouus fructus ad eum pertinet, ad quem spectat ille locus de iure cõmuni. Ex quo etiã collegi, q̃ si intra parochiã alicuius oritur nouus casus, super quo diœcesanus ius suum nunquam exercuit, poterit exercere: sicut legibus, & canonibus antiquis vti: licèt nunquam occurrerit casus, quo fuerint practicatæ: vt sunt multæ leges in iure ciuili. Circa quod vide quod no. Io. An. in c. Ioannes. de cleri. coniuga. & concludo ex prædictis, q̃ magis est extensibile quod cõpetit de iure cõmuni, q̃ ĩ id, qđ competit ex priuilegio, vel alio spãli iure. quod dic, vt no. subtiliter Inno. in c. fi. de offi. archi. ¶ Vltimò super isto c. bene cadit quæstio, quã formaui. s̃. eo. c. nuper. in 4 q. Hodie eñ concessum est certis ordinibus priuilegium super decimis non soluẽdis: sicut olim habebant Cistercienses, vt d. c. nuper. vtrùm ergo tale priuilegium extendatur ad decimas, quæ per antiquum feudũ ante Lateran. Concilium à laicis tenebantur, & possidebantur, saltem de hoc mentione non facta? Ioan. And. subtiliter ibi disputat, & concludit, q̃ non extendatur. immo plus; quia Papa intendit per tale priuilegium grauare ecclesias, quæ ab eis decimas exigebant de iure cõmuni (de quo non expedit facere mentionẽ) & non illos, qui suo iure priuato. vtebant. nã per priuilegiũ princeps intendit derogare iuri publico, nõ priuato, vt l. 1. §. si quis à principe. & §. meritò. ff. ne quid in lo. pu. sic lex tollit legem cõem contrariam, non legem spãlis loci. s̃. eod. lib. de consti. c. 1. nam priuilegium non tollit pactũ pcedens. s̃. eod. c. ex multiplici. nec priuilegium, de præscrip. c. veniens. hinc est, q̃ quando Papa vult dare, & tollere, hoc exprimit. Cle. dudum. de sepultu. ad hoc optimè quod not. de iure pa. c. cum dilectus. vbi literę Papæ non præiudicant patronis laicis super iure suo. pro hoc facit hoc c. 1. rñso. vbi patet, q̃ sola possessio tacita in priuilegio impedit vires priuilegij quò ad illud possessorium. probatur etiam de priuil. c. dudũ. fortius igitur impedire debet, pprietas, & possessio, vt in q. nostra. Hic conuenit quod no. de conc. præb. c. cum nostris. vbi colorata possessio, si taceatur, impedit impetrationem. facit etiam quod habetur in 10. colla. si de feu. fue. contro. c. in generali. vbi in generali alienatione vasalli nõ continentur, nisi fuerit dictũ. & de capit. qui curiam ven. c. 1. vbi feudum feudi feudatarij non transit in venditione, quam facit dominus de feudo. aliis etiam rationibus hoc confirmat: sed prædicta magis vrgent, vt ibi dixi.

Rub. De regula. & transeunti. ad religionem.

1 *Monachus ante 14. annum efficaciter obligari non potest tacitè, vel expressè.*

2 *Impubes*

1 *Impubes religionem ingressus egredi potest infra 14. annum.*
2 *Pubes factus tribus casibus statim obligatur.*
3 *Approbare potest quis quod in ætate pupillari fecit.*
4 *Differentia inter puberem, & impuberem.*
5 *Professus in monasterio delicato postea reformato, an resilire possit.*

CAP. I.

IS qui monasterium. Prima pars tractat de impubere monasterium ingresso. Secunda de impubere. ibi [Qui verò.] Tertia declarat distinctionem habituum. ibi [distinctos.] Prima distinguit, an egrediatur ante fi. 15. an, post primum pmittit: sed tres casus excipit. secundum prohibet. ibi [q̃ si.] si sunt habitus indistincti: secus si indistinctissimi. Secunda dicit, puberem professum, si per annum tulerit habitũ indistinctum, etiam si sit indistinctissimus. & diuersitatis rationem reddit, ibi [quoniam.] ¶ Not. primò, quòd dicit [monasterium ingreditur.] &c. ad hoc enim, vt cursu tẽporis inducatur professio, requiritur, quòd moretur in monasterio. nam extra monasterium assumptio habitus, etiam professorum, non videtur inducere professionem tacitam: nec etiam lapsus anni. Multum enim ad professionem operatur claustrum, congregatio, ac loci stabilitas, vt no. Host. s̃. q clerici, vel vo. c. infinuante. & quod no. eo. ti. c. consuluit. Item quod hic dicit [monasterium] intellige etiam canonicorum regularium, quorum loca, vel ecclesiæ monasteria dicuntur, dęta. & quali. c. accepimus. & de priui. c. cum olim. Item requiritur nedũ locus, sed animus: vt scilicet eo animo ingredi
1 tur, vt fiat monachus. si enim ingrederetur visitans locum, vel personam loci, vel pro sua tuitione, vel requie, vel similibus causis: non esset locus his, quę hic dicuntur. nec Auth. ingress fi. vbi hoc glossatur. ¶ †Secundò not. quòd licèt ante 14. an. possit quis religionem ingredi: non tamen potest efficaciter obligari tacitè, vel expressè. Sed dices. cum minor. 14. an. do li capax obligetur diabolo, delinquendo, vt de delic. pu. c. pueris. quare nõ ita Deo profitendo, & sic bñ agendo? Sol. dic, q̃ peccatũ sine deliberatione committitur: nec peccati auctor (scilicet diabolus) deliberationem hominis quærit; sed casum, 26. q. 2. c. visis. post prin. Deus autẽ, qui nemini insidiatur, vult, quòd seruus deliberet, antequàm votũ emittat. 27. q. 1. c. nuptiarum. & de conse. distin. 4. c. quæris. & ita dixi. s̃. e.
2 c. postulastis. ad fi. ¶ †Tertiò not. q̃ impubes religionem ingressus potest egredi. ĩ. totum. 14. ann. sed nunquid qũcunq; ĩ. dictum annum 14. videtur, q̃ sic, si ingreditur sua sponte. secus si à parentibus offeratur: tunc enim ante 14. annum cõpletũ nõ vr̃ posse egredi: qđ an sit verum. dic, vt s̃. eo. c. 2. & c. cum virum. vbi no. an sicut minor in contractibus potest aduersus contractum restitui tanquàm læsus, vt in to. tit. de mi. ita possit aduersus professionem: dicit quòd non potest in hoc prætendi læsio, cum seruiat Deo, cui seruire, regnare est. facit quod no. in Spec. 2. parte. de restitu. in integ. §. qualiter. versi. sed nunquid minor & ff. de mino. l. si ex causa. §. Papinianus. alleg. l. Pap. & quod ibi no. ¶ Quartò no. post Ioan. And. in nouel. quòd quantuncunque impubes in monasterio steterit: tamen totus. 15. annus ætatis suæ est sibi annus probationis; ita quòd ĩ. illum non est obligatus etiam religioni
3 in genere: sed liberè redit ad sęculum, vt in tex. ¶ †Quintò no. quòd factus pubes in tribus casibus statim obligatur. primò scilicet cum expressè profitetur. secundò cum suscipit habitum professorum. tertiò cum professionem à se prius factã postea ratam habet. alios casus enumerauit post Doct. s̃. eod. c. super eo. in 2. q. [& plenius in c. infinuante. qui cleri, vel vo. vbi no. post Hostien. Aduerte tamen, quia ille, qui ante annũ probationis completum professus fuerit, in casibus hic no. & alibi vt s̃. non obligatur precisè illi religioni, in qua ingressus est: sed illi, vel alij. quod dic, vt ĩ. c. 3. & s̃. c. sign. vbi post Hostiẽ. dixi, quòd vbi minor facit professionem, poterit etiam ex dispensatione episcopi, etiam leui, transire ad minorem, vt in illo c. & ita no. in c. dilectus. de tempo. ord. & vide quod no. Io.
4 And. s̃. eo. lib. de præben. c. cum singula. ¶ †Sextò not. quòd potest quis approbare quod fecit in pupillari ætate. Aliæ verò dispositiones initæ per minores, an statim post aduentum pubertatis confirment tacitè, vel expressè. dic, vt no. in l. 1. & fi. C. si maior fac. ¶ Septimò no. in ver. quòd si per totum. &c. innuit enim ista dictio, per, quòd debet esse annus continuatus, non interruptus, ad hoc vt per lapsum anni professio inducatur. vnde si quis stetit quatuor mensibus in monasterio, & deinde exiuit. si iterum & iterum rediens compleuit annũ, non resultat tacita professio. Ego post Ioan. de Ligna. istam q. formaui in c. ad apostolicam. s̃. eo. in 2. q. & dixi post eum, quòd annus interpolatus ad professionem non sufficit; quia intentio iuris fuit, vt omnis asperitas monasterij probaretur continuo anni spacio. nam intermissio asperitatem minuit, vt ad sensum patet. nam aliud est non comedere per annum continuum, vigilare, ieiunare, & alijs asperitatibus vti: aliud est leuius ista agere temporibus alternatis. Item iura simpliciter dicunt de anno; sed cum lex de tempore loquitur, intelligitur de continuo, vt not. ff. de diuer. & tempo. præ. in Rub. & videtur tex. de elec. c. cupientes. §. cæterum. s̃. eo. li. Ad idẽ faciunt omnia iura dicentia cursum præscriptionis per actũ cõtrarium interrumpi: vt sic sit opus præscriptionem à capite inchoari, vt de præscrip. c. auditis. ad hoc quod not. Io. An. post Ioan. Mo. de hære. c. cum contumacia. in glo. per annum s̃. eo. lib. vbi dicit, quòd dictio, per, de sui natura inducit continuitatem. ad hoc etiam allego de excusa. tuto. ff. l. non solum. §. annus. Specu. tamen no. contrarium de statu mona. q. 34. alleg. 23. distin. c. fraternitatis. Bar. de hoc not. in l. fina. §. quotiens. de publica. & Gul. de Cu. in l. necnon. §. si quis sæpius. ff. ex qui. cau. ma. ¶ Octauò no. quòd quandoque incedunt in eodem habitu nouitii, & professi: & dicuntur tunc habitus indistincti, quandoque indistinctissimi; vt qũ eodẽ habitu coutuntur illis seruientes: quandoque verò nouitii, & professi vtũtur habitu distincto: & hæc distinctio est duplex, latens, & patens, vt legitur, & no. in Clem. j. e. ti. in quo autem habitu debeant stare nouitii. ĩ. annum in monasterio, dicunt quidam, quòd in laicali: alii monachali. quod tenet Lau. Vin. & Philip. Tan. in hoc dicit standum esse consuetudini monachorum, & mandatis regulæ potius, quàm iuri scripto. idem gl. Ber. de hoc no. s̃. e. c. sup eo. alle. c. legem. & c. si quis incognitus. 7. q. 2. vbi de hoc. Probabile tamen est, q̃ per signa distinguantur nouitii à professis: sicut in simili Christiani à Iudæis seruus à libero: famulus à domino: paterfami. à filio: meretrix à matrona: clericus à laico: ecclesia curata à nõ curata, vt dixi in d. c. statuimus. in quarto not. ¶ Nonò no. q̃ factus maior per lapsum anni in religione persistens in habitu indistincto, videtur tacitè profiteri. & dicit Hosti. q̃ ista est præsumptio iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium. de spon. c. is qui. Idem Ioan. Mona. & Accur. Ioan. And. contra. dicit enim, quòd hæc præsumptio bene recipit probationem in contrarium. puta si fuit protestatus, q̃ per lapsum anni non intendebat obligari: remittit tamen ad no. n nouella. s̃. e. c. 2. in glo. vt si legatis. & c. ex parte. super glo. fi. Lap. dicit, quòd talis protestatio iuri contraria, cui contradicit per factum contrarium, non videtur talem tueri: nisi ex causa fieret. de consti. cum M. & quod me. causa. c. 1. & de
5 appella. c. sollicitudinem. & de censi. c. cum olim. ¶ †Decimò no. differentiam inter puberem, & impuberem sumentes habitũ indistinctissimè. nam pubes talem habitũ sumẽs, per dolationem annalem intelligitur tacitè profiteri: sed impubes assumens hic deferendo ipsum post pubertatem, per annum non intelligitur tacitè profiteri. rationem differentiæ reddit tex. Sed hic quæro, an deferens habitum indistinctum vltra annum, intelligatur tacitè profiteri. dicit Inn. q̃ non, quantuncunque

cunque tempore eum deferat: & ſic dicit Ab. ſe vidiſſe literã abſolutoriam datam cuidam monacho, qui per 20.an. ſtetерat in habitu probationis. quod eſt verum, quãdo diſtinctio eſt patens in colore, ſciſſura, vel forma: quod dic, vt legitur, & no. in Clemen. eos. eo. tit. & ſ. e. c. ex parte. Aduerte etiam, quia iſta tacita profeſsio per lapſum anni procedit ex iuris præſumptione, vt dixi. & ideò ſi in monaſterio eſſet conſuetudo, quòd in certo tempore fiat vocalis profeſsio, vel aliæ ſolemnitates interueniant: tunc per ſolam receptionem, vel portationem habitus non intelligitur quis profeſſus. qđ dic, vt no. ſ. e. c. 2. de hoc dixi. ¶ Vndecimò not. Ioan. Andr. ſuper
6 verbo. firmiter. † argumentum ad q. de profeſso in monaſterio delicato, poſtea reformato: quòd reſilire non poſsit. Archid. remittit ad ſum. Hoſt. de voto. §. vtrũ & per quem. ver. quid ſi aliquis ſcholaris. vbi plenè, & cum diſtinctione ſoluit. Ioan. An. remittit ad no. per eum. ſ. eo. vbi quæſiui, an in monaſterio, in quo regula ſeruatur, poſsit maior pars, alijs inuitis, indicere, & ordinare regulam magis arctam. de qua Ioan. An. in c. cum omnes. de conſti. & Cle. vt hi qui. de æta. & qua. & no. ỹ. de ſta. re. c. j. in glo. ſed quæro. ¶ Duodecimò not. q impubes maior ſeptennio de his, quæ agit, non habet plenũ intellectum: infans verò quod videt, ignorat, vt in gl. pen. lex alibi dicit, quòd neque ſcire, neque decernere talis ætas pôt, non magis, quàm furioſus, vt ff. de acq. hę. l. pupillus. vbi dicit Bar. q in intellectu nr̃o primò fit quædam examinatio. poſt examinationẽ iudicat intellectus: iſtius examinationis, & iu dicij capax non eſt pupillus. Item illud ſcire dicimur, quod p cãm cognoſcimus, & per examinationẽ factam, vel cum nobis, vel cum alio, vt l. bonorũ. de bo. poſ. & iſtud ſcire nõ hẽt pupillus: pupillus tamen proximus pubertati bene poteſt ſcire, & cognoſcere, ſed non plenè, illa, quæ requirunt examinationem: illa verò, quę ſine deliberatione committuntur (vt de licta). bene poteſt committere proximus pubertati, vt l. 1. §. an in pupillum. ff. depoſ. & l. 1. de noua. ¶ Tertiodecimò no. q qſq; monachi, & ſeruientes eodem habitu gaudent. & ſi talis habitus eſt religioſus: an ferentes tunc p lapſum anni videantur tacitè profiteri? dicit Ioan. An. poſt Archid. quòd vbi qs per annum fuit in religione, tenetur ad profeſsionem, vt ſ. e. c. ſtatutum. Et ad illum præcisè cogit, ſi in loco, quem intrauit, ſeruatur religio per diſtinctionem regularis diſciplinæ. Si verò ibi nõ ſeruabatur religio: nec ipſe ſe obligauit expreſsè ad illam ſeruandam, ſed ſimpliciter intrauit, cogendus eſt, nõ præcisè, ſed cãtiuè, vt in gl. vt ſeruientes. & vide per Hoſt. e. ti. §. ad quid teneatur. de elec. c. cũ cãm. & c. cũ clerici. ſ. e. ¶ Decimoquartò no. ex quib. diſtinctio habit⁹ cognoſcat. nã per diſsimilitudiné habitus denotat diſtinctio patẽs: & cõſtit i colore, ſciſſura, vel forma. p bñdictionẽ verò denotat diſtinctio latẽs. Quædam verò eſt diſtinctio non p habitus, ſed per actus; quia non profeſsi ſtant infra chorũ. Profeſsi ſup. illi non habent vocem in Cap. iſti ſic. & ſicut per delationẽ habitus profeſſorum poſt triduum inducitur tacita profeſsio in maioribus: ita ſi miſcẽt ſe actibus profeſſorum. quod dic, vt no. ſ. eo. c. vidua. in nouel. Tangit Ioan. Andr. in nouel. quid eſt religio. dicit, quòd eſt Dei cultus, vel veneratio; ideò ſic vocata, ſecundùm Iſido. quia per illam religamus animas noſtras ad diuinum cultum vinculo ſeruandũ. ad hoc vide qđ no. ſ. eo. ſuper rub. in nouella. In religione autem requiruntur fides in credendo: ſpes in ſperando: charitas in amando. religioſum inſuper differt à ſacro; quia primum ad iuſtos homines, ſecundum ad Deum pertinet. Sicut autem religio eſt in virtute: ita ſuperſtitio in cultu illicito, ſecundùm Io. And. in nouel.

S V M M AE.

1 *Conſcientiæ puritati debet adeſſe iudicium rationis.*
2 *Annus probationis indulgetur à iure in ſubſidium fragilitatis humanę.*

3 *Mendicantium ordinem ingrediens infra annum liberè egredi poteſt.*

CAP. II.

NOn ſolum. Summa, & diuide, vt in gloſſ. ¶ † Not. q quòd puritati con-
1 ſcientiæ debet adeſſe iudiciũ rationis, vide in prima ad Corin. 8. c. ¶ Secundò no. quòd Prædicatores, & Minores ante probationis annum elapſum non poſſunt aliquem recipere ad profeſsionem ſui ordinis. nam, cum eorum regula ſit in arctiſsima paupertate fundata, voluit hic Papa aliqd ſpecialitatis inducere, ſicut in inſulis, in quib. eſt dura conuerſatio monachorum, vt ſ. c. qa in inſulis. ¶ † Tertiò no. q annus
2 probationis indulgetur à iure in ſubſidium fragilitatis humanæ, cui poteſt renunciari tacitè, & expreſsè, niſi in mendicãtibus, vt hic patet. & ſ. eo. c. ad apoſtolicam. vt tamen ibi dixi, poſſet contra hoc obijci, quòd non poſsit huic dilationi anni renunciari; quia dicta dilatio indulgetur à iure, vt probet quis aſperitatem regulæ, quam fortè humana fragilitas non eſt apta pati: cum ergo de ipſa non poſsit quis eſſe certus, niſi per experientiam, non videtur valere renunciatio ſu per re prorſus incognita: ſicut non poteſt quis renunciare iuri futuro, & caſibus fortuitis, qui non poſſunt cadere in mentẽ renunciantis, vt l. 1. C. de pac. & l. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. ſi quis cau. So. vt dixi in d. c. ad apoſtolicam. ¶ † Quartò not.
3 quòd ingrediens ordinem Minorum, vel Prædicatorum, ſiue aliorum mendicantium poteſt infra annum liberè ad aliã regulam tranſire, vel ad ſæculum redire: hoc tamen de reditu intelligas eſſe verum, niſi profeſſus fuerit expreſsè, vel tacitè, vt in ver. vel niſi. quem intelligit Arch. & bene, qñ eſt profeſſus Ordinẽ dictorũ fratrum. licèt. n. iſta cõſtitutio nolit tales obligari religioni delinquentium: non tamen ſequitur, quòd velit impedire obligationem Deo factam, vt adimpleat. poſſunt etiam iſti fratres (qui tamen non deliquerunt) agere, vt ſcilicèt religionem ingrediatur, nec maneat in ſæculo, vt hic in nouel. & per Hoſt. ſ. eo. c. ſtatuimus. & eſt mirũ, quòd ſi qs eſt profeſſus obſeruantiam regulæ Mendicantium, non valet profeſsio; quia facta infra annum obligetur ad religionem in genere. quod non geſsit in mente. Sed dic, quòd quælibet religio habet eadem ſubſtantialia, quæ conſiſtunt in tribus, de quibus in c. cum ad monaſterium. in fin. de ſtatu mona. aſperitas verò, & laxitas, quæ diuerſificant vnam religionem ab alia, ſunt accidentia; & ideò poſſunt commutari, & facilius alterari, quàm ſubſtantia, vt l. ordo. ff. de pub. iud. & l. iuris gentium. §. quinimmo. & l. ab emptione. ff. de pac. nam & alibi ſubſtantia non mutata propter difficultatẽ alteratur, & commutatur diſpenſatio tã in ciuilibus, quàm in criminalibus, vt l. 2. & quod ibi no. ſi cer. peta. & l. pen. de in ius voc. & c. ſi hæredes. de teſta. & hoc dixi ſ. end. c. ſuper eo. ¶ Quintò not. quòd in anno probationis præſumitur quis vitam voluiſſe mutare: niſi clara probatione, vel competentibus indicijs doceatur. ponit exemplum Archid. in domino Alberto Decretorum Doctore Hiſpano: qui omnibus beneficijs renunciauit expreſsè, & omnia bona ſua inter pauperes diſpenſauit: & immediatè eſt ingreſſus Ordinem fratrum Minorum. alia etiam euidentia indicia, per quæ quis præſumitur vitam voluiſſe mutare, ponit hic Archid. & Hoſt. in ſum. qui cle. vel vo. §. ſi. iuxta ſi. ver. vel per euidentia ſigna. & intellige, quòd iſtam vitæ mutationem infra annum debet probare monaſterium; quia non præſumitur, vt in tex. qđ tenet Io. An. poſt Arch. ¶ Sextò no. q qñq; quis ſuſpenditur, ne poſsit ad profeſsionem recipi. Sed hic quærit Ioan. An. ſi aliquem durante ſuſpẽſione reciperent: an ſint irregulares. Tenet, quòd nõ, remittens ad no. per eum de exceſ. præl. c. ſi. & in Spe. de lega. to. ver. quid de officijs. & ver. ſeq. & Cle. cũ ſit. de magiſtris. in gl. ſi. ¶ Quęrit Lap. an hoc c. hẽat locum in mulierib. Ordinũ mẽdicãtiũ? dicit, q ſic, & ſic refert ſe, & D. Recup. cõſuluiſſe. Nã mendicantes ſunt, licèt ex priuilegio Apoſtolico poſsint habere

habere proprium. quod priuilegium dicit ſe vidiſſe, & legiſſe. facit quod not. in Cle. vt profeſſores. in glo. Prædicatores. eo. tit. & quod no. ſ. eo. li. de ele. c. gñali. & de relig. c. vno. ſup verſ. cũctos. Hunc text. dum dicit, q omnino non impediant, quominus infra annum poſsit redire ad ſęculum, inducit ad q. an nouitius exiſtens in nouitiatu delinquens taliter, quòd ſi eſſet profeſſus, deberet puniri pœna perpetui carceris, poſſet hac pœna condemnari à prælato regulari: videtur, quòd ſic, per c. ſicut. 20. q. 1. & 26. q. 6. c. de lapſis. & de ſenten. excommunicatio. c. religioſo. Tenet, quòd non poſsit, niſi ſponte conſentiat: & accommodando conſenſum, videtur tacitè profiteri, ſi triduo perſeueret: niſi contrarium proteſtetur. facit quod not. in cap. beneficium. ỹ. eod. lib. & Clem. 2. eod. tit. per Ioan. And.

S V M M AE.

1 *Profeſsio dicitur eſſe duplex.*
2 *Profiteri expreſsè poteſt manens in habitu ſeculari.*

CAP. III.

COnſtitutionem. Prima pars loquitur de mendicantibus. Scđa de nõ mendicantibus, ibi [in alijs.] iterum prima facit duo. Primò ponit declarationem. Secundò prorogationem, ibi [vnde.] Secunda etiam duo facit, ponit regulam, diſtinguendo duo membra. declarat primum, ibi [ſed expreſsè,] ſecundum, ibi [tacitè.] ¶ No. quòd per identitatem rationis inducitur legum extenſio ad alios caſus ſimiles, ſubaudi non deciſos: deciſos autem non immutat identitas rationis, vt notatur in Auth. quas actiones. C. de ſacr. ſanecle. Bart. tamen dicit, cum quæritur, vtrùm lex extendatur ad caſus ſimilẽ rationem habentes. dic, quòd aut lex eſt prolata ſimpliciter: Aut in ea ſunt verba taxatiua. Primo caſu, aut per extenſionem inducitur correctio alterius iuris: & non poteſt, vt d. Authen. quas actiones. Aut legum declaratio, ſeu diſtinctio: & tunc poteſt fieri, vt l. ſi conſtante. ff. ſo. ma. & l. quæ propter neceſsitatem. & ibi no. de re. iu. Aut lex non eſt ſimpliciter prolata, ſed ſunt in ea verba taxatiua. & tunc aut per aliã legem apparet de extẽſione: & extendimus, vt C. de præd. min. l. ob ęs. & quod ibi not. & de vſuca. l. ſerui nomine. & de reg. iu. l. contractus. Aut per aliam legem non apparet de extenſione: & tunc aut eſt lex prolata in caſu fauorabili, & pio: & extenditur, vt l. illud C. de ſac. ſanc. eccle. aut in caſu odioſo: & tunc ſecus, vt l. 2. C. de patri. qui filios diſtr. & not. Dy. in c. in ar. ỹ. eo. lib. de re. iu. & ita diſtinguit Bar. in l. ſi conſtante. præalleg. in 9. q. Et circa hoc oĩo vide, qđ no. Cy. in l. j. in j. q. C. quæ ſit lon. conſue. vbi ex ſimilitudine rationis non debet extendi conſuetudo, vel ſtatutum ad caſum habentem maiorem rationem, quàm expreſſum ſit in iure cõmuni, vel aliter ſit prouiſum: niſi verba, etiam impropriè ſumpta, poſſent ad talem caſum trahi, vt ibi videas per exempla. & quod dixi ſ. e. li. de ele. c. ſi poſtquàm. & de tempo. ordi. c. 1. Et iſta faciunt pro deciſione qõnis, quã format hic gl. 4. vt ſ. Cle. dudum. non extendatur ad alios, quàm Minores, & Prædicatores; quia à iure communi exorbitat, inquantum de relictis priuilegiatis vult illos teneri ad quartam parochia lẽ. in nou. tũ dicit hãc prorogatã p Cle. ad Heremitas S. Aug. & per Papam Ioã. ad Carmelitas. de qua q. vide plenius in c. quę à iure. ỹ. eo. lib. de reg. iur. & quod not. in c. odia. ỹ. eo. in Mercu. in fi. argumentorum. & in fi. q. 2. de pœn. & de hæret. c.
1 ſtatutum. in fi. primi reſponſi. il 2. ¶ † Secundò not. quòd duplex eſt profeſsio, expreſſa, & tacita: & fortius expreſſa obligat; quia precisè illi religioni, quam profeſſus eſt. ſic & alibi pupillaris expreſſa fortius agit, quàm tacita in excluſiõe matris, vt not. in l. precibus. C. de impu. & alijs ſubſti. facit l. quia certum. ff. loca. & eſt ratio; quia tacita deſcendit ex lege præſumptiuè: expreſſa verò ab hominis diſpoſitione. non mirũ igitur, ſi durius agitur cum homine, quàm cũ lege, vt in l. Celſus. ff. de arbit. & cap. potuit. de loca. coniuncta. l. magnam.

2 C. de contrahẽ. & com. ſtipu. ¶ † Tertiò not. q manẽs etiã in habitu ſeculari, põt expreſsè profiteri. Sed tãgit Io. An. an talis profeſsio neceſſariò fieri debeat in manibus illius, qui põt incorporare Ordini. remittit ad not. ſ. e. c. porrect. ibi dicit, quòd ſic, ſecundùm Inn. & idem hic Lap. dum dicit, quòd debet fieri in illius manibus, qui eam recipiat, & recipere poſſit: vt puta abbatis, vel epiſcopi, vel alterius de mandato ipſorum. plus dixit Arch. ſ. quòd fieri poſsit profeſsio in manibus abbatiſſę, vel ſuper altari. alleg. qui cle. vel vo. c. cõſuluit. & idem Hoſti. ibi. In contrarium facit quod not. 20. q. 1. c. vidua. in prima. glo. & q. 2. c. ſtatuimus. & de pœni. & re. c. noua quędam. de ma. & obe. c. dilecta. Sed dicit Lap. poſito, quòd Abbatiſſa poſsit fœminam ad profeſsionem recipere: an poſſit recipere maſculum. prima facie, dicit ipſe, videretur, q non. nam per profeſsionem efficitur profitens filius ſpiritualis, & ſubditus illius, in cuius manibus profitetur; & ideò dicitur pater Abbas: ſed mulier non poteſt aliquem in filium adoptare, vt Inſti. de adop. §. fœminæ. ergo à ſimili non videtur poſſe quẽ ad ꝓfeſsionẽ recipere. & in ita in hoc deterior ſit conditio fœminarum, quàm maſculorum: ſicut in multis alijs enumeratis in Spe. de ꝓcuratore. §. i. in princ. & l. in multis. de ſta. homi. ¶ Quartò no. quòd receptio habitus profeſſorum cum delatione tridui obligat religioni in genere. iſta autem obligatio in genere intantum ſolemnizat votum: q ſi dimiſſa religione aſſumpta, matrimoniũ contrahat, non teneret, vt hic in nouel. vbi remittit ad no. ſ. eo. c. conſulti. ſuper glo. pe. in nouel. & idem Gul. in Spe. de ſta. mo. ver. 14. & hoc verum, quando profitetur religionem expreſsè, vel tacitè: ſed ex cauſa illi religioni obligatus non eſt, ſed religioni in genere, vt hic. & ſ. c. proxi. Cum autem quis promittit, vel vouet religionem intrare, iſtud votum eſt ſimplex, vt c. qui poſt votum. ỹ. eo. & ſic non diſſolueret matrimonium poſt contractũ, vt. ỹ. ti. 1. c. 1. ver. hæc verò. in nouel. ſuper verbo alicui. poſſet tamen iſte, qui ſic promiſit, conueniri, vt monaſterium ingrediatur. licèt votum ſit de futuro. Nam eccleſia diſtringit illum, qui in genere promiſit religionem ingredi: quod dic, vt not. de cenſi. c. ex parte. in nouel. facit. 7. q. 2. c. Agathoſa. Item diligenter aduerte, q ex receptione habitus profeſſorũ certi ordinis dicit tex. hic, q obligatur religioni in gñe, & non illi, cuius habitum ſuſcepit. Lap. intelligit hoc verum, qñ per ipſum is, qui ingreditur nouitius, intẽdebat in gñe, non autẽ in ſpecie certis loco, vel ordini obligari. nam ſi tempore emiſſi voti, vel factę ꝓfeſsionis expreſsit de certis loco, & tpe, & ordine. ſtabitur expreſsioni. c. ſi probetur. ita q ſi ibi eſſe nõ poterit, non erit nec in ſpẽ, nec in gñe ordini obligatus: & cõtrahere mr̃imoniũ poterit, & contractus tenebit. Si autẽ aliquid non expreſsit: vel expreſsit, ſed non probat: tũc ſtabitur dicto ſuo in foro aĩę, non in foro cõtentioſo: vbi fortè iuraret, delato ſibi iuramẽto, ſi aliter probari nõ poſſet. & hoc caſu an cõtrahere poſſet, remittit Lap. ad no. per Io. An. & Arch. ỹ. de religio. domi. ſ. e. c. conſulti. p Inn. & Hoſt. & ſecundum prædicta & qđ hic, & ſ. c. proxi. dicitur de obligatione ad religionem in genere (quòd reſultat ex tacita profeſsione) debet intelligi, vt prædictum eſt ſecundùm Lap. qđ tene menti. ¶ Vltimò no. de pœnitentia tridui poſt aſſumptum habitum profeſſorum. quę pœnitentia non habet locum in illo, qui tulit habitum per annũ, vt in gl. ergo illa etiã obligat in ſpecie illi profeſsioni: cuius habitum tulit nunc in genere. Item iſta pœnitentia tridui nõ habet locũ in profeſsione expreſſa. Item nec in illo, qui prius vouerat religionem intrare, ſecundùm Io. An. in nouel. ſup glo. Lapus prædicta confirmans nõ dicit amplius in effectu. Sed nunqd, ſicut ſuſceptio habitus profeſſorum requirit pſeuerantiam tridui, ita & immixtio actibus ꝓfeſſorũ. dicit hic Lap. q Io. An. ęquiparat actum diſtinctum, & actum indiſtinctũ: & ita iſto caſu, ſicut illo, requiritur pſeuerantia tridui. de iſtis actibus ꝓfeſſorum vide p Io. An. ſ. de teſt. c. 2. & ſ. e. li. de ele. c.

ex eo q̃. & c. indẽpitatibus. s̃. eo. c. vidua. vbi vide. ¶ Quærit Io. And. de illo, qui animi leuitate religionem ingreditur, & ỹ. triduum pœnitet: sed de facto exire non potuit, donec fuit professus, & recepit ordinem sacrum: postea exiuit, & impetrauit delegatos à Papa, dicens se tunc minorem annis. 14. de quo tamen dubitabat ipse, & testes: qui tamen absolutè deposuerunt eum minorem, & fuit per iudicem absolutus: an poterit in seculo remanere? dic quòd sic: secus si post annum. 14. consensisset. 20. q. 2. c. 1.

S V M M AE.

1 *Beneficiato consentiente, eius beneficium alteri conferri potest.*
2 *Beneficium an conferri possit constituto in anno probationis.*
3 *Canonicus ecclesiæ cathedralis infra annum probationis an vocari debeat ad electionem episcopi.*

CAP. IIII.

BEneficium. Ponit regulam. & quatuor eius casus exceptos ibi [nisi.] & in fi. prouidet, soluẽs obiectionẽ à regula. ibi [sed interim.] ¶ Not. quòd beneficium ingredientis religionem non est infra annum probationis alicui cõferendum. Ratio, quia omnia eius iura in personã eius in suspenso retinentur, & non opprimuntur. sicut dicit tex. in eo, qui est apud hostes. ff. de hæred. instit. l. illa institutio. ¶ † Secundò no. quòd
1 2 RELIGIONVM. No. ꝙ nimia multitudo [a] confuſionem inducit:ideò refrenãda fuit,vt hic,& de reſt.c.ſignificauerunt. & c.cũ cauſam.Natura enim ſemper nouas deproperat edere formas.& nihil eſt in ea, quod ſtare perpetuò poſſit, vt l. 2. §. ſed quia diuinæ. C.de veteri iure enuc. Similiter ad nouitates prona eſt,& ad diſſentiendum,vt c.cũ conſuetudinis.de conſue.& l.item ſi vnus.§.principaliter.de arbi.bona igitur fuit prouiſio Cõcilij nouitates refrenare,cõtra quas vide quod dixi in c.fi.s̃.de reli.dom.in notabili.2.& aduerte,quia iſtud c.& c.fi.s̃.eod.videtur cõtra id, quod no. Inno.in c.fi.de exceſ.præla.vbi pro aliqua iuſta cauſa poſſũt plures conſtituere collegium: puta ad defenſionem iuſtitiæ ſuæ,& aliorum:vel ne in officijs ſuis fraudem faciant,vel cauſa religionis,vel pietatis.hoc enim eſt licitum, & à iure cõceſſum,vt l. 1.ff. de colle.illi.hic verò dr̃,ꝙ nõ licet cã religionis nouũ ordiné adinuenire;ergo &c.So.dic vt ibi per eũ.vbi pleni° dixi in prima oppo. poſt Bar.& an in iſtis collegijs poſſit quis intrare voluntariè, vel cogatur neceſſariò. ibi dixi in 2. q.¶ Secũdò no.ꝙ Papa reuocat ordines adinuentos de facto poſt generale Concilium:cuius tempus ponit Ioã.And.s̃.de deci.c.pe.& s̃.eod.li.de elec.c.nemo.ſuper glo.2.in nouel.& ponit Gul.exemplum in iſtis,qui vulgo apoſtoli dicũtur:nec tamen ſecundùm Apoſtolum volebant ſibi victum manibus quærere.10.q.3.c.cauendũ. & s̃.de cenſi. c.cum Apoſtolus. & refert etiam hic Io. An. qũo Papa Io.reuocauit, quantum de facto proceſſerat per eos,qui dicũtur fraticelli,vel fratres de paupere vita, vel bizzochuli, ſiue bigini. & incipit conſtitutio.ſancta Romana.& collige, ꝙ id, quod agitur contra prohibitionem conſtitutionis,non valet.arg. contra.s̃.de matrimo.contra. per totum.Soluunt Garſi.& Ioã.Mo.ꝙ ſi conſtitutio prohibens non procedit vltra: quod ſit contra,nõ valet.C.de legi.l.non dubium.ſi vltra procedit,illud ſeruabitur. vide quod no.de ſpon.duo.c.tua.& per Io.An.de reg.c.ad apoſtolicam.ſuper ver.obtinent. & per Bart. plenius in l.prætor ait.ff.de ope.no.nunci.¶ Tertiò no.in §. cõfirmantes.qũ vult Papa aliquem ordinem iam cõfirmatum in poſterũ aboleri, vel extingui. Non enim debet pr̃tes aliqua iniuria afficere:ſed loco ipſorum prohibet alios ſubrogari. & ſic deficient in ſeipſis.facit in Auth.de menſura or.clericorum.§.ſancimus.colla.3.vbi dicit,ꝙ ne eccleſiæ videatur laqueum inieciſſe; ex quo omnes fuerant confirmati,omnes in vnum ordinem conflari debuiſſent.& ſic non exterminaret quod fecerat.¶ Quartò not. ꝙ iſta cõſtitutio locũ habet in ordinibus mendicantium confirmatis poſt dictum Concilium; quia erãt fratres de ſacco . & etiam ſecundùm clericum Piſanum fratres ſanctæ Mariæ:ſed malè dixit, ſecundùm Io.An. quia nec regulæ,nec conſtitutiones arctant eos ad mendicorum, licèt aliqñ mendicent.Aduerte circa hæc:quia, vt dixi,iſta conſtitutio locum habet in mendicantibus: quibus,vt dicit tex.,pfeſsio, ſiue regula quælibet interdicit poſſeſsiones, & redditus.Quid ergo ſi eorũ regula , & conſtitutiones ſolùm iſta interdicunt? dicit Io.An.ꝙ in libro Gul.erat iſtud verbum [cõſtitutiones] ponens exemplum, cum religioſi non mendicãtes ex regula faciunt conſtitutiones de non recipiendis poſſeſsionibus, vel redditibus, & ꝙ eleemoſynas quærant.Lap. circa hoc referens no.per Pau.in Cle.vt profeſſores.de regu. dicit ꝙ religioſi mendicantes ex ſuis conſtitutionibus tantũ non approbatis per Papam non cenſentur mendicantes; maximè quia poſſunt contra conſtitutionem venire,etiam iuramento firmatam. & pro Paulo facit illa litera,quæ nõ habet [conſtitutioes] ſed in antiqua erat,& ſecundũ ipſam gloſſauit,& exemplum poſuit hic Gul.In contrarium.ſ.ꝙ cenſeantur mendicantes,facit quod ſcripſit Io.An.in nouel.s̃.de regul.c.ſanè.in gl. 1.ſi locus.in prin.vbi dicit,ꝙ ſatis eſt,ꝙ poſſunt non tolli.¶ Quintò no. ꝙ iſti mendicantes,quorum debet religio,& ordo deficere per præſentium obitum,vel deceſſum,nõ poſſunt loca acquirere,nec hactenus acquiſita diſtrahere.hodie omnibus mendicantibus prohibitum eſt noua loca acquirere ad habitandum : vel antiqua mutare ſine ſpeciali licentia Papæ. ℣.de exceſ.præla.c.vno.& per Clo.cupientes.primo reſpõ.¶ Sextò not. ꝙ iſti,quorum debet religio deficere, vt prædictum eſt, poſſunt trãſire ſingulariter ad reliquos ordines approbatos.qđ intellige etiam minoris religionis.Satis eſt eñ, ꝙ promittat tria ſubſtantialia, de quib. de ſta.mon. c.cum ad monaſteriũ.in fi.in nullo igitur religio cum debet deficere,debet hoc nocere præſentibus.ſimiliter cum ſtatus eccleſiæ alteratur,debet hoc fieri ſine præiudicio præſentium, qui ſunt in eccleſia inſtituti, ar.c.conſultationibus.de dona.& c.cum veniſſet.de reſt. ſpo. & vide quod not. in c.paſtoralis.de priu.in nouel. ¶ Septimò no.Io.An.in fi.c. in nouel.aliquid licere ſingulariter,quod non licet vniuerſaliter.ad idem de re.dub.c.cum ſenatus.ff.& C.de iude.l.2.in quibus dr̃,ꝙ collegio Iudęorum, vel aliàs illicito aliquid legari non poteſt : ſingularibus autem perſonis ipſius collegij poteſt. ¶ † Octauò no.in fi.c.ꝙ collegium, ſiue conuentus vnius religionis non poteſt ad alium conuentum alterius religionis ſe transferre ſine licentia Papæ:& loquitur iſte in ordinibus,qui debent deficere in ſeipſis. Quid ergo in alijs, vtrũ ſicut ſingularibus eſt permiſſum tranſire de latiori ad arctiorem:ita etiam ſit permiſſum vni conuentui ſe,ac locum ad alium arctiorem transferre ? Ad hoc dico , ꝙ regula inſtituta in loco, vel ſtatus antiquus ipſius loci immutari, vel alteri loco ſubijci nõ põt ſine auctoritate epi:nec debet epſ i talibus cõſentire ſine cõſenſu Capituli ſui, ſecũdùm Hoſt.s̃.de ſup. neg.præla.c.2.& de his, quæ fi.à præla. c.nouit. & c. ſe. facit quod no.in c.olim causã.il.2.de reſt.ſp.vbi de hoc dixi in 13. notab. ¶ Quæro poſt Ioa. And. pone,ꝙ iſti ordines debentes deficere

deficere,obtinuerunt licentiam transferendi ſe ad alium ordinem approbatum:ſicut obtinuerunt fratres de ſacco trãſlati ad ordinem ſancti Fidriani:nunquid legata eis relicta debẽt huic ſecundo ordini? videtur ꝙ ſic;[quia res, quæ ſuccedũt] &c.s̃.vt lit.pen.c.eccleſia.Item conſtat, ꝙ iſtæ eccleſiæ, & loca obueniebant Eccleſiæ Romanæ per iſtam cõſtitutionem:ſed in talibus bonis vacantibus, quæ deferuntur principi:ſi illa donat,latiſsima fit interpretatio.C.de bo.vac.l.2. li.10.& hæc ſunt beneficia,quę ſunt interpretanda latiſsimè. de ver.ſig.c.olim.Item conſtat, ꝙ ſubrogati tenentur ad onera,vt in Cle.1. de cenſi. ergo eis debentur commoda. de reg. iur.c. qui ſentit. ℣.eod.lib.cum concor. ſimile quod ipſe not. de priui.c.cum perſonę.in fi.pe.gl. ¶ Secundò quærit Io.An. de q. diſputata. qua querit , an miles, qui donauerat prædia iſtis mendicantibus inuẽtis poſt Concilium cum pacto,ꝙ redirẽt ad eum,vel ad eius heredẽ, ſi cõtigerit eos recedere,vel habitum ſiue ordinem mutare. vtrùm,ipſis poſt iſtam conſtitutionem transferentibus ſe ad ordinem approbatum,miles poſsit reuocare donata ? dicit Io. And. ꝙ iſta quæſtio not.in dobus.Primò,inquantum dicit,ꝙ mẽdicantes haberent prędia.Secũdò,in quantum dicit, ꝙ trãſiuerũt ad ordinem ap,ꝙ batum,cum nõ poſſent,niſi cũ licẽtia Papæ, vt in fi. c.eius ẽt ſolutio reprobatur, vt hic in nouel.& ideo Io. de Deo forma uit q.in non mendicãtibus. & tenuit, quòd ſi debito mõ trãſuerunt ad ſtrictiorem religionem,nõ licebit reuocare dõata,cum mutatio fuerit in melius.de voto.c.ſcripturæ.& tacitè id debuerit intelligi.ſi ad latiorem,dicebat locum eſſe reuocationi.de ver.ſig,c.abbate.in fi.omni tamẽ caſu locum dimittere ſine licẽtia donãtis nõ poterãt,ſi contẽplatione loci fuerat facta donatio;puta quia donãs erat patronus, vel habebat ibi ſepulturam:niſi id fieret de Papæ licentia,qui ẽ sũmus princeps.9.q.3.c. cũcta. cũ cõcor. ſecũdùm Io.de Deo. li.1.q.vlt & adde quod circa hoc no.in fi.in c.verum.de cõd. app.& quod dixi in c.poſtulaſti.de fo.comp.poſt Inn.& Hoſti.Lap.in hoc tangit q. de Barone, qui ædificauit,& dotauit monaſterium:ſi abbas,& monachi euis fiãt ingrati,an poterit bona monaſterio collata propter talem ingratitudinem reuocare?vide in Spe.4. parte ti.de dona. ver. quid ſi aliquis Baro.vbi arguit pro & cõtra.& tãdem dicit,ꝙ monaſterium nõ poterit deſtruere,nec bona ei auferre,propter ratiões inductas:pſonæ tñ inde eximãtur , & aliæ ibi ponãtur. ¶ Tertiò quęrit Ioã.An.de iſtis mẽdicãtibus,de quibus remittit ad no.generaliter in Spe.de ſta.mo.§.1. ver. 3. in quo quærit,an bona ingrediẽtium ordinem Minorum, vel Prædicatorũ,vel aliorum mẽdicantium trãſeãt in eos, & dicit,ꝙ ſic; quia & ſi illa retinere nõ poſsint : vẽdere tñ poterũt pro ſuis neceſsitatibus.Ibi etiam in verſ.4.quærit,an illi ordines poſsint petere bona ipſorum ingrediẽtium, vel aliorum.& eſt dicẽdum, ꝙ ſic , ſecundùm Inn. de proba. c. in præſentia. Sed ipſe dicit,ꝙ bona talium debẽt peruenire ad epiſcopum. Tamẽ Archid.ſcripſit.19.q.3.c.qui ingrediẽtibus. ꝙ dictum Gul.ẽ benignius.de iure videtur dicẽdum, ꝙ fratres minores nec bona talium poſsint petere,nec recipere,per c.exiui.& c.exijt.đ ver.ſig. Alij verò mẽdicãtes poterũt illa petere, nõ vt illa teneãt,ſed vt ipſa vẽdant,& de precijs viuãt, etiam ſi legentur eis,vel dẽtur; nõ vt vendãt,ſed vt retineant. Si autem prohibeantur ea vẽdere,tali prohibitiõe nõ obſtante,vẽdere potẽrũt propter turpitudinem ſuam.facit ℣.de reg.iur.c.in pa.ita refert hic Lap.Ex cuius dictis nõ remanet intellectus eius declaratus;quia nihil allegat, qđ eius dicta ꝓbet; & ideò de his plenius vide,vt dixi in c.in præſentia.s̃.de proba.in repetitio ne.vbi plures quæſtiones formaui circa iſtos mẽdicãtes,maximè minores: quibus Bart. multum fauit in tractatu ſuo Minoricarum,& in multis reprehẽditur à diſcipulo eius D. Bal. vt ibi dixi.vide etiam quod de his no. Cyn.in l.Deo nobis.in 3 vltima q.C.de epi.& cle.¶ † Quartò quæro vltra Doct.quando vnum collegiũ,ſiue chorus debet deſtrui,ſiue diſſolui,qđ fiet de rebus communibus ? Iſtud cap.talia bona collegiatorum reſeruat Papę. Sed de alijs collegijs ſecularibus nihil dicit,qñ diſſoluuntur,vel aliqui inde exeũt, an retineãt partem ſuam.Ego in c.dilecta.de exceſ.præla. in 4. qõ. poſt Bart.ita ſcripſi:ꝙ quædam ſunt collegia,q̃ poſſunt habere bona in cõmuni,nõ in particulari (vt collegia monachorũ, & religioſorum) & in iſtis diſſoluto collegio, remanẽt apud ſuperiorẽ, vel cui ipſe commiſerit,vt l.1.C.de bonis va.& l.1. C. de iure fiſci. Quædam ſunt collegia, q̃ pñt habere aliquid in remune rationẽ laboris:vt collegium vnius eccleſiæ,cui bona cõferũt à Chriſti fidelibus pro diuino officio: & tũc diſſoluto tali collegio,ſiue in totum, ſiue quò ad vnum recedẽtem,bona non ſequuntur eos,ceſſante enim labore,ceſſare debet premium, vt l.Scio.in prin.de annu.leg. & quod not in l.ſicut. ff.qđ cuiuſq; vni.no.Quædam ſunt collegia, q̃ habent aliquid nõ ꝓpter ſe,ſed vt diſtribuãt inter alios (vt ſunt collegia hoſpitalium,quæ hũt bona, vt nutriant pauperes, & alios infirmos:) & tunc deſtructo collegio,nõ remanẽt apud eos: & ſi aliquis exijt, nihil inde extrahit. Nõ eñ habẽt hoc ꝓp eos, ſed ꝓp publicam vtilitatem ciuitatis, vt l. ciuitatib. ff.de leg. 1. Sunt.nudi miniſtri,& ideò apud eos nullum debet cõmodũ remanere,vt l.ſi qs Titio.de leg.3. Quædam ſunt collegia,quæ habẽt aliquid ꝓpter ſe principaliter,& directè. exemplũ in pecunia,quam ſimul cõferunt, vt aliquod inde emãt frumentum ad eorum victum,vt l.collegia.§. ſeruos. de colle. illi.& tũc ſi aliquis recedit,vel collegiũ diſſoluitur, debet recipere de illa pecunia,ꝓut eũ pro rata tãgebat,vt l. 1.in fi. de colleg. illi.ff. Eodẽ mõ dico,ſi erat in cõmuni aliqua res deputata ad proprium vſum eius (vt pote in fraternitate diſciplinatorũ eſt veſtis ad vſum cuiuſlibet deputata) certè qui recedit,debet illã veſtem ſibi habere.Si verò aliqua reſpiciunt cõmoditatẽ vniuerſitatis,& nõ ſingulariũ perſonarum principaliter (vt ſunt prędia,paſcua,& nemora,q̃ habet vniuerſitas,ex quibus omnera vniuerſitati incumbẽtia perſoluũtur:) & de iſtis ille, qui exijt , nihil dẽt habere , vt l.ſed & ſi hac.§. qui manumittitur. ff.de in ius vo.vñ ſcholaris, q recedit de ſtudio,nõ debet hr̃e partem pecuniæ,ſiue rerũ,quæ in vniuerſitate reperiũtur. Si verò vniuerſitas diſſoluatur in totũ, iſto caſu qđ reperiť, debet diuidi inter eos,q̃ reperiñť,vt l.3.in prin.de colle.illi.Sed hoc caſu quæro, an dicta bona dñt diuidi inter eos de vniuerſitate per capita:an per ſolidum , vel librã ? dic,ꝙ quædã ſũt bona,q̃ vniuerſitas habet ex collatione eorum ꝓpria:& tunc dñt diuidi,habito reſpectu ad modum,ſecũdùm quem cõtulerunt,vt d.l.1.in fi.de colle. illi. & quod ibi not.Quædã ſunt bona habita ex largitione aliorũ,q̃ donarunt, vel legarũt: & iſto caſu debet fieri diuiſio ſecundùm eum modũ , ſecũdùm quem deſeruiebant vniuerſitatis oneribus , vt l. incola. ff. ad munici.& in §. illud. Inſti. pro ſocio.ſi verò ſeruiebãt per ſolidũ & libram,eodem modo fiet diuiſio. Si verò non apparet,qualiter vniuerſitas habebat dicta bona, præſumẽdũ eſt, ꝙ habuerit ex largitione aliorum, vt no.Inn.de teſta.c.relatum.& prædicta no.Bar.in l.vlt.de colle.illi.q̃ bene hic applicanť;cum iſte tex. loquatur de bonis cõuentus , ſiue collegij diſſoluẽdi: & dicit, ꝙ applicanť Papæ. & patet rõ ex p̃dictis.

ADDITIO.

a ¶ Multitudo.Adde Bar.in tract. de ſchiſma.col.5.gl.in Auth.de referẽda. circa fin.

Ru. De capellis monachorũ.

SVMMAE.

1 *Rectores per epiſcopum ſunt inſtituendi ad præſentationem monachorum in eorum eccleſiis curatis.*
2 *Inſtituti per epiſcopum in eccleſiis monachorum curatis debent eſſe perpetui.*

3 *Inſtitu-*

3 *Institutio qñ spectat ad monachos in ecclesijs curatis eis subiectis.*

CAP. I.

PResbyteri QVI. Ponit dictum, cuius rationẽ interserit, ibi [debeant.] ¶ Not. 1. ꝙ dicit [ꝙ presbyteri] nec distinguit. an sit monachus, vel clericus talis per episcopum institutus ad præsentationem laicorum: quod inducit Io. An. ad q. Io. de Deo lib. 1. q. 37. qui loquens de monacho ad p̃sentationem abbatis per episcopum institu to in capella, dicit eum per abbatem remoueri nõ posse: nisi ex causa legitima: ne sic illudatur episcopo. Dixit tamen, ꝙ si ltia causa subest, ex illa tamen episcopo exposita poterit re mouere. alle. 10. q. 2. c. precariæ. dicit enim, obedientiam per talem actum non extinctam: huic rationi contradicit 16. q.
1 1. c. ne pro cuiusliber. secundùm Io. And. ¶ †Secundò not. ꝙ ad præsentationem monachorum in eorum ecclesijs curatis sunt rectores instituendi per episcopum. & glo. 2. dicit, ꝙ de iure communi tales præsentationes debent fieri à prælato, & conuentu, per c. ea noscitur. Sed certè istud cap. probat, ꝙ debet fieri à prælato cum consensu conuentus, secundùm Lap. & ista diuersa possunt fieri communiter ab vtroque, vel ab vno ex his cum consensu alterius, vt patet. s̃. eo. lib. ne se. va. c. 1. Item hoc, quod hic dicitur, ꝙ ad monachos præsentatio, & ad episcopum instõ pertinet, intelligit glo. verum in eccle sijs non spectantibus ad monachos pleno iure: aliàs per eos fieret institutio, vt in glo. 3. in nouel. super verbo populi. quę dicit, ꝙ illud, quod hic dicitur, habet locum, ẽt si aliàs in spiritualibus, & temporalibus pleno iure haberẽt ecclesiam ex episcopi collatione. Curam enim populi à se abdicare nõ li cet. ff. de of. præsi. l. pe. facit quod no. de censi. c. cum venerabi libus. Item etiam aduertendum, secundùm Io. And. post Archi. ꝙ regulariter per episcopos in ecclesijs parochialibus de bent presbyteri institui. 26. q. 2. c. sanè. in fi. & q. 7. c. nullus. 80. dist. c. episcopi. & 10. q. 1. c. regenda. & hoc verum, nisi p sentatio pertineret ad patronum, vt d. c. sanè. 1. respon. & de iure pa. per totum. & idem si ecclesia est posita in terminis al terius eccle siæ: nam episcopus non ponet ibi ministrum: sed rector parochiæ pñt abit: quia si negligeret, episcopus suppleret. pro hoc facit, quia ratione parochiæ rector videtur pñ⁹, vt c. 3. s̃. de eccl. ædit. vbi de hoc. & ita dicit hic in nouel. refe rens Inn. & Host. qui hoc dicunt. s̃. de excep. c. cum venerabi
2 lis. in fi. ¶ †Tertiò no. ꝙ instituti per episcopũ in ecclesijs mo nachorum curatis debẽt esse ꝑpetui. i. donec vixerint. de quo in glo. 4. Quandoq; tamen est secus. s̃. de sup. neg. præla. c. qa regulares. & per Io. An. in c. cum de beneficio. s̃. eod. li. de p̃ben. ¶ Quartò no. ꝙ tales presbyteri in talibus ecclesijs insti tuti non debent, nisi per episcopos, & ex causa rationabili, amoueri. & intellige pro cã. s. non leuiimò nec pro graui, quæ in notitiam populi non deuenit. 30. q. 1. c. fi. & no. 81. dist. c. si quis episcopus. facit 83. dist. c. presbyter. secundùm Archi. scdm quẽ (ex quò de crimine agitur) solus episcopus habet cognoscere. 16. q. 2. c. 1. in fi. & Archid. 11. q. 1. c. de persona. remittit ad no. per Bar. de priuil. c. cum & plantare. & per Innoc. de off. ord. c. quantò. & de præb. c. in Lateran. & ita hic
3 in nouel. super glo. fi. ¶ †Quæro. quando ad monachos spectat instõ in ecclesijs curatis eis subiectis; ita ꝙ ratione popu li non exempti ab episcopo recipiunt ab eodem curam animarũ, ad quẽ spectabit remotio talis presbyteri, si deliquat? Aduerte, quia aliter videtur sentire Lap. hic, aliter Io. And. in c. veniens. de verb. sig. quorum mentem vt clarius habeas, re feram verba vtriusq;. Lap. contra. dicit hic, ꝙ isti presbyteri, de quibus loquitur c. erunt perpetui. i. quousque vixerint, nisi reuocarentur ex causa rationabili per episcopum, vt in gl. & tex. exprimitur. & est ratio; quia institutio episcopalis ad curam perpetuat institutionem p monachos in ipsorum eccle-

sia exempta. qui institutus nõ per monachos, sed per episcopum remoueri debebit: & hoc facit auctoritas episcopalis, & progatiua curæ populi, ad quam per monachos episcopis ꝑsentant, & per episcopos instituũtur. de off. ord. c. ad hoc. & de transac. c. de cetero. & c. veniens. Quò ad primũ dic, vt de præb. c. extirpandæ. §. qui verò. quò ad vltimum (ex quò talis ecclesia est parochialis) suberit loci diœcesano, vt s̃. de pri ui. c. ex ore. multò fortius suberit rector illius. j̃. de priui. c. ꝙ exemptionem. in prin. propter quod si delinquat, per diœcesa num puniri poterit, & ecclesia ipsa, & cura priuari, tanquàm ipsius subditus. ad hoc s̃. de Iudæ. c. postulasti. & j̃. eod. li. de priui. ad fin. c. 1. & quod no. Io. An. post Host. de cle. pereg. c. fi. super glo. 2. & de off. or. c. ordinarij. super glo. hoc ad eius. Ratio, quia cum ꝓpter curam ipsam per monachos institutio fiat in ipsa ecclesia: & respectu ipsius curæ instõ fiat per episcopum ad curam, institutio ipsa erit accessoria instõni factæ per ipsum: & naturam ipsius tanquàm principalis, & dignioris sequetur, vt j̃. de re. iur. c. accessorium. & de cons. ec. vel alta. c. quod in dubijs. & de præb. c. is cui. §. non sic autẽ. s̃. eod. lib. Vel dicendum, ꝙ si ecclesia parochialis conferatur per monachos ad beneplacitum, quod esse poteſt, vt in Cle. quia regulares. de sup. neg. præl. & de sta. mona. c. ne in agro. § qui autem. & de excef. præla. Cle. frequens. §. qdam est. & Cle. & si principalis. de rescrip. facit ad hoc, & quod vtrobique per Io. An. vbi tũc institutio facta ꝑ monachos erit principalis. & commissio curæ, siue institutio facta per eos erit accessoria. & sic sequetur naturam principalis: vnde remoto instituto, siue prouiso per monachos, præsentato eo ad cu ram parochianorum, expiraret cõmissio curæ fcã per episco pum. facit quod no. Io. An. & Archid. post Inno. j̃. de ver. sig. c. veniens. super verbo examinandi. hoc, quod dicitur à ver. vel dicẽdum. hucusq;, intelligẽdũ ẽ, quando pertineret istud ad monachos ex priuilegio, vt patet ex isto c. Si autem nõ in stitutio, sed præsentatio spectat ad monachos, etiam quò ad eccleſiam, & parochianorum curam: vel etiam institutio rectoris ecclesiæ fienda per eos, non ad beneplacitum, sed perpetuò: & institutio quò ad eccleſiam, & curam ad episcopum pertineret: tũc habebit locum istud c. Ratio quia cõsuetudo, vel statutum non debet posse dare potestatem reuocandi fa ctam institutionem rectoris ecclesiæ, maximè per episcopũ quò ad parochianorũ curam: nec quò ad institutionem per eos in ecclesia perpetuò, non ad beneplacitum, factã. ita dicit ad literam Lap. ex cuius mente, & verbis colligo, ꝙ id verum, etiam vbi ad monachos spectat institutio in eorum ecclesia etiam exempta: tũ propter curam populi, quam committit episcopus, ad ipsum eſm pertinebit amotio presbyteri taliter instituti. & si hoc est verum, quæro in quo casu habe bunt locum not. per Io. An. & Archi. post Inn. in d. c. veniens. super verbo examinandi. vbi in nouel. & de istis presbyteris præsentatis per monachos dicit, ꝙ qñ ecclesiæ sunt exẽptæ ex toto: tunc clerici instituentur per fratres. 16. q. 2. c. 1. Sed & tũc si populus non est exemptus, talis rector institutus per fratres recipiet curam ab episcopo, & reddet sibi rationem populi; quia & ibi ad consilium episcopale & recipiet statuta synodi, & respondebit de quarta parte decimarũ, & obla tionum, & mortuariorum, & hmõi, quæ sibi à populo obuenerunt. & præstabit sibi reuerentiam, & obsequium, & hono rem ratione populi, & alia, q̃ alij rectores præstãt episcopo, argu. s̃. de priui. c. ex ore. & de ma. & obe. c. quod super. nec est cõtra hoc quod diximus. s. ꝙ debet recipere curã animarum ab episcopo; quia eadem ratione videtur, ꝙ quando epi scopus instituit aliquem in ecclesiã nõ exemptã, vbi clericus est patronus: ꝙ deberet recipere curam temporalium à patrono. Sed non est simile; quia curam animarum non potest quis habere, nisi per episcopum, cui subest, vel vicarium eius. 16. q. 8. c. nullus. & j̃. de of. archi. c. cum satis. & de insti. c. ex frequẽtibus. ex quo enim per patronum clericum institutus est,

est, & cura animarum quasi accessoria est. & ideò ẽt nulla ei⁹ exceptio admittitur, nisi fortè infamia laboraret, vt s̃. de ap pel. c. constitutionis. & de accu. c. accedens. nec accusabitur à populo, vel ab alio coram episcopo. Item episcopus de cri minibus eius, vel negligentia nõ inquirit; quia nõ est iudex eius. Sed si est negligẽs, vel etiã absens: tũc episcopus poterit dare licentiã populo, ꝙ ab alio recipiat pœnitentiã, & alia sa cramenta. s̃. de off. or. c. inter cetera. in fin. Sed episcopus nõ prohibebit, ꝙ parochiani nõ recipiant sacramẽta ab huiusce modi rectore, quamdiu toleratur. 8. q. c. nõne. nisi sciret, vel vehementer præsumeret, ꝙ parochianos vellet rector trahere ad errorem, vel ad peccandum. Tũc eñ non quasi iudex, nec in forma iudicij, sed quasi superior rector eius, & cui etiã præ alijs, & super alios est commissa cura eius parochiæ, poterit eis mandare, ꝙ ab eo nõ recipiant sacramenta. ar. s̃. de diuor. c. quantò. Tũ bene caueat ille episcop⁹; quia si postea rector cõqueritur de eo, oportet eũ probare cãs, & præsumptiones, quare hoc fecerit: quas si nõ probauerit, punietur, ar gu. s̃. de excef. præla. c. 2. Ab hoc autem rectore si appellent parochiani extra iudicium, appellandus est abbas suus; quia & hæc appellatio plus habet vim prouocationis ad iudicium, q̃ appellationis. de ap. c. cum sit. Sed si appelletur ab eo in iudicio: tũc appellandus est episcopus, à quo eos habet. de ma. & obe. c. solitæ. sicut ecclesia vacante custodiam habet popu li quò ad curam. 63. dist. c. si in plebibus. officia tamẽ audiẽt in parochiali ecclesia etiam uacante. & etiam ab extraneo sa cerdote; quia locus ille corporalis ad hoc deputandus est. s̃. de paroch. c. vt dominicis. immo & si rector processisset, inq rendo contra parochianum, appellabitur episcopus: & tunc vocabit rectorem, vt defendat processum suum. de app. c. cũ speciali. circa fi. & si non comparuerit, ꝓcedet episcopus; qa in causa appellationis bñ proceditur, lite nõ cõte. Ita refert ad literam in nouel. in d. c. veniens. Cuius dicta (in quantum sentit, ꝙ episcopus nõ sit iudex istius presbyteri instituti, sine præsentati per monachos, nec inquirat de ipsius delictis, nec accusetur coram eo, nec ipsum examinet, & ꝙ curæ com missio sit accessoria, & abbatis institutio principalis:) videt omnia contra ea, quæ superius dixit Lap. & contra istud c. & contra c. per exemptionem. j̃. eo. li. de priui. vbi ratione populi non exempti facerdos ecclesiæ, quãtumcũque exemptę, subest diœcesano. vt ergo clarius intelligas, recurrendũ puto ad no. in c. ex ore. de priui. in nouel. post Inno. vbi de istis capellis subiectis abbati exempto. Ex dictis ibi collige tres ca sus. nã qñq; abbas ẽ exẽpt⁹, & nõ membra: quãdoque abbas & membra, sed non populus: quandoq; abbas, membra, & populus. & in quolibet membro dubitari potest, vtrùm ab bas habeat iurisdictionem in dictis membris: & ad quem ex eis spectet institutiõ, & destitutio. Quò ad primum ergo ca sum quis exerceat iurisdictionem in capellis, siue membris non exẽptis. dicit, quòd abbas. arg. s̃. de off. ordi. c. quantò. & de dona. c. pastoralis. in glo. secus. in fi. Ad quem autem spectet institutio in prædictis ecclesijs non exemptis. dicit, ꝙ ad episcopum, ad præsentationem abbatis: cui debet de tẽ poralibus responderi. s̃. de priui. c. cum & plantare. §. & in ec clesijs. & hoc verum, nisi essent pleno iure concessæ monaste rio quò ad vtrãque legem, scilicet diœcesanam, & iurisdictio nis; quia tunc abbas institueret. 16. q. 2. c. 1. Secundo casu qñ sunt exempta membra, sed non populus: tunc abbas debet instituere clericos: & si fuerint deponẽdi, referet ad Papam. de sta. mo. c. in singulis. §. ordinentur. & ꝺ iurisdictiõis exerci tio idem dico, quod quando non sunt exempta. Tertio casu quando abbas, membra, & populus sunt exempti: tũc in nul lo debet abbas episcopo respondere. & per ista videtur dicẽ dum, ꝙ hoc c. inquantum loquitur de depositione presbyte ri, habet locum, qñ capella non est exempta, nec pleno iure subiecta abbati quò ad vtrãque legem. & sic põt intelligi dictum Lap. aliàs si esset dicto iure subiecta, vel exempta sine

populo, vel cum populo, & similiter abbas, ad ipsum institutio pertineret, & depositio ad Papam. cogita supᵉ his, an sint bene dicta: quæ tamen elicio ex dictis tantorum patrum, vt vidistis. & adde quod dixi. s̃. eod. li. de præbẽ. c. 1. & c. de monachis. eod. tit. & c. cum & plantare. de priui. vbi de his, de q bus dicti presbyteri debent respondere episcopo. & super possessionibus, & delictis, an corã episcopo, vel abbate exẽ pto habeãt conueniri: & cum quo, si imponantur collectæ, de beant contribuere. dicit, ꝙ cum patronis exemptis, & nõ cũ epi copo. quod not. vbi etiam ad quem spectat custodia talis ecclesiæ vacantis: vide etiam, quod no. in c. recepimus. de priuil. vbi quandoq; clerici, & non rector sunt exempti: quandoq; omnes. quod dic, vt ibi. vbi in delictis coram quo conueniantur isti exempti.

Rub. De iure patronatus.

SVMMAE.

1 *Laicus potest habere ius patronatus in ecclesia.*
2 *Ius patronatus quid sit.*
3 *Laicus potest dare ius patronatus sine consensu ecclesiæ.*
4 *Donatio iuris patronatus facta per laicum non præiudicat episcopo, qui consensum non adhibuit.*
5 *Patronus laicus ad præsentandum habet tempus quadrimestre.*
6 *Legatus de latere ecclesiã spectantem ad præsentationem clerici, & laici, an possit conferre.*

CAP. I.

I LAICVS IVS. Tres sunt partes. Prima ponit dictum. Secunda protestat. Tertia ponit vnum dictum, quòd post modum ampliat, ibi [& omnino.] Secũda, ibi [Per præfatam.] Tertia, ibi [Ve
1 rum.] ¶ †No. ꝙ laicus potest habere ius patronatus in ecclesijs. & quid sit ius pa
2 tronatus. † dic, vt s̃. eod. in rub. in nouel. Et ex quibus causis acquiratur. dic, vt s̃. eod. c. cum secundum. Nã inter alios mo dos quæritur cum vniuersitate. s̃. eo. c. ex literis. circa quem modum acquisitionis vltra ibi not. Io. And. de hoc in nouel. quærit, & latè disputat. si vendatur castrum cum omni iurisdictione, honore, & districtu, & omni iure patronatus, quod competit venditori in ecclesijs dicti castri, vel districtus: an transeat isto casu. dubium in q. facit prædicta expressio [& omni iure patronatus] & c. iura enim, quæ de tali transitu cũ vniuersitate loquuntur, videntur solum debere intelligi, cũ venditur vniuersitas, nulla facta mentione de ipso iure patro natus: & sic pro eo nullum videatur pretium cõstitutum. Sed quando exprimitur, non potest negari, quin aliquid videatur pro ipso pretium constitutum, sicut pro alijs rebus expressis. & per consequens contractus vitiosus, per c. ad quæstiones. de rerum permu. & c. querelam. de simo. Ioã. An. pro ista parte, ꝙ talis expressio noceat, & vitiet. primò probat, quia expressa nocent, q̃ de sui natura venirent aliàs in contractu, vt l. si vnus. §. iliud. ff. de pac. vbi expressa remissio futuri doli non valet: licèt veniret in remissione, vel pacto, ne depositi agatur. Item constat, ꝙ ius patronatus non potest vendi, vt in c. de iure. s̃. eo. & ff. de contrahen. empt. l. sed Celsus. in princ. accedit tamen rei venditę, vt l. immodicis. eo. ti. vbi ergo nõ venit accessoriè, sed exprimitur, non potest negari, quin aliq̃d fuerit eius pretium. tad hoc. ff. de euictio. l. pe. vbi pro seruitute viæ, vel actus, quando veniunt tacitè, si euincantur, nõ agitur de euictione: secus si specialiter exprimantur. in cõtra rium arguit. quia illa, quæ sunt in spiritualibus sine vitio exprimuntur. de elect. c. significasti. cum concor. & pro hac par te dicit se audiuisse pronunciatum in curia ꝓ, & contra. facit quod no. de fun. instru. l. quæsitum. §. pe. & de supellecti. leg. l. legata. propter quæ consulit, teneri certum, vt non fiat expf

sio

sio venditioni coniuncta. ſ. propter quam poſsit dici illud ex preſſè venditum: ſed in fin. inſtrumenti recognoſcat venditor ius patronatus trãſiſſe in emptorem, & fateatur ſe deſiſſe eſſe patronum, & ſe oẽ commodum, & animum depoſuiſſe.

3 ¶ †Secundò no. q laicus a poteſt dare ius patronatus eidem,
a vel alteri eccleſiæ ſine conſenſu epiſcopi: ſicut eñ in fundatione hoc poteſt agi, q̃ nihil iuris in ea retineat, vt de teſti. c. ſignificauit. ſic & poſtea poteſt ſibi in totum remittere, & donare: vt ſic quod licet à principio, liceat in proceſſu. Tãgit hic Io. An. cum patronus ratione dicti iuris in aliquibus teneatur eccleſiæ: an taliter eccleſiæ ipſe conferendo ius ſuum, vel alteri poſsit ſe ab illo onere eximere? Io. quòd ſ. 16. q. 7. c. cõſiderandum. Bar. Brix. ibi cõtra, cum poſſet illud donare, vt eo. ti. c. ex inſinuatione. Io. An. dicit, q̃ ſi Io. intellexit de eo, q̃ renunciaſſet illi iu. patronatus retento, procederet dictum Bar. Brix. ſed Io. non videtur ſic intellexiſſe. Ego tetigi ſimilem q. in vaſallo, an inuito dño poſsit renunciare feudo. & cũ hinc inde ſit mutua obligatio quò ad quædam, videtur, q̃ nó, vt l. ſicut. C. de ac. & obli. dic plenè per Bar. in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arc. facit c. cum inter nos. ſ. de re iud. Tãgit etiã in nouel. an in præiudicium legitimorum heredum poſsit patronus renunciare iuri patronatus. Lau. q̃ non, pro quo facit quod no. 16. q. 1. c. conſtitutum. in fi. Archi. tenet contrarium per iſtud c. & c. ſignificauit. de teſti. Ego credo iſtud dictum Archid. proculdubio verum in iure patronatus, quod deſcẽdit ab ipſo renunciante: ſed in alio, quod deſcendit à genere, & tranſit ordine ſucceſsiuo de vno in alterum, nõ videtur, q̃ prior in gradu poſsit ſequentibus in gradu præiudicare, vt in l. peto. §. fratre. de le. 2. ibi [nec tamen ideò ſequentium cauſa ꝓpter ſuperiores in poſterum lædi debet.] facit quod not. Bart. in l. 1. ff. de interd. & releg. & l. diui fratres. d̃ iure pa. vbi delictum prioris in gradu, non nocet ſequentibus in ſucceſſione patronatus. ¶ Tertiò no. q̃ in iſta donatione, q̃ ſit alteri eccleſiæ, vel eidem nõ requritur conſenſus epi. qd ergo ſi fiat donatio laico, vel clerico iure proprio? Archi. tenet hic, q̃ in tali donatione neceſſarius ſit conſenſus epiſcopi: qa laici magis conſueuerunt eccleſias grauare, q̃ clerici, vel religioſi. ad hoc. 2. q. 6. c. laicos. Item quia ſi clerici lædunt, vel vexant eccleſias, facilius coercentur per iudices eccleſiaſticos. 89. diſt. c. iudices. Io. An. de hoc remittit ad no. per eum. ſ. c. illud. in vlt. glo. vbi idem tenet per iſtud c. pe. ſ. eo. tit. & vide qd̃ ipſe not. eo. tit. c. cum ſecundum. vbi quærit, an ius patronatus poſsit in feudum dari. Hoſt. q̃ non. Item an poſsit legari, vel in ipſo hæres ſingulariter inſtitui. dicit, q̃ non, ſine auctoritate
4 epiſcopi. ¶ Quartò † no. in ver. per præfatam. q̃ donatio iuris patronatus facta per laicum non præiudicat eꝑo, qui conſenſum nõ adhibuit: videtur enim quis donare in dubio ius, quod habet in re: non aũt ius, quod habet tertius in re illa, vt l. ſi domus. §. fin. & l. ſi ſerui. de leg. 1. & l. qui tabernã. de cõtrahen. emp. Sic etiam intelligitur & principis conceſsio, q̃ videtur facta ſine præiudicio tertij, vt l. nec auus. C. de emancip. libe. & l. 2. §. meritò. & l. ſeq. ff. ne quid in loco publi. & c. ex tuarũ. de auct. & vſu pal. t̃ũ ſim. Si aũt epiſcopus conſenſiſſet, in quo talis conſenſus ſibi præiudicet? dic, vt no. ſ. de donat. c. paſtoralis. Sed quid ſi tale ius donetur ipſi epiſcopo? Io. An. remittit ad not. ſ. eo. c. ſignificaſti. in nouel. vbi dicit, q̃ ſi habeat compatronum, epiſcopus præſentat rectorem, & poſtmodum præſentatum inſtituet. & ſic procedit opinio Goſ. Si autem non habeat compatronum: tunc ſine aliqua præſentatione inſtituat. & ſic habeat locum dictum Hoſt. qui dixit, q̃ deberet abſque præſentatione inſtituere. & ita hic Lap. ¶ Glo. 2. tangit, qñ ipſi eccleſiæ quis donat ius patronatus, quod habet in ea, quis præſentabit? dic, vt in ea. circa quam poſſet dici, q̃ tunc ius patronatus confundatur. nã ius patronatus eſt quædam ſeruitus. & per conſequens videtur extingui, cum peruenit ad eccleſiam: quia res ſua nemini ſeruit, vt l. ſi quis ædes. ff. de ſer. vrb. prædi. & l. in re cõmuni. eo.
5 tit. & l. quicquid. commu. prædio. Sol. q̃ eccleſia, & clerici ꝓſentent rectorem, cũ vacat, non eſt ſeruitus, ſed beneficiũ: reſpectu aũt epiſcopi, qui haberet liberam collationẽ, põt dici ſeruitus: ideò ſi peruenit ad eum, & nõ habeat compatronũ, extinguitur. ſecus ſi habeat; quia ratione partis ſocij ſeruitus retinetur in totum, vt d. l. fr quis ædes. ¶ Quintò † no. in §. verum. q̃ patronus laicus ad præſentandũ habet tempus qua drimeſtre. & not. q̃ dicit [ad præſentandum.] per hoc enim infert Io. An. contra laicos, qui credunt conſtitutioni ſatisfacere, eligendo. ſ. tempus, de quo per eũ. ỹ. eo. c. ſi. in fi. & quod ipſe no. poſt Compo. de reſcrip. c. cum. poſt gl. ¶ Sextò no. q̃ ius patronatus de laico in clericum tranſlatum, de cetero iudicatur ſecundùm naturam iuris patronatus clerico competentis, & non tanquam laici: vt, ſicut ad præſentandum, cleri cus habeat ſemeſtre tempus, idem in iure deuoluto per negligentiam laici patroni, vt refert teniſſe D. Ste. diſputando. Idẽ de c. ſtatutis. ſ. eod. li. de præbẽ. vt inferior, ad quem poteſtas reuertitur, non habeat menſem tantùm, ſed tempus ordinarium. allegat quod ipſe ſcripſit ſuper reg. contra eum. de re. iur. per hoc facit; quia mutata conditione perſonæ, & ſtatum rei conuenit immutari. ff. de ſol. l. cum quis ſibi. in prin. & qd̃ dixi de iureiu. c. quemadmodum. & de acquir. hære. l. Paulus. Itẽ filius, repudiata poſſeſsione bo. vñ lib. i qua datur antnus, recurrit ad poſſeſsionem bon. vnde cognati. in qua cum dentur cẽtum dies, ipſe habet annum, vt ff. de ſucc. edic. l. 1. §. qb. &
¶ §. ſe. Item duæ res vnitę in vnum retinent priuilegium, qd̃ ſingulariter habebant. de pæni. diſt. 1. c. medicamentum. & cõmunia de leg. l. 2. & quod legitur & not. ne ſe. vac. c. 1. ¶ Itẽ iſtæ rationes, quæ corroborant quod dicitur in iſto §. faciũt ad q. quam diſputat dominus, & præceptor meus D. Bald. in iſtis terminis. Statuto ciuitatis cauetur, quòd fœnerator poſt quinquennium non audiatur etiam de ſorte: qui ante quinquennium lapſum alteri non fœneratori iura ceſsit. quæritur an lapſo quinquennio, excludatur ceſsionarius necne. iſtud cap. & prædictæ rationes faciunt, quòd non obſtet ſibi curſus quinquennij; quia alteratur præſcriptione, mutato ſtatu rei, & conditione perſonæ. ipſe tenet contrarium per l. ſi fundo. vbi videtur expreſſum. Non obſtat iſtud cap. quia hæc nõ erat præſcriptio quadrimeſtris, inchoata tẽpore iuris ceſſi. quod patet, quia dicit [nullo modo attendi concedentem.] quod, ſi fuiſſet inchoata, attenderetur, ſaltem pro rata temporis, pro qua currit, vt Authen. quòd ſi quibuſdam. de præſc. long. tempo. quæ Authen. facit pro deciſione huius. c. & contra eius deciſionem in prædicta q. in quantum ibi dicitur, q̃ modus præſcribendi ex accidenti variatur, mutata qualitate perſonæ, in qua fundatur præſcriptio. ſed, dicit ipſa, non ob. quia d. Authen. loquitur in vera, & totali tranſlatione: vnde in futuro curſu non debet attendi in perſona, quæ nihil iuris habet, vt l. ſi partem. §. ſi per fundum. ff. quemad. ſerui. amit. & ita in caſu huius cap. pro quo facit quod not. Barto. in l. 1. ff. de app. & quod dixi de appel. c. Romana. §. debet autem. eod. lib. ſed in dicta eius q. cedens non potuit in totum tranſferre; quia directa actio eſt ius inſeparabile: ergo non interuenit vera tranſlatio, arg. ff. de noua. l. ſi vſusfructus. Cum igitur penes cedentem remaneat directa, & illa in ſui fructu, & exercitio, non debet mutare qualitatem, ac naturam ipſa ꝓſcriptio. Plus dicit, quòd ſi ipſe fęnerator, pendente præſcriptione, egit pęnitentiam: tamen præſcriptio currit, attẽto initio, vt l. 1. §. hoc tantũmodo. C. de vſuca. transfor. Sufficit eñ qualitatem huius verbi [fęnerator] ſemel in principio præſcriptionis affuiſſe. arg. C. de inſti. & ſubſti. l. pe. concludit igitur poſt multa, ceſsionarium eodem præſcriptionis genere. ſ. quinquennij, excludendum: niſi interrumpatur præſcriptio; quia tunc de nouo debet inchoari, & non conſiderari poſtea perſona auctoris, ſed ſua propria. & ſic erit neceſſaria ꝓſcriptio. 30. an. vt C. de conſti. pec. l. 2. Non ob. determinatio Ricardi Malum. qui in quadam ſimili q. tenuit, q̃ interruptio ſimplex

ſimplex facit, vt demum inchoetur eadem præſcriptio, ſ. ſtatuti regula: ſed permutatio bene facit recedi à ſtatuto. loquitur enim, quando non mutatur ratio præſcriptionis hic autẽ ratio, & cauſa mutatur, quãdo prędſcriptio incipit à ceſsionario. & hoc caſu aliquid obſtabit directæ, & non vtili, vt l. quotiens. in princ. de admi. tu. & not. in l. 1. de actio. & obli. ¶ Huic accedit q. diſputata, vt hic in nouel. Si Titius rem Seij ꝓſentis cũ bona fide, & titulo poſſedit ſpacio an. 5. & moritur Seius inſtituto herede. dicit eñ, q̃ non ſufficiẽt Titio alij quinque anni. immo requirentur. 35. ad 40. an. complendos. Cy. in Auth. quas actiones. C. de ſac. ſan. ecc. dicit, quòd quãdo priuilegiatus ſuccedit illi, cõtra quẽ prędſcribitur: aut prędſcriptio impeditur in totum, vel in tempus incertum: aut retardatur: aut non impeditur. Primo caſu non vtitur priuilegiatus priuilegio ſuo, vt l. ſi fundum. de fundo dotali. Secundo caſu cum retardatur in tempus certum: & vtitur, vt l. ſicut. de prędſcri. 30. an. Tertio caſu habet locum Aut. quod ſi quibuſdam. præalle. vt idem iuris ſit de parte temporis quò ad partem, quod de toto quò ad totũ: generaliter tamen loquendo, an priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato vtatur ſuo priuilegio, vel econtra. dic vt in d. Aut. quas actiones. per Cy. ad quẽ remittit Io. An. Ex cuius dictis poſſet cõtra hoc. c. opponi de reg. nemo plus iuris. cũ concor. & de. c. dilecti. de deci. vbi priuilegium ceſſat in re non priuilegiata. Item q̃ clericus ſuccedens laico, cenſeẽ laicus, vt ſ. e. c. cũ dilectus. & actio ſubrogata obtinet locum primæ. ff. ſi ſeruus teſta. lib. eſſe iuſ. fue. l. 1. §. hæc actio. Item q̃ res trãſit cũ ſuo onere. de deci. c. paſtoralis. Ad idẽ. 2. q. 1. c. nihil. vbi perſona rũ varietas naturam rei, vel iuris non immutat. reſponde ad iſta per id, qd̃ dicit gl. pe. ¶ Quęro poſt gl. pe. vtrum ille, in quẽ titulo donationis excõicatus trãſtulit, ac ceſsit iura, repellatur agens per exceptionem excõicationis, ſicut ſi ipſe excõicatus egiſſet? iura allega. ſ. ꝓximè faciũt q̃ ſic. Sed hoc c. cum ſuis concor. allegatis. ſ. facit cõtra. & hanc partem tenet. ſ. q̃ non obſtet ſibi excõicatio cedentis. in nouel. hãc q. latius reaſſumit, referens primò Dy. diſtinguentem inter ceſsionem ex cauſa lucratiua: & tali obſtet exceptio ex perſona cedẽtis, & ex oneroſa: & nõ obſtet. poſt multa dicit Io. An. quòd non ponderata hac diſtinctione, in q. prædicta tenendum eſt cum glo. & pro ſol. contrariorum dicit conſiderandum, an vitiũ inſit perſonę, & rei: an rei tantũ. Exemplũ primi, quando res furtiua poſsidetur à fure. exemplum ſecũ di. ſ. quando rei tantũ, cum illam rem poſsideat bonæ fidei poſſeſſor: & hæc vitia (quia ſunt realia) tranſeunt ad vniuerſalem, & ſingularem ſucceſſorem. Inſti. de vſucap. §. furtiuę. Quandoq; vitia tangunt actionem, & perſonam: ſicut quando dolus interuenit in cõtractu, cũ aliàs res contrectatur (& ſic vitium non eſt in re: ſed tangit doloſi perſonam, & actionem) & tunc procedit diſtinctio Dy. de cauſa lucratiua, & oneroſa. Sed in q. glo. vitium tangit perſonam tantùm, & nõ actionem, in qua nullum vitium in cõtractu, vel re. & ſic nõ ob. ff. qd̃ q̃ſq; iur. l. 3. §. qd̃ aũt. & de. col. bo. l. cũ emãcipatus. in prin. nam ibi inflicta erat eliſio actioni, hic aũt perſonæ tñ. vnde exceptionẽ excõicationis obijciens non litem inficit, ſed perſonã euitat. ff. de ex. l. 2. in fi. qua rõne dicimus, tales exceptiones perſonã reſpiciẽtes, nec afficiẽtes actionẽ, nõ tranſire in heredem. ff. eo. ti. l. exceptiones, q̃ perſonã. facta igit vera ceſsione, q̃ aliàs teneat, ceſsionarius lucratiuus, vel nõ neceſsarius, vel volũtarius indiſtinctè agit: nec opponet, cedẽtem habere perſonã ſtãdi in iudicio, cum non ſtet ipſe, ſed alius. Fatetur tũ Io. And. q̃ ſunt certi actus facti ab excõicato, ſibi ꝓhibiti, cõtra quos obſtat except. ſicut ſi prælatũ eligit, vel ꝓuidit de bñficio. Eliduntur eñ illa p exceptionem, ſi in vim perẽptoriæ, & eriam per actionẽ, & viã nullitatis, in iudicio deducañ: & iſta nõ tangũt p̃dictam q glo. ſimiliter dicit in bannito, qui alteri ceſsit iura, an ob. exceptio banni ceſsionario. & loquor de bannito, bonis nõ publicatis: aliàs actio nes trãſirent in fiſcum. itaq; ceſsio poſt bannũ non teneret. Do. Bal. in prædicta diſpu. in excõicato, & bannito tenet diſtinctionẽ Dy. & Bart. qui dicunt, q̃ tali ceſsionario ex cã lucratiua obſtarent, ſed non ex cã oneroſa. nã ſiñ eũ ſtatutum vł actionẽ ad tps ſuſpẽdere. ſ. donec duret bãnũ, vel excõicatio. & idẽ operaẽ tpalis ſuſpẽſio facta interim, qd̃ operaẽ ppe tua excluſio facta ſimpliciter. arg. de cõdi. inde. l. ſufficit. Iſta rõ cõcludit cõtra ceſsionariũ, ẽt ex cã oneroſa; & iõ nõ videẽ vera: qa ſtatutũ nihil loqẽ de actiõe, ſed d̃ ꝓſona. & iõ ſiñ eũ rõ differẽtiæ ꝓt eſſe: qa cã oneroſa fauorabilior eſt cã lucratiua. ff. de his, q̃ in frau. cre. l. fi. §. 1. & no. Inſti. de act. §. itẽ ſi qs̃ fraudẽ. & hoc verũ (dicit ipſe) niſi iſta ceſsio ex cã lucrati ua fieret ex neceſsitate: vt qa teſtõr legavit mihi nomẽ d̃bito ris, & heres teſtatoris excõicatus ceſsit mihi iura: & talis ceſſio valet, & ſtatim expirat; qa fit de cõſcia, & mãdato legis. Nõ ob. ratio Io. An. q̃ ꝓſona ceſsionarij nõ ſit infecta. qa vtitur adminiculo infectæ ꝓſonæ, & ab eo habet cãm, & originẽ; iõ ſibi nocet, ne deludaẽ diſpõni ſtatuti. facit qd̃ no. Dy. in c. qd̃ alicui. de reg. iur. & qa q nõ habet ipſo iure exercitiũ ꝓpter bãnũ, nõ põt agere ipſe, vel alius, vt l. q aliena. §. quãquã. de ne. geſt. Et prius dicta locũ hñt, cũ exceptio concernens ꝓſonã auctoris eſt odioſa, excludens iudiciũ, nõ negotiũ. ¶ Sed quid dices de alia exceptione cõcernente ꝓſonã, nõ inducta ꝓpter odiũ, ſed fauorẽ (puta q̃ qſtiones inter cõſanguineos debeãt cõpromitti, & amicabiliter terminari) qd̃ erit, ſi ceſsionarius hñs cãm à cõſanguineo, cui vendidit, in ſe ſuſcipit, & compromiſſum petit: an debet audiri? Bar. tenuit diſputando in hoc vltimo exẽplo, q̃ ſic. & reſpondet ad l. venditor. ff. de iudi. vbi videtur caſus in contrariũ. & incipit diſputatio. Conſiliũ ciuitatis Piſanæ. &c. quæ ambæ diſputationes bene cũ his, quę no. Io. An. in iſto. c. vt prędixi, adaptãtur. ¶ Secundò quæro poſt gl. ſi. ſi ius patronatus eſt cõe clerico, & laico, nunqd habebũt. 6. menſes, vel 4. vel laicus 4. & clericus 6. & ſic quilibet tps ſuũ? gl. tenet q̃ habebũt. 6. menſes. & ſic habebit laicus ex perſona alterius, qd̃ non haberet ex perſona ſua. Idẽ Arch. q alleg. ſimile. C. de tẽpo. in integ. reſti. l. petendæ. Item alleg. q̃ magis dignũ &c. vt c. qd̃ in dubijs. de conſecra. eccle. vel alta. & ff. de rei vedica. l. quæ religioſis. prodeſt igitur laico cõmunio, quã habet cum clerico: ſicut prodeſt maiori communio cum pupillo, vt l. cõem. ff. quemadmo. ſerui. amit. per quam. l. determinauit Goſ. q̃ illud ius commune non præſcribatur per tertium cõtra laicũ minori tpe, q̃ cõtra eccleſiã. alle. l. ſi ſtillicidij. §. fi. cũ. l. ſe. e. ti. vbi in iſtis indiuiduis vno ex ſocijs retinente, retinet alter: & tale eſt ius ꝓnatus. ſ. indiuiduũ, vt ſ. eo. c. 1. Item in talibus vnius victoria ꝓdeſt alijs. de app. c. pe. cũ cõcor. In cõtrariũ facit; quia tale ius cadit in laicum, & eſt prędſcriptibilei, vt ſ. e. c. cura. ergo & cõtra laicũ. 10. vel 20. an. ꝑſcribetur, vt. C. de prædſcri. lon. tẽp. p totũ. nec eſt nouũ, vnũ ex patronis perdere ius, & alium retinere, vt l. ſi duo patroni. ff. de iureiu. & de ele. c. cum Vintoñ. & de pœn. c. in quibuſdam. cum concor. ſic & ſeruitus in parte perditur, & in parte alia retinetur. ff. quemad. ſerui. amit. l. nã & ſatis. & denunciatio quibuſdam ex dominis prodeſt, alijs non. ff. de no. oper. nun. l. de pupillo. §. ſi plurium. ſolu. dicit Ioan. An. Aut loquimur in præſcribente ius laici, & eccleſiæ: & habent locum iſta iura primò allegata. Aut in præſcribente diuiſim ius laici ſtante iure eccleſiæ: & habent locũ iſta iura vltimò allegata. ¶ †
6 Circa iſtam communionem inter laicum & clericum de iure patronatus quęrit Lap. an Legatus de latere eccleſiam ſpectantem ad præſentationem laici, & clerici poſsit conferre. Refert conſuluiſſe. D. Fed. quòd non, inuito patrono: ſed eo conſentiente ſic, etiam inuito patrono clerico. ex qua deciſione, & eis, q̃ dicta ſunt. ſ. poſt gloſ. infert Lap. q̃ clericus patronus cõicat ratione eccleſię priuilegio laici, & laicus priuilegio clerici: in illa eñ vniõe, & mixtura attribuitur alteri, quod in perſona alterius reperitur vtilius, vt dixi ſ. in 6. nõ.

¶ Accedit hic alia quæſtio : quid iuris , ſi ſimul præſentant ſcienter indignum. nunquid ambo,vel neuter: aut quis ipſorum erit ea vice poteſtate præſentandi priuatus? refert Lap. Do.Cornetanum.de Sen.diſputaſſe,quòd clericus erit priuatus, & non laicus. pro qua ſo.adducit quod not. Ioan.And. in reg.cui licet.de regu.iur.in vlt.ſo. quæſtionis.

Rub.De cenſib., procurationibus , & exactionibus.

SVMMAE.

1 *Archiepiſcopus prouinciam ſuam viſitare poteſt.*
2 *Viſitatio plena eſſe debet.*
3 *Eccleſiæ maiores, & minores in viſitatione veniunt.*
4 *Procuratio à locis viſitatis ſolùm recipi debet.*
5 *Epiſcopus ad diœceſim ſemel viſitatam reuerti non debet , niſi reliquæ fuerint viſitatæ.*
6 *Archiepiſcopus viſitatione completa,ipſam iterare poteſt.*
7 *Viſitator qualiter ſe habere debet.*
8 *Viſitantes vltra victualia exigentes æternæ maledict. pœnam incurrunt.*
9 *Scriptura an ſit de ſubſtantia actus,qui geritur.*

CAP. I.

ROMANA. Diuide,vt in glo.1.Prima pars vſque ad §.ſanè. ponit ordinem viſitandi loca. & circa hoc ponit ordinē viſitandi Capitulum eccleſiæ ſuæ ciuitatis, & dęceſis . Secunda ibi [deinde]tāgit ordinem viſitandi prouinciam.Secūda principalis in d.§. ſanè.tangit modū viſitandi. Illa tertia principalis , ibi [procurationes.] facit quod dicit glo. Eſt & quarta ibi [hanc autem.] quæ conſtitutionem prorogat ad alios viſitantes , & proteſtatur.

1 ¶††No.q archiepiſcopus poteſt ſuam prouinciam viſitare. quod eſt verum, etiam epiſcopo non negligente,vt ff.eod.c. fin. Item intellige per ſe, vel per alium,vt in gl. 2.p c.epiſcopum. 10.q. 1. quod c. licèt loquatur in epiſcopo:non occurrit ratio,quare aliud in archiepiſcopo, qui etiam epiſcopus eſt.alleg.Inn.Hoſt.& Io.Mo. 21.diſt.c.in nouo.& de ſa. vnc. c. 1.ver.per frontis. ¶ Secundò no.ordinem viſitandi.debet eñ incipere à capite,& à ſuis,vt in gl.3.& dicit hic Ioa.Mo. q ordo viſitationis traditus in iſto c.eſt ordo ſubſtantialis, intantum , q eius omiſsio reddit proceſſum nullū. de reſcri. c. cum dilecti.& C. de ſen.l.prolatā.& refert, q vidit literas dari ſuper nullitate per cancellariam. vbi verò ordo non eſſet ſubſtantialis, tamen de iure debitus,& peteretur obſerri:non vitiaret tunc omiſsio eius, niſi appellaretur.C. de ap. l. 1.& de reſt.ſpo.c. 1.& l. 1. C.de app.& qđ ibi no.alibi plenè dixi poſt D.Bal. qui hæc ponit in l.ſi duas.ff.de excu.tut.

2 & l. 2.§.prius.ff.de vul. & pu. per Bar. ¶††Tertiò no.q viſi-
a tatio a debet eſſe plena. quod verum expone, vt in glo.4.Super qua dicit in nouel.q non minus dici debet plena viſitatio,licèt duæ,vel tres,vel paucæ remanent viſitandæ.de cōſe.diſt.2.c.re vera. vbi de modicis non eſt curandum. vt ff.in proę.Greg.in glo.fi.& ſecundùm eū,modus regionis in hoc erit inſpiciēdus.ff.de ven.inſpi.l. 1.§. pe.non erit autem plena,ſynodum conuocando,& plenè in ea inquirendo,vt in d. glo.Idem Inn. Hoſt.Io.Mo.& Archi.tenetur ergo ire ad locū,nec ſufficit ad ſuā eccleſiam conuocare : vnde dicit Archi.ſi ad cameram , vel aulam ſuam vellet conuocare ſuum, vel alteri⁹ eccleſiæ Capitulū, vt illud ibi viſitet,nō poterit.cū Decre.reqrat,q accedat ad viſitandos.ad hoc ff.de off.or.c. conquerente.ibi [cum ad eos viſitandos acceſſeris] &c.

2 bus ad beneplacitum. ¶† Tertiò not. quòd ad Papam pertinet defendere eccleſias,& perſonas eccleſiaſticas:ſimiliter ad quemlibet dominum ſpectat defenſio ſubditorum. quod dic,vt no.de ap.c.dilectis.in nouel.& c.auctoritate.ſ.eo.lib. de priui.in glo.fi.quæ eſt no.Sed dices.Papa hic,& multis alijs iuribus laicos compeſcit à moleſtia clericorum,& eccleſia rum : & ſic videtur ſibi ius dicere. quod nulli licet, vt C. ne quis in ſua cau.l.1.omnes enim eccleſiæ ſubſunt ſibi, vt.c.2. ſ.eo.lib.de præb.Sol.dicit,quòd hoc Papę licet,ſicut & Imperatori.ſ.ius dicere in re propria,vt l.,pximè.ff.de his, quæ in teſta.delẽ.& no.in c.cum veniſſet.de iudi. Ratio eſt; quia nõ poſſunt alium ſuperiorem adire.Inde eſt,quòd dicit Inn. quòd princeps ſine auctoritate hominis,cui non ſubeſt: & ſine auctoritate iuris,quo non aſtringitur, mouet bellum, vt C.de legi.l.digna vox.quinimmo ſi non poſſet inferior ſuperiorem adire(quia non eſſet:vel eſſet,ſed nollet iuſtitiam miniſtrare:)tunc licet paſſo violentiam res propria auctoritate recuperare.quod dic, vt plenè no.Io.An.poſt Inn.de re.ſpo.
3 c.olim.il.1. & dicam.ſ.e.li.de ſen.exc.c.dilecto.¶† Quartò no.quòd perſonæ eccleſiaſticæ ſunt immunes à collectis, & talijs laicorum. Quid dices de iſtis fratribus tertij Ordinis ſancti Franciſci.& de illis,quos vocat Bar.milites gaudẽtes? prædicti enim non renunciant proprio. Item habent vxores, & viuunt in proprijs domibus,ſicut laici:licèt habeant quendam modum viuendi, & habitum approbatum ab Eccleſia, vt no.de iſto tertio Ordine in Cle. cum ex eo. de ſen. exc. & videtur,quòd iſti non ſint exempti à datijs, & collectis:quia licèt habeant certum modum viuendi,& habitum:tamen nõ ſunt clerici, nec exercent miniſteria clericorum. vnde qui non exercet artem, licèt ſit deſcriptus in collegio, non per hoc habet immunitatem,vt l.ſub prętextu.C.de ſac.ſan. ec. Bart. tamen dicit ſe vidiſſe conſilia plurium Doc. iuris canonici, & ciuilis, quòd iſti à talibus exactionibus ſunt exempti.ſunt enim Deo deuoti.12.q.1.c. duo ſunt genera.,p quo dicto facit iſte text. dum dicit [perſonis eccleſiaſticis] nam non poteſt negari,quod iſtæ non ſit perſonæ eccleſiaſticæ: licèt non ſint clerici.& hoc tenet Bar.ff.de iu.immu.l.ſemper. §.quibuſdam.quod intelligit verum, niſi aſſumpſiſſẽt illum habitum in fraudem onerum,vt l.cura.ff.de mu.& hon. vbi
4 gl. facit mẽtionem de iſtis fratribus de pœnitẽtia. ¶†† Quintò no.quòd illæ exactiones, & collectæ laicorum ſpecialiter reprobãtur quò ad eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas: quòd ad laicos verò nõ videtur licere dominis, & vniuerſitatibus talia exigere.quod intellige,conſentientibus illis de loco,& ipſis ad hoc vocatis cum tuba, vel campana, vt no.in l. ſicut. ff. quod cuiuſq; vni.no. & ſufficit, quòd maior pars duarum partium veniat.C.de decu.l.nominatorum.lib.10.& debet interuenire ſuperioris decretum.ff. quando ap. ſit.l.1.§. ſolet. Aduerte tamen, quòd dicta collecta non debet imponi:niſi vniuerſitas, vel dominus non poſsit aliter prouidere ſuis neceſsitatibus,ar.C.de vecti. & com.l.fi.& C.de fabricen.li.12. l.fi.& in Aut.vt iu.ſi quo.ſuf.§.illud.& C.de aquęd.l. ad reparationem. lib.11. in caſu ergo, quo vniuerſitas ſit obligata, & non ſit pecunia in arca communi,coguntur imponere collectam, & ſoluere,vt no.in l.2.ff.quod cuiuſq;vni. no.§.ſi verò.& in Spe.de cẽſi.§.ſequitur.verſi.q.d ſi vniuerſitas. ¶ Sed hic quæro,qualiter imponetur? videtur, quòd pro ſolido, & libra æſtimationis bonorũ,vt C.de aduo.di. iudi.l.ſancimus. & de ope.pu.l.omnes.& C. de apochis publicis.l. 1.li.10.cũ ibi no.ſuper ver.inopes.& hanc partem(.ſ.quòd imponi debeat per ſolidum,& libram)videtur tenere Inno. in c.nouerint.de ſen.excom.Bar.notabiliter ſic dicit, quòd debemus inſpicere cauſam,propter quam collecta eſt imponẽda. quãdoq; .n. vniuerſitas eſt obligata ex contractu (puta ex mutuo,vel alio contractu inito ex cauſa, quæ reſpicit onus vniuerſitatis:) & tunc debet imponi pro viribus patrimonij, i. pro ſolido,& libra,vt d.l.omnes.C.de apo.pu. quandoq; de bitum,quod eſt cõtractum per vniuerſitatem ex cauſa,quæ concernit ſingulos:puta tenebantur ire ad exercitum, & de uentum eſt ad compoſitionem, quòd ſoluatur tantum,& nõ vadant : tunc imponetur collecta per capita,ſicut ſenſerunt per capita leuamentum,vt Inſti.pro ſo.§.illud. & de re. iu.l. ſecundũ naturam.Si verò debebant ſubire illud onus per famantes(quia omnes habitantes in vna familia habebantur pro vno:) eadem conſideratio habebitur in collecta. In dubio, vbi de hoc nõ liqueret, collecta imponitur pro viribus patrimonij,vt l.reſcripto.ff.de mu. & hono. Si autem tenere tur vniuerſitas pro maleficio:qualiter imponatur collecta. dic per eum,vt in l.ne quid.ff.de incen.rui.& nau.quæ prædicta no.in l.3.§.actor.ff.de re iud.¶ Sextò.no.quòd iſti rectores volebant clericos cogere,vt vel ſoluerent, vel extra manum ſuam ponerent.& dicit Ioan. Andr. quòd emptor domus prohibitus extra manum ſuam ponere non potuit illã commodare, vel alij ſeorſum concedere : licèt alium ſecum poſsit ibi recipere.ff.de vſu, & hab.l. pacta. ad hoc inducit, quòd deponere eſt extra manũ ponere.ff.depo.l.2.in princ. de hoc per Cy.C.de re.ec.nõ alie.l.fi. Sed ego circa hoc quæro, quo iure poterant hic rectores moueri. Ad hoc reſpon, ex eo, de quo alibi dubitabatur, vtrum ille, qui tenetur ad aliud factum occaſione rei (puta feudi) cedendo feudum liberetur ab illa obligatione. & idem ſi quis tenetur ad collectas occaſione fundi,vel domus, vtrùm liberetur à tali collecta,renunciando domui, ſiue fundo. & videtur, quòd tales aut ſoluere,aut dimittere teneantur,vt c.cum inter vos.ſ. de reg. & in 10. coll.de vaſallo, qui contra conſti. Lotharij.c. 1.& eſt ſimile in actione noxali,in qua debetur pecunia ratione certæ ſpeciei,vt dando ſpeciem liberetur ab illa obligatione,vt l.miles.§.decem.ff.de re iud.iſtis ergo iuribus vi debatur bona allegatio iſtorum laicorum.Nam (vt.ſ. dixi) collectæ in dubio imponuntur perſonis propter bona. Ad hoc dico, quòd poſtquàm peruenit res ad perſonam priuilegiatam,non videtur tale onus amplius durare: nam ſequitur conditionem, & naturam nouę perſonæ, ad quam peruenit, vt c.1.de iure pa.ſ.eo.lib.& l.1.Paulus.aliàs.l per procuratorem.ff.de acqui.he.vt tamen latius ſcias, an cedendo rei liberetur ab illa obligatione, qua tenetur illius rei occaſione, ſi ille,cui eſt obnoxius,non cõſentit.Diſtingue, quia aut cõuenit ex cõtractu ſuo:& nõ liberatur,cedendo illi rei, vt l.qui cunq;.C.de fun.patri.& l.ſicut.C.de actio. & obligatio. Aut conuenitur ex ſuo delicto.& idem, vt l.is cum quo. de aqua pluuia arcen. Aut conuenitur actione reali: & liberatur cedendo,vt l.ſi fortè.§,hoc edictum.ff.de damno infecto. quia & ibi eſt eadẽ ratio,cum non præſupponat obligationem,vt l.ſi per collusionem.§.1.de actio.empt.aut conuenitur actione perſonali ex virtute contractus, vel quaſi præambuli,vbi hoc expreſſẽ non promiſit, ſed venit occaſione rei. & tunc aut illud onus inde proueniẽs erat ab initio certum, aut nõ. ſi certum,non liberatur,vt in 10.coll. de capitaneo, qui curiam vendidit.cap.fina.vbi plenè de hoc.quod eſt verum, niſi cedendo rei plus faceret,vt d.l.is cum quo.& de tribu.l. illud.in princi.Si verò erat onus incertum à principio,cedendo rei liberatur ab illo onere,vt in d.c.fin. & ex hoc dico, q̃ cum collecta imponatur perſonę pro rebus,& ſic incerta ab initio ; quia onus extraordinarium eſt, cedendo fundo ipſe non tenetur ad collectas eccleſiæ illius. vnde in caſu huius.c. iſta allegatio vel ſoluere, vel extra manũ ſuã ponere, fuiſſet legitima

legitima in persona subiecta imponenti collectas. in censibus, & tributis ordinarijs, quæ à principio sunt certæ, videtur, quòd quis cedendo rei non liberetur. & istam distinc. ponit Bar. in d. c. is cum quo. ¶ Quæro post Ioan. An. quod dicitur in isto. c. verũ est, quãdo possessio per ecclesiam acquisita erat astricta dare pro solido, & libra ad collectas. nam quandoq; ista munera patrimonialia à possessoribus inducuntur, vt ff. de mu. & hon. l. rescripto. §. vltim. & l. munerum. §. patrimoniorum. vnde cum ante acquisitionem res sit affecta onere collectarum: videtur, quòd transeat in clericum, & ecclesiam cum onere suo, vt. ff. de actio. emp. l. siquis alienam & no. in d. l. munerum. §. cursus. & videtur expressum. C. sine cen. vel reli. l. omnes. contra hoc refert tenere Archi. quia descriptio, quæ fit pro solido, & libra, non est perpetua, nec certa; immo secundùm varietatem negotiorum imminentium immutatur, vt dicitur sæpe fieri Boñ. & ideò non videtur huiusmodi onus durare, postquam res peruenit ad personam priuilegiatam. 10. q. 1. c. nouerint. & est expressum in d. c. 1. de iure pa. & dicit hoc tenendum. alle. l. fi. C. quan. ciui. actio. Sed iuxta hoc quęro post Bar. vtrum sit dare medium, ꝙ clerici cõferãt in istis collectis pro possessionib. suis. dicit ipse, ꝙ non, pro iam quæsitis: sed in quærendis in posterũ. i. post statutum, refert duos modos, vnum quòd omnia prędia ciuium, quæ sunt in comitatu, sint tributaria, affecta onere tributorum pro collectis imponendis: quo casu si clerici, vel ecclesiæ quærant possessiones post dictum statutum, tenebuntur. & hoc colligitur ex no. per Inn. in c. postulasti. de fo. compe. & hunc modum tenuerunt Perusini. illi de ciuitate Gubij tenuerunt alium modum. Nam omnes ciues, & comitatenses singulariter, & specificè donauerunt omnes possessiones Communi: & postea receperunt eas à Communi sub annuo censu, & tributo collectarum &c. & cum pacto, quòd possent in alios transferre quocunque titulo cum prædicto onere, quod semper intelligeretur exceptum. & dicit, ꝙ fuit necessarium sic facere; quia ecclesiæ crescebant tantum in possessionibus, quòd aliæ, quæ laicis remanebãt, nõ sufficiebant ad onera Communis subeunda. Subdit, quòd prædicta dicit, salua correctione sanctę matris Ecclesię. Et sic ipse no.
5 in l. rescripto. §. sciendum. ff. de mu. & ho. ¶ † Sed ego vlterius circa hoc quæro, quid iuris, si tractatur de communi vtilitate clericorum, & laicorum: vtrùm clerici contribuere teneantur. pone q. facti. Societas quædam gentium armorum hostiliter venire volens super territorio Sen. causa comburendi domos, depopulandi agros, capiendi homines & animalia, & committendi alia multa mala: Commune Sen. vt liberaret omnes à dictis oppressionibus imminentibus, conuenit cum illis soluere magnam pecuniam, vt cessarent à prædictis. vtrum ad hoc clerici, & ecclesiæ teneantur conferre pro solido, & libra possessionum, sicut laici; quia ita passi fuissent detrimentum in eorum possessionibus, sicut cæteri? ex his, quæ dixi in c. non minus. s. eo. potest dici, quòd sic. allego primò quod no. Iac. Bu. in l. ad constructionem. C. de sacr. san. ecc. vbi dicit, quòd clerici tenentur soluere gabellas de plaustris, siue curribus, si gabella conuertitur in reparationem viarum, & pontium: quia in hoc vertitur eorum vtilitas, sicut etiam laicorum. ad hoc. ff. ne quid in lo. pub. l. 2. §. viarum. ibi [refectio] idcirco fit de communi, & idem dicit Spec. in refectione põtis, & putei necessariorum ad vsum hominum villę: vt ecclesia teneatur, vt in Spe. de censi. §. quid dicendum. ver. Item pone quædam vicinia. Item clerici tenentur vigilare pro custodia, & in commune ciuitatis, vt c. peruenit. s. eo. licet etiam ecclesias incastellare, vt boni à malis valeant se tueri, vt no. Inno. in c. cum ecclesia. s. eod. Item nulla maior est pietas, quàm defendere patriam, debiles, & pauperes ab hostibus. 23. dist. c. fortitudo. & c. si quis. & c. nõ inferenda. & hac ratione (scilicèt quòd pro pace, & qete, in qua tueri, & defensare dicuntur ecclesię) Imperatori est tributum ab Ecclesia persoluendum. 23. q. 8. c. tributum. Sed quia Ecclesia non soluit, nec Imperator defendit à talibus oppressionibus, non videntur succedere ciuitates in illa defensione: vel si succedunt, deberent subrogari cum eodem emolumento, vt l. secundùm naturam. de reg. iur. ff. Non ob. c. non minus. s. eo. vbi pro suis necessitatibus non possunt laici granare ecclesias, etiam vbi ipsi non sufficiunt, Romano Pontifice inconsulto. quia intelligo illum tex. cum volunt grauare ꝓ necessitatibus ipsorum laicorum tantùm: sed si pro communi vtilitate, & periculo euitando, nõ videtur exigi requisitio, de qua ibi, per iam dicta: vt tamen ibi dixi, ista compulsio ꝓ ipsos laicos fieri non debet, sed peti debet ab episcopo, vt ibi videas, & reperio hoc not. per Barto. in l. nullus. C. de cur. pu. lib. 12. vbi ad literam ita dicit. no. istam l. contra clericos. pp istam societatem, quę venit in comitatu deprędando, comburendo, & occidendo: vt possint clerici grauari ad datia, & collectas, & ad alia onera sordida: vt contra dictas gentes reparare valeant. & hoc per illam l. quæ dicit, quòd ecclesia tẽpore expeditionis non excusatur ab angarijs, vel perangarijs. multi non habent esse Bar. vnde vltra quidam dicunt, ꝙ quidam alius compleuit post Bar. illum librum: sed cuiuscunque fuerit, ita dicit, & probat per illam l. confirmat prædicta vna distinctio, quam Oldr. facit, cum generaliter quærit, an clerici excusentur à muneribus. dicit enim, quòd aut loquimur de muneribus personalibus, aut realibus: primo casu excusantur. C. de episc. & cler. Auth. presbyteros. secundo casu aut quæris de ordinarijs: & non excusantur, vt C. de an. & tri. l. fin. & de priui. domus Aug. l. 1. quod verum intelligit, nisi ꝓ iure decimarum, & primitiarum: quia illa habẽt à Deo. & ideò pro illis soluere tenentur, vt no. ff. de mu. & hono. l. fi. §. hi quoq;. & secũdùm ista intelligitur. C. de epi. & cle. l. de his. aut quæris de extraordinarijs. & tunc aut inducũtur propter publicam vtilitatem, vel imminentem necessitatem, vel ꝓp damnum ineuitabile, quod potest reipublicæ euenire. & isto etiam casu dico, quòd viri ecclesiastici non excusantur. sicut C. de sac. san. eccl. l. iubemus. & l. neminem. & C. de qui. mu. vel præsta. l. 1. 2. & 3. li. 10. verumtã canonistæ dicunt, ꝙ istud debet fieri de consilio summi Pontificis, vt c. aduersus. s. cod. quod verum credit, nisi mora esset periculum allatura, vt ff. de dam. inf. l. 4. §. fi. cã. & de op. no. nun. l. de pupillo. §. si quis riuos. & de iniust. testa. l. si quis. §. quid tamen. ad alia autem munera sordida, vel extraordinaria ecclesia non tenetur, nec viri ecclesiastici. argumen. C. de sacr. san. eccles. l. placet. & in Auth. de ec. ti. §. ad hæc. diuisionem autem munerum posui in d. c. non minus. post Ioan. An. Qui tangit ibi, ad quæ munera ecclesia teneatur. hic non prosequor; quia ibi dixi, & superius dictum est. ¶ Vltimò quæro post Ioan. An. si ecclesia, vel persona est in vno loco, vel in vna diœcesi, & res, vel prędia earundem in alia, & onera imponantur ecclesijs, vel personis in vna ecclesia: an pro rebus hic sitis in alia diœcesi ecclesia, vel personæ tales soluere compellantur. Idem econuerso. si ponas, quòd onera imponuntur in illa diœcesi, in qua sita sunt prædia spectãtia ad ꝑsonas, & ecclesias alterius diœcesis: vtrùm locus rerum, siue prædiorũ: an personarũ, vel ecclesiarũ debet considerari. pro & contra alle. Io. An. quæ no. in c. pastora. de priui. in nouel. & deinde subdit, quòd onera realia solui debent in illa diœcesi, in qua prædia sunt: licèt ꝑsonæ, vel ecclesiæ alibi consistant. ponit exemplum in tributis, quæ soluuntur, vbi sunt sita prædia. ff. de censi. l. forma. §. si verò quis. & in decimis prædialibus, quæ debentur ecclesiæ prædiali, & non parochiali. s. de paro. c. fi. maximè quando domini prædiorum, vel coloni sunt diuersarum diœcesium, vt ponit thema. s. de deci. c. cum sint homines. Sed si onera sunt personalia, vel realia ecclesiarum, non tamen prędiorum (sicut procurationes legatorum, fructus primi anni, decimæ Papales, & similia) cum illa ecclesijs, vel personis ecclesiasticis imponantur, in loco illo soluentur, vbi sunt ecclesiæ. & licèt

& licèt illorum prædiorum habeatur cõsideratio, cum propter illa plus soluatur in procuratione, fructu, vel decima: nõ propter hoc est illud onus reale prædiorum, sed personarũ, vel ecclesiarum debẽtium. & quia accessoria sequuntur principale. de re. iu. c. accessorium. & constat, quòd aliud est deberi fructus, vel decimas prædij: aliud fructus, vel decimas beneficij habentis prædia: sicut petens prædium illud specificat in libello. quod non facit petens hæreditatem, in qua sit prædium, iuxta plenè no. de li. ob. c. 2. nec mireris si aliud in prædiis communibus, quàm in Papalibus. vide similia no. in Clemen. dispẽdiosam. de iudi. super ver. decimis. & de deci. c. 2. in fin. glo. 5. ita dicit hic in nouel. Aduerte. Reuerendissimus in Christo pater, & dominus meus, Do. Cardinalis Bonoñ. Legatus tunc de latere in nonnullis partibus commisit mihi q. consulendam in terminis scriptis, videlicet. Monasterium sancti Georgij maioris de Venetijs habet quandam ecclesiam pleno iure subiectam in ciuitate Trigesti, & vocatur ecclesia sanctorum Martyrum. Clerus Trigestinus volebat, quòd dicta ecclesia secum contribueret in procuratione dicti Legati. Castellanus autem asserebat econtra. scilicet quòd contribuere debebat secum; quia in diœcesi sua situm est principale monasterium sancti Georg. quæritur, cum quo debet contribuere? & videtur, quòd cum monasterio, cui subest. Nam caput, & membra constituunt vnum corpus: nec licet à capite membra discedere, vt c. cum non liceat. de præscr. nec dẽt diuerso iure cẽseri. de priu. c. ꝙa circa. & 12. q. 3. c. cognouimus. Sed ò probat: quia istæ ꝓcurationes legatorum imponuntur ecclesijs, & monasterijs secũdùm æstimationem bonorum. de censi. c. sopitæ. c. cum instãtia. & c. procurationes. & sic possunt dici onera patrimonialia, quæ imponuntur personæ pro rebus. i. secundùm facultates. constat autem, quòd talia munera quis subit in loco suæ diœcesis, non in loco, vbi sunt sitæ possessiones. ff. de mun. & ho. l. rescripto. §. fi. & patet ex his, quę dicta sunt s. post Ioan. And. pro hoc c. accessorium. præal. Item inspicitur locus, vbi est caput, non vbi sunt membra, vt l. cum in diuersis. de reli. & sump. fu. Ad hoc vide no. per Innoc. in c. cum & plantare. de priu. vbi dicit, quòd nõ episcopus, vbi situm est prædium: sed vbi situm est monasterium principale, visitat, & procurat. & idem sentit in procurationibus legatorum, in quibus Abbas sancti Georgij contribuet pro facultatibus sui monasterij vbicunque sitis, vt hic dicit, secundùm Io. And. Contrarium consului, & dixi, dictam ecclesiam pleno iure subiectã contribuere cum clero ciuitatis, vbi sita est. Talis enim subiectio pleno iure non eximit ecclesiam ab oneribus, quæ concernunt ipsam; quia translata videtur cum oneribus incumbentibus. argumen. Clem. 1. de censi. vnde cum ante dictam donationem conferret cum clero, vbi sita est, similiter cum eodem onere videtur esse facta translatio, argu. l. qui tabernam. ff. de contrah. emp. & c. ex tuarum. de auct. & vsu pal. & c. 1. de relig. do. præterea ecclesia sic subiecta retinet iura, & actiones: nec confunduntur cum iuribus monasterij principalis, nec pro eis possent vendi, vel distrahi, vt not. Inno. in c. pastoralis. de priui. Sed debitum procurationis computatur inter debita ecclesiæ, vt in c. de monachis. cum ibi no. de præben. & hoc est, quòd iura dicunt, quòd instituto in ecclesia sic subiecta debet assignari portio, de qua possit ista onera supportare, vt ibi, & c. 1. de præb. e. li. & Cle. 2. de iure pat. Non ob. quę. s. dixit Io. An. s. vt debeamus inspicere principale monasterium, vbi situm sit, & nõ eius bona; quia intelligo dictum suum sanè, vt ipse loquitur, s. in possessionib. alibi sitis, quæ habent relationem ad dñm principalem: nec visitãtur per episcopum, in cuius diœcesi sita est: & abbas ẽt alterius, diœcesis illi subest ratione dictæ ecclesiæ, vt c. ex ore. de priui. censetur ergo ille Abb. sicut miles, habens duo patrimonia diuersa. s. Italicum, & prouinciale. Nam quòd ad onera consideratur quodlibet de per se, vt l. fi certarum. de testamen. mili. Non ob. no. per Inno. in d. c. cum & plantare. vbi membrum confert cum suo capite, non cum alio clero. loquitur enim ibi, cum membrum, & caput sunt in eadem diœcesi, non in diuersis, sicut est in casu nostro. & ita consului.

SVMMAE.

1 *Sanctitudo decet domum Domini.*
2 *Ingressus ecclesiæ debet esse humilis, & deuotus.*
3 *Nomen Iesu Christi reuerentia attollendum est.*
4 *Seditio, & acclamatio prohibetur specialiter ecclesijs.*
5 *Venia peccatorum in ecclesia est postulanda.*
6 *Strepitus sæcularium iudiciorum in ecclesia quiescere debent.*
7 *Arbitrator an possit procedere die feriata.*
8 *Iesuani quare non vocati sumus, sicut Christiani.*

CAP. I'I.

DEcet domum. Diuide, vt in glo. 1. & Arc. dicit, ꝙ fuit cõpositа secundùm stilum l. dies festos. C. de feri. ¶ † No.
1 principium, quòd sanctitudo decet domũ Domini. & verbũ, decet, denotat honestatem, vt c. magnæ. de voto. sanctitudo autem dicitur firmitas, quę corrumpi non potest: vnde semel Deo consecrata, ad humanos vsus non debent reuerti, vt c. quod semel Deo. ff. eo. lib. de reg. iur. & de rerum permuta. c.
2 mãcipia. & 12. q. 2. c. nulli liceat. ¶ † Secundò no. quòd ingressus ecclesiæ debet esse humilis, & deuotus: nam si humiliter ingredimur, & manemus coram domino temporali: fortius coram Domino dominorum. ad hoc. s. de hære. c. vergentis. & Hiero. Timeo, ne quando per risum introimus ecclesiam: sic de nobis derideatis. de quo scriptum est. Qui habitat in
3 cœlis, irridebit eos. habetur psalmo 2. ¶ † Tertiò no. nomen Saluatoris nostri Iesu Christi speciali reuerentia attollendũ. quod testari debet capite, cum in missa, vel diuinis officijs nominatur, vt sic per exteriora intrinseca demonstrentur, vt s. de sacra vnc. c. 1. in prin. & de rerum diui. §. gallinarum. & C. de testa. l. non codicillũ. & dicit Fran. propter tria Christum attollendum: propter ipsius prioritatem; quia fuit ante omnia: propter excellentiam: cum sit omnipotens, ęternus, & ineffabilis: propter affectionem, quam ad nos habuit creando, pascendo, redimendo, & nobis gloriam præparando.
4 ¶ † Quattò no. in ver. nullus. quòd seditio, & acclamatio prohibetur, specialiter in ecclesijs. Isti autem seditiosi sunt legibus odiosi. vnde qui in vrbe seditionem facit, incidit in crimen læsæ maiestatis. In alijs locis capitalem pœnam (scilicet mortis) patitur. C. de seditio. l. 1. & 2. pro qualitate dignitatis aut furca suspenduntur, aut in insulam mittuntur, aut bestijs traduntur, vt ff. de pœnis. l. fi quis. §. 2. fit autem seditio, concitando plebem, vt in rub. prædicta de seditio. & dicitur seditio, quasi seorsum itio; quia in diuersum vadunt, & alios trahunt. ¶ Quintò not. in versi. cessent. à quibus debent abstinere accedentes ad ecclesias. cessare enim debent prophana colloquia. concor. Clemen. de cele. missa. & contra tales ponit Franc. versus.

Friuola quæ profert dum sacer presbyter offert.
Lectio facta Dei non suffragatur ei.

Cessare etiam debent consilia, conciones, & parlamenta laicorum. & refert hic Io Ioan. An. Valerium. li. 1. c. 1. qui dicit, quòd Gaius consulatu Galliæ, & Scipio consulatu Corsicę priuati fuerunt; quia parlamenta faciebant in templo. Circa hoc quærit post Gul. an clerici, vel scholares ad sua consilia possint in ecclesijs congregari. & videtur quòd non, cum litera dicat [quarumlibet vniuersitatum, & societatum] facit de ma. & obe. c. solitæ. in fi. Gul. credit, quòd ecclesiastica, & spiritualia negocia possint ibi tractari. Vnde possunt ibi clerici synodum facere, & de libertate ecclesiarum, statu cleri, & reformatione morũ in clero, & populo tractare. Itẽ scholares possunt ibi magistrari, & simiia facere; quia hoc ecclesiasticum

siasticum est, & ab ecclesiastica persona magisterium recipiunt. de magi. & est res sanctissima scientia. ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. est quidam. Si autem scholares velint ibi tẽporalia tumultuosa tractare, ista constitutio eis obstat. Subdit etiam ibi in nouel. q̃ si laici vellent ibi spiritualia tractare (puta de faciendo festum beatæ Virginis: vel aliquam confraternitatem in honorem *Dei, vel alicuius sancti: vel de pace* etiam inter laicos facienda) hoc his non interdicit mens huius constitutionis. ¶†Sextò no. in versi. ne vbi. potius esse orãdum in ecclesia, quàm in domo. & quod in ecclesia est peccatorum venia postulanda: & ideò non debent ibi peccata committi. & est arg. quòd delinquens in ecclesia non gaudet eius immunitate. quod tenet Host. s̃. eod. ti. c. fin. in nouel. ¶†Septimò not. in §. omnis. quòd omnis iudiciorum sæcularium strepitus debet in ecclesia conquiescere. & istud vniuersale [omnis] complectitur omnia genera causarum; vt criminalium, ciuilium, & mixtarum: & irritat sententias, & processus attentatos in prædictis locis contra istam prohibitionem. & si dicas, quo potest Papa irritare snias, & processus iudicum sæcularium. per hoc. n. vī mittere falcẽ in messem alienã, contra. c. nouit. de iud. Sol. dic, q̃ hoc sibi licet ꝑ iurisdictionẽ, quã hẽt in loco, vbi delinquitur. s. in ecclesia. Itẽ ẽt rõne peccati, vt in d. c. nouit. facit quod no. de vsur. c. quanquàm. in gl. fi. & s̃. de hæret. c. aduersus. ¶ Octauò no. q̃ ordinarii dñt facere istã constitutionem obseruari. per quod patet, q̃ sunt deputati ad exequenda ista, non ad ea relaxanda. vnde non potuerunt contra istam constitutionem dare licentiam sup conclonibus, parlamẽtis, vel cãrum cognitionibus, ꝑ laicos in ecclesia faciendis. qđ tenet Gul. & Clericus Pisanus, qui allegãt ff. de transac. l. cum hi. §. si prætor. & de off. procu. Cæsaris. l. j. & s̃. de na. ex li. vẽt. c. vno. dicit tñ Gul. hoc verum, nisi vrgẽs, & euidens causa subesset. & ita hic in noue. & no. casum spãlem, in quo snia est nulla ratione loci. de quo vide in Spec. de sen. prolatio. §. iuxta. ver. item est nulla ratione loci. ¶ Circa prædicta quærit Lap. de quibusdam quæstionibus. & primò quid iuris de sententia, & de processu arbitrorum habitis in ecclesia? videtur quòd secus sit dicendum in illis: nam si idẽ de ipsis voluisset, hoc expressisset. de deci. c. ad audientiam. & quia cum constitutio sit pœnalis, debet restringi. s̃. eo. lib. de elect. c. statutum. contrarium tenet: & dicit, idem iuris est in eis, quod hic dicit de iudicib. & appellatione iudicum veniunt arbitri. 2. q. 6. c. à iudicibus. & dicit hoc verum tam in arbitris, quàm de arbitris à partibus electis, qui habent procedere, & laudare de iure. ad hoc vide, quod no. s̃. e. li. de reg. iur. c. 1. in glo. quid de arbitro. ad hoc facit arg. quod sumitur de tempore ad locum ex l. vinum. ff. si cer. peta. nam arbitris ob. exceptio feriarum, sicut & iudicibus, vt not. in Spec. de arbitro. §. excipitur. ver. item quòd pronuncianit. & §. fin. vers. in forma. & per Arch. in d. c. iudicibus. & c. ab arbitris. & qđ no. in Spec. de libel. concep. §. restat. versi. nunquid. pari ergo ratione obstabit arbitris etiam locus, qui obstat iudicibus, vt hic. bene facit quod not. Ioan. And. de reg. iur. c. in iudicijs. vbi gl. 2. post Ioan. Mo. super ver. arbiter. sic dicit. Si enim arbiter est iudex: ergo arbitrium est iudicium. ¶†Quid de arbitratore. dicit, quòd bene potest ꝓcedere die feriato, vt not. in Spec. de arbitro. §. fin. ver. sed nunquid amicabilis compositor. Credo, quòd possit; quia tale arbitramentum est quædam transactio. Est autem pacis, & concordiæ actus de re dubia: ergo videtur posse fieri in ecclesia; quia est actus pius, vt dixi s̃. in 5. nota. ad fi. sicut ergo transactio tali tempore fieri potest, vt l. dies festos. C. de feri. sic de tali loco. argu. d. l. vinum. ¶ Secundò quæro. Ille tex. irritat sententiam, & processum, si fiant in ecclesia. Sed quid erit de *confessione* ibi facta, nunquid erit similiter nulla? videtur, quòd non: immo valebit ad hoc, quod scripsit Arhid. 30. q. vlti. c. iudicantem. & Vin. de procu. in c. auditis. & Io. An. post Abba. de restitu. spol. c. Pisanis. in nouel. & hoc verum videtur, cum sit confessio coram iudice non prohibito, prout Innocen. & Ioan. And. scripserunt. s̃. de elec. c. per inquisitionem. aliàs secus, vt de iudi. c. at si. & secundùm hoc videtur, quòd valeat confessio facta coram iudice suo: licèt extra territorium, quamuis processus alius non valeret, secundùm Lap. ¶ Qui tertiò quærit. si sunt duo iudices, clericus, & laicus: nunquid tunc valebit processus? videtur, quòd non, vt s̃. de offi. deleg. c. cum super. sed quòd valeat, facit s̃. de arbi. c. per tuas. & quod ibi no. & c. contingit. & quod no. s̃. eo. lib. de iure patro. c. vno. in gl. & in nouel. ad hoc. j. de re. iur. c. vtile. & quod ibi no. ¶†Quartò quæro post Ioan. An. cum dicamus Iesum, & Christũ. quare non sic vocati sumus Iesuani, sicut Christiani? dicit Archi. q̃ nobis cõmunicauit rem significatiuam hoc nomine, Christus, qui dicitur vnctus, s. Spiritu sancto, à Deo patre. hanc vnctionem communicauit nobis. vnde dicit Apostolus. De plenitudine eius omnes accepimus: & eius vnctio nos docet de omnibus. vt c. vno. de sacra vnctio. Sed rem significatam hoc nomine Iesus non communicauit nobis: quod nomen Iesus sonat in Saluatorem. ipsum enim saluare sibi soli conuenit. vnde ipse est, qui saluum faciet populum suum, vt hic: ac si dicat, non alius. ad hoc de conse. dist. 4. c. nemo. & c. aliud est. Item, Iesus, est nomen proprium. vnde Angelus. Et vocabis nomen eius Iesum. quod nomen (quia proprium) non est communicabile. sed Christus est nomen appellatiuum, & sic communicabile. nam est communis potestatis nuncupatio: vnde habet plurale, iuxta c. illud. Nolite tangere Christos meos. ideò autem vngimur à Christo; quia facit nos luctatores contra Diabolum. de consecra. dist. 5. c. 1. ita dicit Ioã. And. in nouel.

CAP. III.

Clericis. Capitulum istud non glossatur in nouella; quia est correctum per Clem. quoniam. j. eod. titu. & quod ibi per Ioan. And. in gl. 1. & not. principium cap. videlicet, quòd laici oppidò sunt infesti clericis. & not. totũ c. vsq; ad ver. si nos igitur talib. &c.

SVMMAE.

1 *Iurisdictionem ecclesiasticam defendere ad Papam spectat.*
2 *Compulsionis modi plures sunt.*

CAP. IIII.

Qvoniam. Primò recitat abusum sæcularium potestatum. secundò contra illud statuit, ibi [nos iustitiam.] tertiò transgressoribus pœnam imponit. ibi [si quis verò.] ¶ No. quòd quã doque de consue. vel de iure causæ laicorum spectant ad ecclesiasticum forum. & quæ causæ sint istę: dic, vt no. de fo. cõpe. c. cum sit. cui adde quod no. Bar. in Extraua. ad reprimẽdum. super verbo denunciationem. vbi refert dicta Inno. sup
1 his in c. nouit. de iudi. ¶†Secundò not. quòd ad officium Papæ spectat defendere iurisdictionem Ecclesiasticam: ne turbentur iudices in eius exercitio. Similiter & defensio clericorum, & ecclesiarum: & non solum ad ipsum, sed generaliter ad quoscunq; iudices pertinet iurisdictionem suã defendere pœnali iudicio, vt l. j. ff. si quis ius dic. non ob. & s̃. de offi. dele. c. j. & loquuntur ista iura, qñ quis impedit vt priuatus: sinaũt vt iudex; qa prętendit se similiter iurisdictionẽ hre. dic vt no.
2 s̃. de rescr. c. cum contingat. & c. fi. de off. arch. ¶†Tertiò no. plures modos compulsionis, qñque per capturam personæ, qñq; rerum, qñq; consanguineorum, & alijs indirectis modis quis dr̃ molestari, turbari, & cõpelli. ad hoc j. c. proxi. & c. quantò. & no. in §. si quis verò. q̃ eadẽ pœna punit principalis delinquens, mandans, & consilium præbens. Quod an sit regulare: vt isti accessoriè delinquentes veniant puniendi eadem pœna, quia auctor principalis. dic per Cy. in l. non iõ minus. C. de accu. & ea. l. j. C. de nili aggeri. nõ irrumpẽ. & l. is q opẽ. de fur. per Bar. & c. j. de offi. dele. vbi glo. magistra. facit quod

quod no. in Cle. 1. de pœnis. vbi vide. ¶ Quintò no. in fi. q̃ ex eodem dicto obligatur quis pluribus, si plures offendit. con cor. s̃. de cri. fal. c. 1. & sicut offensa, & delictum concernit plures; ita satisfactio, & emẽda dẽt fieri cuilibet ex eis. facit l. eum qui nocentem. §. fi. ff. de iniur. & c. cum desideres. de sentẽ. excom. ¶ Sextò no. quòd ex eodem facto oritur actio iniuriarum, & ad interesse pro damnis, expensis, & interesse. facit l. ꝓtor edixit. cũ ibi not. ff. de iniur. in quo aũt ista tria differant, scilicèt damna, & expensæ, & interesse. vide in c. in nostra. de iniur. ¶ Septimò no. quòd satisfactio prædictorũ debet præcedere absq; & ita hic Papa præcipit, dum dicit [nullatenus absoluat] &c. vtrum autem valeat absolutio prius facta contra istam prohibitionem. vide in Cle. 1. de iure pa. & quod not. in c. 1. s̃. eo. li. de offi. ordi. super ver. non attentent. ¶ *Quærit Ioan. Andr. quia ista constitutio loquitur, quando habens temporalem iurisdictionem impedit, vel vsurpat iurisdictionem ecclesiasticam istis modis: an sit idem in priuata persona, vt sit locus huic pœnę. & quid de clerico sic agente: videtur, quòd nõ; quia in principio loquitur de seculari potestate tantum. contrarium tenet ipse: nam licèt sic variet in principio in habentibus temporalem iurisdictionem: constitutio tamen videtur esse generalior, dum dicit [Statuim' ne quis] &c. & in fine subdit [si quis verò] &c.*

SVMMAE.

1 *Dominus prohibere non potest subditis, ne contrahant cum personis ecclesiasticis.*

CAP. V.

EOs, qui temporale. Ponit dictum, cuius ratione interserit, ibi [cum talia.] ¶ No. quòd ista constitutio solum loquitur de habentibus dominium temporale, qui talia interdicunt, secundum Ioan. Andr. qui exponit temporale, & seculare, sicut. s̃. c. proxi. in princi. & j. tit. 1. c. fin. hoc ideò sic exponit; quia non intendit hæc litera distinguere dominium temporale à perpetuo, sed ab ecclesiastico. & dicit tpale: qa pest tẽporalibus, & caducis. de ma. & obe. c. solitę. & istius dñij iudicium qñq; dicitur publicũ, vt s̃. de fo. cõpe. c. si diligenti. quandoq; sæculare, vt ibi. & e. tit. c. licèt. qñq; ci
1 uile. qui fi. sint legi. c. per venerabilem. circa fi. ¶† Secundò no. quòd dñs non ꝑt prohibere subditis, ne contrahãt cũ ꝓsonis ecclesiasticis. Sed an prohibere possit, ne contrahãt, vel conuersentur cum hoibus alterius iurisdictionis, hoc reuocaui in dubium in c. quantò. de priui. & videtur, q̃ possit: quia spãle videtur in clericis, vt hic. pro hoc. ff. de decre. ab ordi. fa. l. fi. ad idem l. dudum. in fi. C. de cõtrahen. emp. vbi lex municipalis, quæ arctat vendere certis personis, valet. per qđ tamẽ vī alijs prohibere, vt l. cũ ita. ff. de cõdi. & demõ. ad idẽ. C. non licere habitato. metro. loca sua ad extra. transfer. l. vna. in prĩ. li. 11. & C. de cõ. & merca. l. mercatores. & hoc tenet hic Io. An. scilicèt, q̃ statutum valet: quod prohibet, ne quis vendat, vel donet rẽm immobilem alicui non existenti de iure statuentiũ; vel nõ subeuntiũ onera cõium, vel dñiorũ: totalem aũt conuersationem, siue cõmercium non videtur, q̃ possit subditis ꝓhibere, ne conuersentur cum subditis alterius dñij, vel cõis. Auferret enim cõem cognationẽ, quam natura inter hoies constituit, vt l. vt vim. ff. de iusti. & iu. & vt ait Tullius: Hoies hominũ cã generati sunt. & pœna est, hoĩm carere consortio, vt C. de apost. l. hi qui sanctam. quæ lex loquitur de hominibus, quibus inter alios cõmorantibus subtrahit cõmercium aliorum: quod põt fieri ex cã, vt ibi patet. & sic loquit l. 1. & l. mercatores. præalle. Sine cã sic generaliter ꝓhibere, non vī rationabile. ¶ Tertiò no. q̃ paria sunt, directè, vel indirectè prohibita attentare. indirectæ. n. consti tutiones laicorum non ꝑt ligare clericos, vt c. quæ in ecclesiarum. & c. sanctę Marię. de consti. Similiter nec indirectè: puta prohibendo subditis, ne cũ eis cõtrahant, vel ministeria faciant. non eñ refert, cum quo quis loquatur. sed in quẽ voluntatis intentio dirigatur, vt l. cũ prĩ. §. donationis. de. leg. 2. indirectè enim tale statutum concernit clericos: sicut prohibens intrare notarium, vel testes ad eum, qui vult testari, vī prohibere ipm testatorem. ff. si quis ali. testa. prohi. l. j. & 2 & sicut prohibens portari necessaria ad refectionẽ itineris. videtur refectionem impedire, vt ff. de iti. actuq; priua. l. vetares. nam in dispositionibus veniunt quædã ꝓsonæ, etiã nõ expressæ, vt l. si ita stipulatus fuero per te. de ver. ob. ff. & l. 3. & 4. de vsu, & habi. vnde paria sunt dispositionem respicere alicui quem directè, vel indirectè: & eadem est offensio, qñ ꝑ indirectã viam illicita attentãtur, vt l. athletas. de postu. §. ait prętor. facit. l. 1. de aucto. tu. & c. tuæ. de procu. ¶ Quæro post Io. An. cap. istud loquitur, cum in interdicto facto subditis exprimebantur personæ ecclesiasticæ. Sed pone, q̃ nõ facta ipsarum expressione, per statuta terrarũ simpliciter ꝓhibetur oĩs alienatio rei immobilis in ꝓsonã non subiectam, vel non subeuntẽ onera cõis, & irritat alienationẽ aliter factã, & imponit pœnã: an talia statuta includant alienatiões, quæ fiunt in ecclesiasticas personas? & vī, q̃ sic: quia non sunt subiectę, nec sustinẽt onera cõis, vt s̃. c. j. ꝑ quo facit qđ no. Inn. in c. postulasti. de fo. compe. cõtrariũ tenet Io. An. cõstat eñ Imperatorẽ concessisse priuilegia ecclesijs, q̃ titulo donationis, emptionis, & relicti possint acquirere, vt C. de sacr. san. ecc. l. 1. & l. illud. & l. fi. generalis ergo potestas cõcessa à iure vniuersitatibus, quòd possint sibi facere statuta, vt l. omnes populi. de iusti. & iu. non extenditur ad illud, qđ erat alteri indultum specialiter, & in priuilegium, vt l. 1. in prin. ff. de offi. eius, cui man. est iurisdõ. ita etiã spãlia semper derogant gñalibus, siue præcedãt, siue sequãtur, vt c. in gñali. de re. iur. Item princeps priuilegiũ concedẽdo, non vī in dubio cõcessisse contra seipsum. de censi. c. cũ institãcia. Ex quo videtur, q̃ ciuitas non potuit statuere in præiudicium Imperialis culminis, vel iurisdictionis. ar. ff. de ope. no. nũ. l. 1. §. fi. & de peculio. l. peculium. §. siue autẽ. & §. seq. ergo non cõtra Ecclesiã, quæ iure Imperij fungitur, & maior est Impio. de ma. & ob. c. solitæ. & 66. di. c. duo sunt. & in Auth. vt determi. sit nu. clericorum. §. 1. & qũo oportet epos. in prin. nec minor legem maioris tollere potest, vt Cle. 1. de elec. nec ius maioris per minorem lędi. de iureiu. c. venientes. cum concor. præterea si exꝑsse hoc statuisset, q̃ subditi non possent ecclesijs donare; vendere, vel relinquere: cum essent excõicati ipso iure statuẽtes, & qui ipsa fecerint obseruari, vt in hoc c. quia sic statuere esset contra libertatem concessam ecclesijs, & contra priuilegia data vniuersali Ecclesiæ à Deo, vel eius Vicario, vel ab Imperatore, vt s̃. de sen. ex. c. nouerint. in nouel. ergo ad hunc peruersum intellectum trahi non debet: cum sub gñali tate non veniant illicita. de elec. c. cãm. & de rescri. c. si gratiosè. lib. 6. & ff. de condi. inde. l. si procuratori. & hoc firmat in nouel. s. q̃ gñalis prohibitio statuti non cõprehendit ecclesias, & per consequens statuentes non sunt ligati excõicationis snia. Subdit tamen non esse absurdum dicere, q̃ iudex ecclesiasticus posset illos, ad quos pertinet, cogere ad declarandũ illud statutũ: qa si nõ de iure (vt dcm̃ est) de fcõ tñ impedit ꝑ illud vtilitas ecclesiarum. alleg. no. s̃. de arbi. c. peruenit. & qđ ibi no. in gl. 2. & hoc verbum tene mẽti. conãtur tamẽ laici per sua statuta generalia, & obscura includere clericos sub certis eorũ dispositionibus. Nam est statutum Sen. quòd si citatus coram officialibus dicti Communis declinauerit ipsorũ iurisdictionẽ, sit extra protectionẽ Cõis: & Ptãs in ciuilibus, & criminalibus non audiat ipsũ. clerici corã talibus officialibus citati non audent declinare; quia postea in eorũ iniurjis, & offẽsis Ptãs nõ audiret. certè eps ꝑt, si ex hoc viderit clericos de facto damnificari, & timidiores fieri, cogere secularem Ptãtem ad declarandum, quòd statutum illud sic generale non intelligatur de clericis volentibus declinare forum: & ita dixi in cap. si diligenti. de fo. compe. & per do. Bal. post Iac. Bu. in Auth. statuimus. C. de epi. &

cle. ¶ Secundò quæro poſt eum: quia quò ad laicos talia ſtatuta prohibentia alienationem in non ſubiectos, etiam ſi ſint pœnalia, valent, vt dixi ſ. quid iuris ſi per ſtatutum publicetur res vendita contra illud? vtrùm pura, & bona conſcientia poſsit res illa emi à cõitate, dño, vel fiſco poſt publicationem in eis factã? dicit, q vbi contra tale ſtatutum vendidiſſet is, qui verè, vel interpretatiuè fuiſſet ipſe, vel eius auctor de numero ſtatuentium, vel ſtatuto conſentientium, ſatis pura conſcientia vſ poſſe emi à Cõi: ſed ſi vendens nõ fuit talis, vel fuit ſtatutum dñi habentis iuriſdictionem, non tamẽ directum dñium rerum, vſ ſecus. Nam dñs ille licèt ex cauſa potuerit prohibere, & forſitan irritare contractũ, vt l.j.C. nõ licẽ. habita. metro. l. 1. li. 11. non tñ videtur priuare poſſe dominio rei, quod eſt de iure naturali, vel gentium. remittit ad ad no. p ipſum in c. quæ in eccleſiarũ. de conſti. ſuper gl. 1. & certè ex no. ẽt in nouel. potuit colligi contrarium. ſ. q per ſtatutum editum ex cã legitima poteſt tolli dñium: quod deſcẽdit à iure naturali, vel gentium, patet in vectigalibus, & bonis hæreticorum, quæ ipſo iure tranſeunt quò ad dominium in fiſcum, de iure ciuili, vt c. cum ſecundùm leges. j. eo. li. de hæreti. & l. commiſſa. de public. & ideò circa hoc vide quod no. Inno. in c. quia plerique. de immu. eccle. & dixi plenè in c. ſi propter. de reſcrip. in repeti. & eo. tit. c. 1.

Rub. Ne cle. vel mon. ſęcula. neg. ſe immiſceant.

SVMMAE.

1 *Decani, archidiaconi, & præpoſiti leges, vel phyſicam audire prohibentur.*
2 *Eccleſiam parochialem obtinens, an leges audire prohibeatur:*
3 *Decanus ſecretè an poſſit legere leges ſocijs ſuis.*

CAP. I.

1 STATVTVM †Ponit iuris veteris declarationem. primò dans regulam, quòd decani, archidiaconi, præpoſiti, cantores, plebani, & alij perſonatum habentes prohibentur audire leges, vel phiſicam. & quæ ſit ratio huius prohibitionis, quòd leges, quę ſunt vtiles clericis propter regnum temporalium, & quibus vtitur Eccleſia in defectu canonum, vt c. 1. de oper. no. nunc. & 10. diſt. c. ſi in adiutorium, malè. n. ſine legibus canoniſta ſim plex iudicabit de quæſtionibus ſuper contractibus, teſtamentis, & alijs infinitis materijs: de quibus in iure canonico modicum, ſiue nihil habetur. Solu. dic vt not. Hoſt. ſ. eod. c. ſuper ſpecula. vbi dicit, q poterit ipſas videre in camera. Sed certè malè intelliget, & de facili errabit. vel dicit, q poterit ab alijs informari: ſed tunc poterit ſibi reſponderi. Turpe eſſe patricio ignorare iura, in quibus verſatur, vt l. 2. ff. de ori. iu. non occurrit perfecta ratio. & ideò dicit Roſ. quòd quando Papa cũ ſuo ſacro Concilio hoc ſtatuit, fecit, vt vulpes faciunt, q̃
2 damnant ea, quæ non poſſunt comedere. ¶† Secundò not. q obtinens eccleſiam parochialem, quæ non ſit plebania, non prohibetur audire leges. qd intelligo, ſi nõ ſit ſacerdos: aliàs rõne ordinis prohibeẽ, vt c. ſuper ſpecula. ad fi. qd ergo ſi eſt parochialis, & collegiata, nõ tñ plebania, ſub ſe hñs capellas; vſ, q non includatur ſub iſta, vel illa prohibitione: poſtquàm nõ habet ſub ſe capellas. Lap. tenet contrarium, & dicit ſufficere, q ſit collegiata: quia non põt negari, q tũc ſit dignitas, ſimiliter ſufficit, q hẽat ſub ſe capellas, ẽt ſi non ſit collegiata: quaſi ratione iuriſdictionis, quam hẽt rõne dictarum capellarum, ſit dignitas. erit tñ tunc locus c. licèt can. ſ. e. li. de elec. Sol. non hẽt locũ illa conſtitutio in eccleſia curata, & collegiata, vt e. ti. c. ſtatutũ. Collige ergo, q quędã eſt eccleſia parochialis ſimplex. Quædã parochialis collegiata, nõ tñ plebania. Quædã parochialis, & plebania non collegiata. & in omnibus hẽt locum iſta prohibitio, excepto quàm in ſimplici curato, vt dixi. & vide pro declaratione prædictorum quod no. do. Fede. de Senis conſi. 81. & ſequenti. ¶ Tertiò no. quòd ad hoc vt hñs eccleſiam curatã cadat ſub iſta prohibitione, requiritur, q ſit plebania, habẽs ſub ſe eccleſias, in quibus &c. Et inducit hunc tex. Lap. ad probandum, q eoipſo, q eccleſia ſita eſt in plebanatu, vel parochia alicuius plebis, probetur ei ſubiecta. 16. q. 1. c. plures. quod autẽ ius habeant plebani in talibus capellis, ſtatur cõſuetudini. de quo per Inno. de
3 mona. c. dilectus. & aduerte, qa tex. iſte, ad hoc, vt habens plebaniam cadat ſub iſta prohibitione, requirit, q habeat ſub ſe capellas, & ſic plures. & per conſequens ſecus eſſet, ſi habeat vnam tantùm: quod videtur tenere Spe. e. tit. poſt prin. vbi dicit, quòd plebania eſt, habẽs diuerſas capellas, in quibus &c. glo. tenet, quòd tutius eſt tenere contrarium, vt in ea patet. Ioan. And. dicit hic, q ex quò plebania habet capellas perpetuas, reputatur dignitas: ex quò. n. plebanatus eſt collegiatus, ſit dignitas: vnde non põt de tali per literas apoſtolicas prouideri illi, cui mandatur prouideri de beneficio, vt not. Innocen. & Hoſtien. ſ. de præbend. c. fin. ſuper ver. rectoriam. ¶ Vltimò in d. c. ſuper ſpecula. poſt Doc. tetigi plures quæſtiones circa iſtam materiam, quæ etiam hic cadunt: & ſuccinctè ipſas repetam. Quærens primò, quando perſona audire prohibita leges, vel phyſicam, incidat in iſtam excommunicationem. Quidam in religioſis dicunt, quòd ſtatim: alij, q poſt duos menſes, & hoc ibi tenui. ¶ Secundò quæro, quæ ſit pęna. dicit, quòd excommunicationis, & amiſsionis ſpei. nam illa ſpes ſublata monachis, & audiẽtibus leges, vel phyſicam per conſtitutionem c. ſuper ſpecula. intelligitur repetita in alijs, ad quos illa conſtitutio extenditur in §. ſi verò. & ita ibi tenui, & probaui in 6. q. poſt glo. ¶ Tertiò quæro, an iſtas pęnas incurrat, qui ad principiũ alicuius ſui amici vadit cauſa ipſum honorãdi Doctorem, qui caret ſcholaribus. de primo tenet Ioan. An. quòd non incidat; quia non eſt amara interpretatio facienda. ff. ad exhi. l. fi. de ſecundo dicit,
3 q non admittit talem honorem. ¶† Quartò quæro, an in camera priuatim, & ſecretè poſsit perſona eccleſiaſtica legere leges ſocijs ſuis. Hoſt. q non in illo c. quia à lectione, ſtudio, & auditu principaliter prohibentur. & vide circa hoc quod no. Ioan. An. in c. cum quid fieri. de reg. iur. in Mercu. ¶ Vltimò quæro, nunquid iſtis perſonis prohibitum ſit ſtudere in camera leges, vel phyſicam. ratio c. ſuper ſpecula. §. quia verò. facit, quòd ſic. contrarium ibi tenui in tertio notabili.

SVMMAE.

1 *Religioſi ad ſtudia ſine licentia adire non debent.*
2 *Abbas ſi religioſo ſtudioſo licentiam ſtudendi dare nolit, an epiſcopus dare poſſit.*
3 *Habitum monachalem dimittens eſt excommunicatus.*
4 *Doctor docens leges monachum, qui dimiſit habitum, eſt excommunicatus.*

CAP. II.

VT periculoſa. Primò cauſa præmiſſa ponit publicam inhibitionem. Secundò pœnam tranſgreſſorum, ibi [ſi quis.] Tertiò, ibi [Doctores] illam prorogat. vel declarat in
1 Doctorib. locum habere. ¶†No. q duo religioſis in iſto principio prohibentur. Primò ne in ſcholis, vel alibi dimittant habitum. Secundò, ne accedant ad quæuis ſtudia literarum ſine licentia, de qua hic. Circa primum de habitu, quærit in nouella. quid ſi portet habitum, ſed abſconſum. remittit ad not. in Clemen. quoniam. in glo. hæc litera. de vi. & honeſta. cle. & plenius in reg. certum. in Mercur. ponderat etiam ver. temerè, vt in gloſſ. ex cauſa. Sed nunquid in lectulo debet deferre, Canon ſentit, quòd ſic 20. quæſt. 1. cap. fin. dum dicit [ſemper.] Ioan. And. non putat de mente, quòd monachus in

in cella ſua dimittens habitum: vel dum balneum intrat in occulto, vel iacens ſine habitu, ligetur hac conſtitutione: ſed tunc, quando exhibet ſe conſpectibus hominum ſine habitu: aliàs pauci reperirentur non ligati. pro hoc facit proœmium, ſiue ratio, de qua in princi. c. Quæ ratio ceſſat in caſibus ſupradictis. & ratio reſtringit dictum, vt l. cum pater. §. dulciſsimis. de leg. 2. Nec verbum poſitum in canone, eſt ita amarè ſumendum, vt non fiat intermiſsio naturalis. de conſe. di. 5. c. ſi tibi. & l. antiquitas. C. de teſta. & ff. ſo. ma. il. 1. per Doct. ¶ Circa ſecundum de acceſſu prohibito ad ſtudia literarum, intellige, etiam ſi ſtudere velit in ſacra pagina, vel ſcientia canonica. ratio quia monachus ſuo clauſtro debet eſſe contentus. 16. quæſtio. 1. c. q verè. & c. placuit. il 2. Intra clauſtrum ergo videtur, quòd poſsit dictas ſcientias legere. cum ſint ſcientiæ pietatis. 37. diſt. c. ſi quis grammaticam. Nec obſtat hæc litera: quia loquitur de accedentibus ad loca ſtudiorum extra clauſtrum. Hodie verò in monaſterijs, quorum ſuppetunt facultates, teneri debet magiſter, qui in primis monachos inſtruat. vt Cle. ne in agro. §. pe. de ſta.
2 mo. ¶† Sed quærit in nouel. quid ſi abbas religioſo ſtudioſo, & docili nolit dare licentiam ſtudendi. Arguit, quòd eps dare poterit. nam contemptor ſcientię eſt membrum Diabo li. 36. diſt. c. vlti. & dicit, q hoc placet Archi. licèt aliquæ rationes vrgeant in contrarium. de quibus hic in nouel. ¶ Secundò no. quòd obtenta licentia ſui prælati, cum cõſilio Capituli poteſt accedere ad ſtudia literarum. & tunc dicit gl. q ſibi videntur cõceſſa oĩa, ſine quibus commodè ſtudere nõ poſſet. Ex quo infert, quòd ſi accipit pecuniam mutuò pro ſua neceſsitate, obligatur monaſterium: quod intelligit verũ Arch. vbi actũ fuiſſet, quòd aliunde ſibi quęreret, fortè à con ſanguineo, vel amico. ¶ Quærit in nouel. quid iuris, ſi monachus exiſtens in ſtudio de licentia abbatis obligat res, vel libros pro ſocio ſuo, vel fideiubet. dicit, quòd non tenet obligatio. Nã monachus ſeruus monaſterij dicit. 54. diſt. c. quoniam multos. & no. in c. non dicatis. vnde ſicut non tenet obligatio ſeruorum in prædictis caſibus: ita nec etiam monachorum, vt l. 1. §. 1. ff. quæ res pigno. ob. po. & de fideiuſ. l. ſeq. Sed quærit de quo prælato debet intelligi iſte tex. an de epiſcopo, vel de abbate. Archi. intelligit de abbate: quia ipſe propriè dicitur prælatus ſuus, vt colligitur. 19. quæſtio. 3. c. ſtatuimus. vbi dicit hominem, non dicit, homines, ad hoc. ſ. eo. li. de ſta. regu. c. 1. & de elec. c. quorundam. ſibi eũ magis, quàm epiſcopo, obedire tenentur, vt no. ipſe Arch. ſ. e. li. de elec. c. quã ſit. Epiſcopus ergo hanc licentiam non poterit concedere, ſi abbas non conſentit, vt hic, & 12. q. 1. c. non dicatis. ¶ Tertiò no. q hic prohibet religioſis acceſſum ad ſtudia ſine ſuperioris licentia, & (vt dixi) per ſuperiorem intelige abbatem. quid ergo ſi abbas velit accedere: nunquid poterit ſine licẽtia alicuius abſq; metu excõicationis huius? Archi. dicit, q licèt male faciat ire ſine cõuentus ſui licentia: tñ ſi vadit, non incurrit iſtã pœnam. In contrariũ allegat, q iſta conſtitutio generaliter loquitur de religioſis, quorũ appellatione cõtinetur abbas. de ſimo. c. vltimo. Item cauſa ſtudiorum ſine licentia prælatorum non eſt probabilis cauſa abſentiæ, vt in c. relatum. ſ. de clericis non reſiden. & c. inter quatuor. & c. vlt. primum verius quò ad euitationem pœnæ huius. c. licèt aliter puniri poſsit, qui monaſterium ſic dimittit.
3 ¶† Quartò no. q qui dimittit habitum a monachalẽ, eſt ex
a communicatus. Sed circa hoc quęrit Archi. nunquid ſi malè dimiſſum habitum reaſſumat, & ſit abſolutus, & effectus bonæ vitæ: an poterit eligi in abbatem? dicit, q non; quia ſic temerè dimittẽdo eſt factus ineligibilis. 16. q. 4. c. legi. circa prĩ. & ibi hoc tenet Lau. allegat ad hoc Archi. c. per tuas. de voto. vbi patet, q ille vouẽs, de quo ibi loquit, fuit ineligibilis, antequã regularem habitũ ſuſcepiſſet, cum hoc vouiſſet: ergo multò magis ille, qui habitũ regularẽ ſuſceperat, & illum poſtea apoſtatãdo dimittit, eſt ineligibilis: cũ magis peccet ille, qui habitum iam ſuſceptum dimittit, quàm ille, qui nunquã ſuſcepit. ar. in corpore Auth. vnde ſumit. Auth. qui ſemel. C. qũo & qñ iudex. & dicit, q huius ſententiæ fuerũt Iac. & Pe. q plus dixerũt, ſcilicèt q non ſolũ erat ineligibilis: immo inſtitutus deijcereẽ. qa aliàs ſuam non poſſet ſanare cõſcientiã, niſi reſignaret, vt ibi dicit. & ita ibi dicit. Subdens, q habitus monachalis eſt cuculla, vt patet in eo, qđ legitur, & no. 19. q. 3. c. mãdamus. & 20. q. 3. c. pſens. Aduerte. Old. in queſtionibus ſuis examinat hoc plenius. Quærit eñ, ſi monachus leuitatis cã dimiſit habitũ, & ſic excõicatus, rediẽs ad monaſteriũ, abſolutus fuit: & laudabiliter cõuerſatus, fuit electus in abbatem: an electio teneat: Arguit, q non; qa trãſgreſſor canonicę regulæ, & ſic ineligibilis, per iam dicta ſuperius. ¶ In contrarium arguit. Conſtat nãq;, ſecundùm eum, talem irregularitatem nõ eſſe. eſt eñ irregularitas de iure poſitiuo, & nunq̃ cõtrahiẽ, niſi hoc injure expreſsè caueat. de ſen. excõ. c. is q. li. 6. Et no. Inn. de exceſ. prælata. c. tanta. ſed hoc in iure cautũ nõ eſt; ergo &c. & ſic arguit. ff. ſol. ma. l. ſi verò. §. de viro. & C. de repudijs. l. diſſentientis. & de colla. l. illam. & in Auth. de nõ eligẽdo ſec. nubentes. §. optimum. & ne ſede vacan. c. illa. Item in iſto c. imponit ſolũ pœna excõicationis, ergo nõ eſt alia imponẽda; qa contẽti eſſe debemus pœnis legalibus, vt ff. de ver. ob. l. ſi ita ſtipulatio facta. & C. de ope. lib. l. libertæ tuæ. illa aũt, & omnes ſint ſublatę per abolitionem: ſicut qđ induxit deportatio, hoc tollit in integ. reſti. & quod induxit captiuitas, per reditum aboletur. C. de ſen. paſsis. l. 1. & l. fin. adeo quòd per hoc fit quis inhabilis ad nouos honores. ff. de decurio. l. 1. & ar. ff. de poſtu. l. Imperator. Eſt enim regulare, quòd minus poſsit abſolutio tollere, quàm potuerit excommunicatio inducere. ſicut eſt videre in acceptilatione, & operis nunciati remiſsione. ff. de acceptila. l. pluribus. & de ope. no. nun. l. 1. in princi. & hoc (ſcilicèt quòd excommunicatus poſt abſolutionem poſsit eligi) apud canoniſtas indubitatum videtur. 37. quæſtio. 3. & 7. c. præceptum. & de elec. c. quia diligentia. & ibi no. per gloſ. & per Vin. & c. eccleſia. & per Inn. de teſti. c. teſtimonium. & 4. q. 1. in ſumma. nec talis eſt cenſendus apoſtata irregularitatis, de qua loquitur c. 1. de apoſta. & ibi not. per Inn. & 50. di. c. fin. nam & ſi habitum tantùm ſemper ex leuitate dimittit: animum tamen religionis non deponit, nec ad ſeculum totaliter ſe conuertit. ar. ff. de ædi. edic. l. quid ſit fugitiuus. §. idẽ ait. & de remili. l. omne delictum. §. qui ſe vulnerauerit. in fin. pro hoc facit. ff. de iud. l. deſtitiſſe. talis nempe leuitas, ſiue laſciuia nõ concludit de neceſsitate animum occidendi. ff. ad leg. Cornel. de ſicca. l. lege Cornelia. §. cum quidam per laſciuiam. & de tali largo ſumpto vocabulo poteſt intelligi quod dicitur in canone. Omnis enim apoſtata refutãdus eſt ante reuerſionem. 3. q. 4. c. Beatus. ergo poſt reuerſionẽ ſecus, à contrario ſenſu. ad hoc de voto. c. p tuas. vbi durante tranſgreſsione voti, non poteſt quis ępatum ſalua conſciẽtia retinere: ſed voto impleto, factus eſt eligibilis, vt ibi dicit. & in hac op. vſ fuiſſe Inn. de æta. & qua. c. intelleximus. ita ſcribit Old. quæſt. 237.
4 ¶† Quintò no. in §. Doctores. q Doctor docens phyſicam, ſiue leges monachum, qui dimiſit habitum, eſt excoicatus. Idem ſi docet, habitu non dimiſſo; quia participat in crimine damnato, vt in gl. quid ſi. ſuper qua dicit in nouel. hoc tenẽdum, ſaltem poſtq̃ monachus incidit, p quo ligatus eſt. remittit ad not. per eundẽ de ſen. ex. c. qa contingit. & ſiñ hoc iſta Decre. non ponit in hoc ius cõe nouũ. Sed intelligas, q ante excõicationem propter auditum Doctoris hanc pœnã incurrat: tũc. n. eſt progatio. nec excederet caſum ſuũ, & nõ haberet locũ, niſi cum habitũ dimittit. & diſtinguo breuiter in iſto articulo poſt Lapum. Quia aut religioſus egreditur monaſteriũ cã audiẽdi leges, vel Phyſicã, aut Theologiã, vel canones, ſiue aliam ſcientiã non prohibitã. Primo caſu ſi non reuertatur infra duos menſes, ſecundùm Inno. vel audiat ſemel tantum infra duos menſes, ſecũdum Hoſt. per. c. ſi. §. ve-

rum.ſ.eod.eſt excommunicatus ipſo facto,tam ipſe religioſus, quàm ipſe Doctor,ſcienter ei participans.hoc verum, ẽt ſi habitum nõ dimittat:& ideò ſubaudi ad tex.dum dicit[habitu ſuo dimiſſo]maximè quò ad leges,vel Phyſicam,ſecundùm Archid.etiam ſi de licentia ſui prælati ipſas audiat. ſ.e. c.magno.& c.ſuper ſpecula.In ſecundo caſu dicas, ꝙ ſi vadit de licentia ſui prælati,& portat habitum,eſt clarum, ꝙ non incurrit aliquam pœnam.Si autem vadat ſine licentia,vel cũ licentia,& habitum non portet,ipſo facto incurrit excommunicationis ſententiam,vt hic. Similiter & Doctor,qui ſciẽter ei participat,docendo,vel retinẽdo in ſcholis.Nam ſatis participat ei in crimine dãnato; ex quò eundem admittit ſcienter,non deferendo habitum.ita dicit Lapus.

ADDITIO.

2 ¶Habitum.Adde tamen quòd ſi temerariè dimittat,non eſt excommunicatus.in c.2.ne cle.vel mona.iſto li.Card.in Cle.1.de elect.

SVMMÆ.

1 *Epiſcopus habens iuriſdictionem ſanguinis,ſi alicui committat vnam talem cauſam: an excuſetur ab irregularitate.*
2 *Irregularitas contrahitur,cum infligitur pœna ſanguinis.*
3 *Irregularitas qualiter contrahatur per homicidium.*

CAP. III.

EPiſcopus. Ponit dictum,cuius cauſam reddẽs ſoluit obſtaculũ,ibi [licèt]¶No.ꝙ iſte tex.indiſtinctè loquitur de prælatis, & aliis quibuſcunque clericis iuriſdictionem iſtam habentibus:vt abſq; metu irregularitatis poſſit eam aliis delegare,& per iſtam generalitatem infert Ioan.An. quòd clericus habens talem iuriſdictionem patrimonii hanc cõmiſſionem facere potuit.plus dicit,ꝙ ſi laicus iuriſdictionem talem habeat, exercendo ipſam per alium(prout hic dicitur) ordinari poſſit.Sed hic occurrit dubium,qũo laicus cãm meri, & mixti imperij poſſit per alium exercere; cũ de iure ciuili non poſſint tales cauſæ delegari,vt l.j.ff.de offic.eius cui man.eſt iuriſd. Item (vt ibi dicit tex.) qui mandatam iuriſdictionem ſuſcipit, proprium nihil hẽt,ſed fungitur vice eius,qui mandauit.Ex quo ſequit, ꝙ vel termini qõnis Io.An.nõ procedũt in laico:vel in caſu, quo procederent, non euitet ille,qui cõmittit,pœnã irregularitatis.pro hoc facit quod hic ipſe dicit de clerico:qui non ex neceſſitate, ſed voluntate cãm delegat ex mandato prælati, talẽ iuriſdictionem habentis.Tenet.n.quia talis cõmiſsio eſt voluntaria,non neceſſaria,ꝙ non hẽat in eo locũ iſta conſtitutio:quę ſolum loquitur,cũ cõmittit ex neceſſitate officij:& per conſequens releuatur in hoc, vt irregularitatem nõ incurrat.ar.l.poſt legatum.§.aduocatũ. & §.ſeq.& l.fi.ff.de his,qb. vt indig.& l.fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.qui ſatiſd. cog. ad propoſitum ergo cum laicus talem habens iuriſdictionem ſanguinis committit eã alteri,præſuppoſito,ꝙ hoc poſsit: qa tũ voluntariè hoc facit, non vĩ iſto priuilegio gaudere per iam dicta.dictum tũ Io.An.æquitatem habet. Quid.n.ſi Comes, vel Baro talem iuriſdictionem habẽs aſpirat ad clericatum? æquum eſt, vt iuriſdictionem ſanguinis, quam habet, exerceat per alium: ne amittat ſpem promotionis.ſubdit Io.An. ꝙ ſi Papa committit hanc iuriſdictionem ſanguinis,ſicut facit rectoribus Marchię,& Romãdiolæ,idem iuris eſt in eis,
1 quod in epis.¶†Sed̃ò no.ꝙ etiam ſi prælatus hãs iuriſdictionem ſanguinis committit vnam talem cauſam, excuſatur ab irregularitate.dixit tamen Gof.de capto in archiepiſcopatu, quòd conſulebat prælato habenti iuriſdictionem temporalem,quòd non committat in ſpecie laico puniendum corporaliter:ſed generaliter deleget cauſarũ vniuerſitatẽ, quę ſunt ad pœnam ſanguinis.& ſi Gof.intellexit,quòd non exprimat de pœna corporali infligenda in ſpeciali commiſsione, hoc c.non reſiſtit huic conſilio,ſecundùm Ioan.An.¶Tertiò no. formam commiſsionis iuſtitiæ debitum &c. Ex hoc.n. dicit glo.quòd ſi facit iniuſtitiam, non tenetur mand.nec mirum; quia facit mandatum.circa quod tamen vide,quòd no.Inno. in c.prudentiam.de offi.dele. Nam quod iudex faciat iniuſtitiam,eſt caſus fortuitus:& ſic non imputatur mandãti,poſtquàm talem caſum fortuitum non præcoſsit culpa: aliàs ſecus,vt ſ.de homi.c.poſtulaſti.& in legibus ibi alleg.in glo.2.
2 ¶†Quartò not.quòd irregularitas contrahitur,cum infligitur pœna ſanguinis,quæ mortem, vel mutilationem membri contineat.de homi.c.is qui.tangit Io.An.de efficacia ſtatutorum,quę pro homicidio imponunt pœnam pecuniariam.Remittit ad not.per Hoſt.in c.fi.in j.glo.de conſue. vbi tenet, ꝙ non valeat.tale ſtatutum viget Peruſij. ¶Quintò, & vltimò no quòd habens merum,& mixtum imperium,ſi non poteſt exercere per ſeipſum,exerceat ipſum per alium. & loquitur iſte tex.de impedimento iuris, ſicut eſt clericus. Si quis verò fuerit impeditus impedimento facti (puta propter abſentiã) an poterit delegari? dicit,ꝙ ſic quò ad cognitionem, nõ quò ad executionem,vt l.j.de offi.eius,cui man.eſt iuriſ.Eſſet hic quærendum,quid eſt iuriſdictio,quid merum imperium, & quid mixtum,& exempla in eis. & quæ de iure ciuili ſint delegabilia,& qñ non,quæ proſequere,vt plenè no.Bart.in l.imperium.de iuriſ.om.iud.& vide quod no.in l.1.C.qui pro ſua iur.& c.ſuper qõnum.de off.delega.& c.in archiepatu.de raptori.¶††Vltimò de irregularitate,quæ contrahitur propter
3 homicidium,ſiue mortem.multa dixi poſt Doc.in c.ſicut dignum.de homici.Nam homicidium committitur facto, conſilio,præcepto,& defenſione: an quodlibet ſufficiat ad cõtrahendam irregularitatem.& quid iuris ſi nõ ſit directè factũ, vel conſilium ad illud tendit:ſed indirectè,puta conducit homines ad expugnandum caſtrum,vel inuadendum furtiuè,& homicidia committuntur.& alia circa hoc vide in c.ad audiẽtiam.eo.tit.& in c.rua nos. vide de medico curante infirmũ, qui moritur:an ex hoc ſit irregularis.dic,vt ibi.

Rub. De ſponſalibus.

SVMMÆ.

1 *Impedimenta,quæ reddunt ſponſalia nulla*
2 *Papa an poſſit diſpenſare,quòd monachus ducat vxorem.*
3 *Diſpenſatio Papæ,quòd monachus ducat vxorem:an reddat filios legitimos.*
4 *Iuſtitia publicæ honeſtatis ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionis euentum non oritur.*

CAP. I.

EX ſponſalibus. Sponſalia pura, & certa ex conſenſu valida (licèt aliàs nulla) inducunt publicam honeſtatem, quæ habent dirimere ſequentia ſponſalia, ſed non præcedentia: quam publicam honeſtatem non inducunt ſponſalia conditionalia ante conditionis euentum. h.d. Duæ ſunt partes.prima tractat de ſponſalibus puris. Primò in genere.Secundò in ſpecie, ibi [quare.] ſecunda tractat de
1 conditionalibus,ibi [ille verò.] ¶†Not ꝙ hic enumerantur quædam impedimenta, quæ reddunt ſponſalia nulla:de quorum ſingulis ſunt tituli ſpeciales.in quarto lib.Decretalium.& iſta impedimenta, & quædam alia impediunt, & dirimunt. circa quæ tũ conſiderandum eſt,ꝙ matrimonium ſolo cõſenſu contrahitur,vt c.cũ locum.ſ.eo.& cautum eſt iure diuino. Quos Deus cõiunxit,homo non ſeparet. qũo ergo Papa poteſt per ſuas conſtitutiones aliud ſtatuere,quàm Deus,& legem Dei tollere cõtra c.inferior.21.di.gerit enim vices Dei in terris,vt c.per venerabilem,qui ſi.ſint leg. ergo non videtur,ꝙ

tur, ꝙ poſsit ſtatutum domini tollere. ſicut procurator non poteſt,quę geſsit,reuocare,vt l.qui hominẽ.ff.mandati. Sol. circa matrimonium contrahendum magna eſt poteſtas Papę;quia poteſt impedimenta inducere,& futura matrimonia irritare, vt patet in ſingulis titulis.4. libri. Idem poteſt circa matrimonium initiatum, ſed non conſummatum carnali copula.ſ. de conuer. coniu. ca. ex publico. illa enim auctoritas.Quos Deus &c.intelligitur de coniũctis animo,& corpore:ideò ſecundùm quoſdam Papa tollere poſſet ſponſalia de præſenti,& dare ſponſo,vel ſponſæ licentiã cum alio contrahendi, vt no.in d. c. ex publico. ¶ Circa verò matrimonium carnali copula conſummatũ non poteſt aliquid ſtatuere.& ſic loquitur illa auctoritas. Quos Deus &c.fallit in matrimonijs infideliũ:quæ etiã ſi vera ſint,non tamẽ rata:iõ Papa poteſt ea ſeparare per ſuam conſtitutionem, iuxta not.in
2 c.quantò. de diuor. ¶ † Circa etiam impedimenta inducta a lege,vel conſtitutione canonica vtrùm Papa poſsit diſpenſare;vt ſuper impedimento religionis (puta quòd monachus ducat vxorem:) dic vt no.de ſta. mo.c.cũ ad monaſteriũ. ad fi.& per Io.An.qui alibi format.q.vtrum Papa poſsit diſpẽſare cum monacho, vt poſsit contrahere matrimonium durante cum monacho, vt poſsit contrahere matrimonium durante cum monacho, donec filios procreauerit:quã ponit in regu.actus.de reg.iur.ff.e.li.in Mercu.vbi de latiſsima poteſtate Papę circa matrimonia,& circa legem euangelicã limitãdam,& etiam contra ipſam,ex cauſa diſpenſando:de cuius etiam poteſtate vide in Spe.de legato.§. nunc oſtendendum. ver.89. contra ipſam vide in.§. nec breuiter. Adde ad prædicta quod
3 not.Ioan.Andr.in c.rurſus.qui cleri. vel vo. ¶ † Iuxta prædicta quæri poteſt,an diſpenſatio iſta Papæ reddat filios legitimos,qui naſcuntur in talibus matrimonijs; ita quòd per talem diſpenſationem iam nati, & naſcituri reddantur habiles ad ſucceſsiones, & patrimonialia bona extra loca ſubiecta quàm iuriſdictioni temporali.Ioan.Andr.in c. per venerabilem.qui fil. ſint le. videtur velle, quòd ſimpliciter legitimando filios non reddantur habiles ad prædicta: quia cum talis proles non ſit nata ex mrimõiali coitu, ſaltẽ ex affectu,vel cõſenſu,nõ pt facere,vel ſupplere matrimoniale cõſenſum,vbi non fuit:ergo nec talẽ prolẽ legitimare,niſi quòd ad forum ſuum. Si verò proles nata fuit ex coitu matrimoniali:ſcilicèt de futuro,& de facto contracto.Tunc ſubdiſtinguo:quia aut mrimoniũ eſſe non poterat, impediente lege diuina(vt quia vxoratus cum alia cõtrahit,vel auus cũ nepte.) & idẽ qd.ſ ſcilicèt,ꝙ nõ potuit.Si verò matrimoniũ eſſe nõ poterat,impediẽte lege canonica tm̃ (vt quia cõtrahit cũ cõſanguinea,vel affini in quarto gradu, vel contra publicã honeſtatẽ cum cõſanguinea ſponſæ ſuæ:) tunc ſi legitimat prolẽ,quò ad vtrunq; forũ erit ꝑples legitima.cũ impedimẽtum lege canonica inductum Papa poſsit tollere. Sed dices. cum Papa poſsit diſpenſare, etiã in gradibus lege diuina prohibitis,iuxta no.de reſti.ſpo.c.literas.videt, quòd poſsit remouere iſtud obſtaculum:ſicut poteſt canonicum,vt ꝑdixi.Solu.dic,ꝙ poteſt illa approbare,vt extunc,non vt exnunc, qñ ſcilicet filij fuerunt nati.Contracta verò contra legẽ canonicam approbare potuit vt extunc. Nec mirum, ſi plus poteſt in iſtis,quã in illis.ita ſentit Ioan. And.in d.c. per venerabilem.¶ Secundò no.quòd ex ſpõſalibus de facto præſumptis per monachũ fratrẽ meũ,vel aliter impeditũ cum illa cõtrahere,impedit me cõtrahere cũ eadẽ ꝓp iuſtitiã publicæ honeſtatis,qua orta ẽ ex illis ſpõſalibus licèt nullis. & magis vĩ ille rigor,ꝙ id,qđ nullũ eſt,ꝑducat effectũ iuris cõtra regu. nõ ꝓſtat.& cõtra multa iura alle.in c.ad audientiã.ſ. eo.Sol. vt hic no.Io.An.ſup gl. bene ergo.Nã qñq; ad pænæ cõmiſſionẽ ſufficit fieri de fctõ,licèt de iure non teneat. ad qđ adducit multa ſimilia in reg.non ꝓſtat.in Mercu.Ego in ꝑdicto c.ad audientiã.intelligo qđ hic dicit in iſto.c.& ſimi. qñ contractus ille ſpõſaliorũ fuit initus ꝓ errorem facti ꝑbabilem: vt hoc caſu conſenſus talis,licèt erroneus,hẽat in ſe efficaciã inducendi iſtã publicã honeſtatẽ ꝓpter effectũ mrimonialis cõſenſus,qui in hoc actu magis cõſideratur,q̃ effectus, qui inde naſcit,vt de biga.c.nup.& l.3. in prin.ff.de dona. inter vi. & vxo. in hoc caſu poſſet tolerari qđ dicit in prin.huius.c. Si verò frater meus patruelis ex parte pr̃is tm̃, ſacerdos fortè, vel monachus cõtrahat cum extranea, vel cum aliqua ex cõſanguineis matris ſuę:ꝙ iſta ſpõſalia de facto præſumpta impediẽt me contrahere cum eadẽ.rigoroſum.n. vĩ ſentire, ꝙ dẽat talis conſenſus cõtra iura accõmodatus, haberi ꝓ non conſenſus:ex quo ẽt non oritur obligatio naturalis,vt l.nõ dubium.C.de legib.& l.ſi non ſortem.in prin.de cõdi.inde.nõ enim hñt talia ſponſalia ſubſiſtentiam, ſiue titulum, nec etiã certè effectum mrimonij,poſtq̃ contrahentes ſciunt,vel ſcire dñt impedimentũ iuris,qđ tollere ꝑ conſenſum non poſſunt. argu.l.nemo ꝑt. de leg.1.& c.requiſiſti. de teſtamen. Pro hac conſideratione facit,qđ alibi habẽt de colorata poſſeſsione, quę eſt maioris effectus,quã poſſeſsio notoriè improba quò ad impedimentum inducendum, vt in c.cum noſtris.de concef.præben.& qđ alibi notat per Do.de viſo viſibili, & inuiſibili,vt d.l.ſi quis legatum.per Bar.& ita reſtringo iſtum tex. ad contrahentes ignoranter, non aũt ſcienter,titubando tũ, quia ꝑ Hoſt.vel alios,qui optarent per cõtrariã conſtitutionẽ tollere iſtud impedimentum publicæ honeſtatis, hanc limitationem non reperio tactam, licèt eis non placeat hoc impedimentum:nec illud, qđ ꝓuenit ex legali diſpoſitiõe, vt no.Io. An.in c.non dẽt. de conſang. & affi.nec mihi ẽt multum placet illud, qđ inducit ex ſponſalibus ab impubere contractis: quæ per mortem,vel aliter ſunt ſoluta,quæ ẽt vſq; ad quartũ gradum impediunt ſupſtitem contrahere cum conſanguine is morientis:nec illud, qđ ꝓuenit ex coitu fornicationis vnius conſanguinei.impedit.n. oẽs cõſanguineos cõtrahere cũ eadem cognita,vſq;ad quartum gradum, vt ſ.de eo,qui cognoſcon.vxo.ſuę.per totum.poſtq̃ tũ iura ſic dictant, ſer uanda ſunt,donec mutentur.Et vide multa fere oĩa impedimenta mrimoniorum Inſti.de nup.§. ſunt & aliæ.vbi gl magna.¶ Tertiò no.in ver.non aũt.ꝙ quædã impediunt a principio,quæ non dirimunt qđ legitimè geſtum eſt, ſi ſuperuenient ex poſtfacto. videbatur contra; quia impedimentum ſuperueniens añ actũ perfectũ,& cõſummatũ,reddit ipſum inutilẽ.qđ dic,vt no.Dy.in reg.malæ fidei poſſeſſoris. ¶ Quartò no. ꝙ dicit [ſponſalia, vel matrimonium.] vĩ eñ dĩa inter iſta duo.ideò iura,quæ loquunt in ſponſa, non videntur habere locum in iã tranſducta,& cognita. qđ bñ ꝓbat.c.ex publico.de conuer.coniug.facit ad ſtatutũ, quo cauetur, ꝙ maritus ſo.ma.per mortem vxoris lucretur certã partem dotis,mortua vxore in matrimonio.vel dicit, ꝙ filia maritata, extantibus maſculis,non ſuccedet: an illa ſtatuta vendicẽt ſibi locũ in deſponſata tm̃?dic,vt no.Cy.in l.nõ ſine.C.de bo.
4 q̃li.¶† Quintò no.in §.ille verò,ꝙ ex ſponſalibus añ conditionis euentum non oritur iuſtitia publicæ honeſtatis. Et intellige de conditione, quę pendeat ex futuro,non conditione de ꝓterito,vel ꝑſenti:qa illa non ſuſpendit diſpoſitionem, vt l.cum ad ꝑſens.ff.ſi cer.pe. Similiter añ euentũ cõditionis ex contractu ſub conditione cõcepto non oriẽt obligatio,vel actio:quod vtrum ſit verũ in conditione,quæ tacitè ineſt.dic vt l.item quia.ff.de pac.& quid iuris,ſi dicta conditio, quæ ineſt,exprimatur: an reddat diſpoſitionem conditionalem? dic vt in gloſ. fin. quæ remittit ad materiam l.aliquando. ff. de condi. & demonſt. ¶ Quęrit Ioan. Andr. an extraordinaria pollutio, vel vſus carnalis copulæ inducat iſtam publicam honeſtatem. dic, quòd non, ſi fit citra maritalem affectum.& eſt quæſtio Archi.quam deridet Ioan.And. quia illa publica honeſtas non fundatur ſuper coitu, ſed conſenſu ſponſaliorum,vt hic.vſus tamen, & pollutio poſſunt inducere affinitatem,quę contrahitur etiam ex coitu fornicario, nedum matrimoniali, vt not. ſup. de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ. ca. diſcretionem. & poſſet inducere præſumptum

consensum in maioribus infante, iuxta no.in c. iuuenis. ſ. eo. ¶ Super glo. 3. quæ loquitur de ſponſalibus incertis ratione plurium perſonarum. Quæro, quid iuris, ſi cognoſcit alteram ex illis: an illa copula faciat cum ea matrimonium ſubſiſtere? & quid iuris, ſi præſentibus. 4. vel 5. ſororibus ita dico.iuro, quòd accipiam vnam de vobis in meam cõiugem:& illæ reſponderunt, placet. deinde cognoſcit vnam ex eis:an ſit matrimonium cum ea? dic, vt ſ. eo.c.ex literis. De voto qualiter impediat, vel ditimat. dic, vt ſ. qui cleri. vel vo. c. rurſus. per Ioan. And.

Rubr. De deſponſa. impub.

S V M M AE.

1 *Infans aliquando contrahit ſponſalia cum maiore infante.*
2 *Ætas ſuperueniens non confirmat ſponſalia inualida.*
3 *Curſus temporis firmatur quod à principio non valuit.*
4 *Actus, qui non valet, vt agitur, valet vt valere poteſt.*

CAP. I.

1 Infantes. ¶ Sunt tres partes. Prima tractat de ſponſalibus cõtractis per infantes ambos, vel alterum. Secũda, ibi [idẽ quoq;] de matrimonio contracto p impuberes. Tertia, ibi [porrò.] de ſponſalibus contractis per parentes pro filijs: & hoc pro diuiſione ſufficiat. ¶ †† No. q quandoq; contrahit ſponſalia infans cum maiore infante: quo caſu ſi non oritur ex parte infantis iuſtitia publicæ honeſtatis, non oritur ex altera parte, vt hic: ſecus ſi ſponſalia contrahat pubes cum impubere maiore ſeptennio; quia pubes efficaciter obligatur. Impubes verò poteſt per pñam reſilire. quod plenè dic, vt ſ. eo. c. de illis. ¶ Secundò not. q ex ſponſalib. contractis poſt infantiam oritur publica honeſtas, efficax ad matrimonium dirimendum. Sed dices. cum iuſtitia publicæ honeſtatis fundetur ſuper cõſenſu: conſenſus aũt infantis nullus eſt. qũo ergo dicitur cõfirmari poſt infantiã, ſi à principio fuit nullus? Item tex. & gl. videntur velle, q maiores ſeptennio proximi in infantię non obligantur, ẽt naturaliter; quia eorum conſenſus pro nullo hr, vt l. pupillus. ff. de act. & obliga. & no.in l.j.ff.de noua. Solu.dic, q ſunt opi. vtrũ maior infante proximus tñ infantiæ naturaliter obligetur. & ille, inquantum ſundat iuſtitiam publicæ hone. ſuper cõſenſu, innuit, q conſenſum habeat. ideò auctore tutore promittẽdo, ciuiliter & naturaliter obligatur. quod dic, vt plenè no.
2 Bar. in d.l.1. de noua. ¶ †† Tertiò no, q ſola ætas ſuperueniẽs non confirmat ſponſalia inualida ratione conſenſus: vt igitur præſumatur, exigit iſte tex. cohabitationem: vel quòd innicẽ conuerſentur, etiam habitando ſeorſum. per actus. n. extrinſecos, & per verba colligitur omnis intentio, & voluntas, vt l. non codicillum. C. de teſta. & Cle. 1. de procur. & l. Labeo. §.
3 idem Tubero. de ſup. leg. ¶ †† Quartò not. quòd firmatur curſu temporis, qđ à principio nullum fuit. & multotiens hoc in iure contingit, q actus inutiliter geſtus à principio, ſuperueniente aliquo, confirmetur, vt l. ſi quis aliena. de act. emp. & l. cum vir prædium. de vſuca. Et intelligo iſtum tex. & ſimiles in illis, qui ſcientes actum geſtum per eos in infantia, perſeuerant poſtea faciendo actus, de quibus in text. allego quod no. in c. fi. de coniu. ſer. de illo, qui ignoranter cũ ancilla contraxit, & ſic matrimonium fuit nullum. ſi poſt manumiſsionem eã cognoſcit: vtrum reconualeſcat? diſtinguitur, vtrum ſciens, an ignorans. ¶ Quintò pondera, q iſte tex. dum loquitur de infante, pręciſè loquitur. Sed dum loquitur de impubere, maiore tñ infante, ſubdit [non proximo pubertati, & in quibus malitia &c.] Ex quo tacitè dãt intelligi, q in infantia nõ attenditur proximitas, vel malitia: & ſic præciſè ætas infantiæ eſt ſeruanda. defectus verò pubertatis ſuppletur altero ex prædictis modis duobus. Arch. tñ dicit, q ſi proxima ſeptennio fuit tẽtata, & ſuppleat malitia ætatem in ea, & ſit proxima infantiæ: tunc ſufficit, ad inducendam iuſtitiã publicæ honeſtatis, vt ſ. de ſponſa. c. iuuenis. ¶ Sextò not. q ſtatuitur idem hic de proximo pubertati, quod de pubere. quis aũt dicatur proximus pubertati. Accur. illud medium tempus poſt infantiam, vſque ad aduentum pubertatis, qui ſunt quinque anni in maſculo, & ſeptem in fœmina, diuidit per mediũ. & ſi ſit magis prope infantiam, illud medium tps cenſebitur proximũ infantiæ, aliàs pubertati. ita ſentit in l. pupillũ. ff. de reg. iur. & l. j. in fi. de noua. & iſta conſideratio vr bona quò ad præſumptionẽ doli, & fraudis in pupillo: & per conſequẽs veniet puniendus, vel non, vt d.l. pupillũ. in matrimoniis nõ dr proximus, qui p modicum diſtat per paucos dies: quo caſu vr tenere matrimonium, vt c.fi. ſ. e. de quo tũ dubito, an verum ſit, vbi tali proximitati non ſit cõiuncta malitia, ſiue potentia coeundi: de qua ſi non conſtat, iura requirunt in matrimonijs pubertatem perfectam, vel eius defectum ſuppleri per malitiã, vt prædixi. ¶ Sed hic quæritur, vtrum iſta cõſideratio malitię habeat locũ in alijs diſpoſitionibus, vt ſuppleat defectum ætatis: vr, q non. nam teſtũ factum per ſex horas ante perfectam ætatem, non valet, vt l. qua ætate. ff. de teſta. per quam diſputando tenuit Iac. de Bel. teſtũ factum ab impubere valde ſagace, qui diſtabat à pubertate per triduum, non valere. ipſius enim tutela non finiretur tali prætextu: nec impubes ſagaciſsimus ante finem pubertatis cõſequitur bonorum adminiſtrationem, vt l. 2. C. de his, qui veni. ęta impe. ætas igitur limitata in iure non pręuenit malitia, vel prudentia, vt no. Ioan. And. in d.c.fi. & c. pubes. eo. tit. in matrimonijs verò malitiã ſine potentia coeundi non credo multum operari: ſed coniuncta cum ea operatur multum. vñ ille impubes. 9. anno, qui impręgnauit nutricem, vt no. 20. q. 2. in ſumma. poſſet matrimonium contrahere. idem in puella cuiuſcũque ætatis apparente apta, maiore tamẽ infante, vt no. Hoſt. ſ. eo. c. 1. Sed dices. fruſtra ergo iura, quæ determinant ætatẽ in matrimoniis, ſunt poſita: cum tamen ad illam ſe referant. ſ. eo. c. pubes. Solu. dic, q illi iuri eſt ſtandum in tantum, q formatur qõ. ſi puella habens annum 7. cum dimidio deſponſatur, & traducitur: vtrùm erit matrimonium? & quid iuris, ſi ſponſus dicat eam cognouiſſe, illa verò negat? quidam dicũt, q licèt appareat apta: ſi tñ non eſt cognita, non erit matrimonium, nec in dubio præſumetur cognita. plus etiam dãt quidam, q ſi etiam aperta appareant clauſtra pudoris, non præſumitur interueniſſe copula carnalis: niſi alia adminicula ſuffragentur: puta magnitudo perſonæ, & alia, quæ cognoſcunt meli⁹ mulieres, quàm literis hic poſſint ſcribi. ſi tñ talis puella, quæ apparet aperta, dicat ſe à viro ita cognitam, & vir ita fatetur: dãt quidam, matrimonium conſummatum, completo ſeptennio, vt no. ſ. eo. c. continebatur. Et eſt prędictorum notitia vtilis ad alia. pone. Teſtator dixit. lego Titiæ mille, cũ venerit ad matrimonium. vel ſtatutum confert marito lucrũ, vxore in matrimonio pdecedente: & lex cõſummato mrimonio cõfert marito lucrum fructuum dotis: vtrum iſtę diſpoſitiones hẽbunt effectum ſtatim, cum fœmina traducta erit ad domum viri, ẽt añ cõpletum annum 14. vel expectabitur cõpletũ? dic, q in dubio expectabitur. ſed ſi appareat aperta, & cognita, ſecus erit, per iam dicta: quæ tñ loquuntur de ſubſtãtia matrimonij. Sed in alijs diſpoſitionib. dixi ętatem non anticipari p malitiã, vel potentiam coeundi. de diſpoſitionibus verò à matrimonio dependentibus, & connexis loquitur prędicta qõ. in qua idẽ, quod in matrimonijs, credo dicendum ratione connexitatis. ar. c. de prudentia. de dona. inter vir. & vxor. ¶ Vtrùm autem per hoc matrimonium tale conſummatum ante ætatem completam rumperetur ſubſtitutio pupillaris? cogita tu legiſta: & in caſu, quo ex tali matrimonio in ętate non matura perfecto naſceretur proles, non dubito, q expiraret, p rationem l. cũ acutiſsimi. C. de fidei. & l. cum ex pacto. ff. de vulga. & pupilla. ¶ Septimò not. in §. idem quoque.

quoque. quòd ſponſalia, quæ cenſentur de futuro iuris fictione, per cohabitationem, & ſigna tranſeunt in matrimonium de præſenti. Sed contra. ſ. de matri. contrac. contra inter. ec. c. 1. Sol id, quod hic dicitur, eſt verum in ſponſalibus de futuro iuris interpretatione: quæ tamen quò ad verba erant de præſenti, ſed non habebãt talem effectum, ætate prohibẽte. ſublato igitur illo impedimento, ſcilicet defectu ætatis, & ipſis perſeuerantibus in eodem conſenſu, ad ſtatum ſuũ redeunt, ſcilicet de præſenti, vt contracta fuerũt. Si verò à principio contraxerunt ſponſalia de futuro, illa adueniente ætate non tranſierunt in matrimonium de præſenti, quantuncũque interueniant munuſcula, amplexus, vel oſcula: nec mirũ; quia nec etiam nixus, ſiue conatus carnalis copulæ operatur talem effectum tranſitus, vt c. is qui. de ſpon. & c. atteſtationes. ſ. eod. ¶ Incidenter tangit hic Ioan. And. vtrùm qđ hic dicitur de impubere, vt ſponſalia per verba de præſenti contracta, adueniente ætate, & actibus ſubſecutis, cẽſeãtur ſpõſalia de præſenti, ſit idem dicendum in infantibus: vt verba de præſenti ab eis prolata (ſi apparent poſt pubertatẽ in eadem voluntate manere) tranſeant in matrimonium de præſenti? dicit Io. An. q videtur abſurdum, iſtam iuris interpretationem, quæ loquitur de verbis prolatis ab impubere, extendere ad verba prolata ab infante: cum talia à principio nulla ſunt, vt in primo reſponſo. facit bene ſecundùm eũ. ſ. eod. lib. de regul. c. 1. 2. reſponſo. Contra iſtam eius determinationem facit principium huius c. vbi dicitur, talia ſponſalia contracta ab infantibus per exceſſum infantiæ confirmari quò ad iuſtitiam publicæ honeſtatis, ſi appareant actus, p quos conſtet de perſeuerantia voluntatis. ſi ergo illa perſeuerantia corroborat conſenſum illũ nullũ accõmodatũ in infantia: quare non eodem modo operatur quò ad tranſitum in matrimonium de præſenti. non eſt dare rationem differẽtiæ; quia vtrobiq; conſenſus ẽ de ſubſtãtia. & per hanc rationem aliter in hoc ſentio, q̃ Io. And. nam & alibi conſenſus à principio nullus accommodatus in matrimonio, propter er
4 c. fi. de coniug. ſeru. cum ſimi. ¶ †† Octauò no. in ver. p dictũ tamen. regulam, q actus, qui non valet vt agitur, valet vt valere poteſt: quod eſt verum ſemper, quando actus deficit ratione rei, ſuper qua obligatio cõtrahitur: ſecus ſi ratione cõceptionis ineptæ. de quo dic, vt no. ĩ l. ſi vnus. §. pe. ff. de pac. vbi no. an inutilis acceptilatio habeat vim pacti. & dicit tex. q ſic. ¶ Nonò nota, q ex ſponſalibus contractis ab impuberibus, diſſolutis per diſſenſum, remanet iuſtitia publicæ honeſtatis. ſimiliter ſi ſoluantur alijs de cauſis, de quibus ſ. tit. proxi. c. 1. Ad vnum tamen ẽ aduertendũ, q propter iſtud vinculum, ſiue nexum, qui remaneret ex iſto contractu impuberũ ſi ſoluatur (quia rigoroſum eſt tot perſonas hincinde per talem contractum ſponſaliorum reſolutũ poſtea impediri) ſtatutum eſt, q iſti impuberes non contrahant, niſi vrgente magna neceſsitate, vt ſ. c. 2. Ex quo c. arguẽ, q ſi qs puellam non nubilem deſponſauerit, & ad domum duxerit, non lucrabitur fructus dotis, anteq̃ ſit apta ad matrimoniũ: licèt Azo. aliud dixerit de ęquitate, vt l. ſi ante. & ibi no. ff. ſo. matr. ſed non videtur æquitas, poſtq̃ ius canonicum prohibet talem contractum, cauſa non exiſtente legitima. Similiter dico, q non lucrabitur partem dotis, quam defert ſtatutum marito, ſi prius deceſſerit vxor; quia vxor dici non poteſt, quæ nõ potuit virum pati. & videtur de hoc caſus. ff. qđ fal. tu. aucto. l. falſus. §. an & in patrem, &c.

S V M M AE.

1 *Pater contrahendo matrimonium nomine filiorum eos non obligat.*
2 *Filiusfamilias quando eſt in iudicio, an ſemper requiratur auctoritas patris.*
3 *Sponſalia per parentes contracta nomine filiorum abſentium confirmantur per filios tacitè, & expreſsè.*

1 §. Porro. †† No. q pater contrahendo matrimonium, vel ſponſalia nomine filiorũ eos non obligat, ſi non conſentiunt tacitè, vel expreſsè: & in matrimonio videtur hoc bene dictum; quia talis res non eſt in adminiſtatione patrimonij: ideò nec alius adminiſtrator obligare poteſt eum, cuius negocia gerit in hoc contractu, vt l. in copulandis. C. de nuptijs. In alijs verò obligationibus, vel contractibus per patrem initis nomine filiorum, cum pater ſit eorum legitimus adminiſtrator, vt l. fin. C. de bo. q̃ lib. vtrùm filij obligentur. & an eorum auctoritas cõfirmet contractus initos per filios minores. Dic, q quandoque tractatur de filiofamilias obligãdo merè, cum quo auctoritas patris non ſufficit, vt Inſt. de inuti. ſtipu. §. pupillus. & l. fi. de verb. obli. Quandoque tractatur de mera acqui. & tunc poteſt etiam ſine patre. Quandoq; tractaẽ de actu, de quo poteſt eſſe vtilitas, & damnum: & tũc auctoritas patris poteſt operari obligationem filij, vt l. ſi infanti. C. de iure deli. & rõ eſt; quia iura noua faciunt patrem legitimum adminiſtratorem in illis rebus, in quibus patri quæritur vſusfructus, vt l. 1. C. de bonis maternis. & l. cũ non ſolum. §. vbi aũt. C. de bonis, quæ liberis. Sed in alijs non, vt ibi. In iſtis igitur caſibus, in quibus nihil patri quæritur in obligatione filij minoris, ſua auctoritas nihil poteſt operari. Sed ſi tractatur de alienatione rei, in qua pater habet vſumfructum, patris auctoritas ſufficeret, vt d.l. cum non ſolum. §. filijs autem.
2 ¶ †† Et per iſta patet deciſio alterius quæſtionis, videlicet an quando filiusfa. eſt in iudicio, ſemper requiratur auctorias, & conſenſus patris. & dicendũ eſt, q ſic, ſi litigatur ſup re, de qua patri quæritur vſusfructus: aliàs ſecus. vnde in obligatione perſonali, vel cauſa criminali filiusfamilias conuentus poterit ẽe in iudicio ſine aſſenſu patris. & ſi ſit minor, dabitur ſibi curator, vt C. de bonis mater. l. 1. vbi glo. dicit, q detur curator filijs patre auctore: quod intelligitur cuiuſcũque ætatis, vt l. cũ non ſolũ. §. vbi autem in vnum. C. de bo. q̃ liber. Et hinc eſt, q ſi clericus minor agat in iudicio ſuper iuribus bñficij; quantũcunq; ſit in poteſtate patris, non requiritur eius conſenſus, vel auctoritas; quia ſibi nihil quæritur, nec habet adminiſtrationem bonorum ad beneficium ſpectantium. dabitur ergo ſibi curator, vt eſt caſus not. in c. fi. ad fi. j. de iudi. & vide ad prædicta Bar. in l. fi. de ver. oblig.
¶ Item no. q præſens, & patiens actũ geri nomine ſuo habetur pro conſentiente. qñque tamen præſens, & tacens habetur pro contradicente, qñ tractatur de eius obligatione, ſeu præiudicio, vt l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. quandoque tenet medium, vt l. 2. §. ſacram. ff. de tributoria. Sed dices. cũ in caſu huius §. tractetur de obligatione filij quò ad iſta ſponſalia contracta per patrem, quomodo taciturnitas habetur pro conſenſu contra l. Pomponius. §. in his autem. ff. de procu. cum ſimi. dic q in actu matrimonij filius tenet conſentire patri, ſaltim ex debito honeſtatis, vt no. ſ. e. c. 1. ideò in tali caſu, & ſimilibus, in quibus tenetur ex debito conſentire, taciturnitas habetur pro conſenſu. vt l. 2. §. voluntatẽ. ff. ſoluto mat. vbi plenè de iſta materia per D. Bal. cui adde vnum verbum Inn. in c. ex parte decani. ſ. de reſcrip. de illo, qui nomine meo egit ſine mandato, me tamen ſciente & patiente: an mihi præiudicet. & quid iuris, ſi qs conduxit aliquem ad creditorem, dicens. iſte fideiubet pro me: & ſic vocauit notarium, vt ſcriberet. qui ſic ſcripſit, illo præſente, & tacente: vtrùm ſit obligatus? videtur quòd non; quia fideiuſsio exigit ſtipulationem ſuppoſitam, vt l. blanditus. C. de fideiuſ. contrarium tenet Dy. per l. 2. ad munic. & de decurio.
3 l. 2. §. fi. & l. cum oſtendimus. ff. de fideiuſ. tuto. ¶ †† Item not. in ver. & eſt idem. q ſponſalia per parentes contracta nomine filiorum abſentium confirmantur per filios tacitè, & expreſsè. Sed hic quæro, vtrùm ſola taciturnitate videantur filij talia ſponſalia confirmare ſine verbo, vel facto, vel cohabitatione. de quibus ſ. proximo. §. videtur q ſic; qa ſi fuiſ-

set ipse præsens à principio, sola taciturnitas fuisset sufficiens ꝙ cõsensu, vt s. in pri. idē ergo, si scientia supuenit sine cõtradictione. in cõtrariũ facit istud ca. in prī. & i ver. nisi. nã si spõsalia à seipsis contracta nõ cõfirmant sola taciturnitate, nisi interueniat aliqd, qđ habeat indicare cõsensum, vt ibi patet. ita dicamus similiter, si à pre cõtracta fuerũt. & istam partem tenet hic Io. An. super verbo, idē est. plus ergo operatur taciturnitas in præsente, q̃ in absente postea certificato de actu noie suo gesto, secũdùm eũ. cui ob. quod p̄dixi. ¶ Itē not. Io. An. tex. qui dicit [parentũ] &c. quòd verbũ istud videtur includere matrē, sicut patrem, ꝙ cõtrahere possit nomine filiorum, secũdùm quod hic dicit. similiter de vtroque dicitur, ꝙ possunt offerre filium religioni. s. de regu. c. 2. per Io. An. nec patria ptãs videtur cõsiderãda in his actibus spiritualibus: sed rõ naturalis, & parentum reuerẽtia, eis debita, vt l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Ex quo infero, ꝙ in filijs spurijs, & ex quocunq; damnato coitu genitis habet locum, qđ hic dī de contractu parentum noīe filiorum. facit quod no. Bar. in l. 1. ff. de accu. & alibi dicam latius de hoc. ¶ Quærit glo. añpe. vtrùm quod hic dicitur in isto §. de contractu parentum inito in præsentia, vel absentia filiorum habeat locũ in quocunq; alio fic cõtrahẽte sponsalia alieno nomine. Hostien. ꝙ sic. Inn. no. contra. vt in glo. q̃ tenet cum Host. in nouel. dicit Arch. tenere opi. Inn. ex eo ꝙ non reperit iure cautum, ꝙ pater, non fratres, vel similes, possit istos obligare sine expressa voluntate, vel ratificatione, potissimè in casu, in qno requirunt verba, vt in sponsalibus, & matrimonijs. de spon. c. si inter. & c. tuæ. in parentibus secus, vt hic. Io. An. cõcordando dicit, ꝙ in parentibus est hoc speciale, videlicet ꝙ si contrahunt nomine filiorum p̃sentium, eorũ taciturnitas habetur ꝙ consensu. In alijs verò personis contrahentibus sponsalia nomine alieno requritur illorũ ratificatio expressa, vel tacita patefacta per actus indicantes consensum. nec sufficit taciturnitas pro consensu: sicut sufficeret in parentibus contrahentibus regulariter. ista opi. videtur æqua: vt sic in parentibus sit aliquid speciale, vt iura sonare videntur. ¶ Oppo. extra glo. & Doct. & videtur, ꝙ sola taciturnitas, & consensus tacitus non sufficiat; quia in matrimonijs requiruntur verba, vt s. de sponsa. c. tuæ. Solu. illud verũ regulariter. fallit, cum parentes contrahunt pro filijs. 32. q. 2. c. honorantur. Item fallit in matrimonio præsumpto. s. d sponsa. c. is qui fidem. Item fallit, quando præcessit tractatus, & fuit subsecuta subarratio, etiam sine verbis. talis enim subarratio inducit sponsalia de præsenti: licèt alij dicant, ꝙ in dubio de futuro. quod dic, vt no. in c. fi. s. eo. & aduerte latius. nam Doc. inter se dissentiunt, an in matrimonijs requirantur verba hæc, quasi sic in valentibus loqui: nisi in casibus supradictis, vt no. in d. c. tuæ. idem Io. Gof. Inn. & Bart. Brix. 42. dist. c. sit rector. Alij, vt Host. Vin. & alij dicũt, solo facto matrimonium contrahi sine verbis. Ioã. An. distinguit, quòd aut præcesserit tractatus. & sit vera opi. Host. quasi tunc verba habita in tractatu referantur ad signa, & actus, qui postea sequuntur. arg. l. Titia. ff. de verb. ob. aut nullus p̃cesserit tractatus. & sit vera opi. Inno. ex qua sequitur, ꝙ si qs retinuit in domo vnam vt vxorem in lecto, mensa, & simi. non iudicabitur pro matrimonio, si non appareat de tractatu, vel verbis. quod potest esse verum de iure canonico, ꝙ ea quæ no. Inno. in c. ex parte. de rest. spo. secus de iure ciuili, vt l. si in liberæ. ff. de ritu nup. & qcđ ēet de iure hoc casu ipsis inuicē qõnē referẽtib⁹: sec⁹ quò ad illos, q̃bus ad legitimatiõē sufficit quasi possessio mr̃imonij parẽtũ, ꝙ ꝙ cõiugib⁹ haberent, vt no. Inn. de ver. sig. c. veniens. & de præsum pt. c. illud. ¶ Quæro de quæstione, quã habui de facto. Puella quædam ætatis legitimæ ad matrimonium recusabat sponsalibus consentire. tandem deducta in publico, præsente multitudine, tertio interroganti, si placebat ille in virum, nihil respondit: per patrem accepta manu puellæ, & extensa, vir annulũ in digito misit, & verba apta protulit. deinde orta discordia inter sponsum, & patrem puellæ, dicit pater, sponsalia non tenere propter filiæ taciturnitatem. dubitabat quid iuris. & videtur, ꝙ non teneant, postquam puella semper à principio recusauit, vt l. Titia. de verbo. obl. & ca. maiores. ad fi. sicut eñ iste tex. præsumit perseuerantiam voluntatis: ita p̃sumenda est & perseuerantia contradictionis. p̃terea taciturnitas ista tempore sponsaliorum videtur fuisse meticulosa propter nimiam reuerentiam: quæ operatur idē, quod iustus metus, in personis, quibus est habenda reuerẽtia, vt l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. rerum ac. non dat. & not. 22. q. 4. c. vnusquisque. & vbi statim, nullo interueniente alio actu indicante consensum, petita fuisset ista separatio ꝑ puellam, vel eius nomine, qõ esset dubia: secus si longo adhibito interuallo talis superueniisset dissensio, arg. s. de spons. c. ad id. ¶ Quid si filius, vel filia contradicit patri: vel eo inuito, matrimonium contrahũt. vtrùm sit iusta causa exhęredãdi eos? dic, ꝙ non, nisi contraheret cum infami, vel vili persona contra voluntatem patris, vt l. notandum. §. si emancipatus. ff. de contrata. vbi est casus notab.

Rub. De cognatione spirituali.

SVMMAE.

1 *Cognatio spiritualis contrahitur cum illo, qui aliquem suscepit de baptismo.*
2 *Patrinus an obligetur ad aliquid filio.*
3 *Compaternitas per procuratorem contrahi non potest.*
4 *Mutus baptizare non potest, nec puerum tenere.*
5 *Cognatio dicitur esse triplex.*
6 *Confirmatio in fronte quare exhibetur post baptismum.*
7 *Cognatio spiritualis cum quibus personis contrahatur.*

CAP. I.

NEDVM. Secundùm Io. An. diuiditur in tres partes. Prima ponit quatuor spirituales cognationes, prouenientes ex leuamine in baptismo. Secunda ibi [& eadem] ponit totidem, quæ prouenient ex baptizante. Tertia illas omnes repetit in confirmatione, ibi [ex confirma-
1 tione.] ¶† Not. ꝙ cum illo, qui aliquem suscipit de baptismo, cõmo, cõtrahit spũalis cognatio. qđ est verũ, si ille, q̃ suscipit, erat Christianus. Si verò fuisset Iudæus, paganus, vel hæreticus, an cum talibus cõtrahatur ista spũalis cognatio. no. 30. q. 1. c. 2. de conse. di. 4. c. in baptismate. Io. And. tenet hic in nouella, ꝙ cum hæretico suscipiente cõtrahitur propter incorporalitatem, quam semel habuit cum Ecclesia: cum alijs infidelibus non contrahitur. de qua quæstiõe vide per eum in reg. ex eo. de re. iu. in Mercu. qui etiam hic dicit, quòd Iudæus cum sua cõmatre, quæ, vel cuius vir in circuncisione tenuit filium, contrahere poterit. ad idem de illo, qui in catechismo, vel circuncisione tenuit, ex quo baptizata nõ fuit.
2 ¶† Incidenter quærit Ioã. An. an patrinus obligeẽ ad aliq̃d filiolo. dicit, ꝙ sic. tenetur eñ ipsum docere Symbolũ, Orationem Dominicam, & q̃dam alia, quæ pertinent ad salutẽ. de conse. dist. 4. c. vos autem. vbi dicitur, ꝙ apud Deum patrinus est fideiussor pro filiolo. cui adde quod not. ff. de tut. l. tutela. vbi quæritur, an præcedat fiscum in successione.
3 ¶† Item not. post Ioã. An. ver. suscipientem. ex quo duo infert. primum, ꝙ compaternitas per procuratorem contrahi non põt. secundum, ꝙ sufficit susceptio: licèt suscipiens non loquatur. licèt ergo in baptizante requiratur verbum, vt s. de baptis. c. si quis. & de conse. di. 4. c. prima igitur. nõ tamẽ in suscipente. contrarium in hoc secundo dubio tenuit Hosti. in summa de matrimonio. §. qualiter cõtrahatur. ver. sed
4 nunquid. ¶† Ex cuius opi. sequitur, ꝙ sicut mutus non põt baptizare propter defectum verbi: ita nec puerum tenere, q̃ conse. dist. 4. c paruuli. Io. And. tenet primum. de prima etiã quæstione, an per procur. possit contrahi compaternitas. |& ꝙ non possit ex cognationis descriptione. quæ est attinentia, secundùm omnes, prouenies ex sacramẽti datione, vel ad id detentione, vt hic gloss. no. ergo qui nõ tenet, vel leuat, non põt esse compater. præterea non posset quis per ꝑcur. baptizari propter actum, qui in baptizando requiritur. i. submersio in aquam, vt c. 1. de bap. similiter ergo requiritur leuatio patrini. Ideò antiqui canones, & iura moderna
5 vtuntur verbo, susceperit. ¶† Prætorea triplex est cognatio, carnalis, legalis, & spiritualis. de prima patet ad sensum, ꝙ per procuratorem non cõtrahitur: similiter nec secunda, vt l. neq;. & l. post mortem. ff. de adop. ergo nec ista tertia. Ad idem facit; quia non põt quis presbytero confiteri per aliũ, ætatis veniam impetrare, nec hereditatem adire, vt hæc per ordinẽ probant de pœni. dist. 1. c. quem pœnitet. & C. de his qui ve. ęta. impe. l. 2. & de acqui. hære. l. Paulus. & hanc partẽ tenuit Io. An. in reg. potest quis. de reg. iu. in Mercu. vbi tenet isto casu, ꝙ ipsi procuratori leuãti quæratur. pro quo facit l. si absentis. C. si cer. pet. quod non approbat D. Fede. de Sen. conf. 15. vbi quærit, si syndicus vniuersitatis habens ad hoc spãle mãdatum, nomine vniuersitatis leuauit aliquem: an cum vniuersitate, vel singulis, vel cum nullo cognatio sit contracta? tenet, ꝙ cum nullo. nam non cum vniuersitate; quia non habet animam. requiritur enim, ꝙ leuans sit Christianus, vt dixi: non cum singul. 12. q. 2. c. qui manumittitur. non cum ipso syndico, qui non suo nomine hoc egit, vt sibi q̃reretur, vt l. multum. C. si quis alteri, vel sibi. Bar. de procuratore leuante tangit in l. Gallus. §. forsitã. ff. de lib. & po. vbi quærit, an legitimatio quæri possit ꝑ procu. tenet, ꝙ sic. pro quo facit c. per venerabilem. in prin. ī. qui filij sint legi. vbi per illum archiepiscopum fuit legitimatio postulata.
6 ¶† Tertiò not. in §. ex confirmatione. ꝙ ista confirmatio in fronte exhibetur post baptismum, & ad firmitatem. de qua de conse. di. 5. c. 1. cum alijs seq. vsque ad c. omni die. & 30. q. 1. c. 2. c. relatum. & c. de his. ¶† Quæro succinctè de
7 personis, cum quibus spũalis cognatio contrahatur. in tex. numerantur plures, quas, vt addam aliquid, per ordinem reassumam. Et primò dicitur in tex. inter baptizatum, & suscipientẽ. illud est præcisè verum. nisi suscipiens fuerit infidelis, vt dixi s. Secundò; quia inter baptizatum, & suscipientem talis spũalis cognatio cõtracta ad alias personas propagatur, siue deriuat. ideò de illa deriuatione aliqua dub. oriunt. Et primò dubitat, vtrùm cũ filijs suscipiẽtis indistinctè contrahatur, vt hic dī. dic, ꝙ siue ante, siue post talem compaternitatem sint geniti, habet locum quod hic dī, ꝙ cum illo, per quem deuentum est ad compaternitatem, contrahere prohibentur: vt sic pater quærat filijs suis fraternitatem quandam cum illo, quẽ suscipit de sacro fonte: an ēt pater illã poterit ducere in vxorẽ, quã suscepit filiⁿ? vī ꝙ idē; qa filiⁿ q̃rit patri. contrarium no. 30. q. 3. c. illud. vbi no. ꝙ pater poterit ducere talem filiam spũalem filij sui. desc̃dit ergo talis cognatio de patre in filios. nõ ecõuerso. & hoc no. in gl. si igit. vbi ēt dicitur, ꝙ pater spũalis p̃t accipere sororem filij spiritualis. Circa hoc etiam q̃ritur; quia tex. ille dicit, ꝙ cõtrahitur in leuantem, & filios leuantis: an appellatione filiorũ intelligantur nepotes? vī quòd sic, vt l. iusta. de ver. sig. contrarium tenet Inn. qui hanc cognationem dicit nõ transire ad nepotes, & vlteriores. vñ leuatus licitè contrahit cum nepte leuantis: licèt non cum filia ēt illegitima. & ista sint dcã ēt de filijs suscipientis, & leuato, & ēt ipso leuante. vtrùm ex ꝓonis ipsorum ad alios cognatio extẽdatur. ¶ De viro & vxore leuantibus an vni per alterum acquiratur compaterni tas? tex. dicit, ꝙ sic, si alter ipsorum leuat filium tertij; quia cum sint vna caro: quod facit pars corporis, alia participat de eodem fcõ, vt l. vulgaris. de fur. & hoc verum, qñ post cõ summatum matrimonium alter suscipit. secus si añ, ēt post sponsalia. vt in tex. Et idem, si filius ipsorum cõis suscipitur à tertio. nã vterque ipsorũ efficit cõpater, vt in tex. secus si tertius leuaret nõ filium cõem, sed alterius ipsorũ: puta quẽ ex concubina suscepit. rõnem vide in gl. secunda. De certis alijs personis, ad quos ista spũalis cognatio ꝓtendit. Io. An. remittit ad summã quarti libri. & vlra personas ibi numeratas non reperiuntur plures, qui dirimant matrimonium post contractum per catechismum.

SVMMAE.

1 *Cathechismus debet baptismum præcedere.*
2 *Baptismus est ianua aliorum sacramentorum.*
3 *Baptismus quotuplex sit.*

CAP. II.

PEr hoc quod. Sunt tres partes, quæ patent. secunda ibi [verum] tertia ibi [siue autem.] ¶ No. q dicit delegatū. ex hoc enim verbo patet, q inquisitor etiam generaliter deputatus in prouincia habet delegatam. hoc etiam probat ver. Verū. Nam si haberet ordinariam, & discordaret ab ordinario in sententia, valeret absolutoria, vt de re iu.c.duobus. Sed in dicto ver. dicitur, q est recurrendum ad Papam, cum discordant. Non ob.c.ne aliqui. s.eo.vbi innuit, q habeat ordinariam ex eo, q non expirat eius officium re integra, moriente Papa. nam ibi dicit, q est speciale in fauorē fidei, ergo aliàs expiraret. & sic facit pro. 2.notabi. q epi quandoq; procedūt auctoritate ordinaria: quandoq; delegata contra hæreticos, quando autem vna, vel alia via dicantur procedere, dic vt s. eo.c.ad abolendam. in fi. & hoc in glo. si habent. & si hoc non appareat ex processu, qd in dubio? Do. Fed. de Se. cōsil. 126. format. q. in casu, quo vicarius epi habentis delegatam à iure simpliciter processit, non expresso, q tāquàm delegatus, vel auctoritate apostolica procederet. tenet enim, q processus sit nullus: quia qui non exprimit, intelligitur vti sua ordinaria potestate. Nam, cum in procedendo nomen, ordinaria, exprimitur, non præsumitur, q auctoritate apostolica hoc faciat, vt potest colligi ex verbis Inno. & Host. s. de offi. ord. c. licèt. in verbo faciendis. & de prescri. c. cum ex officij. immo plus secundùm eum in terminis supradictæ quæstionis videtur. s. q episcopus constituendo generalem vicarium, non videtur committere nisi ea, quæ cōpetunt sibi ratione ordinariæ iurisdictionis. argu. ad hoc. s. de offi. vica. c. 2. & de procu. c. qui ad agendum. nā talis potestas delegata, quamuis perpetua, non transit in Capitulum sede vacante, vt no. Arch. in tractatu hæreticorum in 3. char. §. post hoc quæro. & Io. An. in di. c. ad abolendam. super penul. gl. & no. prædictum articulum, cum quis potest actum gerere duabus vijs, quam videatur in dubio eligere. ad quod vide no. in c. vbi essent. de præben. & l. 2. ff. de iudi. vbi de hoc gl. singularis. & per Doc. in c. Quintauallis. de iureiuran. in q. arbitratoris, quo iure videatur in dubio, processisse. facit l. 3. de testa. mili. per Dy. & alios. ¶ Tertiò no. q si vnus iudex deputatur specialiter in diœcesi super certo genere causarum: non per hoc videtur illam eximere ab ordinario, quò ad alias causas. videbatur tñ cōtrariū: quia Papa dando delegatum in certa causa, videtur illam eximere ab ordinarij potestate, vt c. studuisti. de offi. leg. Sol. dicit Io. An. speciale est in fauorem fidei [qa facilius inuenit] & c. 20. di. c. de quibus. & [quia integrum est iudicium] & c. s. de offi. delega. c. prudentiam. Ioan. Mo. dicit, q regulare est, q specialis commissio certæ causæ est exempta à suo genere. s. ordinarij potestate. Sed quando propter fauorem certi generis causarum deputatur specialis iudex, etiam iudex ordinarius poterit procedere secundùm eum. quod credo verum, ad similitudinem actionum nouiter instituarum in fauorem. per hoc enim antiqua actio non tollitur, sed concurrit cum noua. ff. de act. & obli. l. quotiens. Nam & quandoq; auxiliū extraordinarium de nouo introducitur in auxilium ordinarij: & tunc cum eo concurrit, iuxta not. in l. in prouinciali. ff. de ope. no. nun. per Bar. & l. 1. §. dixerit aliquis. de publica. Et faciunt ista ad. q. quam de facto vidi. Papa dedit visitatorem patriarchā Gradeñ. super omnibus monasterijs moniahum suę prouincię. Eps Castellanus etiam volebat monasteria suæ diœcesis visitare. ex pdictis videtur, q possit. ad hoc. C. de offi. præfec. vr. l. studentibus. vbi creatio noui officialis non derogat veteri, nec eius iurisdictioni. facit quod no. 25. q. 2. c. in Galliarum. & no. istum passum. ¶ † Quartò no. in ver. verum. quòd ordinarius, & inquisitor habent iurisdictionem insolidum, communiter, & diuisim. & in hoc sunt similes pluribus ordinarijs, qui possunt insolidum procedere, vt l. 1, ff. de offi. consul. Secus in delegatis simpliciter. s. de offic. deleg. c. prudentiam. Quod autem hic dicit de communicando inuicem processus. & quòd possint diuisim procedere, speciale credo. nam in talibus iudicibus simplicibus habētibus potestatem insolidum habet locum præuentio, vt d. l. 1. nec debet quis de eodem facto diuersis instantijs fatigari. & sic causæ continentias diuidere. ff. de qui. re. apud eun. iu. eat. l. j. & 2. eo. ti. c. tuam. & l. nulli. C. de iud. Ideò indulta est excep. litis pendentiæ, ne quis de eadem re trahatur coram diuersis iudicibus, vt no. Inn. s. de consti. cum. M. & l. 2. de sc pul. vio. per Bar. ¶ † Circa hoc quærit Io. And. si inquisitor, & ordinari' aliquē simul citant, corā quo magis debeat cōparere. Arguit, q primò coram ordinario. & deinde concludit, quòd coram delegato. cum iurisdictio sit dignior; quia fungitur vice Papæ. vnde coram eo, tanquam coram maiore, tenetur comparere. quod dic, vt no. Bar. in c. cum parati. s. de appel. plus tenet Archi. q citatus prius coram ordinario si postea per inquisitorem citetur, deserto iudicio ordinarij, venire debeat coram illo, vt l. contra pupillum, ff. de re iu. ¶ Quinto no. in ver. & si diuisim. q quando sunt duo ordinarij, qui discordant in sententia, valet absolutoria: si duo delegati, pendet ex arbitrio delegantis, quæ valeat. s. de re iu. c. duobus. Si verò sit ordinarius, & delegatus. dicit iste text. q in ista mixtura recurritur ad superiorem. Ratio est, quia in isto casu. s. cum iurisdictiones diuersorum iudicum commiscentur, quæ habeant diuersam naturam, debemus sequi naturam iurisdictionis dignioris, vt c. si duo ex tribus. s. de offi. dele. & l. præcipimus. C. de appel. facit c. quantò. & quod ibi dixi. s. de iud. & de consc. eccl. vel alta. c. quod in dubijs. Sed hic quæritur. si duo ordinarij ferant contrarias sententias, nec appareat, quis fuerit actor, vel reus. & per hoc non potest habere locum de re iu. c. duobus. palle. dic, q recurreretur etiam ad superiorem, vt est casus notabilis in l. duo iudices. & ibi per Bar. quæ dicta sunt in hoc nota. quæ no. ¶ Sextò no. in ver. si ue autem. q constitutiones speciales directæ inquisitoribus super negocio hæreticæ prauitatis, debent etiam per ordinarios obseruari. & hoc propter communionem, quam habent in procedendo simul. nam & in materia vnionis dicitur, q statuta in vna de ecclesijs vnitis, debent etiam in alia obseruari, iuxta no. in c. 1. s. ne sede vacā. & l. 1. de leg. 2. ff. per Bar. Nam & Imperator, cum vnit diuersas actiones, vult, q illa, quæ sunt magis in vna vtilia, ad alteram extendantur, vt l. 1. C. de rei vxo. act. ¶ Septimò no. q ista communicatio processus habet locum, quando ambo procedunt. Non autem quādo alter tārùm. quod dic, vt in Cle. multorum. j. eo. & in Extrauag. Benedicti, quæ incipit. Ex eo, q quædam. Aduerte etiam, quia debent ante sententiam conuenire. & si concordant, ferant sententiam, aliàs non: sed remittant ad superiorem. & ita Io. An. intelligit hunc tex.

SVMMAE.

1 *Iudices seculares tenentur parere inquisitoribus.*
2 *Sententia lata super crimine hæresis statim debet executioni mādari.*
3 *Iudex secularis non pōt quoquo mō de crimine hæresis cognoscere.*
4 *Condemnatus pro contumacia non est pro maleficio condemnādus.*

CAP. XVIII.

VT inquisitionis. Not. quòd vt leges locum sibi vēdicēt super rebus ecclesiasticis, requiritur specialis confirmatio Papæ. alibi dicitur, quòd ipso iure sunt approbatæ, nisi canonibus contradicant. 10. di. c. si in adiutorium. de hoc sup. de const. c. ecclesia. & c. fin. de sol. per Ioan. Andr. ¶ Secūdò no. quòd hic Papa approbat aliquas leges ex pluribus promulgatis per Fede. & non omnes. Sed contra hoc opp. & videtur, q aut debuerit in totū approbare, aut in totū reprobare, vt l. in causę. in prin. ff. de procu. & l. cum quæritur. de admi. tu. Sol. dic, quòd hæc materia est longa, & discurrit in multis iuris articulis. vtrum scilicèt posset quis pro parte reprobare in instrumentis continentibus plura capitula, in confessionibus, in administrationibus negociorum, & alijs, in quibus quis vult in parte approbare, & in parte reprobare; an possit. de qua materia per Bar. in l. Aurelius. § idem q̄sit. de libe. leg. & tangitur in c. cum olim. de censi. c. in instrumentis. & in c. cum venerabilis. de exc. per Inn. & C. de dona. ante nup. l. 2. per Cy. in rationibus reddendis dic, vt d. l. cum
1 quæritur. & l. in causæ. præalleg. ¶ †† Tertiò not. quòd iudices sæculares tenentur parere inquisitoribus, & episcopis: & eorum præcepta, & sententias exequi contra hæreticos, de quibus in tex. [indilate.] Non ergo videtur, q possint cognoscere de iustitia processus, vel sententiæ eorundem, postquàm eis merā executio demandatur. alibi dicit Bar. contrarium, vi delicet, q iudex secularis non hēt necesse in inquisitoris processui consentire. Sed pōt de nouo facere processū, & examinare crimē, & punire, si sibi videbit in Auth. de sanct. epi. §. si verò crimen, coll. 9. & ita no. ipse in l. diuus. de cust. re. Gul. de Cu. ponit istam q. in l. magistratus. ff. de iurisdic. om. iudic. contra Bar. facit iste tex. dum dicit [pareant & intendant.] & dum dicit [faciant sine mora.] & ibi [statim recipiant indilate ani maduersione debita] &c. & in §. prohibemus. inhibet iudici sæculari, ne de hoc crimine quoquo modo cognoscat. & sic per hunc text. non video, quomodo possit eius opinio sustineri. Iudex enim sæcularis in huiusmodi mandatorum, & sententiæ executione censetur non mixtus, sed merus, & nudus executor, qui nullam cognitionem habet, vt l. executorem. C. de execu. rei iud. & c. pastoralis. de offi. deleg. ¶ Quarto no. in versi. sub arcta custodia &c. quòd ille, contra quem proceditur super crimine hæresis, debet, dum pendet quæstio, in carcere detineri: & hoc est regulare, vbicunque tali crimine intentato, venit imponenda pœna corporalis. nam si non detineretur, fugam arriperet. & sic deluderet pœnam. Aduerte tamen; quia in modo detinendi carceratos talis est differentia: nam si quidem sunt confessi, non solum tenentur in carcere: sed in cathenis, vinculis, siue cippis, vt l. si confessus. ff. de custo. & exhi. re. idem si non sunt confessi. Sed crimen, de quo agitur, est graue. & hoc vult dicere iste tex. [sub arcta custodia] &c. & d. l. diuus. Si verò crimen non sunt confessi, & non est graue crimen, de quo agitur: tunc potest poni in carcere, non quòd vinculetur: sed quòd committatur custodiendus militibus, vel fideiussoribus, qui promittant, quòd ille non recedet de certo loco. Sicut in simili in cap. ex rescripto de iureiu. & hoc no. Bart. in l. 1. de custo. re. vbi etiā not. quid iuris, quando in defectum pœnæ pecuniariæ venit imponēda corporalis, an interim debeat retineri, vel fideiussoribus relaxari. ¶ Sed pone, q in casibus permissis pro reo criminis quis fideiusserit. reus fugam arripuit: vtrùm ille fideiussor punietur illa pœna corporali, qua fuisset ille punitus? videtur, q non: quia ad talem pœnam corporalem non videtur, q quis se possit obligare: quia nemo est dominus membrorum suorum, vt in l. li. homo. ff. ad leg. Aquil. de ista q. vide per Cy. in l. ad Commentarien. C. de custo. & exhi. re. vbi tenet, quòd quandoque indirectè, & in consequentiam quis potest se obligare ad pœnam corporalem: licèt non directè.
2 quod verbum no. & si. ibi vide per eum. ¶ † Quintò no. quòd dicit [indilatè] &c. quòd sententia lata super crimine hæresis statim debet executioni mandari. & in isto crimine nō est mirum: ex quò appellatio prohibetur: sed in alijs criminibus, in quibus damnato, & cuilibet pro eo licitum est appellare, vt l. non tantùm. ff. de app. vtrùm infra decem dies, qui dantur ad appellandum, debet sententia exequi? videtur, q non, vt ff. nil no. appel. penden. l. 1. & l. qui vltimo. ff. de pœn. vbi Bar. breuiter concludit, q quędam est executio, quæ fit à iure; vt quia quis efficiatur infamis, seruus, & similia. vnde talis executio fit statim lata sententia, vt ibi. & l. furti. ff. de his, qui not. infa. Idem dicimus in sententia excommunicationis, quæ statim trahit secum executionem, vt c. pastoralis. s. de appel. Quædam est executio, quæ fit ab homine, quæ non

debet fieri infra decem dies, qui dantur ad appellandum. qd intelligo verum, nisi in criminibus, quibus non est licitum appellare: quia tunc etiam executio hominis debet statim fieri, vt hic. & per ista fit declarata glo. not. ¶ Sextò not. quòd à sententia diffinitiua super crimine hæresis non est licitū prouocare. quid ergo si in processu inquisitionis ille, contra quē proceditur, sentiat se grauari. videtur similiter, quòd nō possit appellare; quia si causa est priuilegiata, similiter omnes articuli sunt eiusdem conditionis, & naturæ, vt dicam in Clem. causam. de elect. in prin. contrarium Ioan. An. hic post Arch. tenet, dicēs, quòd grauatus in processu poterit appellare. aliàs esset sibi auferre defensionem contra. c. cum inter. de excep. Nō ob. hic tex. quia loquitur de his, quos constat per sententiam esse tales. Sed antequàm hoc liquidetur, retinet primū statum, nec sunt tales, vt dicuntur, interim reputandi, vt l. qui à latronibus. ff. de testamentis. & de iniusto testamen. l. si quis filio. §. irritum. vbi ergo constat talem esse, qualis dicitur, denegatur sibi appellationis præsidium. Sed antequàm de hoc
3 cōstet, omnis defensio reseruatur. quod no. ¶ † Septimò no. in §. prohibemus. quòd iudex sæcularis non potest cognoscere quoquo modo de crimine hæresis; quia est crimen merè ecclesiasticum: contra quod opponit Ioan. An. in nouella de multis auctoritatibus Veteris testa. per quas licere videtur principibus contra tales procedere. nam Deutero. c. 7. legitur, quòd mandatum fuit populo Israelis, quòd aras hæreticorum subuerteret. & alias auctoritates hic allegat in nouel. & soluit, quòd multa in Veteri testamento concedebantur: quæ hodie non sunt trahenda in exemplum nostræ accusationis 32. q. 4. c. quis ignoret. & de pœn. dist. 2. c. quis enim. vel illa loquuntur in executione facti, quæ etiam hodie fieri debet per iudicem sæcularem, vt c. 1. proximo. Sed cognitio, vtrùm quis sit hæreticus, necne, ad Ecclesiam spectat, vt hic. ¶ Octauò not. in ver. si quis verò. dum dicit [contra prædicta fecerit.] &c. ex quo colligit Ioan. An. quòd non facere id, ad quod quis tenetur, est aliud facere. ff. de reg. iur. l. qui non facit. de vsu. c. 1. ver. qui verò. & de simo. c. nemo. comprehendit ergò iste ver. culpas, quæ in non faciendo consistunt. Maior tñ est culpa commissionis, q̄ omissionis, & maleficiū maius, vt no. ff. ad Sill. l. diuus. & l. j. §. si impubes. e. tit. p Dy. & C si aduersus delictū. l. j. Alibi dicit Bar. q omittere non est proprie maleficiū; quia non est male facere, nisi interpretatiuè; q̄
4 interpretatio nō hēt locū in statutis. Ex † quo cōcludit, q cō dēnatus p cōtumacia nō est cōdēnatus pro maleficio, vt ipse no. in l. oē delictū. ff. de re militari. & dixi in repetitiōe c. fi. de do. & cōt. in continuatione rubr. Et vide p Bal. q hoc tangit in l. si mora. ff. so. ma. facit qd no. in l. q seruū. in pr. ff. de ver. ob.

SVMMAE.

1 *Crimen hæresis licèt sit ecclesiasticum: tamen bona hæreticorum per iudices sæculares confiscantur.*
2 *Clericus, qui tenebat bona emphyteutica à domino temporali, si est cōdēnatus de hæresi ab episcopo, cui debeant dicta bona applicari.*

CAP. XIX.

CVm secundùm leges. Duæ sūt partes. prima de confiscatione loquitur. secunda de apprehensione. ibi [confiscationis.] prima tria facit, inducit tria, vel quatuor argumenta legalia: ex quibus concludit primū, ibi [bona] secundum arg. ibi [& mulier] tertium, ibi [ac ēt] quartum, ibi [aut rerum.] ¶ No. ista exempla legalia, quibus patet, quem ipso iure priuari dominio rerum suarum. Et est speciale. regulariter enim propter delictum, ex quo veniunt bona publicanda, delinquens non perdit dominium ante sententiam, nec administrationem. vnde alienationes bonorum factæ post delictum, & ante cōdēnationē valent, vt l. post contractum. ff. de dona. & l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fisc. vide tamen quod no. in Spe. de dona. ver. Item pone aliquis. & quod

qđ ibi p Io. An. in additionib. vbi quid iuris de alienatione facta p illū, qui iā cogitauerat delinquere. q̄ cogitatio colligit ex plurib. coniecturis, quas ponit Bar. in d.l. post contractū. Cum verò constitutio priuat delinquentē statim, & ipso iure dominio: alienationes factæ per eum post contractum delictum non tenent: sed reuocantur per fiscum, etiam non restituto precio emptori primo, vel vlteriori, per quotcunque manus transierit res alienata: cuius iam dominium erat acquisitum fisco. quod est verum secundum Ioan. An. nisi precium solutum, vel aliud loco precij esset in bonis hæretici. ff. de leg. 2. l. Imperator. §. fi. secundùm Ioan. An. post Arch. vnum no. quòd licèt in his casibus, & simi. quæratur dominium ipso iure: non tamen quæritur possessio, vt est glo. not. in l. fin. C. de sac. sanct. eccl. & no. Bar. in l. commissa. ff. de publica. Et hinc est, quòd talia bona tenentes, etiam contra Romanam Ecclesiam præscribunt spacio 40. annorum, vt cap. fina. de præscrip. s. eod. libr. quod non posset, si cum dominio fuisset translata possessio. c. fine possessione. de reg. iur. hinc est etiā, quòd tales pœnæ in casibus hic expressis transeunt contra hæredes: quod est regulare in omnibus casibus, in quibus pœna infligitur ipso iure per legem. Secus si veniret imponēda per sententiā; quia tunc ante condemnationem reo defuncto, extinguitur pœna. quod dic, vt l. ex iudiciorum. ff. de accu. & ibi per Barto. & l. 1. de priua. delic. ¶ Quomodo autem cognoscatur, vtrùm lex imponat pœnam ipso iure, vel p sententiam. dixi in c. 1. s. de rescrip. & l. Imperator. de iure fi. per Barto. Vtrùm etiam in casibus, in quibus lex non publicat bona ipso iure: sed imponit certam pœnam delinquenti; ad illam exigendam fiscus habeat tacitam hypothecam contra possessores bonorum delinquentis? dic per Barto. in l. auferetur. §. fiscus. ff. de iure fisc. per Cyn. in l. si quis posthac. C. de bonis proscrip. ¶ Secundò not. in versi. confiscationis &c. q̄ quantuncunque constitutio irroget pœnam ipso iure: tamen requiritur sententia declaratoria super ea, antequàm fiat executio super dictis bonis. Ex quo argue, quòd per exceptionem hæresis non posset quis excludi ab agendo contra proprios debitores. nam ante talem sententiam retinere videtur administrationem bonorum. argu. huius c. & d. §. in reatu. vide ad hoc glo. in l. his consequenter. ff. fami. hercis. & l. 2. ff. si
1 ager vect. vel emphy. pe. ¶ † Tertiò no. quòd licèt crimen hæresis sit ecclesiasticum: tamen bona hæreticorum confiscantur per iudices sæculares. Ratio quia talia bona non sunt in territorio proferentis sententiam; ideò ad eum non pertinet executio, sed ad iudicem territorii, vbi sita sunt, vt c. postulasti. s. de foro compet. Sententia tamen lata per vnum super crimine sufficit ad confiscationem bonorum per alium iudicem sine nouo processu, vt hic, & ibi, porrigit ergo vires suas sententia vbicunque, etiam extra territorium ius dicentis, vt l. à diuo Pio. in princ. ff. de re iud, & quod not. Ioan. And. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compe. Aduertendum tamen, quia post hoc c. emanauerunt quædam Papales constitutiones, quæ bona hæreticorum diuidunt in tres partes: vnā attribuunt iudici: aliam officiali: aliam Romanæ Ecclesiæ, pro tuitione officij. qua quæstione præsuppositā, fuit quæstio disputata in istis terminis. Bonō. origine & patrimonio cōstituit domicilium Florentiæ, & ibi damnatur de hæresi: vtrū apprehensio bonorum, quæ sunt Bonō. spectet ad Cōmune, & officialem Bonō. vel Florentiæ. Ioan. And. refert hic istam quæstio. disputatam per Ricar. Malumbre, qui tenuit, quòd ad iudicem, & Commune Florentię spectent illa bona, hac potissima ratione. Apprehensio, & occupatio damnati spectat ad iudicem sæcularem directò per generales constitutiones, vt hic, & l. 1. 2. & fi. C. de bo. va. lib. 10. Sed si princeps dat administratorem (puta tutorem) ille non solum administrabit bona pupilli, quæ sunt in sua prouincia: sed etiā quę sunt extra. Rō l. speciale in dato à principe. Secus in dato ab alio, vt no. in l. non solum. §. qui testamento. ff. de excusa. tuto. bona tamen, quę sunt Bonoń. non occupabit per sa, quę sunt extra suum territorium. Sed per relationem ad iudicem Bonoń. hoc faciet, vt d. §. contrahentes. & d.l. à diuo Pio. cū si. Nouissimè refert Ioan. An. adoptiuum suum. s. do. Io. Cal. disputasse iterum quæstio. istam. & quò ad partem, quæ debetur officialibus, sibi placuit prædicta determinatio; quia ipsi negocia peregerunt. quò ad alias duas partes tenuit cōtrarium, cum generali fisco sint confiscatę, & à tempore commissi criminis. inducit l. 3. C. de bo. va. quam inducebat Ricar. vult enim illa lex, quòd, cum deputatus ad fiscalia in aliqua prouincia, illius prouinciæ bona capiat, deferātur fisco. fortificat hoc æquitas, ne sit iurisdictionum confusio: maximè quando loca, de quibus quæritur, essent inuicem valde remota. do. Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. in 10. q. in qua tractat de effectu sententiæ iudicis punientis, vtrùm extendat effectum suum extra territorium iudicātis. distinguit in diuersis membris. Nam interdum pœna imposita per sententiam respicit personam: interdum respicit bona. Primo casu, aut pœna respicit certi loci, vel artis interdictionem, aut diminutionem status. primo casu non extenditur extra territorium iudicantis ex potestate sententiæ: sed ex iuris dispositione porrigitur ad quędam loca per quandam consequentiam, vt l. relegatorum. §. 1. & §. interdicere. & §. seq. de inter. & releg. secundo casu quando respicit diminutionem status; vt quia efficitur infamis, vel seruus pœnæ. (nam his casib. dicitur status eius minui, vt l. cognitionum. §. existimatio. & §. seq ff. de va. & extraor. co.) & isto casu talis pœna imposita in ipso loco habet locum vbique, vt l. ex ea. ff. de va. & extraor. co. & isto casu talis pœna imposita in ipso loco habet locum vbique, vt l. ex ea. ff. de post. quæ loquitur de infamia. Idem de excommunicatione, quæ afficit personam. vnde excommunicatus hic, vbique pro excommunicato debet haberi, vt ca. cum ab ecclesiarum. s. de offic. ordin. pœnæ ergo, quæ afficiunt personam, ipsam sequuntur, sicut lepra leprosum, vt no. in d. l. ex ea. & ff. de pęn. l. quò ad statum. & l. qui vltimo. Secundo casu quando pœna respicit bona. præmittendum est, q̄ ciuitates de iure non habent ius confiscandi bona propter delicta. C. de bonis vacan. l. 1. lib. 10. nec mirū; quia grauitatis delictorum, propter quæ bona publicantur, non hńt cognitionem, vt in Auth. de defen. ciui. §. iusiur. Ciuitates ergo Italiæ, quæ hoc ius sibi vendicant, faciunt hoc, vel speciali priuilegio. vel antiqua consuetudine: q̄ habet vim priuilegij, vt l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & ita dicit glo. in Auth. de defen. ci. §. iusiurandum. in fin. glo. mag. Hoc ergo præmisso. dic, quòd aut iurisdictiones sunt separatæ: sed eadem est bursa fiscalis in vtroq; loco in effectu. Aut sunt separatæ iurisdictiones, & separatæ bursæ fiscales. Primo casu aut illa publicatio fit de iure communi: & bona vtriusque loci erunt publicata, vt l. si quando. de bon. vac. lib. 10. fiet tamen executio per illos officiales, vbi sunt bona delinquentis. de iure communi intelligerentur publicata illa, quæ haberet delinquens in prouincia patrimonij, vel ducatus, vt c. postulasti. de foro compe. Aut publicatio fit secundùm consuetu. & leges speciales. & tunc aut illæ leges vigent in vtroque loco. & idem, quod s. proximo membro dixi. Aut non vigent: & tunc ad bona alterius loci effectus sententiæ non porrigitur, vt l. extra territorium. ff. de iurisd. om. iudi. Secundo casu principali quando iurisdictiones sunt distinctæ, & diuersæ bursæ fiscales. & tunc aut publicatio fit de iure speciali: & non extenditur ad bona alibi sita, vt d.l. extra territorium. Aut fit de iure communi: & tunc extenditur ad bona vbicunque posita: quælibet tamen ciuitas occupabit bona sita in suo territorio. C. de episc. & cle. l. si quis presbyter. vbi partem bonorum habet ecclesia, partem curia, vel patronus, vt C. de exac. trib. in l. fin. lib. 10. facit l. iuris peritos. §. cum oriundus. de excus. tuto. ista in effectu est eius distinctio. ex qua patet decisionem do. Io. Cal. veriorem esse quàm,

2 quàm Rich. Malum. ¶ † Iuxtà prędicta quæro. Clericus, qui tenebat bona emphyteutica à domino temporali, habente iurisdictionem omnimodam in loco, vbi sunt illa bona sita, condemnatus est de hæresi ab episcopo suo. Quæritur, cui debent dicta bona emphyteutica applicari, vtrum domino, an episcopo, & aliis, de quibus. s. in dicta constitutione Papali? Old. consi. 17. latè disputat, & concludit, quòd ad dominum reuertantur. Nam propter delictum possessoris bona applicantur domino temporali. C. de an. & tri. l. indictiones. li. 10. Clerici. n. ratione talium rerum sunt dominis temporalib. obnoxij. 11. q. 1. §. cum ergo. ver. his ita. vnde ratione feudi coram eis conueniuntur, vt in c. verum. & c. ex transmissa. de fo. comp. & c. Romana. § dēt. de ap. s. eo. li. pro hoc optimè. l. fi. de exact. trib. li. 10. & præall. c. postulasti. Item in feudo est expressum, quòd ad dominum immediatum reuertit in tit. de prohi. feu. ali. per Fed. l. imperialem. §. illud. ergo idem in emphyteusi pari ratione. Præterea idem est econuerso. Nam si vasallus ecclesiæ laicus condemnetur de hæresi, feudum ad ecclesiam reuertitur. de pœn. c. in quibusdam. & eo. ti. c. felicis. §. si qua verò feuda. & in emphyteusi est casus, quòd ad ecclesiam reuertatur in Auth. de alie. & emphi. §. 1. quod ergo ius petit pro se, debet ecclesia recipere contra se, vt l. frater à fratre. de condi. inde. & pluribus aliis rationib. hoc probat. dic, vt ibi. Aduerte tamen, quia quæstio loquitur de bonis emphyteuticis clericorum: de bonis verò alijs clerici condemnati de hæresi, vtrùm in eis habeat locum qđ dicitur hic in §. confiscationis. vt super eis dēat fieri executio per dominos temporales, & eis applicari. Credo, q̄ non, sed ecclesiæ. quod sentit Do. Bal. in d. l. si quis presbyter. vbi formatq̄. de clerico hærede instituto, qui accommodauit tacitam fidem defuncto de hęreditate restituenda spurio testatoris: vtrùm applicabitur fisco ecclesiæ? & videtur, q̄ fisco ecclesiæ, per d. l. si quis presbyter. & in Auth. de ecc. ti. § interdicimus. in contrarium videtur per reg. l. Papinianus. §. meminisse. de inof. test. Prætera ista pœna descendit de iure ciuili: ergo dēt fisco ciuili, non ecclesiastico, applicari. C. de epi. & cle. l. si qua per calumniam. & hanc partem tenet ipse in d. l. si qs presbyter. Nam talia bona transferuntur in indignum, cui erant acquisita iam commutabiliter, & non clerico rogato, vt l. ex facto. §. fi. ff. de vul. & pu. Et ex hoc sequitur (conuertē do terminos qōnis) q̄ si clericus fuisset incapax, & indignus, cui talia bona fuissent restituta ex tacito fideicommisso, deberent applicari ecclesiæ: vt sic idem operentur sententia iuris, & iudicis. Et sicut bōa clericorū p sniam iudicis sęcularis non pńt applicari fisco Imperij. similiter nō possint p sniam legis, sm cū. quod no. posset opponi contra hoc c. de Auth. bona damnatorum. C. de bo. dam. vbi bona damnatorum non confiscantur de iure ciuili. Malè ergo facit hic Papa, qui al. leges correctas pro similitudine. Sol. Doc. iuris ciuilis multum variant super intellectu illius Auth. quorum opi. refert Bart. in l. 1. ff. de bo. dam. & dicit, q̄ cōiter tenetur, quòd si pœna ademptionis bonorum venit expresè per leges: tales leges non sunt sublatæ per illam Auth. Ex quo infert, q̄ tit. de reis requiren. non fit correctus. Sed post annum fiet bonorum confiscatio contra contumacem, qui infra annum annotationis non comparuit. quod dic latius ibi per eum, & per Cy. in d. Auth. bona. ¶ Quærit glo. quæ incipit, cum parētes &c. cū de iure canonico possit rapta nubere raptori: an hodie pœna legalis, de qua in tex. vendicet sibi locum? tenet, q̄ sic, inquantum lex priuat talem nubentem lucro adueniente sibi à raptore. similem quæstionem format glo. in illa, quę nubit infra tempus luctus: quæ de iure ciuili patitur multas pœnas, & priuatur emolumentis, & bonis obuenientibus à marito defuncto: quem velociter nubendo, videtur dehonestasse, & parum honestè vixisse, vt l. 1. & 2. C. de secun. nup. vtrùm ergo (quia auctoritate Apostoli statim potest nubere) illæ pœnæ cessabunt? gl. format istam q. in c. fi. s. de sec. nup. vbi etiam per Io. An. Et ego plenius ibi scripsi, referendo do. Fed. qui tenuit consulendo cons. 35. q̄ mulier non perdit qđ sibi relictum fuit à marito defuncto, ne decipiatur Apostoli, & canonis auctoritate. 33. q. 4. c. qui peccat. & l. Gracchus. C. de adulter. dicit, quòd hoc tenet Accur. in l. 1. C. de secun. nup. & gl. Decr. 2. q. 3. in fi. & Hostien. de secun. nup. in fi. in sum. Ia. Bu. Pau. de Leaz. & Ray. consuluerunt in ista q. dicentes, q̄ vbi propter festinantiam mulieris velociter nubentis vertitur timor turbationis sanguinis, ius ciuile non fit correctum per ius canonicum: quia non est verisimile, quòd ius canonicum velit dare filium vnius alteri. ff. de vent. inspicien. l. 1. §. quamuis. Sed vbi cessat timor turbationis sanguinis, tunc habent locum prædicta: vt sic ius canonicum tollat festinationis pœnam, non sanguinis perturbationem. & hoc videtur tenere Ros. in ti. de bo. pos. quæ autem sit æquior prouisio, vel iuris ciuilis, vel canonici, dix. in d. c. fi. vbi etiam quid iuris, si hic timor perturbationis occurrit; quia à morte viri natus est in 9. mense. & in 7. à tempore nuptiarum: ita quod potest esse primi viri, & secundi, vt ibi. & vide quod no. Cyn. de prædicta materia in l. 1. C. de ince. nup. in vlt. q.

S V M M Æ.

1 *Causæ hæreticorum simpliciter, & de plano euacuari debent.*
2 *Adhibitus pro consilio sibi patefacta per iudicem in secreto retinere debet.*

CAP. XX.

1 STatuta. Diuide, vt in prima glos. ¶ † Not. quòd in causis hæreticorum potest procedi simpliciter, & de plano. aliæ causæ in hoc etiam priuilegiatæ enumerantur in Clem. dispendiosam. de iud. & pondera, quòd dicit [procedi potuit] &c. quasi sit hoc iudicis arbitrio reseruatū. poterit ergo procedere via ordinaria, si voluerit, vt est tex. in simili in Clemen. sæpe. de verbo. significa. ad fi. & in illa Clemen. plenè videas expositionem istorum verborum, & per Barto. in Extraua. ad reprimen. ¶ Secundò not. in ver. Iubemus tamen. quòd in causis, in quibus proceditur sine strepitu, & figura, debent dicta testium publicari. nam est speciale in casu huius c. propter iustum metum odij capitalis. Sed hic quæro. Statuto cauetur, quòd potestas nullam iuris solemnitatem teneatur obseruare. Quid importent ista verba. dic, quòd tolletur *omnis solemnitas iuris ciuilis*: non autem solemnitas iuris gentium, vel diuini. puta, quòd in ore duorum vel trium &c. vt in c. in omni. de testi. & probatur hæc theorica in l. 2. ff. de testa. mili. & l. Lucius. & l. diuus. e. ti. hoc apparet etiam in restitutione natalium, in qua nil aliud fit, nisi quòd non obstante solemnitate introducta à iure ciuili, reducitur ad pristinū ius naturale, vt in Auth. qui. mo. na. effi. le. §. liceat. non ergo poterit auferre defensionem, quæ descendit à iure naturali, vt in Clemen. pastoralis. de re iudic. & not. in l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. Vtrùm ergo poterit examinare testes, parte absente? dic, quòd non; quia hoc esset auferre defensionem. nam text. dicit, quòd hoc nullo iure licet. 3. quæstione 9. cap. omnia. & c. testes. Vtrùm etiam poterit testes recipere sine iuramento, vel diebus feriatis in honorem Dei? dic, quòd sic; quia illæ solemnitates fuerunt inductæ de iure ciuili. nam iuramētum testium potest remitti pacto partium, vt in c. tuis. de testi. & not. in l. 1. ff. de fer. Item solemnitas feriarum inducta est in honorem Dei potest tolli per legem prouincialem. C. de feriis. Arch. contra in d. Clem. sæpe. Sed ibi sunt alia verba non eiusdem importantiæ. ¶ Quæro etiam circa hoc: an poterit admittere personas à iure prohibitas? dic, vt l. qui iuxta. §. filius. ff. de dona. vbi de hoc per Barto. magis plenè. ¶ Tertiò nota, quòd quandoque testibus deponentibus in causa criminali potest graue periculum imminere: cum scilicet deponunt contra potentem. ex tali enim testimonio oritur inimicitia capitalis, vt c. cum pœnitentia. de accu. & si dicatur. cum veritatē deponunt, nō videtur ex hoc

testis aliquam inferre iniuriam, vel offensam: quia iuris exe-
cutio non habet iniuriam. ff. de iniu. l. 1. Sed dic, quòd ad ini
micitiam contrahendam non inspicitur, an de iure fiat, vel
de iuris effactu. sed an de facto noceat, argu. ff. de his, qui. vt
indi. l. 1. ¶ Quartò not. casum specialem, in quo nomina te-
stium sunt occulta, & secreta accusato, siue inquisito: regula-
riter verò contra, vt c. qualiter & quando. de accus. & c. licèt
Hely. de simo. quæ capitula talem receptionem reprobant:
ne per suppressionem nominum deponendi falsum audacia
præbeatur. Sed contra hunc timorem tex. iste prouidet, dum
statuit, alias personas prouidas, & honestas, & in iure pe-
ritas adhiberi, & eis nomina testium publicari: vt sic tot
inspecta oculis, tot insinuata sensibus hanc suspicionem ex-
cludant, vt dicit tex. in simili. C. qui te. fa. pos. l. hac consultis-
2 sima. ¶ †Quintò no. in versi. Vt eorundem. quòd adhibitus
pro cõsilio in iudicio debet sibi patefacta per iudicem retine
re in secreto: sicut sacerdos confessionem, vt in cap. omnis.
de pœn. & re. Sed quid si isti publicent nomina accusato-
rum, vel testium, qui ex hoc incurrunt graues inimicitias,
& damna in rebus propriis? videtur, quòd teneantur ad in-
teresse; quia rem illicitam attentantes dederunt occasio-
nem damni. argumen. eorum, quæ not. supra de testi. cap.
sicut nobis.

Rub. De schismaticis.

SVMMAE.

1 *Bastardi an dicantur esse de domo.*
2 *Schisma quid sit.*
3 *Fautores delinquentium qualiter puniantur.*

CAP. I.

AD succidendos. ¶ Diuide, vt in prima
glo. & dicit Ioan. An. super ipsa parum
instandum: quia hodie non legitur, &
reuocata fuit quò ad omnes pœnas per
Ioan. 22. & restituti fuerunt isti ad Car
dinalatum. & descendentes dicti Ioan,
ad Cardinalatum, & prælationes alias
sunt suscepti, vt hic in nouel. ¶ Nota, quòd hi, qui sunt de ea
dem cognatione, dicuntur de eadem domo descendere: ita
quòd domus accipitur pro agnatione: vt de domo de Co-
lumna, de Vrsinis, & simi. Quandoque domus ponitur pro
familia, vt l. 1. ff. ad Sille. & C. ne li. po. l. 1. ibi [potentiorum
3 domorum operibus.] &c. ¶ †Vtrùm autem bastardi dican-
tur esse de domo de iure. dicit Barto. quòd non; quia non
cẽsentur de agnatione, vt Institu. de suc. cogna. § pen. & hoc
no. in l. fin. C. de verbo. signifi. vbi dicit, quòd de consuetudi-
ne in quibusdam partibus reputantur de domo, vt in Tuscia;
& est tunc talis vulgi opinio præferenda iuri. vt l. cum Dela-
nionis. §. optimum. de fun. inst. & l. librorum. §. quod tamen
Cassius. de lega. 3. Appellatione coniunctorum dixi eos non
contineri in c. religiosus. ad fin. s. eod. lib. de test. ¶ Secundò
nota, quòd Iaco. & Ioan. fuerunt fratres, vt dicit text. & Petr.
dicti Ioan. filius dicitur hic nepos Iacob. & sic appellatione
nepotis continetur filius fratris: leges verò illos appellant
nepotes, qui descendunt ex filio, vel filia. ff. de gra. l. 1. & 2. &
l. Iurisconsultus. §. secundo gradu. & istud est tenendum de
propria significatione. Sed de consuetudine, & communi vsu
loquendi filii fratrum appellantur nepotes. dixi de hoc in c.
tua nos. de consan. & affini. & Ioan. And. in c. fundamenta.
s. eod. lib. de elec. ¶ Tertiò not. quòd hic Papa expressis no-
minibus principalium delinquentium, fautores, & sequaces
eorũ deducit in processum, & sententiam sub generalitate, &
sic nominibus non expressis: quod an fieri potuit de iure, vi
de per Inn. in c. certificari. & c. in nostra. de sepult. & dixi de
li. ob. c. 1. in repe. & facit quod de istis sequacibus not. Cy. &
2 Doc. in l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi publi. ¶ † Quar
tò no. quòd hic bene describitur, quid sit schisma. est enim
insurgere cõtra vniuersalem Catholicam Ecclesiam, & eam
dictis, & blasphemijs impugnare: insurgens verò contra suũ
prælatum non videtur schismaticus: licèt veniat deponẽdus,
de quo dixi in rub. s. eod. ¶ Quintò no. quòd bona schisma-
ticorum exponuntur fidelibus occupanda. similiter & bona
hæreticorum in casu. c. excommunicamus. §. moueatur. de
hære. & ibi dixi, quid iuris de feudis, & bonis emphyteuticis,
quando bona alicuius publicantur. ibi enim est tex. quòd pu
blicantur, saluo iure domini principalis. dixi. s. eod. c. cum
secundum leges. & per Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus,
de dam. infec. ¶ Sextò no. in ver. contra natos insuper. quòd
posteri puniuntur ex delicto progenitorum: quandoque per
petuò: quandoque vsque ad certum gradum, siue descende-
rint ex linea fœminina, siue masculina. d quo. j. de pœ. c. vbi-
cunque. ¶ Septimò no. in ver. omnem personam. quomodo
priuatur quis quasi possessione dignitatis: mandatur enim,
quòd nullus debeat eum reputare pro tali, nec sibi responde
re de iuribus dignitatis. simile. s. eo. li. de re iudi. in c. ad apo
stolicæ. ad fi. & c. cum nostris. de consuet. præben. & c. olim. il
3. de resti. spolia. vbi omnino vide in nouel. ¶ Octauò not. in
d. ver. quod dixit Iac. & Pet. vel eorum alterum. quòd si pœ
na adiicitur, si fauebo. I. & P. non committitur, si faueam vni
tantum ex eis: nisi sit dictum, vel eorum alterum, &c. nam
ad veritatem copulatiuę requiritur concursus copulatorum,
c. 2. de rescrip. & vide de hac materia in l. fin. ff. si quis cau. vbi
plenè, an implens pro parte, similiter pro parte consequa-
tur præmium, siue pœnam. facit l. demonstratio. ff. de con-
di. & demonstra. ¶ †Nonò nota. puniri eos, qui fauent delin
3 quentibus. & fauor iste potest multis modis impendi, vt not.
in cap. 1. de offic. deleg. & plenius in Clemen. 1. de pœn. vbi
est glo. not. & magi.

Rub. De homicidio.

SVMMAE.

1 *Papa sollicitam curam circa oues gerere debet.*
2 *Potestas omnis dicitur esse à Deo.*
3 *Assassini qui dicantur.*
4 *Mandans ex solo mandato tenetur.*
5 *Delicto fauere quis multipliciter dicitur.*

CAP. I.

PRO humani. ¶ Diuide capit. vt in glo.
1 ¶ †No. officium Papæ. debet enim solli-
citam curam gerere circa oues, vt s. de
eta. & qualita. cap. intelleximus. & consi-
stit illa sollicitudo (vt dicit litera) in re-
mouendo noxia, & agendo profutura;
vnde non sufficit prælato hoc annunciare
consilio, scilicet, quod eos facere, & vitare oporteat: nisi pu-
niat non parentes. 23. quæst. 4. cap. quædam. & ibi in gl. non
ergo. & ex hoc sequitur, quòd vita dissoluta, & ignorantia
clericorum redarguit prælatum de negligentia. super quo
vide quod nota. in cap. irrefragabili. in princip. de offic. or-
dina. & cap. penul. supra de re iudica. vbi bona glo. debet
ergo habere vigilem curam: sicut præses prouinciæ, ad quem
spectat curare, vt quieta, & pacifica prouincia fit, quam regit.
quod non difficulter obtinebit, si sollicitè agat, vt malis ho-
minibus prouincia careat, eosque conquirat. ita dicit l. con-
gruit. de offic. præsid. & inducit Ioan. And. hunc text. dum
dicit [excusso negligentiæ somno] & cæt. primò contra
scholares pigritantes, & dormientes: qui melius facerent,
si se,

si se, & suos inanibus sumptibus non vexarent. ff. de inoffi.
testa. l. 1. secundò inducit hoc contra prælatos negligentes,
qui discretè agerent, si se à tanto onere procurarent absol-
ui. nec se tantis periculis obligarent: [quia subiectorum san-
2 guis] &c. 43. distinctio. c. Ephesijs. ¶ † Secũdò no. q omnis
potestas est à Deo: vnde ad Romanos 13. Potestas à domi-
no Deo est. & 22. quæstio. 2. §. sicut etiam. siue sinente, si-
ue iubente. 23. quæst. 1. c. quid culpatur. iuxta fin. 2. quæstio.
4. c. quæsitum. & quia est à Deo, infert Ioan. And. post Host.
quòd non est per pecuniam acquirenda. & intelligit pro Pa
patu, vel Imperio. & incidit in legem Iul. de ambitu vt ff. ad
leg. Iul. de ambi. l. 1. primo respõ. Nec obst. quod ibi dicitur,
quòd non habet locum in ciuitate Romana: quia illud intel-
ligitur quò ad principem iam canonicè electum: quia su-
per omnes est. de elect. c. licèt. & vt legibus solutus quod pla-
cet, disponere potest. ff. de legi. l. princeps. 29. quæstio. 3. c. cũ
acta per mundum. de quo plene de concess. præben. c. propo-
suit. ¶ Tertiò not. quod dicit [cooperante.] per hoc dicit
Ioan. Andr. quòd dominus non cooperabitur non operanti. iuxta illud:

Dat Deus omne bonum: sed non per cornua taurum.

Et vide quod no. in Cle. inter. de magi. in 5. glos. & Sallu. in
Catilinario in arenga Catonis, contra pigros & desides lo-
quens dicit: Non votis, neq; supplicibus mulieribus auxilia
Deorum parantur: sed vigilando, & bene consulendo omnia
prospera succedũt. vbi socordiæ, atque ignauiæ te tradideris;
nequicquàm Deos implores, irati. n. infestique sunt. Et lex di
cit. Vigilantibus, & non dormientibus iura subueniunt. l. pu
pillus. de priuileg. credi. ¶ Quartò not. ad quem effectum
Deus instituerit potestates, scilicèt ad iustitiam, rectumque
iudicium exercendum. vnde Regum est propriè facere iusti-
tiam & c. 23. quæstio. 5. capit. regum. & cap. principes. & cap.
administratores. Summum enim bonum est colere iustitiam
&c. 11. quæstio. 2. c. cũ deuotissima. Ex hoc sequitur, quòd
iniustitia, quæ est eius contrarium, est summum malum, &
aufert nomen boni, & religiosi principis. vnde si caret nomi
ne, carebit & re. C. de fe. l. à nullo. & s. de ver. sign. ca. nam &
ego. Non permittat igitur eos ad arma venire, quos potest
sua iurisdictione compescere. ff. de vsufruc. l. æquissimum. &
iudicialis vigor. ideo &c. C. de iude. l. nullus. Subdit Hostien.
quòd si aliquis est negligens in exhibitione iustitiæ: nec ali-
ter potest sibi quis consulere, habebit locum quod leg. & no.
in capit. Dominus. 23. quæstio. 2. & per Ioan. Andr. in cap. 2.
de iniu. & dam. da. j. eod. lib. ¶ Quintò no. in ver. nos tantò.
quòd dicit [ecclesiastica animaduersione.] & in fin. cap. cæ-
teras pœnas imponit, s. depositionis, diffidationis &c. & sic
ecclesiastica animaduersio in multis consistit. Sed cõtra hoc
oppo. de c. querenti. de verb. signifi. vbi non continentur ni-
si tria, de quibus ibi. Solu. ibi loquitur de censura ecclesiasti-
ca. hic de verbo [animaduersionis] quod latius patet, vt in
fin. capit. Est aduertendum, quòd animaduersio, de qua hic,
non comperit delegatis etiam à Papa, qui non poterunt be-
neficijs priuare, deponere, nouam mulctam indicere, nec ali
as pœnas infligere, de quibus sequitur: licèt possint subdele-
gare, & in expensis condemnare. de offi. deleg. cap. significa-
sti. de do. & contu. capit. 2. & de eo, qui mitti. in pos. cap. 1. &
per totum. Ordinarius autem ecclesiasticus ista omnia pote-
rit, nisi prohibeatur, de cle. non resi. ca. ex tuæ. Subdit Ioan.
And. quòd licèt ordinarius iudex ecclesiasticus possit infligi
re ordinariam mulctam: debet tamen cauere, ne propter
questum pecuniæ sustineat subditos in delictis, vt in cap. di-
lectus. de pæ. & consuluit, quòd ad euitandam suspicionem
auaritię faciat tales pœnas conuerti in pias causas. de iu. ca.
cum sit. in fin. de vi. & ho. cle. c. cum ab omni. & quod no. in
d. c. irrefragabili. in nouel. vbi omnino vide. Si tamen iudex
pœnam spiritualem credit plus timeri, debet illam infligere,
vt hic, & s. vt lit. non conte. c. quoniam. in fi. nam plectendo
& ignoscendo, &c. 23. quæstio. 5. cap. prodest. facit. j. de sen.
exc. cap. venerabilibus. §. denique. secundùm Io. qui in hoc
no. de duplici mucrone episcopali, quorum vnus est eradi-
cans per degradationem. alius disciplinans, qui vibratur ad
punitionem: nec de facili dispensat. de cle. nõ resi. ca. ex tua.
secundus vibratur ad correctionem. 2. quæstio. 1. cap. multi.
hunc vibrare possunt inferiores episcopis, vt hic. sed non pri
mum. de sen. ex. c. Romana. in prin. & s. de elec. c. transmissa.
3 ¶ †Sextò no. quòd quandoq; quis mandat alium occidi per
assassinos, qui dicuntur à scindo, scindis. scindunt enim ani-
mam à corpore, sin Arch. Sed sin communẽ, & vulgarem mo
dum loquendi assassini dicuntur, qui precio conducti deli-
cta committunt. & isti atrocius de consuetudine puniuntur,
quàm si gratis, mãdato, suscepto, delicta cõmittãt, vt no. Bar.
in l. nõ solũ. §. si mãdato. de iniu. & l. Cicero. de pę. & per istas
remissiones intelliges, quis dicatur assassinus. & concor. hic
Io. An. in nouel. Qui dicit, quòd vulgariter assassini dicũtur,
qui per pecuniam homines occidunt. ¶ Septimò no. q si ti-
meo offendi per aliquem, possum adire eius dominum pro
securitate. & sic facit ad quæstio. q si quis timet offendi ab
aliquo, potest adire iudicem, & ab eo petere, q faciat eum
assecurari. & dicit Cy. quòd iudex debet eum exaudire, caus-
sa cognita, inquirendo de inimicitijs. & si aliàs talia facere
consueuit, & sit persona, quæ potuit verisimiliter lædi: &
ista veniunt in causæ cognitionem, secundùm eum post Iaco.
de Are. Pe. & alios, vt ipse no. in l. denunciamus. C. de his, qui
ad eccle. confugiunt. Tu dic post Bar. quòd quandoque peti-
tur præstari securitas à re rei. & de hac habes per totum tit.
de damno infe. quandoq; à re personæ. & de hac dicit nulla
lege caueri, quòd præstari debeat. dicit tamen, quòd potest
iudicis officium implorari: vt faciant eam refici, si est vicinus,
vt l. præses. ff. de offi. præsi. ibi idem reperi in add. Marsi. Old.
Tho. de Forma. & And. Cas. de Pisis. quòd si domus tua meæ
domui minatur ruinam: quòd ego possum adire iudicem, &
petere, quòd eam reficias: nec audieris, si velis cauere de da-
mno infecto: quia cum eam ego, & filij mei personaliter ha-
bitemus: si domus tua rueret super nos, inutilis esset cau-
tio, & non plenè consultum, vt d. l. præses. facit capit. ac-
cedens. 2. vt lit. non conte. in ratione sui. Si verò non inha-
bitaremus: tunc sufficit cautio damni infecti. ad primum fa-
cit. C. de officio priato. l. finguli. secundùm Odof. Quando-
que petitur præstari cautio à persona rei: & ista est licita, &
bona, vt l. fin. in prin. C. de ero. mi. ann. lib. 12. facit l. si fideius
sor. §. fin. ff. qui satis. cog. Quandoque petitur præstari à per-
sona personæ. & de hac loquitur iste tex. & Cy. vbi. s. Sed nũ-
quid ab isto, de quo probabiliter timeo, potero petere secu
ritatem non solum pro me: sed etiam pro amicis meis? dicit
quòd sic. per l. cum precario. ff. de preca. & l. si stipulatus fue
ro perte non fieri. de ver. ob. & l. 2. & l. non solum. de vsu &
ha. similiter econuerso dicit Gul. de Cu. tenetur præstare ta-
lis securitatem, quòd nec ipse, nec familiares sui offendent:
& sic pro se, & alijs, quos potest prohibere, vt l. in lege. & l.
qui insulam. ff. loca. Sed dices, duplici ratione illa cautio non
videtur præstanda. prima, quia leges securitatem omnibus
tribuunt, dum delicta coercent metu pœnarum, vt l. capita-
lium. §. has statuas. ff. de pœni. secunda, quia vbi est pericu-
lum, & timor mortis, fragile est remedium cautionis, vt cap.
accedens. il 2. s. vt li. non conte. & l. qui ita. ad Treb. Sol. quò
ad primam dicit Bar. quòd iste, qui venit contra fidem, &
securitatẽ à se datã, acrius punietur: quasi iusta ista sit causa ag
grauandi pœnam legalem, sicut quædam alia, de quibus in l.
quid ergo. §. pœna grauior. de his, qui not. infa. Quò ad se-
cundam dico, quòd quando cautio est præstanda super eo,
quod non recipit æstimationem, debet adijci pœna iudi-
cis arbitrio, si fuerit conuentum. Circa quod vide quod
not. Ioan. Andr. sup. de offi. dele. capit. coram. & quod
ibi dixi in. 2. oppo. vbi remisi ad Spe. & ad l. fi. de præ. stipu.

¶ Ad idem quærit, vtrùm ille, qui sic timet offendi, possit petere à iudice, vt licitum sit sibi ducere famulos, vel seruientes. & videtur, quòd non quasi sufficiat cautio, vt dictum est. ipse tamen tenet, ꝙ iudex possit concedere ex causa, arg. l. fi. in princip. C. de erog. mi. anno. li. 12. & ibi no. cuius expen. ista fiant. ¶ Tangit vlterius, quòd illa cautio durabit, & limitabitur ad tempus, prout iudici videbitur, cum non sit lege determinatum, vt l. fin. de iur. deliber. Item quòd committitur etiam si extra territorium iudicis committatur offensa. ¶ Tangit ét de alia specie securitatis, quâ quandoque concedunt iudices ex bannitis, & delinquentibus, vel hostibus, vt securè compareant, siue veniant. & istam vtrùm iudex possit concedere, & seruare teneatur, dic, vt in l. is qui reus. de public. iudic. & l. 1. ff. de do. & l. item quia. de pact. & prædicta no. Barto. in l. illicitas. §. potentiores. ff. de offic. præsid. qui ista ibi habuit ex additio. Ioan. Andr. & Caffi. de Pisis, vt ibi reperi. ¶ Octauò nota. in ver. Sacri approbatione, ꝙ prima constitu. astringit omnes principes, & prælatos, & sic duo sunt genera hominum; quorum vnum non venit sub expressione alterius. 12. q. 2. c. duo. & quid importet illud verbum, principes, & quos includat, vide in Cle. præsenti. de bap. super ver. regum. ¶ Nonò nota, quòd illa pœna includit illos, qui mandant per assassinos occidi Christianos. secus ergo si Iudæos, vel alterius sectæ; ex quo dicit Ioan. And. se defendisse quendam prælatum, contra quem fuerat probatum, quòd fecerat occidi homines per assassinos; s. qa cum homines illi potuissent esse non Christiani, non concludebat articulus in hanc pœnam. & sic debent esse aduocati cauti in formandis articulis, vt concludant: aliàs dubia probatio non releuat probantem, vt c. in præsenti. de probat. facit quod ipse not. infra cap. proxi. supra eod. lib. de sta. reg. c. vno. §. sanè. in prima glo. & j. titu. 1. cap. 2. in princip. Cautela autem (vt hic dicit) versatur in formandis articulis secundùm verba legis, siue statuti. & ita etiam not. dominus meus Do. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cler. vbi alleg. illud dictum Ioan. And. pro notabili. ¶ Aduertendum etiam secundùm Archid. quòd ista Decret. loquitur de his, qui non sunt sub alicuius dominio, sed per pecuniam homines occidunt: qui vulgariter assassini dicuntur. & ita hic in nouella. super glo. probabiliter. vbi refert de quodam barone Saraceno: qui ita nutrit suos, quòd parendo mandatis domini sui, credunt saluari: & isti sunt multum timendi. de quibus Sene. ad Lucillum epistola 4. ait. Nemo verò seruus habet vitæ, necisque arbitrium. Ita dico quisquis vitã
4 suam contempsit, cui dominus est. ¶ † Decimò nota, quòd tenetur quis ex solo mandato, etiam si ex eo non sequatur homicidium, quod mandatum fuit. alibi dicit tex. quòd non tenetur ex solo mandato, nisi delictum fuerit subsecutum, vt l. item apud. §. si curauerit. ff. de iniur. Sed ibi loquitur in delictis leuioribus. secus in delictis atrocioribus, vt ibi not. Barto. & plenius eod. titu. l. non solùm. §. si mandato. & dicam. j. plenè: vtrùm scilicet, delictum inchoatum, & non
5 consummatum veniat puniendum. ¶ † Vndecimò no. quòd multipliciter quis fauet delicto, scilicet mandando, receptando, defendendo, & occultando. primi grauius puniuntur. Reliqui secundùm ordinem quilibet minus altero, vt supra eod. c. sicut dignum. in casu tamen huius c. pariter puniuntur. Barto. de istis auxiliantibus plenè not. in l. in furti. ff. de fur. vbi de auxilio prohibito simpliciter, & de alio ꝓhibito respectu certi actus. Item qñq; præstatur auxilium ante delictũ: quandoque in delicto; quandoque post delictum; puta ad euitandum. dic, vt ibi, & Clemen. 1. de pœ. vbi glo. magistra. ¶ Duodecimò not. multiplicem pœnam proditam contra tales assassinos, & inter alias pœnam expositionis bonorum delinquentium, & inobedientium. de qua vide per Ioan. Andr. de hære. cap. excommunicamus. §. fi verò, super ver. exponat. vbi not. quòd etiam episcopus bona excommunicati rebellis, & per annum expectati potest exponere. & de multiplici pœna, quam canones irrogant, & pro eis imponendis ad brachium sęculare recurritur, hic vide in nouel. super versic. bonis mundanis. Ex quibus infert, quòd Ecclesia habet iurisdictionem non solùm quò ad spiritualia: sed etiam quò ad temporalia. Subdit tamen semper æquum forè primò per Ecclesiam recurri ad temporale dominium, quando agitur de correctione sæcularium: qui si non obediunt, vtrunque astringit. de iude. cap. ita quorundam. & cap. & si iudæos, & cap. in nonnullis & cap. cum sit, & c. ad liberandam. eod. tit, & de vsu. cap. post miserabilem, & cap. quantò. ¶ Tertiodecimò nota, quòd constitutio canonica potest aliquem diffidare cum omnibus bonis suis, & credo, quòd idem sit simpliciter diffidare, quod ponere in banno Imperiali. de quo banno habetur in Auth. Item nulla communitas. C. de episco. & cler. & ibi de bannitis à ciuitate, quem effectum habeant talia banna. & an taliter bannitj sint similes deportatis, vel relegatis, siue in metallum damnatis. de quo plenè per Barto. in sua disputa. quæ incipit Lucanæ ciuitatis. & colligunt hic quidam, quòd Christianus Christianum offendere non debet: nisi eum prius diffidauerit. aliàs est proditio; quia infidiatur homini, cui est quædam naturalis coniunctio, vt l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Subdit tamen Hostien. quòd ista diffidatio ad hunc effectum offensionis, & vltionis fieri non põt: nisi prius iudicis sententia decernatur. & hinc sumpta occasione Ioan. Andr. post Host. dicit septem esse bella. primum Romanum: secundum iudiciale: tertium præsumptuosum; quartum licitum: quintum temerarium: sextum voluntarium; septimum necessarium. Primum, scilicet Romanum, est iustum. & sit per fideles contra infideles, & dicitur à Roma, quæ est caput mundi. de hære. cap. excommunicamus. Secundum, scilicet iudiciale, etiam est iustum, si fiat auctoritate iudicis habentis merum imperium, non dicentis sibi ius, & debitum ordinem seruantis. quæ verba exponit Hosti en. in sum. de treu. & pa. §. quid sit iustum. Tertium, scilicèt præsumptuosum, faciunt subditi contumaces, & inobedientes iudicibus. & istud sicut est licitum ex parte iudicis inferentis: ita est præsumptuosum ex parte subditi resistentis. de pœn. distinctio. 6. §. 1. ad fin. & de maio. & obedien. cap. si quis. & l. qui restituere. de rei vendica. Quartum, scilicet licitum, dicitur, quòd infertur iuris auctoritate, vt hic. & C. quan. li. se fine iud. vind. & in casibus propulsandæ iniuriæ à se, vel à socio. infra de senten. excommunicatio. cap. dilecto. Quintum, scilicet temerarium, dicitur, quando deficit auctoritas iuris, & iudicis: quod est temerarium in aggrediente, & iustum in defendente, vt s̃. prox. dixi. Sextum, scilicet voluntarium, est, quod ineunt principes inter se, maximè post diffidationem: quod non licet sine superioris auctoritate, vt s̃. dixi. Septimum, scilicet necessarium, est in defensione consistens, vt d. l. vt vim. & d. c. significasti. & d. cap. dilecto. & de his plenius videas vbi s̃. scilicet in summa. & per Ioan. An. s̃. de resti. spoliato. c. olim. il 1. & c. ficut. de iureiuran. & dicam plenius in d. capit. dilecto. ¶ Quartodecimò not. in ver. & postquàm. quòd in pœna, quæ infligitur ipso iure per constitutionem, non requiritur sententia: sed contra id opponit Archid. de cap. vt inquisitionis. s̃. eo. lib. de hære. vbi quis de hæresi prius condemnatur, & post condemnationem recipitur à iudice sæculari: qui non potest ante sententiam iudicis ecclesiastici executionem facere in personam, nec in bonis hæretici: licèt ipso iure sint bona confiscata, vt c. cum secundùm leges. eod. titu. Solu. dicit Ioan. An. post Archid. in nouel. hunc tex. sic intelligendum, quòd non est necesse de prædictis pœnis exprimi in sententia. sed hoc ipso, quòd pronunciatum fuit, illum esse fautorem assassinorum, pœnæ suum sortiuntur effectum; quamuis in sententia specificatum non fuerit. Sicut enim hoc ipso, quòd de capitali crimine quis est damnatus, tacitè

tacitè venit confiscatio bonorũ, vt C. si pen. ap. mors inter. l. si is qui. & l. fi. C. si re. vel accu. mor. fu. & sufficit iudicem pronunciasse accusatorem calumniatum esse in causa, etiam si de pœna nihil dixerit. 2. q. 3. §. notandum. & hoc modo dicit intelligenda omnia iura canonica, & ciuilia, quæ dicunt ipso iure, vel ipso facto aliquem puniri confiscatione bonorum, vel quacunq; alia pœna: vt scilicèt sufficiat iudicem pronuntiare illius criminis talem esse culpabilem. & locus erit pœnis de iure, etiam si in sententia non exprimantur, vt hic, & d. c. cum secundum. Et aduerte, quia Ioan. Andr. solùm loquitur, cum iudex pronunciat in delictis, in quibus pœna infligitur ipso iure per legem. Sed quid in delictis, in quibus pœna venit per sententiam infligenda? Bar. in l. 1. ad Turpil. dicit, quòd quædam sunt delicta, quæ habent nomen à iure, & ex vi nominis comprehenditur delictum, vt furtum, falsum, adulterium, calumnia, & similia. & in istis siquidem est à iure imposita certa pœna: tunc sufficit pronunciare esse commissum delictum, & ita loquitur. l. 1. Item si à iure non reperitur certa pœna statuta. Nam tunc succedit lex, quæ pronunciat super pœna, quæ communiter consueuit imponi pro illo delicto, vt l. quid ergo. §. pœna grauior. de his, qui no. infa. Quædam sunt delicta innominata: vt si iudex pronunciat te percussisse. T. vel ipsius incidisse arbores, vel eius combussisse domum. ista sunt verba magis facti, quàm delicti: quia possunt quandoq; committi absq; delicto. & super istis si iudex pronunciat te alia simpliciter commisisse, non videtur pronunciare super delicto, nisi iudex adijceret pœnam in sententia: vel diceret doloſe, & culpabiliter hæc commissa. hanc differentiam probat ille text. vbi si iudex pronunciat. non probasti: quia hoc potest esse absq; omni dolo, & sine iure, in hoc dubio absoluetur. Sed si diceret. calumniator es: cum non possit esse calumnia absq; dolo: videtur sic distinguendo condemnasse. & dicit hanc practicam vtilem propter ignorantiam assessorum: qui quandoq; pœnam pro delicto infligendam ignorant. possunt enim sine pœnę expressione pronunciare talem deliquisse, & in pœnam succedit potestas legis. Et ex prædictis tacitè infertur, quòd in libello criminali non est necesse, quòd accusator, vel denunciator aliquid concludat de pœna certa: nisi, quòd dicat. quare peto talem puniri iuxta formam nunc seruata solemnitate l. libellorum. de accu. vbi Bar. ita no. cui adde quod no. Inno. in c. cum dilectus. de ordi. cog. super ver. Iustitiam fieri postulabat. ¶ Opp. dicitur hic circa fi. ꝙ si ex mandato mors forsitan non sequatur, tenetur qui mandauit istis pœnis. Sed contra hoc oppo. & videtur, quòd delictum attentatum, & non consummatum non puniatur. de pœ. di. 5. c. cogitationis. & l. 1. ff. quod quisque iur. ibi [quid enim obfuit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectum] ad hoc l. item apud. §. si curauerit. ff. de iniuri. vbi delicto non secuto, non puniri manda. ad idem. l. si quis vxori. §. neque verbo. ff. de fur. cum multis si. Solu. ista est longa materia. de qua per Cy. la. Bu. dom. meum Bal. & alios in l. si quis non dicam rapere. C. de epi. & cle. distinctio Cy. est plenior; ideo sequamur ipsum, additis aliquibus dictis Bal. distinguendo sic. Cum quæritur, nunquid delicta perfecta, vel non, puniantur: dic ꝙ aut quis non cogitat delinquere, nec agit, nec perficit: aut cogitat tantum, sed non agit, nec perficit: aut cogitat, agit, & perficit: aut agit, & perficit, sed non cogitat. Primo casu quando non cogitat, nec agit, nec perficit; & non punitur regulariter. quia pœna suos debet tenere auctores, vt l. sancimus. C. de pæ. & cap. quæsiuit. de his, quæ fi. à maio. par. Cap. Fallit in crimine læsę maiestatis, & hæresis quò ad quedam, & in casu cap. felicis. de pæn. & capit. 1. de schisma. Fallit & in alijs certis casibus, prout ibi not. Secundo casu, quãdo tantum cogitat. & tũc aut non persistit in tali cogitatione: & non punitur, nec à Deo, nec ab homine: quia primi motus non sunt in nostra potesta te secũdũ Philosophũ. aut in tali cogitatione psistit: & tũc punitur in foro pœnitentiali, non iudiciali. Fallit in hæresi, vbi sola mentis deliberatio sufficit ad consummationem delicti: nec requirit aliquem actum extrinsecum. vnde mentalem hæreticum, licèt ab extra non ostenderit signa hæresis, puniet inquisitor, si per eius confessionem sibi de hoc constaret: quia de occultis cordis alterius iudicare non posset. Tertio casu, quando cogitat, sed non perficit: & tunc aut quæritur de actione ciuili cõtra talem concedenda: & nõ datur, vt l. vulgaris. §. qui furti. ff. de fur. Fallit, vbi delictum illud attentatum, & non consummatum posset trahi in exemplum, vt l. si quis seruo. C. de fur. Aut quæritur de actione criminali contra talem concedenda: & tunc aut peruenit ad actum proximum, aut remotum. Primo casu aut non perfecit; quia noluit: & non punitur, vt l. falsi. C. de fal. aut quia non potuit: & tunc aut fuit impeditus impedimento iuris: & non punitur, ac si perfecisset, vt l. inter omnes. §. fin. de fur. Aut impedimento facti: & tunc in atrocibus dicunt quidam, quòd punietur perinde ac si consummatum esset, vt l. si is qui cum telo. C. ad leg. Corne. de sicca. Alij dicunt, quòd punietur mitius. quod videtur æquius Cy. per l. 1. ff. de extraor. cri. In leuioribus, dicunt quidam, quòd ei parcitur, vt l. 1. ff. quod quisque iu. sed ibi non est propriè delictum secundùm Iaco. de Are. Quarto casu, quando cogitat, agit, & perficit: & tunc punitur, nec per pœnitentiam definit esse nocens, vt l. qui ea mente. ff. de fur. Fallit in certis casibus, quos ibi tradit Bar. per modum distinctionis. dic vt ibi. Quinto & vlti. casu, quando non cogitat: tamen egit, & perfecit. & tunc dicit Cy. quòd aut commisit delictum casu, aut culpa. Si casu, & tunc aut talem casum præcesserit culpa: & punitur. ff. de dam. infec. l. fluminum. §. hæc stipulatio. & de ac. & ob. l. ex maleficijs. §. is quoque. & l. 1. de legi. Si verò culpa non præcesserit: & punitur. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. 2. §. si eo tempore. & de pæ. l. respiciendum. & C. ad leg. Cor. de sicca. l. 1. Secundo casu quando delictum est commissum culpa. & tunc aut culpa lata, aut leuissima, siue leui. si lata, punitur, sed minus, quàm si fuisset in dolo, vt ff. de sicca. l. in lege. & quod not. in l. videamus. ff. de in lit. iur. Si verò deliquit culpa leui: & minus adhuc punit, vt ff. de reg. iur. l. quicqd calore. si verò culpa leuissima, minus adhuc punietur, vt ff. ad leg. Aqui. l. scietiã. §. qui cum aliter. his tamen duobus vltimis casibus non punitur criminaliter, sed ciuiliter tantùm, secundùm Cy. Tu dic de his delictis leui culpa, vel leuissima, perpetratis, an criminaliter puniantur, vt no. Bar. in d. l. respiciendum. ista est distinctio Cyn. in effectu in d. l. si quis non dicã. licèt super certis membris prædictis alleget quædam iura, quæ videntur contrariari, quibus respondet, vt ibi. Procedit autem illa distinctio, qñ delictum cogitatum, attẽtatum, perpetratum, & perfectum cadit sub illa specie delicti, in qua delinquere cogitauit. Si autem cogitauit de vna specie, & incidit in aliam: vel cogitauit minus, & deliquit plenius. do. Bald. tangit in d. l. si quis non dicam. & remittit ad l. eum qui. §. si iniuria. de, iniu. ff. & l. quoniam multa facinora. C. ad le. Iul. de vi. adde, quòd pœna, quæ imponitur ipso iure, vel ipso facto per legem, semper requirit factum consummatum, vt not. Ioan. Andr. singu. in regu. in pœnis. de regu. iu. in Mercu. alibi etiam dicit Bar. quòd pœna, quæ infligitur ipso iure, nun quàm potest crescere per inficiationem. quod est vtile ad statuta, quæ contra negantem maleficium augent pœnam. Nam in pœnis ipso iure per legem inflictis non habet locum illud statutum, vt ipse no. in l. id quod. ff. de pecu. lega. ¶ Iuxta ꝓdicta quæro, vtrum in delicto inchoato in vno loco, & perfecto in alio attendamus locum principij, an finis. puta, dicat statutum, ꝙ villa teneatur capere malefactorem, aliàs puniatur. quę villa tenebit ne in prædicto casu, quo in vna est inchoatũ, in alia est consummatũ delictum? determinauit La. ꝙ vtraq; villa teneatur. qđ dic per do. Bal. in d. l. si quis nõ dicã. Vbi re

quirit, vtrùm in pœnis ſtatutorum proceſſum ad actũ proximum puniatur pro delicto conſummato. Breuiter dicit, q̃ in pœna legis municipalis ſtabit ſtrictæ naturæ verborum. vnde ſi ſtatutum dicit. Adulter decapitetur, requiretur actus conſummatus. & ita tenet Specu. & Cyn. in d. l. is qui cum telo. ¶ Vltimò pro intelligentia prædictorum vide not. in prælleg. cap. in pœnis. in Merc. vbi enumerat multos caſus, in quib. ipſum attentare habetur pro cõſummatione delicti, Inter alios enumerat caſum huius c. vbi punitur ſolum mandatum, etiam delicto non ſecuto. & ita hic in nouel. vbi ſubdit ad fi. quòd quò ad Deum, & in delictis conſummatis habet locum pœnitentia, vt in iuribus, quæ allegat.

SVMMAE.

1 *Clericus de delicto querelam proponens coram iudice ſæculari debet proteſtari, quòd vindictam ſanguinis non intendit.*
2 *Offenſus emendam damni iam illati petere poteſt.*

CAP. II.

PRælatis vel. Primò ponit dictum, quod ſe cundò probat per euitationẽ abſurditatis, ibi[alioquin.]Pro intelligẽtia. c. præmitte, q̃ ex delictis, maximè publicis, oritur duplex actio, ciuilis, & criminalis. ciuilis datur parti ad intereſſe. criminalis datur rei publicę ad pœnã, vt l. ſtor edixit. ff. de iniu. & l. fi. de pri. deli. facit c. tuæ. de procur. vbi in crimine adulterii oritur ciuilis ad ſeparationem thori, & repetitionem dotis, vt c. 1. vt lit. nõ cõteſta. & criminalis ad vindictam publicam, vt l. 2. §. ſi publico. ff. de adulte. facit quod no. in c. at ſi. de iudi. Clericus igitur poteſt agere ciuiliter ex delicto pro ſuo intereſſe. conſequendo. nec imputatur ſibi, ſi reperto delicto, iudex criminaliter puniat delinquentem, vt in iſto c. ¶ Not. primò, quòd omiſſa criminali accuſatione, poteſt quis de crimine ciuiliter agere. vtranque autem. ſ. criminalem, & ciuilem non videtur, q̃ poſſit intentare, vt l. interdum. ff. de pub. iu. & an ſentẽ
1 tia lata in vna præiudicet in alia. ỹ. dicam. ¶†† Secundò not. quòd clericus de delicto querelam proponens coram iudice ſæculari debet proteſtari, quòd ad vindictam ſanguinis non intendit. Ex quo colligo, quòd ſi omiſſa hac proteſtatione, ſimpliciter querelam proponeret, imputaretur ſibi mors per iudicem illata: quod eſt verum, quando tale erat delictũ, ex quo debebat tali pœna puniri. ſecus ſi imperitia, vel ſæuitia iudicis ſit proceſſum ad talem pœnam. quia tunc prælato taliter conquerenti non imputaretur talis imprudentia, vt l. ſi per imprudentiam. ff. de euictio. & l. qui cum maior. §. fina. de bo. lib. & idem ſi petita executione ſententiæ in ciuili latæ pro clerico contra laicum, laicus familię reſiſtens occiditur, vel mutilatur. hoc enim non clerico, ſed ſuæ duritiæ imputatur, vt §. eod. c. poſtulaſti. proteſtatio igitur, de qua hic, tunc habet locum, cum ex narratione facti præſumptis poteſt comprehendi ciuiliter, & criminaliter. debet enim tunc talis duplicitas temperari verbis per clericũ querelantem, vt hic patet. Sicut actio, quæ infamat, intentata cõtra patrem, vel patronum per filium, vel libertum, eſt verbis temperanda, vt l. 2. §. aduerſus. ff. de do. excep. & l. non debet. & per iſta bonum eſt conſilium, quod tradit hic Ioan. And. clerico querelanti: vt dicat [conqueror potius, quàm accuſo:], vt ſic teneat ſe cum verbis, quibus vtitur. iſte text. putat tamen, quòd quamuis dicat [accuſo.] ſi tamen adſit proteſtatio, vt hic, ceſſat irregularitas. nam & querela inofficioſi licèt perſequatur regulariter rem familiarẽ: tamẽ dicitur accuſatio, vt l. in arena. & l. in parentibus. C. de inoffic. teſtamen. ¶ †† Tertiò not. quòd offenſus poteſt petere emendam damni iam illati, & prouideri etiam in futurum, ne ſimilia malefactor illẽ præſumat. quod intellige, quando de
2 iteratione offenſæ eſſet præſumptio contra malefactorem, putà eſt notabilis, & potens vicinus, quem offendit, & damna intulit in perſonis, animalibus, & alijs rebus. de quo dic, vt dixi. §. c. proxim. in 6. nota. ¶ Quartò not. quòd propoſita querela contra malefactorem ciuiliter iudex quandoq; procedit ad vindictam ſanguinis, iuſtitia exigente. & hic aduerte, quia ſi in caſu huius c. iudex laicus poterat cognoſcere de ciuili, & criminali: ſicut poteſt hic Poteſtas Bonoñ. tunc ſi actum eſt de crimine ciuiliter, de quo conſtet: videtur, quòd talis iudex poteſt talem punire criminaliter, etiam ſi ad hoc non ſit actum. & hoc ſonat iſte text. quod forte eſſet verum, quando de tali crimine ciuiliter intentato conſtaret per confeſsionem rei. quo caſu cum per ipſam confeſsionem in iudicio ſit effectum crimen notorium: videtur, quòd iudex poſſit ipſum punire ſine alio proceſſu, vt no. Inn. in c. qualiter. il 2. de accuſ. & cap. cum ſuper. de confeſ. Si verò per teſtes, vel alias probationes conſtaret de crimine ciuiliter intentato: non videntur probationes illæ, vel acta habita in ciuili facere plenam fidem in criminali, vt C. quan. ci. ac. cri. præ. l. 1. facit c. 1. de excep. & c. cum dilectus. ad fin. de ord. cog. hoc ergo caſu quando aliter. ſ. quàm per confeſsionem, conſtat iudici de crimine: quomodo poteſt intelligi iſte text. vt mortem inferat, iuſtitia exigente? credo per inchoationem noui proceſſus per viam inquiſitionis: quaſi proceſſus ſuper crimine in ciuili ſufficiat quò ad hoc, vt iudex poſsit de tali crimine inquirere, de quo conſtat ſibi per probationem in ciuili proceſſu: vt ſic iſte ſit de caſibus, in quibus de iurę ciuili poſsit iudex procedere per inquiſitionem, ſicut in certis alijs: de quibus per Bar. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adulter. & hoc etiam modo poteſt intelligi iſte tex. Si autem iudex, qui cognoſceret de crimine ciuiliter, non eſſet iudex competens in crimi nibus: non videtur, quòd poſsit inferre mortem, vel aliam pœnam infligere. Sed quid erit de crimine coram eo probato? nam impunitum remanere non debet, vt c. vt famæ. de ſen. excom. & l. ita vulneratus. ad leg. Aqui. videtur, quòd debeat, remittere ad maiorem iudicem, vt l. diuus. ff. de fal. & in Auth. de teſti. in 2. coll. facit quod no. Inno. in c. pen. & vlti. de pœ. & omnino vide quod no. Cyn. in l. fi. C. de ſpor. vbi dicit, quòd ſi iudex poteſt cognoſcere vſque ad 40. delinquentem coram ſe non poterit punire vltra. & ſi delictum illud maiorem pœnam exigat, reſiduum iuſtitiæ pertinebit ad principem, qui poterit punire in illo exceſſu. & vide etiam quod ipſe no. in l. nullum. C. de teſt. vbi de teſte, qui deponit falſum coram iudice: an ſit iudex in illius criminis punitione, licèt alias non ſit iudex ſuus, tex. ibi vĩ, q̃ ſic. quod no. ¶ Iuxta prędicta quæro. Iudex maleficiorum fert ſententiam ſuper pœna.: an in eadem ſentẽtia poſsit delinquentẽ condemnare ad reſtitutionem rei ſubtractæ, raptę, vel inuaſæ? videtur, quòd non. quia ciuilis, & criminalis non poſſunt ſimul intentari in libello, vt l. interdum. ff. de pub. iu. ergo nec deduci in ſententia, quæ debet eſſe cõformis petitioni, vt l. vt fundus. commu. diui. & c. licèt. il 2. de ſimo. Item, vt dixi. §. iudex ciuilium non cognouit de crimine, ſed remittit. ergo ecõuerſo iudex criminalium non debet pronunciare, vel ſe intromittere de ciuili: ne promiſcuis rerum actibus turbentur officia, vt l. conſulta diualia. de teſta. Do. Bar. de hoc not. in l. interdũ. §. qui furẽ. ff. de fur. vbi dicit, quòd licèt iudex maleficiorum non poſsit de ciuili cognoſcere, vt l. ſolemus. §. latrunculator. ff. de iudi. tamen incidenter poterit cognoſcere de quæſtione ciuili, deſcendente ex eodem facto, de quo criminaliter cognoſcit, iubendo rem reſtitui, vt eſt caſus in d. §. qui furem. & l. 4. §. ſi dicantur. ff. ſi. reg. Et per hoc infert, q̃ procedit libellus, ſeu accuſatio de damno dato, vel robaria, dicendo [peto eum puniri, & condemnari, & rem mihi reſtitui, vel emendam damni:] nec videtur intentari ciuilis, & criminalis in eodem libello, concord. dicta l. interdum. ſed videor intentare criminalem tantùm, & implorare officium iudicis, vt inciden-
ter faciat mihi rem reſtitui, ſeu damnum emendari ſecũdùm formam

formam prælle. §. interdũ. & ſic intelligit l. medicus. de va. & extraor. co. & l. qđ euitandi. C. de con. ob tur. cau. facit qđ not. Cy. in l. ſi quis à ſe fundũ. C. ad leg. Iu. de vi. in 3. & vlt. q. vbi tenet, q̃ iudex ſiue per viam accuſationis, ſiue inquiſitionis ſit proceſſum, criminaliter non poſsit condẽnare ad rei reſtitutionẽ, primò quia ad illam non fuit actũ, & fatuus eſt iudex, &c. vt l. fi. de fideiuſ. Item non põt condẽnare vltra, q̃ petitũ fit, vt l. ſi ex teſtamento. de exco. rei iud. Itẽ fruſtra diceret lex, q̃ ſi eſt actũ criminali, poteſt poſtea agi ciuili. non enim eſſet opus, ſi poſſet eadẽ ſententia condẽnare. & dicit, q̃ omnes ita tenent. Bart. aliter vt vidiſtis, vt probant. ll. quas all. & ibidẽ tenet in c. cũ oporteat. de accu. cui reſpondit Cy. & intelligit illud dictũ quò ad forũ pœnitentiæ, nõ quò ad forũ iudiciale. ¶ Vltimò quæro iuxta prædicta, vtrùm ſententia lata in criminali proſit, vel noceat in ciuili. Legiſtæ dicunt, q̃ aut vtraq; cauſa tàm ciuilis, q̃ criminalis tendũt ad vindictã, vt actio iniuriarũ, & accuſatio: & ſententia lata in vna parit iudiciũ in alia, ſiue fuerit abſolutoria, ſiue condẽnatoria, vt l. prætor edixit. §. 1. ff. de iniur. Si verò ciuilis perſequitur rem familiarem, criminalis vindictã publicam: & tũc aut ſuper vna fertur abſolutoria ſuper facto, quaſi crimen nõ ſit cõmiſſum. aut ſuper iure, quaſi non ſit probatũ, vt præfertur. Primo caſu obſtat exceptio rei iudic. primò per l. præſes. C. de plag. ſecũdò p rationẽ. quia quãdo illud idem, qđ eſt examinatũ in vno iudicio, venit examinandum in ſecundo, ſemper obſtat exceptio rei iudica. vt l. ſi quis cũ totum. ff. de excep. rei iud. in §. planè. & §. ſi ancillam. & tenet Dyn. in c. nullus pluribus. de re. iur. ỹ. e. lib. Si verò abſolutoria fertur ſuper iure, quaſi non probatum, non obſtat exceptio rei iudi. ar. ff. de excep. rei iud. l. duobus. & hoc tenet Dyn. in d. c. nullus. & Cyn. in l. 1. C. quan. ciui. act. cri. præ. aut dubitatur: & tunc dicit Barto. q̃ ſententia abſolutoria videatur lata in dubio: qa non probatum, vt l. Iul. & quod ibi not. de cond. inde. & l. pcur. ad exhib. §. 1. ff. rẽ ra. hab. In iure dicit, q̃ in dubio videtur præſtitum ſuper facto, quaſi non debitum, vt no. in l. fi. d
2 iureiu. ratio differentiæ inter ſententiam, & iuramentum eſt quò ad hoc, dupliciter. primò quia iuſiuran. habet vim ſolutionis. ſecũdò quia ille, qui iurat de eo, quod ſcit, & de facto ſuo: vnde poteſt rectè ſcire, & iurare non eſſe factum, vel cõtractum, iudex non iudicat de facto alieno. Et ideò non poſſet purè dicere eſſe factum, vel non factum. ideò ſuper eo, de quo cognoſcit (ſcilicet an actor probauerit, necne) videtur pronunciare, arg. l. cum heredes. de acqui. poſ. Si verò ſentẽtia abſolutoria eſſet lata ſuper vna: tunc non prohibetur redire ad aliam, vt l. prætor. §. 1. ff. vi bo. rap. vbi per p̃dicta dicit Bar. etiam plenè per eum, an probationes receptæ in vna proſint, vel noceant in alia: & an poſt dicta teſtificata in vna poſsint ſuper eiſdem articulis publicatis, produci teſtes in alia. dic vt ibi. Item quæ dicta ſunt, habent locũ, quando crimen examinatum eſt in vno iudicio per modum principalis intentionis: quia tunc habet locũ prædicta diſtinctio, an noceat in alio iudicio aduerſum effectum inſtituẽdo. Sed ſi crimen eſt examinatum in vno iudicio per modũ exceptio. pone in c. cum dilectus. de ord. co. tunc vtrùm poſsit in alio iudicio refricari per modum principalis intentionis. dic vt no. Cy. in d. l. 1. C. quan. ci. ac. in 3. q. ver. 2. loco. & Barto. in d. l. ſi cui. §. ijſdem. de accu. & Ioã. An. poſt Inno. in c. cum dilectus. de pur. ca. vbi dixit, q̃ de crimine agitur multis modis, per accuſationem, denunciationem, inquiſitionẽ, & receptionẽ: an ſententia lata ſuper vno modo præiudicet in alio. dic, vt ibi dixi. & c. de his. de accu. vbi quid iuris, ſi actũ eſt ad pœnitentiam. dic, q̃ non impedit, quin poſtea agi poſsit ad vindictam publicã: nec vnum forum tollit pœnam alterius, vt ibi not. alleg. hoc Ioan. And. in nouel. de iſto rancore animi dimittendo. quod per te videas &c.

SVMMAE.

1 *Paria ſunt occidere, & mutilare quò ad irregularitatẽ cõtrahendã.*
2 *Mors mandanti imputari debet.*
3 *Proteſtatio an releuet ab irregularitate.*

CAP. III.

IS qui mandat. Ponit dictum: cuius cauſa ſubdit, ibi[cum mandato.]

1 ¶†† No. q̃ quò ad irregularitatẽ contrahendã paria ſunt occidere, & mutilare. cõcor. e. ti. Cle. ſi furioſus. & in concor. in glo. 5. ¶ Secũdò nota, q̃ quando culpa eſt ordinata ad caſum, caſus omnis, qui ſequitur, imputatur culpabili. concor. ỹ. depo. c. bona fides. nam contra doloſum, & culpabilẽ ſem per inſpicitur quod euenire poteſt, vt not. in l. diuortio. ff. de nego. geſt. facit quod no. in c. ſicut nobis. §. de iud. ¶ Tertiò no. q̃ iſte tex. loquitur, cum mandatum fuit illicitum; q̃ tũc mors, & quicquid ſequitur, imputatur mandãti. ſi autem fuit licitũ, dicit in nouella, q̃ non imputatur mandanti: pone exẽplum, cum ad expugnandum caſtrum epiſcopi plures cõueniunt. ſi enim epiſcopus ſubditis mandat, q̃ arma capiant, & viriliter ſe defendãt: licèt homicidia, & mutilationes ibidem perpetrentur, non erit irregularis epiſcopus, qui mandauit.
2 quod dic, vt no. §. eo. c. ad audientiam. in nouel. ¶ † Quartò nota, q̃ ideò imputatur mandanti mors, ſiue mutilatio ſubſequens? Io. An. ſentit, q̃ ſic. qui dicit, q̃ ſi ſolam aggreſſuram conſuluit, & ex ipſa ſequatur mors, vel trũcatio, ſit irregularis. & de iſto conſulente multas. q. tangit in d. c. ad audientiã. in nouel. Primò quærit. ſi quis non conſuluit homicidium directè, ſed indirectè (puta ſuaſit iactum machinæ, vel baliſtę; vel q̃ fiat inſultus ad caſtrum capiendum, & exinde aliquis interficiat) vtrùm conſulens ſit irregularis? tenet, q̃ ſic; quia occaſionem veriſimilem, & propinquam dedit homicidio. Idem dicit in 2. q. in nouella. ſi non conſuluit caſtrum expugnari: ſed furti-

uè,& proditorio modo capi. In ſexta q. quæſiui poſt eum. qd iuris, ſi diu poſt mandatum, vel conſilium ſequatur delictum: an mandans,& cõſulens teneatur,& qualiter vtriuſq; debeat fieri reuocatio, ne poſtea teneatur. dicam. ℣. de ſenten. excõ. c. cum quis. vbi reſeruo hanc materiam de mandante,& mãdatario circa delicta.

Rub. De vſuris.

SVMMAE.

1 *Vſura dicitur vorago.*
2 *Vſura an numeretur inter peccata.*
3 *Occaſio delinquendi tolli debet.*
4 *Alienigenæ non debent recipie volentes fœnus exercere.*
5 *Laici alia pœna puniuntur, quàm clerici.*
6 *Laici delinquentes in vſuris, puniuntur per cenſuram eccleſiaſticã.*
7 *Vſura quid ſit.*
8 *Pecuniam dans mercatori, vt de lucro partem habeat, an ſit vſurarius.*
9 *Emens vilius, vt carius vendat, an peccet.*

CAP. I.

VSVRARVM. Diuide, vt in j. glo. dicit in nouel. q hæc conſtitutio fuit facta propter Florentinos, Senenſes, Piſtorienſes, Lucanos, & Aſtenſes, qui circuibant diuerſas prouincias ad exercendum vſuras immoderatas. & quia ſuper multos prælatos, & principes recipiebantur; ideò hic

1 prouiſum. ¶ †Nota, q vſura[a] dicitur vorago. vnde Lucanus.

2 *Hic vſura vorax, auidumq; in tempore fœnus.*

Sed dices. quomodo põt deuorare animam, cum ſit immortalis? dic ſecundùm beatum Greg. 4. Dialogorum. q anima eſt immortalis quò ad viuere; quia illud nunquã amittit: ſed eſt mortalis quò ad bene viuere, qđ perdit per mortale peccatũ. Faciunt enim contra vetus teſtamentũ. vnde quærit pphera: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut qs habit in loco ſancto tuo? Cui Deus reſpondit. Qui ſuam pecuniam non dedit ad vſuras. 14. q. 4. c. ſi quis oblitus. & c. quoniam. Item faciunt contra Euangelium Lucæ. Mutuum dãtes, nihil inde ſperantes. Item faciunt contra prohibitionẽ omnium ſanctorum patrum, vt patet 14. q. 34. & 5. & per totum. Item faciunt contra conſtitutiones Eccleſiæ, vt hic, & ℣. e. per totum. Item faciunt contra conſtituriones nouas ciuiles, vt patet in eo, quod no. 10. q. 5. c. quid dicam. in glo. & ℣. eo. c. quia in omnibus. in j. glo. Ex iſtis dicit Archidia. q vſurarij dicuntur raptores. Item pauperum trucidatores. Itẽ acceptatores turpis lucri auaritiæ cauſa. dicuntur etiam inſideles: poſſunt etiam dici fures. Item ſerui. Item capite diminuti. Item filij diaboli, non naſcendo; ſed imitando ipſius opera. dicuntur etiam maledicti. vnde ſuper omnes mercatores maledictus eſt vſurarius. Prædicta confirmat Archi. multis iuribus, de quibus hic per eum. ¶ Et prædicta faciunt ad

2 q. vtrũm vſura numeretur inter illa peccata, quæ ſunt peccata; quia prohibita, vt fuit peccatum primi parentis. ſ. peccatum prohibitum non ex ſui natura. an verò numeretur inter peccata prohibita; qa peccata,[b] habentia in ſuo genere malitiam conoluram, vt ſunt illa, de quibus Exodi, 5. & eſt ſimilis conſideratio in ſymonia, vt legitur,& no. de of. deleg. c. ex parte, il. 1. cum ſuis remiſ. Io. An. plenè de hoc no. in reg. peccatum. in Mercu. & arg. primo, q vſura ſit peccatum; quia prohibita; nõ quia in genere ſit mala, vel habeat malitiam cõuolutam. Nam quandoq; ille contractus poteſt eſſe vtilis rei publicæ,& partibus gratus, & vtilis: ſi fortè paſcit pauperes ex eis morituros fame; vel redimit captiuos, & alia etiam opera charitatis poſſunt inde ſequi. Item ſi eſſet in ſuo genere malum, ius canonicum,& ciuile nõ permitteret quandoq; vſuras. quod faciunt, vt ℣. eod. c. 1. & c. conqueſtus. & ca. ſalubriter, contrarium tenet, ſ. q contractus vſurarius ex ſui natura ſit vitioſus,& malicia conuolutus. primò probat auctoritate Ariſto. qui nulla ductus ratione, niſi naturali, vſuras deteſtatus eſt primo Polyticorum. quod non dixiſſet, niſi eſſet ex ſui natura vitioſus. Secũdò patet; quia rapina eſt actꝰ ſui natura vitioſus: qui autem vſuras extorquet, rapinam cõmittit. 14. q. 4. c. ſi quis ergo. confirmat hoc multis rationib. in 2. q. ſuper d. reg. peccatum. & ſic concludit, q vſura ideò prohibita; quia in ſe vitioſa: non vitioſa; quia prohibita. idem Io. Cal. in commento c. nauiganti. eo. tit. vbi dicit, q inſpecto facto, exaggerandum fuit iſtud crimen. Nam vſurarius Deũ cõtemnit audacius, quàm alij peccatores: cum alijs peccatis erubeſcat homo: ſed illo minimè. facit. ℣. eo. c. quia in omnibus. Item naturam eludit expreſsius, qui rem, quæ non germinat, germinare facit: & vtitur re ad alium vſum, quàm à natura, vel ab arte fuerit ordinata, contra id, quod habetur. 22. q. 3. c. in his autẽ. & ℣. de relig. do. c. de xenodochijs. Item ſcripturam reſpuit apertius. nam ſi perfectè crederet ſcripturæ: non eſt veriſimile, q tam apertè contra ipſam attentaret. ad hoc. 14. q. 4. c. nec hoc. Item iura ſpernit diutius. Nam ſæpiſsimè vſque ad mortis articulum perſeuerat, non obſtan te iurium prohibitione. & propter hoc emanauit. c. quia in omnibus. ℣. eo. & c. ℣. proximum. & fuerunt iſta verba Ioan. And. in d. c. peccatum. in 3. q. ad fin. ¶ Secundò no. q per iſtam conſtitutionem augetur pœna concilij. ℣. eo. c. quia in omnibus. & ſic illa noua cõſtitutio non tollit illam antiquiorem, ſed corroborat. Ex quo ſequitur, q quis punitur varijs legibus de eodem delicto: & vna pœna nõ tollit aliam, ſed cõcurrit, contra l. ſenatus. ff. de accu. & c. at ſi. de iudi. ſed dic de hoc, vt no. in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. vio. per Cy. & l. 1. ff. vi bono. rap. vbi per Barto. de concurſu pœnę ſtatutariæ, & legalis. ad hoc ff. de publica. l. 1. §. dixerit aliquis. ¶ †Tertiò nota in ver. & quia. q debet tolli occaſio delinquẽdi. de quo in glo. not. q. & ℣. eo. lib. de ſta. mona. c. vno. in fi. & C. de lati liber. tollen. l. 1. §. ſed ne furandi. & 14. q. 3. nec hoc quoque. ¶ Quartò nota, q hæc ponuntur vt diuerſa, vniuerſitas, collegium,& ſingularis perſona. & dicit, q vniuerſitas eſt plurium corporum inter ſe diſtantium vno nomine ſpecialiter eis de putata collectio. & per hoc vniuerſitas ab exordio in vno cõſtitui non poteſt: licèt in vno poterit conſeruari, vt l. ſicut. §. fi. ff. quod cuiuſq; vni. no. & ℣. de poſtu. c. gratum. ſunt & alia nomina plurium capitum inter ſe diſtantium collectiua, vt corpus, ſocietas, & collegium: quæ in quo differant inter ſe, vide in l. 1. ff. quod cuiuſq; vni no. vide etiam quod not. in ca. ad Romanam. ℣. eod. lib de ſent. excom. ſuper glo. per hanc. in nouel. & colligẽ ex hoc tex. q vniuerſitas poteſt delinquere, & puniri, alia tamen pœna, q̃ ſingularis perſona, de qua per glo. in c. dilectus. de ſymo. & c. grauem. de ſent. excõ. per

3 Inno. & l. aut facta. ff. de pę. per Bar. ¶ †Quintò nota, q alienigenæ non debent recipi in terris alienis, volentes fœnus publicè exercere. & ad hoc non debet aliquis domum locare. ad aliquam igitur mercationem honeſtam conducere non ꝓhibetur: dumtamen hoc colore quæſito fœnus non exerceat. ponit exempum Io. An. in illo, qui conducitur ad emẽdũ, & vendendum pannos: & illi, qui indiget pecunia, vẽdit carius, & poſtea ab eodem ſtatim ipſos emit vilius. in tali enim habebit locum illa conſtitutio. & de illa fraude, & alijs vide ℣. de emp. & vendi. c. ad noſtrã. in nouel. ſuper verbo mutuũ. ad fi. glo. facit Cle. grandi. §. ceterum. ℣. eod. & aduerte quia ad hoc vt habeat locum illa conſtitutio, requiritur q non ſit inde oriundus. & ſic licet ſit alienigena, vel incola, includitur ſub illa prohib. ſecundùm gloſſ. quod intelligit verum in nouel. niſi ſit ſub eodem dominio. Talem enim nõ arctat illa conſtitutio: licèt inde oriundus non ſit. ſufficit ergo, q terra originis ſit ſub eodẽ dominio

dominio conducẽdi domum nõ arctetur illa conſtitutione, ſm̃ eum ſuper ver. in terris ſuis. ¶ Sextò nota dũ dicit, [expellant nunq̃ aliquos tales de cetero admiſſuri.] ſi hoc vltimũ nõ fuiſſet dictũ, videret, q poſt expulſionem potuiſſet admitti. quare conſtitutioni ſatisfactũ fuerit expellẽdo: & ſic facit ad q. Si ciuitas, vel caſtrum condemnetur ad deſtructionem murorũ: an poſt deſtructionem poſsint reparari, quaſi pœna fuerit conſummata per ipſam deſtructionem? quod videtur, niſi in ſuia dictũ fuerit, q non poſsint reparari. de qua q. dixi ℣. de cõſti. in c. ex literis. & per Cy. C. de pę. l. ſeruus. & ꝑ Bar. in l. qui adulteriũ. ff. de adul. facit etiam ad q. de illo, q iuxta formam laudi rem tradidit: & reuerſa re ad eum, iterum conuenitur, vt tradat vigore eiuſdem laudi: vtrũ teneatur, poſtq̃ ſemel paruit. de qua per Bart. in l. fideiuſſor. de lega. 1. & l. in

5 numerationibus. de ſolu. ¶ †Septimò nota in §. qui verò. q alia pœna puniuntur clerici, alia laici, alia vniuerſitates,& collegia contrarium facientes. & no. gl. q̃ dicit, q dicitur facere cõtrariũ, qui patitur eos ſtare in loco, vel omittit expellere, & ſic non facere quod quis deberet facere, vt dicit glo. quã not. & eſt tex. ff. de his, q̃ in frau. cre. l. 3. & l. ſi mora. ſol. mat. Item aduerte, inquantũ tex. loquitur de vniuerſitate eccleſia ſtica, nõ ſeculari. Gul. & Archid. intelligunt de vtraq; . vt ſic gñraliter dictũ, generaliter intelligatur. de priuil. c. qa circa. cũ concor. Io. An. in nouel. dicit, q ille intellectus eſt nimium rigoroſus, & includeret totum orbem iſtud interdictũ; ideò prior intellectus ſibi magis placet. Ego credo, q intellectus Gul. & Archid. ſit verior. nam cũ ille verſ. ſi vero. comprehẽdat omnes ſupra ſpecificatos contrariũ facientes. & ℣. dictum ſit de vniuerſitate in genere. hic ergo hoc, quod ſequit, generaliter debet intelligi: vt ſic ſint talia ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, vt l. ſi. §. cui. ff. de vino, tri. & oleo leg. Item niſi ſic intelligamus, vniuerſitati ſæculari in hoc cõtrariũ facienti non imponeretur aliqua pœna per iſtam conſtitutionẽ: cũ tamen generaliter prohibeat, & pœnam ſubiungat. Nõ obſtat quod dicit, q ver. ceterùm. puniet vniuerſitates ſæculariũ; qa punit eos in ſingulari, nõ in communi: ſicut ℣. eis ſingulariter ſupradicta prohibuit, ibi [vniuerſitas, vel ſingularis perſona] &c. Non obſt. q ſm̃ iſtum intellectũ totus orbis eſſet interdictus; qa eſt fatendũ ita eſſe, vbi iſta attentant̃, & licèt iſtud ſit rigoroſum, nõ minus durũ eſt, q epiſcopi, prælati, & minores clerici ſint ſuſpenſi, & excõicati, vt dicit in ver. q verò. cõtra iſtam igitur iuris aſperitatem remediũ eſt, vt ipſe dicit in nouel. poſt Franc. q ordinarij hanc cõſtitutionem frequenter faciant publicari, ſicut eis præcipitur in c. 1. de loca. & c. ſicut olim. de accuſa. & qa nec illa, nec alia eis incumbentia peragũt, poteſt eis obijci id, quod no. in illis ver. ℣. de re. eccl. nõ alie. c. fi. ibi notatis.

Epiſcopi muti iure ſuo nolunt vti.
Cum ſint cornuti, non audent cornibus vti.

6 ¶ † Octauò nota in fi. q laici delinquentes in prædictis puniunt per cẽſuram eccleſiaſticam. & hoc ideo qa ſcdm Garſ. propter periculũ aiarum iſtud crimen vſurarũ eſt crimen eccleſiaſticũ. Nam cum leges neceſsitates, & vtilitates hoĩm conſiderantes iſtud crimen permittrerent, neceſſariũ fuit ꝓuidere per conſtitutiones canonicas ſaluti animarum, prouidentes, vt iſtud crimen coerceretur. de quo hic plenius in nouel. ſuper ver. animas deuorat. ¶ Quia ſuper iſto c. bene cadunt aliquæ vtiles q. examinatæ alibi plenius per Doc. ideò hic ipſas ſuccinctè referam: vt ſic iſtud c. habeat bonam do-

7 tem. ¶ †Primò ergo q̃ro, qd eſt vſura. Io. An. in d. c. peccatũ. ponit duas diffinitiones prima eſt, q vſura eſt lucrum ex mutuo pacto debitũ, vel exactum. Inquantum dicit, [ex mutuo] ponit, q ẽ materia in vſura; qa vſura nõ gignit materialiter, niſi ex mutuo: qđ cõſiſtit in rebus cõſiſtentibus in põdere, numero, & menſura: & q̃ritur in iſtis magis, q̃ in alijs, dic, vt ibi per eum. ad fi. 1. q. inquantum aũt ſubditur in prædicta diffinitione, [pacto debitũ, vel exactum] ponitur quod eſt formale in vſura, ſ. ipſa lucri exactio, ſiue obligatio in pactũ de ducta. Ex illa diffinitione inferẽ, q vbi nullũ præceſsit pactũ, vel obligatio: ſi ſponte aliquid vltra ſortem offerat, poteſt illud recipi tanq̃ gratis oblatum, differũt iſta. ſ. petere, vel ſine petitione oblata ſponte recipere. & ideò dicit lex, q quædã honeſtè dantur, q̃ non honeſtè petuntur, vt l. 2. de orig. iur. & canon dicit, q oblatio nullã turpem maculam ingerit, q̃ non ex ambientis petitione proceſsit. 1. q. 2. c. ſi eꝑm. & c. q̃ pio. & 18. diſt. c. de eulogijs. & 13. q. 2. c. queſta eſt. præſumitur em̃ eſſe grata donatio, quàm obligatio, vel pactio nõ præceſsit, vt l. rem; legatã. de adi. leg. & l. cum per errorem. de reg. iu. qñ iſta ſint vera, patebit ex ſequenti q. cũ his, q̃ ſtatim ſubijciã: & talis vſura eſt quicqd ſorti accedit. 14. q. 3. c. pleriq;. addit huic diffinitioni. [pacto, vel intentione precedente.] & ſecũdùm iſtam ſuppletionem debet limitari quod dixi de oblatione ſponte facta vltra ſortem, ſ. q tũc nõ ſit vſura, qñ ſpes, vel intentio mutuantis nulla præuenit: aliàs enim ſola intentione,& ſpe lucri videtur committi crimen vſuræ. & videntur in hoc omnes concordare, q vbi mutuans expectat aliquid vltra illud, quod dedit, vſuram committit: & per conſequens ad reſtitutionem tenet. pro hoc illud Lucæ. 6. Mutuum dantes nihil inde ſperantes, vt not. in l. rogaſti. ſi cer. pera. Quidã tamen Theologus, vt refert Io. An. in d. 1. q. dixit hoc verum, qñ iſta praua intentio mutuantis erat nota ipſi debitori; qa tũc reſultat quoddam tacitũ, & implicitũ pactum inter eos, propter talem ſcientiam: ſecus ſi debitori erat occulta corrupta intẽtio mutuãtis; quia tũc aliquid vltro ab ipſo oblatũ recipere, nõ eſt vſura: ſicut eſt furtum, cum animo furãdi librũ ingredior domum tuam, & tu mihi ipſum donas. Io. And. tenens, q ſola intẽtio mutuantis corrupta ſufficiat abſq; ſcientia debitoris, reſpondet ad iſtam, & alias rationes, vt ibi ꝑ eũ videas. ¶ Secundò principaliter q̃ro iuxta prædicta. nunqd recipiẽdo, ſaltem ex pacto, ſeruitium facti, vel verbale (puta q ſibi qs remuneret, vel pro ipſo intercedat, vel ipm̃ inſtruat, vel pro ipſo roget:) an in talibus committatur vſura? videt, q non: quia ad iſta obligatus eſt debitor, tanquam ad antidora, vt no. 14. q. 3. c. 1. & ff. de peti. hære. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. & de teſt. c. cum in officijs. ſed q̃ ſunt debita tacitè abſq; vitio, poſſunt deduci in pactum, & exprimi, vt c. ſignificaſti. de elec. & c. ſignificaſti. de præb. l. q mutuat. ff. mãdati. & hoc de iure tenet. Io. And. in d. c. 1. hanc etiã opi. nititur defendere Hoſt. ex eo, q ex pecunia nihil lucri, vel ſuperabũdantiæ percipit: ergo non dicitur vſura percipere, quæ conſiſtit. in pdictis. 14. q. 3. per totum. Item talia ſeruitia videntur ſpiritualia. & bene tenet compenſatio ſpiritualium adinuicem. de rerum permu. c. ad quæſtiones. finaliter tenet tamen contrariũ eſſe ſequendum tanquam tutius, de ſpon. c. iuuenis. & ita no. in ſumma. §. fi. ver. quid ſi tibi. Idem Raym. & Goff. in ſumma huius tit. D. Io. Cal. tenet hic idem; quia negari non põt, quin ille percipiat aliquid vltra ſortẽ: ergo illud vltra, q cquid ſit, qđ ꝑcipitur, eſt vſura. 14. q. 3. c. 1. ibi [ſi quodlibet aliud] & c. 2. ibi [omnis rei aufert ſuperabundantia] & c. 3. ibi [quicquid ſorti accedit, & quodcũq; nomen imponas.] & ea. cauſa 2. q. 4. c. nullus. ibi [qcqd aliud] ſimile in ſymonia, in qua prohibitio muneris includit non ſolum munus à manu, ſed à lingua, & obſequio. 1. q 1. c. ſunt nonnulli. & de ſymo. c. vt ſi q̃ ſtiones. beatus Tho. 22. q. 68. articu. 2. dicit, q ſi quis accipit ex pacto aliquid, quod poſsit pecunia æſtimari, peccatũ incurrit; quia illud habetur pro pecunia, poſtquam poteſt pecunia menſurari, vt dicit Philoſophus. 4. Aethycorũ. illa autem, q̃ pecunia non menſurantur: (puta beneuolentia, amor, & ſimilia.) licitum eſt ſperare pro mutuo. Non obſt. c. ſignifi caſti. præalleg. quia illa onera inſunt ex natura rei. Vñ ſi deducantur in pactis, eſt quædam declaratio ſecundùm prædicta, ad antidora: tamen non ſunt debita ſimpliciter. & ideò plus obligatur illa promittendo. nam tunc eſt proprie debitor, à quo poteſt inuito pecunia extorqueri. de verb. ſig. l. debitor.

bitor. per prędicta ſoluuntur aliquę quęſtiones. pone Mutuat quis pecuniã, vt vadat ad molendinum, vel furnum ſuũ, vel intret ſcholas, aliàs non mutuaturus. Si enim ex iſto introitu, vel acceſſu ille percipit maiorem vtilitatem, per hoc habebit maiorem concurſum aliorum: & ſic magis lucrabitur, & famoſus effectus vſurarius eſt cenſendus. Sed dices. cui tenebitur illud lucrum reddere: cum illi T. ex iſto ſeruitio nihil abſit; cum iuiſſet ad aliud, & tantundem expendiſſet: & nihil iſti tribuit, quod alteri non dediſſet: puta mercedem de furno, & molendino, & collectam pro introitu. putat Io. Cal. q iſto caſu reſtitutio fit facienda pauperibus, qui ſemper ſuccedunt, ex quò eſt reſtitutio facienda, & non conſtat, cui fiat. ſ. e. c. cum tu. & quod no. de ſymo. c. de hoc. & hoc ipſe no. in
8 commẽto. c. fi. ſ. e. e. 1. in. 5. q. ¶ † Tertiò quæro, vtrum dans pecuniam mercatori, vt de lucro partem habeat, ſit vſurarius. Ioan. And. dicit, quòd ſi periculum ſpectat ad recipientem, non eſt licitum; quia eſt quædam ſocietas, in qua vnus poteſt ponere pecuniam, alius operam, & induſtriã, vt ff. pro ſocio. l. 5. §. 1. quinimmo poteſt paciſci, q ponens pecuniam plus habeat de lucro, ſi præponderat pecuniam ſuam operæ alterius, & econuerſo, vt ff. pro ſoc. l. ſi non fuerit. in dubio partes debent eſſe æquales, vt Inſti. pro ſocio. §. illud. refert inde Io. Calde. Hoſt. dicere, quòd ſi damnum totum ſuſcipit ipſe recipiens, poſſit licitè pecuniam ponentem conuenire de parte lucri: quia & in alijs cõtractibus valet pactum, quo quis in ſe ſuſcipit periculum caſuum fortuitorum, de quibus aliàs non teneretur, vt patet in depoſito, commodato, & ſimi. vt de commoda. c. 1. & de depo. cap. fin. contractus enim ex conuentione legem accipiunt, vt l. 1. §. ſi conuenit. ff. depo. Sed certè iſtud non videtur licitum in hoc contractu ſocietatis, qui obtinet vicem fraternitatis. & appellat lex talem ſocietatem, leoninam. Ex quo vnus percipit commodum, alter damnũ, vt l. verum. pro ſocio. ff. vnde cum tale pactum ſit cõtra naturam contractus, non tenet, vt ff. de precario. l cũ precario. & hoc tenet Accur. & Azo in d. l. ſi non fuerit. hoc etiã ipſe tenet in d. c. nauiganti. in 2. q. Ex qua deciſione poteſt colligi contra iſtos locatores equorum, qui tradunt eos conductoribus æſtimatos. & quòd ducant eorum periculo pro certa mercede. Cum enim non poſſent ſubire periculum interitus, & percipiant lucrum certum: videretur illud, percipere vſuram. Idem in tradente boues ruſtico æſtimatos, vt laboret ad commune lucrum, & boues ſtent periculo ruſtici, quod credo verum, ſi ſuſcipit periculum interitus, & deterioris rationis poſt ęſtimationem contingentium. Sed vbi damnũ deteriorationis pertineat ad tradentem: tunc forte ſecus. & idem in locatore domus, & alterius cuiuſcunq; rei, quæ per vſum conſumitur, vel deterior fit: vt ſ. licitum ſit pro eis recipere mercedem. & caſum, ſiue periculum ex pacto ſuſcipiat conductor. & ſic ſpeciale ſit in contractu ſocietatis, vt dictũ eſt. in alijs ſtet regula, q contractus ex cõuentione legem accipit, vt d. §. ſi conuenit. & in reg. contractus. de reg. iur. facit ad predicta. c. per noſtras. de dona. inter vir. & vxo. ¶ Quartò quæro. habens pecuniam volebat ire ad nundinas, & merces ibi emere, vt alio loco deferret, vel ſeruaret propter lucrum. Ego indigens pecunia illam recipio mutuo, offerens me illam reſtituere cum lucro ſperato in termino, & in loco: nunquid ille contractus ſit vſurarius? dicit Inno. quòd ſic. ſed Hoſt. ſ. eo. c. ſalubriter. tenet, q tali mercatori obligatus ſum ad intereſſe illius lucri, quod ex illa pecunia erat veriſimiliter facturus: dummodo nihil fiat in fraudẽ vſurarum, & talis mercator dicto modo non conſueuerat pecuniam talem tradere ad vſuras. idem videtur placere Raymundo in ſumma de vſuris. ver. item aliquis. in fi. Io. An. tenet cum Inn. & dicit talem tradere ad vſuram. & qđ dicitur de intereſſe, habet locum poſt morã debitoris, non ante. nã ſi ante poſſet ille, qui mutuat, conuenire de ſperato lucro: facile eſſet effingere mutuanti, quòd vult cum pecunia ſua aliò proficiſci: vbi tantum lucrabitur. & iſto colore quæſito fœnus exerceret: iſtis autem figmentis non eſt via aperienda. de diuor. c. quantò. Et hoc placet Ioan. Cald. in. 3. quæſtio. dicti commenti. ¶ Sed quid dices in mercibus venalibus aliò deferendis, ſi quis à mercatore vult emere tantò carius, quantò in loco deſtinato eſſet veriſimiliter venditurus: & ſic offerre verum precium cum ſperato lucro: an ille venditor ſit ex hoc vſurarius? dicit Inn. quòd non: dummodo computato periculo, & labore, non accipiat vltra id, quod in loco, in quo erat venditurus, veriſimiliter lucraturus fuiſſet: quia quo iure poteſt vẽdere carius propter dubium temporis, vt d. cap. fin. eodem modo poteſt propter dubium loci, ſumpto arg. de tempore ad locum. quod licet, vt l. vinum. ſi cer. peta. & hoc placet Ray. in ſumma de vſur. ver. item aliquis. in fin. Hoſti. contra. quia daretur via figmentis, vt d. c. quantò. Do. Ioan. Cal. in 7. quæſtio. oppo. Inno. cum precium ſtatim ſoluitur: quia tunc quęritur ſperatum lucrum alterius loci, quod poteſt eodem modo percipere emptor, ſicut poterat creditor. Sed ſi hoc ꝓtextu ſolutio precij differatur: tunc eſt vera opi. Hoſti. quia poteſt de facili fraus cõmitti, & vendere carius, fingendo quòd poterant alibi tantum vendi: vt ſic illud plus concernere videatur locum, & non tempus ſolutioni præfixum: & ſic fieret de facili fraus.
9 d. capit. nauiganti. ¶ † Quintò iuxta prædicta quæro: nunquid peccet, q emit vilius, vt vendat carius. videtur, quòd ſic per c. eijciens. 88. diſtin. & 14. quæſtio. 4. capit. quicunque. in contrarium facit capit. nauiganti. vbi iſtud eſt prohibitum in illis caſibus, in quibus differtur ſolutio precij, vel traditio rei: propter quod ſolummodo carius vendere, vel vilius emere prohibemur. videtur ergo contra. nam mercari non videtur prohibitum, niſi clericis. 88. diſtin. capit. fornicari. & de dona. inter vir. & vxo. capit. per veſtras. Sol. Ioan. Calde. in 8. quæſtio. vbi ſup. dicit, quòd in clericis planum eſt, quòd peccarent: quia regulariter omnis mercatio, & negotiatio ſecularis eſt eis prohibita, vt d. cap. fornicari. & d. cap. fornicatores. & 81. diſt. per totum. & no. 14. quęſtio. 3. in fi. ſummæ. de laico, qui emit vilius, vt vendat carius: non ex cupiditate, ſed vt prouideat ſuis neceſſitatibus: tunc eſt licitum. vnde etiam ſi emit ſine propoſito vendendi, & poſtea caſus neceſſitatis, vel vtilitatis occurrerit: poterit carius vendere, vt d. c. quicunq;. Cũ iſtis videtur concordare beatus Tho. ſecunda ſecundæ. q. 77. articulo. 4. Dicens, q ſi negociatio fit propter luerum, quod ordinatur ad aliquẽ effectum neceſſarium, vel honeſtum, eſt licita: puta ad domus ſuæ ſuſtentationem: vel cum aliquis negociari intendit propter publicam vtilitatem, ſcilicèt ne res neceſſarię ad vitam patriæ deſint: & lucrum expetit non quaſi finem, ſed laboris ſtipendium. Item ſi emit rem, non vt vendat, ſed vt teneat, & poſtea propter aliquam cauſam eam vendere velit, non eſt negociatio. & licèt carius vendat: tamen licitum eſt, vel quia rem meliorauit; vel quia rei precium eſt mutatum ſecundùm diuerſitatem loci, & temporis, vel propter periculum, cui ſe expoſuit, transferendo rem de loco ad locũ: ſed illicitum eſt, vbi finem principaliter conſtituit in lucro, quando ſcilicet re non mutata, carius vendit. vel quando rem emit ſolum ad hoc, vt carius vendat. Nec per hoc neceſſariò ſequitur, quòd aut fuit iniuſtitia in emptione primo loco facta; quia precio viliori emit: aut fuit iniuſtitia in venditione, quam poſtmodum facit de eadem re in aliquo non mutata. eſt ergo hinc, vel inde iniuſtitia. & ſic in tempore lucrum, vt capit. 1. ne clerici vel mona. & ideo dicitur in canone. eijciens. quòd qui comparat rem, vt integram, & non mutatam vendendo lucretur, ille eſt mercator, qui de templo eijcitur. Si verò facta mutatione rem ipſam mutatam vendat carius, quàm emerit, non peccat. Mutationem autem ipſe intelligit altero de tribus modis. primo quando de materia fecit ſpeciem: puta de ferro inſtrumentum, vt di. capit. eijciens. in fin. vel ratione loci: puta emit mercantias vilius in loco abundantiæ,

dantiæ, vt portaret in loco, in quo erant propter inopiam cariores. his enim caſibus videtur capi lucrum ex opere, & artificio. & hoc eſt licitum. 91. diſtinctio. c. clericus. vel ratione temporis: puta emit tẽpore abundantiæ, vt venderet tempore cariſtiæ. hoc tamen caſu ſi facit hoc in aliorũ diſpendium ex cupiditate, non propter publicam vtilitatem: tũc eſſet turpe lucrum. & ſic intelligitur dictum c. quicunq;. ſed ſi hoc fecerit, ne in terra ſua deficiant victualia: quia videbat homines ipſa transferre ad terras alienas, vel diſsipare, & debitam diligentiam non adhibere: tunc non peccaret. nam hoc fecit Ioſeph. Gene. 51. & hoc no. Io. An. poſt Inno. & Hoſt. in d. c. 1. ne cler. vel mona. & ſic intelligitur quod dicit Aug. & habetur 78. diſt. c. quoniam non cognouit. ſubdit ad fi. q pauci ſunt mercatores, qui prædicta conſiderent. vnde bene dicit Chryſoſtomus in d. c, eijciens, q mercator nunquam. i. rarò poteſt placere Deo. & dat conſiliũ, q nullus Chriſtian' ſit mercator. ad hoc de pœni. diſt. 4. c. qualitas. cum c. ſeq. q̃ ſunt intelligenda ſecundùm prædictam diſtinctionem. ¶ Sexto quæro. ſi mutuans reciperet eãdem rẽ in genere, ſumẽdo genus, vt iuriſtæ accipiunt, in pondere, numero, & menſura: tamen tempore ſolu. eſt maioris æſtimationis, q̃ fuerit tempore mutui: an ille exceſſus ſit cenſendus vt vſura. Vgo. not. 14. q. 4. capit. ſi quis. q non. pro quo facit l. cum quid. ſi cer. pet. vbi debet reſtitui res in eadem bonitate intrinſeca: & de extrinſeca non curatur. quod patet; qa ſi actum fuit, q mutuũ tempore redderetur quò ad æſtimationem, tempore mutui cogeretur creditor illud recipere ſecundùm præſentem æſtimationem. ita ergo ſibi liceat recipere cum augmento, ſicut teneretur recipere cum diminutione valoris. arg. optimũ. C. de vſur. l. ea lege. & de inoff. teſta. l. ſi pater puellæ. & quod ꝯdicam. dixit tamen Vgo. q quandoq; illo caſu intentio mutuantis poſſet eſſe praua: & tunc peccaret. Quidã diſtinguũt. nã aut eſt veriſimile, q ipſa res mutuata non erit precioſior tempore ſolutionis: aut de hoc probabiliter dubitatur: & tũc nullum vitium, vt in d. c. nauiganti. aut eſt veriſimile, q erit precioſior: & tunc eſt vſura. aut erat ſeruaturus: & tunc aut creditor non erat ſeruaturus pecuniam, ſed interim conſumpturus: & tunc eſt vſura. aut erat ſeruaturus: & tunc aut creditor aufert libertatem debitori interim ſe liberandi: & tunc eſt ẽt vſura. In his enim caſibus ſe exonerare voluit creditor, & debitorẽ onerare. aut talem libertatem non aufert debitori: & tunc non eſt vſura: immo poſſet mereri, ſi ante ſolutionẽ reqreret debitorem ante terminum, vt ſoluat, ne oneretur. ſed ſi haberet intentionem corruptam: quia dicit ſibi, q poteſt vſque ad terminum retinere, vt ſe à damno releuet; licèt nõ auferat ei facultatem ſe liberandi: & tũc ſi non ſit vſura, peccat tamen, hæc diſtinctio ſecundùm Io. Calde. innititur magnæ æquitati. & ita dicit in 6. q. dicti commenti. ¶ Septimò q̃ro. pone, q debitor vſurarij mutuauit ſocio pecuniam eo pacto, q ipſe reſtitueret vſuras vſurario in futurũ currentes: an talis mutuans ſit vſurarius? videtur q non; quia nullum lucrum percipit ex tali mutuo; ergo &c. vt d. c. nauiganti. & 14. q. 3. c. plerique. & c. ſeq. Item ſi ſoluiſſet pro vtilitate ſocij, poſſet ab eo petere ſortem, & vſuras, vt ſ. de fideiuſ. c. peruenit. & c. conſtitutus. multò fortius poterit excipiendo retinere. ꝯ. de reg. iur. c. qui ad agendum. quid dicendũ? Io. Cal. in 4. q. dicti commenti ponit opi. & tandem dicit, q ſi tunc omnino intendebat ſatisfacere vſurario de illa pecunia, quam ſocio mutuauit. & non eſt vſura, neque peccat: quia hic non fit ſtipulatio vſurarum, ſed vt damnum euitet, non vt ſibi aliquid accreſcat. ad hoc. 24. q. 4. c. ſi quis oblitus. ibi [aliqua incrementa.] & c. quoniam. ibi [ad queſtũ.] & quod ibi no. nec enim cum damno ſuo renebatur ſocio ſubuenire. 23. q. 5. c. ſi non licet. ſolum ergo damnum euitat, quod erat euitaturus, vnde ſibi nihil germinat pecunia: quia in eo deficiunt rationes diffinitionum vſuræ, de quibus dixi. ꝯ. in 1. q. pro hoc alleg. quod no. Inno. ſ. eo. c. 2. vbi dicit, q ſi teneris mihi ad centum ad diem. & quia non ſoluiſti, recepi ab alio ſub vſuris, reſtituere teneris. adducit etiam quod no. Gul. de eo, qu mutuauit communitati cum pacto. q durante debito, non teneretur ad collectas. nam talis nõ eſt vſurarius: quia lucrũ non capit, licèt damnum euitet, vt no. in Spe. de vſuris. verſi. ſed pone verũ. immo plus videretur teneri in illo caſu: quia ibi euitat damnum, à quo aliàs non poterat ſe tueri, & volebat. & ita feciſſet, ſi non mutuaſſet ſocio. ſi ille ergo non tenetur, qui maiorem videtur vtilitatem habere: multò minus ille, de quo quæritur in quęſtione, qui penitus nullam habet. Credit tamen Io. Cal. quòd ſi collectæ imponẽdæ eſſent, certè is, de quo loquitur Gul. non excuſaretur. ſed ſi dubitatur, an durante debito fit aliqua collecta imponenda, habet locum dictum Spe. & hoc tangit Io. An. ſ. c. conſuluit. vbi verò non intendebat ſatisfacere vſurario, ceſſant prædictæ rationes. & ideò, ſi tunc à ſocio, cui mutuat, vſuras percipit, ad reſtitutionem tenetur. ¶ Octauò q̃ro. ſi conſtitui alicui certam penſionem ad vitam pro certo pretio: an talis contractus ſit vſurarius? in hac q. Oldr. conſultus reſpondit, q non. primò mouetur; quia cui non competit diffinitio: nec diffinitum. ff. de auro & arg. leg. l. Quintus Lucius. §. cum aurum. diffinitio autem tradita per Theologos, & iuriſtas talis eſt. V ſura ẽ lucrũ ex mutuo pacto debitũ, vel exactũ, vt colligitur 13. q. 3. c. vſuræ. & in Euangelio Lucæ dicitur. Mutuum dantes &c. colligit ſ. eod. c. conſuluit. nunc autem ita eſt, q hic nullũ eſt lucrũ; quia omne lucrũ eſt id, qđ, ſorte manente, ei accedit, vt. ff. ꝓ ſocio. l. Mutius. hic aũt à principio ſors, vel pars ſortis conſumitur; ergo lucrũ non eſt. Præterea non eſt mutuũ. datur enim mutuũ animo recipiendi idẽ, non in ſpecie, ſed in genere, vt ff. ſi cer. peta. l. 2. hic aũt nunquã debet recipi, qđ eſt datum, ſaltim totũ: ſic ergo deficit quod eſt materiale in vſura, ſcilicet lucrum accedens mutuo. ſi ſic; ergo &c. Sed dicet aliquis. in quod ergo nomen contractus iſte incidit? Reſpondeo, q eſt vera emptio iuris percipiendi talem redditũ, ſeu tot reddituũ percipiendorũ in vita mentis. ff. de pericu. & cõmo. rei ven. l. neceſſariò. §. vlt. & de contra. empt. l. vlt. §. fi. Nec dicat aliquis hic deficere rem, q̃ venditur: quia immo ſubeſt, cum emi fructus futuri non poſſint, q nondum ſunt in rerũ natura, vt l. nec emptio. ff. de contrahẽ. empt. in hoc autẽ contractu emptionis, & venditionis licet contrahentibus naturaliter ſe decipere, vt ff. de minori. l. in cauſæ. 2. §. penult. Non obſt. q ille emptor poſſet nimis viuere: & ſic poſſet multò plus percipere, q̃ emeret, de precio. qa iſtud conſideraro, eſſet contra naturam. C. de libe. præte. l. maximũ vitiũ. non. n. debet venditor audiri, ſi conqueratur, q plus vixit; quia non conquereret, ſi altera die deceſſiſſet, vt C. de ſolu. l. penul. Itẽ ad oſtendendũ, q iſte contractus ſit licitus, manifeſtè ꝓbat dubia duratio emptæ perceptionis, q̃ debebat cum ipſius mentis vitã finiri: ſicut dicit de donatione annuæ perceptionis collatæ in aliquẽ quò ad vixerit: q̃ libera eſt à monumẽtorũ obſeruatione. & ſubdit lex rationẽ, dicens, incertus ſortunę exitus hoc nobis ſuggerit, vt poſſibile ſit vnius anni tantũmodo, vel etiam ampliori tẽpore metas ſupuiuere vel donatorem, vel eum, qui donationẽ acceperit, vt C. de dona. l. ſancimus. §. penult. hoc etiam ſic probat. ſicut canones ſimpliciter prohibent vſuras: ſic leges prohibent exceſſiuas; puta centeſimas. Sed ſi res datur pignori, vt fructus loco vſurarũ cedant: licèt fructus legitimas vſuras excedant, non per hunc tamen dubiũ euentũ fructuũ talis perceptio videt licita. Et hoc eſt, quod dicit lex. obtentu maioris percepti emolumenti propter incertũ fructuũ euentũ reſcindi placita non poſſunt, vt C. de vſur. l. ſi ea lege. & l. ſi hæ pactiones. & l. oleo. eod. tit. & C. de vſufru. l. ambiguitatis. §. 1. pro hoc facit expreſſè. ſ. eod. c. nauiganti. §. 1. Nec obſt principium eiuſdẽ c. qa loquit in mutuo, in quo mutuans ex intentione ſemp agit cũ intentione integra, vnà cũ lucro ſortem ad ſe redire. & ió illud eſt illicitũ, licèt creditor periculũ ſubeat: hic aũt totum oppoſi-

oppoſitum eſt;quia hic non arguitur,vt ſors data reddat̃:im mo tanquam preciũ incertorũ fructuũ retinet̃: & ſic eſt caſ⁹ valde diſſimilis. ¶ Vltimò iſta q̃ſtio videt̃ determinata pro iſta parte per Hoſt. in c.in ciuitate. s̃. & in ſumma de vſur.§. in alijs aũt caſibus &c. in ver. quid de his, qui oues &c.& in ver. qd de his,q̃ emerunt.& idem tenet Inno.Vin.& Goff.in d.c.in ciuitate.ſi bene intelligantur. & Ber. in d.c.nauiganti. q̃ omnes tenent,q̃ in tali cõtractu ratione incertitudinis tol-liť præſumptio vſurarũ.Subdit vltimò, q̃ hanc opinionẽ ferè corroborat conſuetudo totius mundi, ſm̃ quam tales contra ctus quotidie celebrant̃.ff.de contra.emp.l.ſi emp.§.1.& ar. commu.p̃dio.l. venditor.§.ſi conſtat.cũ ſimi.& ſic concludit. q.242.hoc conſiliũ Oldr.credo vidiſſe Io. An. q̃ ponit eius poſitiones,& alleg. eaſdem ll. ferè eodem ordine in additionib.Spec.in tit.de vſur.poſt prin.licèt de ipſo non faciat mẽtionem.Et vide etiam circa hoc, quod ipſe not. poſt Inno.& Hoſt.in d.c. in ciuitate. vbi de iſta emptione redditũ alicuius caſtri,vel fundi ad certũ tempus,vel incertum: puta,p ſe, & ſuis hæredib.an ſit licita;ita q̃ non ſapiat vſuram?Et tenẽt ipſi, q̃ ſic,q̃ talis redditus erat iam conſtitutus ante contra ctum (puta cenſus,tributum,penſio, & ſimi.) ſecus ſi tempo re contractus naſcatur, ſiue conſtituatur.Idem tenet in em-ptione nominis,ſiue actionis:vt.ſ. poſsit actio iã nata ad mil-le pro minori precio abſq; vitio vſurarũ emi, vt d.c. in ciuita te.Et iſta faciunt ad q.q̃ pluries Venetijs occurrit in dubiũ. Ibi enim,cũ guerræ, & alia onera occurrunt in Cõmuni,co-gunt̃ ciues mutuare pecuniam Communi, & cuilibet mutuã ti reſpondet Commune tantũ pro centenario.ſortẽ verò re-ceptam nunquam reſtituit. & illa in vulgari illi appellant im-præſtita.iſtũ ergo annuũ redditũ multi emunt. & ſæpe reuo-cat̃ in dubiũ : an iſtud emere ſit vſura. Ex prædictis patet, q̃ non.& ſic tenui in d.c.in ciuitate. Tũ quia non plus percipit, q̃ de emptione vnius poſſeſſionis ſimilis æſtimationis. Tũ q̃ precium pro eis creſcit , & decreſcit. nam cum ibi eram, qũ que valebãt 30. qũ 50.nũc aũt 60.ducatos,p cẽtenario dãt. Tum, quia ſubiacent etiam periculo; quia poſſet Commune eis in totũ tollere, & ſæpe ipſis onera imponere,ſicut ceteris poſſeſſionibus : ita q̃ ferè in omnibus conueniunt cum reb. immobilib. inter quas de iure computantur, vt in Cle. exiui. §.cũque.de verbo.ſig. Reperio tamen inter conſilia Fed.cõ-ſilio 292. quendam theologum diſputaſſe latiſsimè iſtam q. & concluſim tenuiſſe , q̃ quò ad ipſos ciues coactè mutuan-tes Communi non ſit vſura cenſenda, ſi q̃d pro illa ſorte coa ctè mutuatæ recipiat mutuans. ab ipſis ãt emere talem red-ditũ annuũ eſt vſura:cuius rationes,& motiua non referó;q̃a de iure iudicio meo efficaciter non concludũt, nec tollunt ra tiones, & illa, quæ poſt Doc. ſuperius dicta ſunt.

ADDITIO.

3 ¶ Vſura.Adde,quòd vſura dicitur quicquid ſorti accedit.c.pleriq;. & c.ſe quen.14.q.3.glo.in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cer.pet. Pa. de ca.conſ.74.in-ci. Viſo compromiſſo.item dicitur precium temporis,vel dilationis.gl. in l.in tradem.§.fiſcalibus.ff.de in.fiſci. Ioan.de Pra.in l.qui procur.ff. de procur.dicitur etiam prauitas.Card.in Cle.1.in prin.de vſu.vnde no. vnum,quod eſt ſingulare,& contra naturã , q̃ pecunia dicitur parturire.

SVMMAE.

1 *Satisfacere,& mandare vt ſatisfaciat,an ſint paria.*
2 *Vſurario de vſuris ſatisfacere an ſufficiat.*
3 *Sepultura vſurario manifeſto denegatur.*
4 *Cautio danda per vſurarium idonea eſſe debet.*
5 *Religioſis prohibitum eſt recipere vſurarios ad eccleſiaſticam ſepul-turam.*
6 *Vſurarius manifeſtus ſine ſatisfactione abſolui non debet.*
7 *Teſtamentum vſurarij manifeſti eſt ipſo iure nullum.*
8 *Inhumatus,qui probatur vſurarius manifeſtus,an exhumabitur.*
9 *Hæres,qui non fecit inuentarium in foro conſcientiæ, an teneatur re ſtituere vſuras vltra vires hæreditatis.*
10 *Vſurarius manifeſtus ſi idoneè cauere non poteſt : an carebit eccle-ſiaſtica ſepultura.*

CAP. II.

QVanquam. Decreta. præcedens prouidit, ne exigantur vſuræ. iſta ,,puidet, vt exactæ reſtituantur, ſecundùm Fran. qui credit,q̃ iſta conſtitutio,vt theſaurus, ſit ſeruanda, per quam ad reſtitutionem vſurarum vſurarij indirectè compelluntur. & quia quotidiana; ideò diligentius declaranda.quam diui-de,vt in prima glo.ſunt eũ tres partes. Prima ,puidet, qũ ſe-peliendi ſunt vſurarij manifeſti. ſecunda ibi [oẽs] punit ſen-tientes contrarium.tertia,ibi [nullus] ponit duas prohibitio nes : & irritat teſtamentum. Et pro clariori intelligentia præ mitte in caſus poſitione quod dicit glo. dicebat Lateran.Cõ ciliũ &c.¶ No.q̃ qñq; vſurarius mandat in teſtamẽto vſuras reſtitui,qñq; certas,& qñq; incertas.& ſi certas, non videtur legatum vtile:ſicut, cum debitor legat debitum creditori, ut l.ſi creditori. de leg.1. Sed dic, quòd imò, ſi de earum ſolu-tione aliter non probetur. ſufficit enim tunc talis confeſsio, vt legatum.valeat.& non vt debitum, ſed vt legatum tunc p-cipiet, vt l.Lucius. §.quiſquis. de leg.2.vbi confeſsio facta à teſtatore non probat debitum,ſed fideicommiſsi petitionem inducit. quod ẽ verũ ,,niſi confeſsio facta fuiſſet præſente par te : vel interueniſſet nuncius, vel epiſtola ; quia tunc proba-ret debitum , per l.Publia.ff. depoſiti. & ita Barto. per quod poteſt dici verum eſſe, quod dicit hic Lap.ſi teſtator præſen-tibus teſtibus,& notario legauit trecenta pro incertis,& ma lè ablatis , diſtribenda per ſuos commiſſarios. deinde lega-uit ſimili modo centum ſolummodo, omnem aliam reuocãs voluntatem , & mortuus eſt : quæritur , an centum tantùm, vel omnia debeantur ? conſului, quòd centum ſolummodo; ex quò alia ſolemnitas non interuenit . & ita refert reſpon-diſſe ſibi Ioan. And. ſecus dicit ipſe , ſi tranſiſſet ad naturam contractus. quia tunc deberentur omnes. ad quod allega. iſtud cap. & illud quod dicit Mart. de Fano in eo , qui con-feſſus eſt in teſtamento ſe debere certam ſummam, certa cã adiecta.& ſic eam determinat. ad quod adde no.per Cy.in l. generaliter.C.de non nu.pecu. & per Barto.in l. cum quis §. codicillis. de le.3.vbi omnino uide.¶ Secundò no.quòd iſta conſtitutio ſocum habet in vſurarijs manifeſtis, qui vſuras receperunt. à contrario ergo ſenſu, ſi nullas receperunt, ſed ſolum mutuauerunt ſub vſuris, non eſt locus huic conſtitu-tioni. Caueat ergo ſibi aduocatus, qui vult vti conſtitutione iſta ad vitiandum teſtamentum, vel ſepulturam impedien-dam: ne ſimpliciter formet articulum, quòd mutuauit ad v-ſuram, vt dicit ſe iam vidiſſe ſæpè.nam ſæpè contingit,quòd qui fænerari incipit,ante alicuius vſuræ exactionẽ moritur , vel pæniteat , & abſtinet : quandoque neque vſuras recepit, neque ſortem : in his locum hæc conſtitutio non habet , ſe-cundùm Ioan. And.in nouel. ¶† Tertiò nota,quòd nõ sũt paria,ſatisfacere,& mandare, vt ſatisfiat. & ſic eſt arg.quòd ſi teneor ſub pœna excõmunicationis, vel alia tibi ſoluere cer ta die: ſi mitto nuncium cum mandato,quòd ſoluat, non ex-cuſor à pœna,ſi ille non ſoluit. ad hoc s̃. de elec.c.ſi compro-miſſarius.in prin.Archi.contra,quòd excuſor,ſi miſi nunciũ idoneum : licèt ipſe infideliter, vel propter caſum non imple uerit in c.ſignificante.de pigno. & l. cum à matribus. C. qui pe tu.quod credo verum,de quo dic per Bart.in l.cum filius. ff.de ver.obl. hoc autem non excuſat mandãtẽ, niſi ſequatur effectus,ſcilicet ſatisfactio.quia voluntas non ſufficit,vbi fa-cto opus eſt,vt c.1. de eo qui mit. in poſſeſ. & l.prætor ait.§. ſi quis paratus.de ope.no.videtur etiam,quòd ad euitationẽ pœnæ non ſufficeret ſimpliciter mandare, quòd debitum ſol ueretur: niſi mandatario pecunia numeraretur. & hoc for-tè ſi mandaret , & ſolueret mandatario vſuras extortas , vt redderet: ſufficeret enim ad euitationem pœnarum huius c. quod verum credo , ſi mandatarius eſſet perſona fidelis , & legalis.non enim minus eſt tali ſic ſoluere,quàm idoneè caue re.q̃d ſufficit p hũc tex. ar.cõtra;q̃a à forma cõſtitutionis nõ ,,ſt re-

eſt recedẽdum.ff.ad municipales. l. conſtitutionibus.cogita. ¶ Qartò nota,q̃ iſta conſtitutio non aſtringit vſurarium,ni-ſi vt ſatisfaciat iuxta facultates. quod intellige, habita ratio-ne,ne egeat,vt nota.s̃.eod.cap.cum tu.in glo. antepe. Sed di-ces.cum defectus facultatum nõ eximat ab obligatione: nec impediat difficultas commiſsionem obligationis, vt l.cõti-nu'.de verb.obli. quare vſurarius non teneť vltra facultates? nam magis videtur teneri propter delictum,& tranſgreſsio-nem omniũ iurium.Sol.intellige hunc tex. q̃ difficultas excu ſat vſurarium à pœna huius cap. ſi non poteſt ſatisfacere. q̃a difficultas impedit commiſsionem pœnæ legalis . facit quod nota.de teſti.cog.cap.2.& c.querelam. de iureiuran. quantũ verò ad obligationem principalem,& condemnationem ſo-lidi,& carcerationem videt̃,q̃ paupertas non excuſet vſura-riũ:immo fortè nõ ,,pdeſſet ſibi ceſsio, ſicut prodeſt debitori bus non doloſis,vt l.1.& per totũ.C.qui bo.ce. poſ.& c.Odo
2 ardus.de ſolu.¶† Quintò nota, q̃ ſufficit vſurario a ſatisface
a re de vſuris:& ſic non tenetur ad intereſſe.& quantũ ad casũ huis cap.dicit Io.An. q̃ ſufficit cautio de vſuris tantũ, gene-raliter loquendo. refert hic Arch. quoſdam dicere, vſurariũ teneri reſtituere non ſolũ vſuram, ſed & quicquid ex illis lu-cratus eſt;vt puta trahẽtibus originem ab infecta radice.14. q.1.c.neq;.& 1.q.2.c.principatus.Item vſura dicitur rapina. 14.q.2.c.ſi quis.& raptor tenetur de iſta.de reſt. ſpo. c.grauis.ergo vſurarius.Io.An. refert in nouel.beatũ Thom.ſecũ-da ſecundæ.q.68.articulo.3.tenere,q̃ ſi res conſumptibilis, & non fructificans recipiatur pro vſura, (vt pecunia,triticũ, vinum,& ſimilia.) ſufficit reſtituere receptam. quia de tali re quæſitum ex induſtria, non ex fructu rei,non debetur: teneť tamen ad compenſam damni, quod alter in bonis ſuis ſuſti-nuiſſet per detentationem illius rei. Si verò non eſt vſu conſumptibilis,ſed fructus ferens; vt eſt domus,& ſi,p vſurã extortã non ſolũ rem,ſed & fructus perceptos ex illa re (cuius nõ ipſe,ſed ille dominus erat) ſibi reſtituere tenetur.ita dicit in nouel q̃ conſideratio eſt multũ æqua,ſm̃ D. Lap. D. Io. Cal de.hanc q.plenius examinat in c.nauigãti. s̃.eo.in 9. q. cõmẽ ti ſui. & poſt multa idem concludit. & ad contraria reſpon-
3 det,vt ibi videas.¶†Sextò no.q̃.negatur vſurario manifeſto ſepultura: donec de vſuris fuerit ſatisfactũ, vel cautũ idoneè de ſatisfaciendo illis, de quibus in tex. & ponderat Io.An.di cta verba[fuerit ſatisfactum,vel cautũ] quæ cum perſona liter ſint prolata,ſufficit per quemcũq; ſatisfieri,& caueri,ẽt poſt mortem ipſius vſurarij:quod verum credit quò ad ſepul turã:ſed quò ad valorem teſtamenti,debet ſatisfieri,vel caue ri in vita: nec ſatisfactio, vel cautio ſuperueniens poſt mortẽ facit reconualeſcere teſtamentũ, quod in morte reperiť nul-lum ipſo iure,vt in fi.huius c. circa quod vide quod dixi s̃.de reſcrip.c.ſi eo tempore.¶Septimò no.q̃ ordinarius loci, ſiue eius vicem gerens quærit ex promiſsione ſibi facta ei, cuius intereſt.Et dicit tex. q̃ auctoritate huius conſtitutionis pro-cedit iſta acquiſitio, quaſi regulariter per iudicem non q̃ra-tur abſenti.D.meus Bal. poſt Pet. dicit,q̃ in his,quæ incum-bunt officio iudicis, anteq̃ partes ſint in contradictorio iudi cio, quæriť parti abſenti per iudicem; quia hoc intẽdit,& de bet intendere.Secus in his, quæ de ſui natura requirunt par-tis præſentiam : quæ explicantur per modum contradictorij iudicij.q̃d eſt no.dignũ,& à multis ignorantib.nõ intellectũ, ſm̃ eum,q̃ alle.ff.de fur.l.ſi qs vxori. §. ſi fugitiuũ. & per hoc declaratur.l.certũ.§.ſi quis abſente.ff. de confeſ. quia loquitur in confeſsione, cuius receptio non pertinebat ad officiũ iudicis,ſed partis præſentis,& recipientis.Item patet intelle ctus l.fi.ff.de interroga. act. q̃a ibi in perſona abſens nõ erat pars iudicij. & ideò pars iudicij nõ ,,tenditur ad ipſum,ẽt p viã confeſsionis.& ita ipſe no. in Auth. gũraliter.C.de epi.& cle. hoc ergo auctoritate huius cõſtitutionis abſenti q̃rat. & ẽ ſpeciale;q̃a hoc nõ ſpectabat aliàs ad officiũ iudicis.& vide de hoc q̃d ẽt no.Cy.in Aut,ſacramẽta.C.ſi aduer.vẽdi.& q̃d dixi in c.cũ pridẽ.de pac.& l.poſtq̃ litt. C.de pac.Itẽ q̃d dicit [vicegerenti]&c.expone vicario, vel officiali.q̃d intelligit Io An. ſiue in ſpiritualib. ſiue in cognitionib.cauſarũ. Nã & ad huius officiũ ſpectat cognitio,& coerctio reſtitutionis vſura rũ,ſicut & aliarũ cauſarũ mr̃imonialiũ.de cogna.ſpri.c.fi. & ita ſeruat̃.¶ Octauò no.in ver.[aut ſeruo publico]&c. q̃ ad hoc vt ex ſtipulatione notarij acqrat̃ parti, req̃rit mãdatũ or dinarij.& hoc mãdatũ requiriť ,,pter taxationẽ,& ap,,batio nẽ cautionis p̃ſtãdæ,de qua in ver, ceterũ. hoc aũt caſu ſi ta-bellio receperit minorẽ, q̃ debueritan ipſe, vel ordinarius, q̃ mãdauit,teneant?diſtinguit,vt no.in ſimi.s̃.de p̃b.c.ſi eps.an ordinarius quãtitatẽ illã expreſſerit,nec ne. ¶ Sed hic incidẽ ter q̃ro:an per notarium regulariter acquirat actio.Io.An.in cautionib.iudicialib. remittit ad no.per eum.de conuer.con iug.c.dudum.poſt prin.& dicendum videtur, q̃ in ſtipulation-ibus prætorijs , & iudicialibus quæritur per notarium. Sed in conuentionalibus an quæratur vtilis ſine ceſsione. Bartol. plenè nota. in l.2.rem pupil.ſaluam ſo.vbi tenet indiſtinctè, q̃ per ſtipulationem notarij, & cuiuſcunque alterius officia-lis publici potuit nobis quæri actio vtilis. de notario conſtat in d. l.2. & l. non aliter. de adoptio. & l. his verbis. eod. tit. de alijs officialibus probatur in Authen. vt ſine prohi. ma-tres debito. & credito.§.quia verò.& ibi nota.& Auth. quali ter. C.de epi.& cle.& ibi etiam nota. & q̃ idem ſit in conuen tionalibus,quod in prætorijs, & iudicialibus,probat tali rõ ne ;quia in modo acqrendi non reperiť differentia inter eas. Tradit tamen conſiliũ,q̃ ſi notarius eſt p̃ſens, faciat ſibi cedi actiones:& ad hoc cogeretur , vt l.1. §.1. ff. qua. rer. act. ſi verò non eſſet p̃ſens (& ſic non poſſet cedi) ſine dubio com-peteret vtilis,ut l.1.in fi.de inſtitoria.& l.1.C.de actio.& ob.
4 & no.in l.damni infecti.in fi.de dam.infec.¶† Nonò nota,q̃ cautio danda per vſurarium debet eſſe idonea.& quid veniat in promiſsione,dic vt in gl.nomine idonee.&c. & aduerte q̃a qñq;quis teneť ſatisfdare:qñq; cauere.qñq; idoneè cauere.& de his modis in gl.cui adde q̃d no. Bar.in l.ptorię.ff.de ptor. ſtip.qñq; quis tenetur plenè cauere , vel ad ſenſum ſapientis: & tũc an teneatur dare fideiuſſores.vide in Spe.de emp.& vẽ di.§.primò.ver. quid ſi actum.& ver. præcedenti.In hoc ver. dicit,q̃ ſi in inſtrumento dicitur[facies me ſecurũ ad ſenſum ſapientis mei.] q̃ ſi ſapiens inſſerit dari fideiuſſores, non te-netur ad dandũ.ſolum enim ſapientis eſt,vt legitimè ſecuret, & cautè ſecundùm naturam ipſius contractus.In ver.quid ſi actum. dicit, quòd ſi actum eſt, vt plenè caueatur : tunc etiã fideiuſſ.dare debebit.vel vnum non omittas, q̃ in illo,qui te netur cauere ſimplici cautione, venit promiſsio pœnæ,& bo-norum obligatio.q̃d dic,vt no.in l.2.ad fi.de iudi.ff.& p Bar-to.in l.in prætorijs.de prætor.ſtip.de illo, qui ,,mittit indem nitatem.vide per eum.in c.pater.ff. de dote præle.facit l.ſan-cimus.C.de verbo.ſig.& quod ibi per Cyn. ¶ Decimò not. q̃ qñque quis eſt vſurarius manifeſtus: ſed non cõſtat,quãta ſit quãtitas vſurarũ.quo caſu declaratio ſpectat ad iudicẽ, vt dicit notabiliter ille textus. Simile alibi habemus, ſcilicet qñ conſtat de delicto,ſiue dolo,& non de quantitate ſpecifica in tereſſe:tunc declarabitur arbitrio paſſi violentiam,ſiue do-lum,vt l.ſi quando. C.de iureiu.& c.fi. q̃ me.cã.& circa de-claratiõẽ in caſu huius c. iudici cõmiſſam qualiter debeat ſe habere,vide gl.q̃ incipit,ſi quãtitas &c.quã bũ no. Sed cir ca hoc q̃rit in nouel.poſt Arch an ſufficiat repetẽti vſuras ,,p-bare mutuantem fuiſſe publicũ vſurariũ ante cõtractũ,tẽpo re cõtract⁹, & poſt, & cõſueuit exigere inſtrumẽta de duplo verę ſortis. Pro debitore inducebat.e.ti.c.cũ in diœceſi. de pi gno.c.illo vos.& ibi in nouel. ſup vl.glo. de homi.c.tua. & q̃d notat̃ ſ noue.ſup ver.inter ſigna.& ď cle.pegr.c.2.ď hęre.c.ex cõicam⁹.§.fi.d p̃ſum.c.afferte.C. de rei vẽ.l.iudicia.& q̃d no. C.de vſuris.l.cũ allegas.in gl.ſup falſo.Pro creditore alleg.q̃ in dubio cõtra petitorẽ ẽ iudicãdũ.ď fi.inſtr.c.inter.nec ſeq̃t. ſi ſic fecit alios cõtractus;ergo & illũ.immo p̃ſumi debet,p in

ſtro. de ꝓſū. c. illud. & pōderari debet forma, & tenor inſtr̄i, q̄ priuil. c. porro, q̄ dona. c. cū dilecti. facit q̄ ſpō. c. fi. nec incerta, vel ambigua ſunt iudicanda. 30. q. 5. c. incerta. Item vſura eſt crimen: ergo probationes debent eſſe apertiſsimæ. 2. q. 8. c. ſciant. hanc partem tenuit Archid. vt ſcilicet in dubio ſtetur verbis inſtrumenti, vt ff. de exerci. l. 1. §. ſi is qui. ſed dicit Ioan. And. quòd hoc non approbatur in ſcholis, & in iudicijs reprobatur, & bene, iudicio meo: quia (vt dixi) poſtquā conſtat de delicto, ſufficit de intereſſe conſtare per præſumpt. & indicia, conſuetudo enim patris fami. eſt conſideranda, & ſecundùm ipſam in dubio iudicandum, vt l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de leg. 1. & l. vel vniuerſorum. & ibi nota. ff. de pigno, acti. Non obſtat, quòd in criminibus probationes debent eſſe apertiſsimæ. nam ſecundùm Lapum illud eſt verū, cum quis criminaliter accuſatur: ſecus ſi de crimine ciuiliter agatur. Quo caſu ad probandum contra vſurarium videntur ſufficere argu. s̄. eod. cap. cum in tua. ſecundùm Hoſtien. quod dic, vt ipſe nota, in ſumma, de probatio. §. & quot ſunt ſpecies. verſi. 3. ita ſupplet Lap. Domi. Federicus de Senis, di ſputauit: nunquid conſtitutio epiſcopalis valeat, qua cauetur, quòd per vnum teſtem de veritate, vel per tres teſtes de fama, vel per quatuor ſingulariter, vel per confeſsionem extraiudicialem, factam coram quocunque preſbytero, poſsit quis conuinci de crimine vſurarum; ita quòd ex tali probatione habeatur pro manifeſto vſurario? & concludit, quòd non, abſorbet enim ius alterius. & poteſt innocentia hic cōfundi, & veritas occultari contra cap. licèt. il 2, de ſymo. & c, ceterum. de iuramē. calum. & de teſtib. c. licèt. & eſt quæſtio, 17. in ordine conſiliorum. ¶ Vndecimò nota in ver. & ſi ſecus. quòd iudex in minus, quàm debeat, cautionem recipiens, tenetur ſatisfacere de ſuo. & ſi in reatu non idoneos fideiuſſores exegit à tutore, vel curatore, tenetur pupillo, & pupillæ in eo, ex quo in illa negligentia, ſiue dolo fuerint damnum paſsi, vt l. 1. & l. ſi. C. de ma. conue. & eſt ille caſus, in quo iudex ſuper intereſſe priuatorum tenetur impendere ſuū offi cium non petitum. regulariter contra. quod dic, vt nota. s̄. de poſtula. præla. c. bonæ. & ibi dixi. facit quod no. Io. And. poſt
5 Inn. s̄. de iureiur. c. ad noſtram. vbi omnino vide. ¶†† Duodecimò no. in ver. omnes. prohibitum religioſis, & alijs recipere vſurarios ad eccleſiaſticam ſepulturam. & vide circa hoc c. bonæ. il 1. j̄. de ſepul. Incidenter quærit in nouel. q̄d iuris, ſi non ſepeliuit, ſed ſepelire ſimulauit; quia fortè mortuus tunc erat vſurarius manifeſtus, non præſtita cautione: & clerici arcam, ſiue baram ſepelierunt, fingendo cadauer vſurarij intus eſſ, ecū nullū, vel aliud ibi erat. dicit diſputatum fuiſſe eſſe locum pœnis Concilij. ſatis enim hoc probat ratio huius ꝓhibitionis. Certum eſt enim, q̄ ſepultura ſolemnis nō ꝓdeſſet impenitēti: ſicut nec vilis noceret pœnitenti. de ſepul. c. ſacris. &ꝫ q̄d ibi in nouel. ad fi. in illius ergo opprobrium, & hr̄dū, & aliorū terrorē ſtatutū eſt hoc, in cuius eluſionē fit hęc ſimulatio, q̄ reducīt ad legis fraudē. de qua s̄. de priui. c. quātò. Itē ſi à pœna nō excuſat ſimulatio bōi, q̄d nō facit: multò min⁹ excuſare dēt ſimulatio mali. q̄d facit. ꝓbat primū de cele. miſſa. c. d̄ hoīe. Itē ex eo, q̄ iſti malū exēplū dederūt alijs, & ſcādali narūt, excuſari nō dēt à pœna. 11. q. 3. c. p̄cipuè. de eo, q̄ du. in ma. c. cū haberet. Idē determinat in nouel. & credo bñ cōat⁹ eīn cum opere ſubſecuto puniī quandoq;, etiam ſi effectum non haberet, vt c. nuper. de biga. & c. eū qui. cum concor. s̄. e. lib. de p̄b. facit l. ſi quis ſeruo. C. de fur. vbi ad terrendū alios
6 à delicto, punitur delictū attentatū, & non ſecutū. ¶† Tertio decimò no. q̄ nullus manifeſtū vſurariū debet ad confeſsionem admittere, ſiue abſoluere. & quod nō recipiatur ad confeſsionē, eſt durū: nec ſtatutum erat hoc in concilio Lateran. nam de iure confeſsio peccatoris perſeuerātis in crimine bene debet audiri; ſed non debet abſolui etiam ab alijs peccatis, vt hic in glo. quod dictum fallit hic. & ſecundùm hoc dictio, ſiue, ponitur alternatiuè: & erit ſenſus, quòd à tali confiteri volente quærat ſacerdos, ſi vult cauere ſaltem, aliàs iſm repellat: & talis rubor ad ſatisfactionem forſitan inducet. dicit tamen Ioan. And. q̄ iſte rigor non ſeruatur, & eſt durum dicere. Et ideò dat alium intellectum literæ: vt iſta dictio, ſiue, exponatur pro, & erit ſenſus, q̄ nullus debet vſurarios manifeſtos ad cōfeſ. admittere, & ipſos abſoluere. & nihil in hoc ſpeciale; q̄a (vt dixi) in crimine perſeuerans admiſſus ad cōfeſsionem non debet abſolui. eius verò confeſsionem tātum modo audire non eſt ꝓhibitū, vt prædixi. & ita hic in nouel.
7 ſuper verbo ad confeſsionem. ¶†† Quartodecimò not. in fin. q̄ teſtamentum vſurarij manifeſti eſt nullū ipſo iure, niſi de vſuris ſatisfecerit, vel cautionem præſtiterit, vt in tex. remiſſiuè tangit in nouel. de teſtamento excōmunicati, an valeat. & remittit ad no. in c. decernimus. de ſent. exc. Item de Ere mita an poſsit teſtari. dic, q̄ poteſt, ſi nō ſit profeſſus religionis approbatus. 14. q. 3. §. econtra. plures perſonas inhabiles ad teſtandum enumerat Specul. in ti. de inſtru. edi. §. compēdioſæ. in prin. & Accur. ff. de teſta. l. 3. & ego dixi s̄. eo. lib. de teſta. ſuper rub. Et quia inter alios enumerantur capite damnati naturaliter, & ciuiliter, qui nec teſtari, nec codicillari poſſunt, vt ff. de teſta. l. eius qui. §. 1. cum ſeq. & l. qui à latronibus. §. 1. cum multis ſimilibus. Circa talem quærit hic Ioā. And. de q. diſputata. Damnatus eſt quidam de falſo ad mille ſoluenda infra triduum: aliàs decapitetur. q̄a poſtea in teſtamento, vel codicillis pro anima quędam reliquit ad pias cās, & lapſa die tertia decapitatus fuit; an legata ſuſtinenē, vt iſta debeant? videt, q̄ ſic fauore, & priuilegio talium legatorū, vt patet. s̄. de teſtamen. c. cum eſſes. & eo. ti. c. relatū. C. de epi. & cle. l. ſi quis ad declinandum. & l. nulli. Item iſte efficitur inteſtabilis de iure ciuili tm̄, vt in iuribus præalle, legata aūt ad pias cauſas non ſubiacēt legi ciuili: ſed regulariter legi Dei, vt s̄. de teſtamen. c. relatum. & c. cū eſſos. & c. filius. In contrarium facit; quia iſte perdidit dominium rerum per ſententiā: ergo velut bonis carens, teſtari non poteſt, vt l. lex Cor. de vulga. & pupil. & Auth. ingreſsi. C. de ſacroſ. eccle. & l. q̄ ſi filius. de cap. præterea non reperitur contrariū in canonibus; ergo ſtandum legibus, etiam in foro canonico. de oper. noui nunciatione. c. 1. Item bona talis condemnati deuoluūtur ad agnatos, vel ad fiſcū, iuxta diſtinctionem Authen. bona damnatorū. C. de bonis damnato. ergo diſpoſitio de illis bonis facta eſt ab illo, qui non potuit: & ſic habeť pro non dato &c. de iure patrona. c. q̄d aūt. in fin. Non obſtat q̄ teſtamentū valuit à principio; q̄a præſumit q̄ tempore teſtamenti erat pecunia in condemnatione. Et ſic exiſtens poſtea cōditio deca pitationis non debet officere teſtamento, arg. l. furioſum. C. de teſtamen. nam hoc non obſt. q̄a ad efficaciam teſtamenti inſpicit habilitas teſtantis tempore mortis, ſicut & teſtamenti, vt l. 1. de leg. 3. & l. intercidit. de cond. & demo. Item adue niente conditione retro fingit quis damnatus. 2. q. 6. c. biduū. & de his, q̄ no. infa. l. furti. Nec obſtat fauor legatorū ad pias cauſas: quia locū habet, cū quis legat, quod durat ſuū, non quod deſinit eſſe ſuū: quod auelli non debet ab eo, cui quæritur: ne ſic priuilegium vni conceſſum alteri ſit damnoſum, vt c. ex tenore. de foro com. & l. impuberes. de admi. tut. Et hāc partem tenet, vbi illa legata eſſent obligata reſtitutioni; quia malè ablata certa relicta quibus debebantur, vel incerta pauperibus; quia tunc deberentur nō tam iure legati, quàm primæ obligationis: vnde deducitur vt æs alienum debitū Deo, vel certis perſonis. & quæ Dei ſunt, reddenda ſunt Deo. de cleri. coniug. c. ex parte. licèt ergo deferantur à lege, & non iure ſucceſsionis: tamen tranſeunt cum ſuo onere. de pigno. cap. ex literis. cum concordā. & in hoc reſidet. Sed aduerte primò ad terminos quæſtionis, ex quibus patet, quòd in defectum ſolutionis pœnæ pecuniariæ veniebat infligenda corporalis. Et præſupponit, quòd iſta pœna capitali ſubrogata ſit capitalis. Sed hoc non videtur bene dictum: quia illicò augmentum contingit propter contumaciam

non

non ſoluentis: & ſic non debet conſiderari, ſed id, quod principaliter in diſpoſitione deducitur, vt l. 1. ff. de in litem iuran. ſed dic, q̄ bona eſt deciſio. & reſpōde ad hanc l. vt plenè no. Bart. in l. 2. ff. de publi. iudi. vbi ſubtiliter ſuper hoc loquitur. Aduerte etiam ad id, quod dicit, q̄ malè ablata, & in certa detrahuntur in prædicto caſu, vt æs alienum. intelligo .n. eſſe hoc verum, quando de eis conſtat: aliter ſi non conſtat, credo q̄ habeāt potius vim legatorum, q̄ æris alieni. q̄d dic, vt dixi s̄. in primo notabili. & maximè videtur hoc verū, quando talis confeſsio emanat poſt nomen receptū inter reos: quia tunc videtur facta in fraudem. quod dic, vt nota. in l. poſt contractum. de dona. Et ſi diceremus contrarium, ſequeretur, q̄ ſemper reus (cuius bona per ſententiam veniunt publicanda, vel alijs applicanda) fateretur ſe debere pro ablatis incertis totam eius ſubſtantiam: vt ſic potius ad pauperes, q̄ ad eos, ad quos iura deferunt, deuoluerētur: quod eſſet abſurdum. facit l. ſi quis poſt hanc. C. de bo. dam. Item aduerte ad hoc, quod dicit, q̄ damnatus ad mortem non pōt teſtari, etiam ad pias cauſas, eſt verum in eo, qui dānatur in præſentia, & naturaliter moritur. Nam cum talis efficiat ſeruus pœnæ, & bona ſua alijs applicentur, non teſtatur, vt dictum eſt. & no. Bart. & poſt eum Bald. in l. hanc. C. de ſac. ſan. eccl. Sed hic manet dubium, quid de illis, qui cōdēnantur ad mortem in abſentia ex forma ſtatutorum diſponentium, q̄ contumax habeāt pro confeſſo. Iaco. de Are. dicit, q̄ aut vult teſtari ſecundùm ſtatuta, & priuilegia ciuitatis: & non poteſt; cum is ſit hoſtis ſuæ ciuitatis, vt l. amiſsione. §. qui deficiunt. de capi. dimi. vnde lex municipalis ei non patrocinatur, argu. ff. de mino. l. auxilium. in fin. & quia extra protectionem ſtatutorum. C. de na. li. l. 1. & ibi Cyn. aut vult teſtari ſecundū ius cōmune: & poteſt. quod ſex rationibus probat D. Bal. in d. l. ei' qui. §. ſi cui. de teſtamen. vbi nota, q̄ in tali ſic cōdemnato nō habet locum Authē. bona damnatorū. vt bona eius deferantur hæredibus ab inteſtato: ſed deferuntur in fiſcum. de quo plenè per Bart. in l. 1. ff. de bo. dam. Quid dices de illo, cui eſt amputata manus ex maleficio: vtrùm valeat eius teſtamentū? videtur, q̄ non. quia ille, qui damnatur ad mutilationem mēbri, condēnatur capitaliter: ergo efficitur ſeruus pœnæ. nam, ſicut not. in l. imperium. ff. de iuriſdi. om. iud. iſta pœna æqui paratur morti. Et idem not. in l. ſuggerentis. de officio eius, qui vi. al. ge. contrarium eſt verum; quia cum ſuperuiuat, nō efficitur ſeruus pœnæ: nec etiam perdit iura ciuilia. de hoc nota. Specul. in titu. de inſtru. edi. §. compendioſo. ver. quid cōpendioſę. vbi quid de exoculatis. & hoc not. Do. meus Bald. in l. qui manus ff. de teſta. & ibi Bartol. & in d. l. habeat. per iſta patet ca. declaratum. reſtat, vt alia, quæ tanguntur in nouella, per quæſt. expediam, & alia vltra addam. ¶ Primò ergo quæro. dicitur in tex. cautio præſtetur illis, quibus eſt reſtitutio facienda: aut illis, qui eis poſſunt acquirere. Quæro, qui ſint iſti, ex quorum contractibus alijs quæritur. gloſſ. remittit ad tit. Inſti. per quas perſo. no. acqui. & plenè proſequitur de procuratore, an per ipſum quæratur obligatio domino ipſo iure. & plenè diſtinguit. Do. Barto. declarat hanc materiam per quaſdam regulas. Regula enim eſt, q̄ alteri ſtipulari, vel paciſci nemo poteſt. ratio redditur in l. ſtipulatio. §. alteri. de verbo. obli. Fallit primò, vbi eſt perſonarum identitas, vt in filio, & in ſeruo, qui cenſentur eadem perſona cū patre, & domino, vt Inſti. de inuti. ſtipul. §. ſi quis ei. An autem iſti, (ſcilicet filius, & ſeruus) poſsint ſtipulari patri, & domino, vel econtra, notatur. ff. de ver. obli. l. quod dicitur. Secūdò fallit, vbi eſt officij neceſsitas, vt in tutore, & curatore, vt l. quotiens. de admi. tuto. & l. eum qui. §. ſi actori. & §. ſequen. de conſtit. pecu. & hoc verum in his, quæ pertinēt ad adminiſtrationem ipſorum ſtipulantium: aliàs ſecus. ff. de pigno. actio. l. ſolutum. §. per liberam. Tertiò fallit, vbi eſt perſonæ auctoritas, vt in notario, & officiali, per quos quæritur vtilis, vt dixi s̄. in 8. notabili. Quartò fallit, vbi eſt peremptoria ſolemnitas, vt eſt in omnibus ſtipulationibus prætorijs, vt in l. in omnibus. de præto. ſtipul. Quintò fallit, vbi eſt rerum cōnexitas, vt quando quis ſtipulatur ſuper re mea, vt in ꝓcuratore: circa quem an quærat vtilem, necne, aliqua mēbra ponit; & etiam hic glo. Sextò fallit, vbi eſt præſentia perſonæ, & vicinitas, vt l. ſi procurator præſentis. de verb. ob. Septimò vbi eſt defectus perſonæ, quæ cedere tenebat. Nam tūc datur vtilis ipſo iure, vt l. 1. in fine. cum l. ſequenti. de inſti. & C. de actio. & oblig. l. 1. & l. ſancimus. ad Trebel. Octauò fallit, vbi ē perſonarū affectio, & rei, de qua agitur, æquitas, vt l. Gaius. ff. ſolu. mat. dic, vt ibi. Nonò fallit, vbicunq; ſuper re mea ſtipulor, vel paciſcor alteri: tunc quæritur vtilis ſine ceſſione, vt l. quotiens. C. de donatio. quæ ſub modo. ibi tamen dicit text. quòd id eſt ex benignitate: quaſi regulariter in alio caſu, quàm donationis, non habeat illud locum. ipſe tamen dicit, q̄ quandoque ego ſtipulor alteri ſuper re, quæ durat mea: & quęrit, vt l. Publia. ff. depoſiti. Quandoq; non durat mea: & tunc regulariter non q̄ritur. Fallit, vbi eſt fauor ex tertij liberalitate, vt d. l. quotiens. Item fallit propter ſingularia prę cipua pecunię, vt l. certi cōdictio. §. ſi nūmos. ſi certa. prædicta ſunt vera in acquiſitione, quæ fit per actum ciuilem. Ea verò, quæ acquiruntur per actum naturalē, & corporeum poſſunt quæri per alium, vt l. ea quæ ciuiliter. de acqur. rerum domi. Item prædicta vera, quando quis paciſcitur alteri ad actionem, vt l. quæcunque. de act. & oblig. & l. hę redi. §. quotiens. de pactis. ¶ Sed in modo quærendi differūt; quia exceptio quæritur, ſicut vtilis pacti, vel doli, vt l. reſcriptum. §. fi & de pac. per Bartolin l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler. de ver. ob. Adde q̄d no. 1. q. 7. inc. quotiens. vbi dicit gl. q̄ ſi promitto tibi me daturū Titio 10. credit me teneri de iure canonico. arg. 22. q. 5. c. iuramenti. maximè vbi interuenit iuramentum. arg. de conſtitu. pecu. l. 1. iſta ſunt verba gloſſ. ibi. quæ ſi vera eſt, prædicta inueſtigatio caſuum eſſet inutilis, ſi generaliter de iure canonico alteri per alterū quæretur. q̄d durum videtur ſentire, & corrigere tot iura. ¶ Secundò quæro. dicitur hic, q̄ iſta cautio eſt præſtanda ſacerdoti parochiali coram aliquibus fide dignis de ipſa parochia. circa hoc primò quærit, quare coram iſto. dicit; quia eſt iudex iſtius quòd reſpicientia forum animæ. de pœni. diſt. 1. c. quem pœniret. vltra medium. Tangit ad idem. ſi aliquis in pœnitentia eſt cōfeſſus ſacerdoti ſe vſuras extorſiſſe, ſed hoc eſt occultum: nunquid ſacerdos iſti denegare debeat ſepulturam, hæredibus volentibus ad dictum eius reſtituere? videtur q̄ non: q̄a non debet illum publicare. de pœni. & remiſ. c. omnis. Item ſi bi ſic aſſerenti nō creditur. 6. q. 2. c. placuit. Taceat ergo. 2. q 7. c. plerique. In contrarium, quòd publicare poſsit. allegat quod not. de teſti. c. teſtimonium. in glo. quando grauata.

7 ¶†† Quærit vlterius, quid de illo, qui poſt ſepulturam detegit fuiſſe vſurarius: b an exhumabitur? dicit, q̄ non; ex quò in vita communicatus fuit, & eius oblationes receptæ. cogentur ergo hæredes præciſè iſto caſu ad reſtitutionē, vt hic in quinta glo. Subdit, q̄ ſi ante ſepulturam ſuper hoc quæſtio refera tur: niſi probatio ſit in promptu, ſepelietur, poſtea lis ſuo marte proceder: aliàs cuique liberum eſſet ſepulturam alterius impedire, & illum vituperare. quod prohibitum eſt, vt l. fin. C. de ſepulchro viola. & in Auth. qui domum. In cōtrariū allegat, q̄ appellatio impediat ſepulturam. s̄. de ſepultu. c. ex parte. Sed ibi ſoluitur in 2. gloſſ. & q̄d ſuper ea in nouel. Subſequenter tangit de iſtis teſtibus: an ſit de ſubſtantia, quòd ſint de parochia? tenet poſt Arch. q̄ nō. ſed ſufficit, q̄ ſint idonei. 4. q. 3. c. ad fidem. & 3. q. 9. c. ſi debitum. & q̄d no. in 5. q. canonica. ¶ Quærit vlterius, an ſufficiat vnus teſtis cū illo, q̄ recepit cautionē. Archi. q̄ ſic. cū hic nulli fiat præiudiciū. de conſe. diſt. 4. c. paruulos. in fi. & o. cum ita. vbi de hoc. nam & exigens habendus eſt pro vno teſte, ſicut & monens. quod ſatis putat verum Ioan. And. ſi de nullius præiudicio ageretur. ſed ſi veniens abiteſtato dicat ſe hrdē; q̄a teſtm nō valuit, hoc

1 priuilegio concedit ſtudiũ, & ſtudij priuilegia in loco, in quo ſe. Apoſto. moram trahit. Ex quo bene colligitur, quod alibi dixi, ſcilicet quòd quantumcunque locus ſit inſignis : tamen ibi ſtudentes non habent priuilegia ſtudij, niſi ſit ibi ſtudium approbatum de iure communi. Sicut eſt in curia, vt ibi patet, & in vrbe, vt ſi. de excuſa. tuto. l. ſed & reprobari. §. fin. & ibi no. licèt ergo lex dicat, quòd leges in regijs ciuitatibus ſint docendæ, vt in proœmio Digeſt. ad fin. & not. in d. §. fina. Tamen non ſufficit, quòd ſit regia : niſi de iure, vel ex priuilegio ſibi competat, vt Bonoñ. Peruſij, & Papiæ. vel ex antiqua conſue. vt Paduæ. & hæc vera, niſi ex cauſa neceſsitatis. puta, quando propter guerram, vel peſtẽ ingentem in loco ſtudij approbati aliò ſe transferrent: tunc ibi, vbi ſtudent, habebunt priuilegium. Idem ſi occaſione vnius famoſi Doctoris idem faciunt ſecundùm Ioan. And. in c. tuæ. de cleri. non reſi. ad hoc d. l. ſed & reprobari. §. valde tamẽ diſciplinatos. & vide quod dixi s̃. in ſalutatione huius lib. in 5. not. & d. c. tuæ.
2 ¶†Secundò not. quòd ſtudentes [2] in ſtudijs approbatis habent immunitatem, & priuilegia : quæ autem ſint illa, hic nõ declaratur : ſed dic, vt in Auth. habita. C. ne filius pro patre. & de priuilegio ſcholarium in d. l. ſed & reprobari. vbi de priuilegio Doctorum legentium in ſtudijs approbatis. habent enim immunitatem in omnibus muneribus publicis, & ciuilibus, & filij, & vxores eorum vt C. de profeſ. & medi. l. medi
3 cos. & ita no. in d. l. ſed & reprobari. in fin. ¶†Tertiò not. q̃ in ſtudio Romanæ curię debet legi ius canonicum, & ciuile: & eſt mirabile, quòd in curia permittatur legi ius ciuile, &
4 Pariſijs prohibeatur. s̃. eod. c. ſuper ſpecula. ¶†Tangit in nouel. quid eſt ſtudere. & dicit, quòd eſt diſciplinæ inuigilare, & cum magna animi voluntate applicare ad proficiendum in ea. Quid ergo de illis, qui ſtant in ſtudio, & non ſtudent, licèt intrẽt ſcholas? dic, vt dixi in ſalutatione huius libri. Arch. hic tangit, quòd debet intelligi de dantibus operam ſciẽtiæ: quaſi alij non gaudeant huiuſmodi priuilegijs. quod dic, vt s̃. eo.
5 c. ſuper ſpecula. de magiſtr. ¶†Quartò nota, quòd ſtudentes in ſtudio generali debent percipere fructus integrè ſuorum beneficiorum. quod intellige, vt in gl. fin. cum ſcilicet ſuper hoc habent licentiam à prælato ſuo : & an illi, cum quo diſpenſatum eſt, vt poſſit eſſe in ſtudio, debeantur fructus. vide s̃. de cle. non reſid. c. tuæ. in nouel. ego ibi dixi, quòd ſola licentia reſidendi in ſtudio non ſufficit quò ad fructuum perceptionem, vt no. Archid. 38. diſtin. c. de quibuſdam. tenet enim quòd ſtudentes in theologia, iure canonico, & ciuili de iure communi debent percipere fructus bonorum: dummodo ſint ibi de licentia ſui prælati, hoc eſt epiſcopi, & ita tenet hic Lap. qui dicit, quòd Ioan. An. contra : qui tenet, q̃ requiritur diſpenſatio ſuperioris. ſufficit tamen licentia inferioris prælati. Lap. tenet, vt dixi cum Archid. dummodo non obuiet eis conſuetudo, vel ſtatutum in contrarium edita. & probat opi. iſtam optima ratione, quã hic vide per eum. Sed quid dices, ſi petitã licẽtiã nõ potuit obtinere? dicit agendũ coram ſuperiore, vt c. nullus. de iure patrona. Nõ ob. c. licèt. de regula. vbi ſufficit ipſam petere: licèt non obtineat; quia ſpeciale in fauorem religionis. facit quod no. Hoſt. de magiſt. c. 3. Quantùm autem ad iſtam licentiam concedendam qui dicantur prælati. Ioan. And. dicit tenendum, quod ipſe ſcripſit. s̃. eod. lib. de elec. c. licèt canon. ſuper glo. pe. ſubdit quòd excuſans ſe à receptione ordinum propter ignorantiã debet ire ad ſtudium ſine licentia epiſcopi : quod ſi faciat, vocatus non rediens poterit beneficio priuari. alleg. not. per eum de cle. non reſi. c. relatum. & c. ex tuæ.

ADDITIO.

2 ¶ Studentes. Adde Albe. de Roſa. Bar. Bald. Saly. & Moder. in Authen. habita. C. ne fil. pro patre.

SVMMAE.

1 *Abbates ex priuilegio Apoſtolico poſſunt benedictionem ſolemnem ſuper populum exhibere.*
2 *Eccleſiæ aliquando pertinent ad abbates pleno iure.*
3 *Abbates quibus perſonis poſſunt conferre primam tonſuram.*

CAP. III.

ABbates. Duæ ſunt partes. prima tractat de benedictione ſuper populum faciẽda. ſecunda de collatione tonſuræ, ibi [nec eis.] Circa primam dicit, quid abbatibus liceat, determinando locum, & tps. ſcda, ibi [alibi] ponit qd̃ nõ liceat, & exceptionẽ ſubdit. ſecunda pars principalis miſcendo qd liceat, ponit qd
1 nõ liceat. à quo excipit, ibi [niſi.] ¶†Not. q̃ abbates ex priuilegio Apoſtolico poſſunt benedictionem ſolemnem ſuper populum exhibere. Idem intelligit glo. 2. de præpoſitis, & alijs inferioribus prælatis: quibus idem priuilegium eſſet indultum. Nam ſecundùm Arch. eadem eſt identitas rationis. ergo &c. vt s̃. de conſti. c. tranſlato. bene facit ỹ. e. c. Apoſto. licę. de hac benedictione ſolemni dic, vt in glo. 4. in nouel. dicit, quòd hanc facit archiepiſcopus per totam prouinciam in locis exemptis, vt eo. tit. Clem. Archiepiſcopo. & vide qd̃ de epiſcopis Cardinalibus ipſe ſcripſit. s̃. de ſup. negli. prælа. c. 1. ſuper glo. 2. de benedictione ſimplici, ſiue priuata dicit glo. quòd eam exhibent ſimplices preſbyteri. quod intellige non preſente epiſcopo. 21. diſtin. c. denique. & vide 36. q. 6. c. miniſtrare. & ibi no. de iſta benedictione ſolemni. & de cõſec. diſt. 1. c. cum ad celebrandas. ¶Secundò no. q̃ conceſsio exercitij alicuius actus prohibiti facta preſidenti certo loco, eſt in dubio limitanda ad illum locum, vbi reſidet. & eſt a qua dicta interpretatio; quia per hoc ius nullius læditur, niſi concedentis. pro hoc cap. ex tuarum. de aucto. & vſu pal. ¶†Tertiò no. quòd quandoque ad abbates pertinent eccleſiæ pleno iure. & dicuntur tunc competere pleno iure, quando in eis ſacerdotes inſtituunt̃, & oẽs percipiunt obuẽtiones, præter ſtipendia miniſtrorũ. de præb. c. auaritiæ. & c. de monachis. vbi de hoc. & 16. q. 1. in ſumma. & ita hic in nouell. poſt Ala. & idem Lap. qui addit no. s̃. e. li de offi. or. c. præſenti. in glo. quærit hic Arch. Tu adde etiam quod no. s̃. eo. c. paſtoralis. & quod no. s̃. eo. c. paſtoralis. & quod dixi. s̃. eo. li. de præbend. c. 1. & c. 1. de capel. mon. ¶ Quartò no. quòd certis horis eſt illa ſolemnis benedictio ſuper populum exhibenda. ſ. poſt Miſſarum ſolemnia, Veſpertinas, & Matutinas laudes. iſtæ enim duæ horę ſolemniores ſunt cæteris, vt patet in Cle. ſi diuinum.

ſi diuinum. in fi. de celebra. miſſa. ¶ Quintò no. quòd abbatibus poteſt ex priuilegio Apoſtolico cõpetere ius magis pingue ſuper illa benedictione, ſuper populum exhibenda. & põderat Ioan. An. quòd dicit [Apoſtolico priuilegio] quaſi cõſuetudo hoc non poſsit operari, cum inſignia pontificalia p̃inferiores non præſcribantur. 43. diſtin. c. peruenit. il 2. & c. illud. facit s̃. de conſue. c. quantò. quod tenet hic Ioan. An. nõ ſolum in exhibitione benedictionis : ſed etiam in collatione primæ tonſuræ, vt ſ. ex conſuetudine non poſsint abbates ſibi quærere, ſed Apoſtolico priuilegio tantùm: & dicit, q̃ in antiqua litera excipiebat de priuilegio Apoſtolico, & cõſue. iã preſcripta; quæ litera remota fuit hic per Boniſa. vt ſciatur hoc caſu conſue. non valere, licèt contrarium no. Hoſt. de ęta, & quali. c. cum contingat. & non bene ſecundùm Ioan. And.
3 ¶†Sextò not. quibus perſonis abbates poſsint conferre primam tonſuram. de conuerſis, & qui conuolauerint ad eorum monaſteria (vt ſcilicet fiãt monachi) cõſilium eſt, quòd hoc non faciant infra annum probationis: quia certum eſt, quòd poſtea poſſent exire, & ſic etiam poſſet fieri fraus, quæ præcauenda eſt. de ſeruis non ordi. c. 1. pro & contra. ỹ. eod. lib. de ſenten. excommunica. c. religioſo. Aduerte tamen, quòd licèt non debeant conferre alijs, quàm perſonis hic expreſsis: tamen ſi conferant, imprimunt characterem ſecundùm Ioan. An. poſt Boa. alios autem minores ordines an poſsint conferre abbates. dic vt in glo. pe. quæ intelligit hunc text. de abbatibus benedictis, & presbyteris. circa quod vide quod no. in c. cum contingat. de ęta. & qual. in nouel. ¶Septimò per hoc, quod hic dicitur, quòd abbates poſſunt conferre primam tonſuram, & alios certos ordines, vt in glo. pen. dicunt quidam, q̃ hoc facit pro abbatib. benedicentib. calices, patenas, veſtes ſacerdotales, cruces, & ſimilia : de quib. de conſe. diſtin. 1. c. veſtimenta. nam ſi benedicunt, & conſecrant perſonas, vt hic: fortius & res 12. q. 1. c. præcipimus. Ioan. And. dicit, quòd abſtinere debent à conſecratione calicis, in qua ſit vnctio, vt d. c. Immo. In alijs verò ſuperioribus, & ſimili, vbi ſit ſolum verbalis benedictio, ſuſtineri poteſt quod eſt dictum, quando ad opus eccleſiarum ſuarum hæc faciunt: aliàs abſtinere debẽt, ſicut ab exhibitione benedictionis ſuper populos alienos, vt in primo reſponſo : vt ſic de perſonis ad res licitè arguamus; vt quod non licẽt circa perſonas non ſubditas, vt in ſecundo reſponſo huius c. non liceat circa res, argumen. l. qui plures. & l. poteſt. ff. de hæred. inſtitu. Item argue, quòd ſicut non poſſunt benedicere ſolemniter, niſi ex priuilegio : ita nec aquam ſolemniter benedicere, vt in c. aqua. de conſe. eccl. vel alta. maximè quia eorum benedictio ſimplex, vel ad plures mixta, vt not. in Cle. attendentes. §. ſtatuimus. de ſtatu mona. ſecundum Ioan. An. qui de mitratis abbatib, remittit. ỹ. eo. c. vt Apoſtolicæ. ſuper glo.

SVMMAE.

1 *Exempti in ſolo alieno non poſſunt erigere oratoria.*
2 *Oratoria in diœceſi non ſunt conſtruenda ſine auctoritate epiſcopi.*
3 *Priuilegium exemptorum non extenditur ad ſubditos.*

CAP. IIII.

AVctoritate. Ponit triplicem prohibitionẽ contra exemptos. ſecunda contrafacientes iubet compeſci per ordinarios. ibi [quòd ſi.] tertia prouidet ordinarijs contra conſeruatores, ibi [& ſi quas.] ſecunda principalis, ibi [inhibemus] ponit inhibitionem, & executionem. tertia, ibi [cauſas] ponit
1 aliam inhibitionem, quam declarat. ¶†Not. quòd exempti in ſolo alieno non poſſunt erigere oratoria, vel capellas : qd̃ ſi fecerint, cedunt diœceſano cum ſuis fructibus. s̃. eo. c. cum olim. il 2. ver. inſuper. & quod ibi per Ioan. An. ſuper vnica gl. vbi dicit, q̃ eccleſiæ ſic conſtructæ cedunt diœceſano, non vt ſuas habeat: ſed vt ipſas, ſicut alias ſuæ diœceſis eccleſias regat, & fructus in vtilitatem eccleſiarum ædificatarum conuertat. ¶Sed quærit Lap. quid iuris, ſi de licentia ſuperioris religioſi ædificant in ſuo fundo eccleſiam, & eam non dotent (dotatur tamen ab alio) habebunt ne ibi poteſtatem religioſi quò ad omnia temporalia? dicit, quòd ſic: quia quicquid illi confertur eccleſiæ, datur etiam religioſis ędificantibus ipſam eccleſiam, ſecundùm Vgo. quod dic, vt no. Archid. 16. q. 2. c. ſane. rñdebit ergo rector eiuſdẽ eccleſiæ diœceſano, vel alteri ſuperiori de ſpiritualib. de tpalibus añt religioſis, ſub quorũ ſunt poteſtate, cenſum ſoluendo, & rationem reddendo de ipſis temporalibus. s̃. eo. c. cum & plantare. §. in eccleſijs. & idem videtur, ſi clerici in fundo eccleſiæ conſtruxerint
2 eccleſiam, vt no. ea. cauſa. 2. q. in ſumma. ita dicit Lap. ¶†Secundò not. quòd in diœceſi non ſunt oratoria conſtruenda ſine auctoritate epiſcopi. quæ autem ſit differentia inter eccleſiam, & oratorium, dicit Ioan. And. quòd eccleſia eſt, vbi ſtatuta eſt certa dos pro rectore, clericis, & alijs neceſsarijs. de conſe. diſt. 1. c. nemo. Oratorium eſt, qd̃ nõ eſt dotatũ, nec ędificatũ ad miſſam celebrandam, ſed ad orandum. de cõſe. diſtin. 1. c. vnicuique. De licentia tamen epiſcopi poteſt ibi celebrari : quam licentiam non concedet in maioribus feſtiuitatibus. eadem diſtin. c. clericos. & c. ſi quis extra. facit in Authen. vt nullus fabri. ora. §. 1. coll. 5. Item priuata oratoria non habent immunitatem eccleſiarum, nec ſunt ab epiſcopis viſitanda, nec ab eis procuratio exigenda, nec debent habere campanile. quod dic, vt no. in c. auctoritate. s̃. de cenſi. facit cap. patentibus. s̃. eod. ¶Tertiò nota in verſi. & ſi quas. caſum, in quo non valet ſententia cenſuræ. Ratio, quia conſeruatores habent delegatam, vt s̃. eo. lib. de offic. deleg. c. 1. delegatorum autem excommunicatio ligat illos, qui de facto reſiſtunt : non qui de iure, vt no. in c. pro illorum. de præben. & c. propoſuit. de cler. excom. miniſtran. gl. tamen ſuper ver. reuocamus. aſsignat aliam rationem: ſed prædicta melior. ¶Quartò not. in §. cauſas. quòd in cauſis ſubditorum dominus non habet legitimam perſonam agendi, vel defendi. quare pro dictis iuribus non poteſt agere, nec defendere. Et hoc tenet Innocen. in cap. cum dilectus. de appella. quod eſt verum, quando cauſa, ſiue quæſtio tangit ſolum ſubditos; vt hic patet, dum dicit [quæ videt tantùm.] &c. quaſi dicat: ſecus ſi quoquo modo tangeret dicta quæſtio dominum. puta turbantur coloni in cultura agrorum domini, vel capiuntur; ita quòd cultura deſeritur: poteſt enim iſtis caſibus dominus agere ad ſuum intereſſe; quia ipſe videretur turbari, vt l. vim facit. ff. de vi, & vi arma. Et hinc eſt, quòd in dicto cap. dilectus. decanus rectè egiſſet coram iudice competenti contra epiſcopum, quòd ſuum ſubditum detinebat: quia ex hoc minuebatur eius debitum obſequiũ. vnde ciuitas repetit ciuem ſuum, epiſcopus clericum ſuum, & clericus aſcriptitium ſuum, vt l. de iure. ad municipa. & cap. ſi iudex laicus. de ſenten. excommunica. infra eodem libro, & cap. ſecundo. infra de iudæis. Et hoc eſt verum, cum in perſona ab alio detenta prætendit quis ius ſubiectionis, vel ſeruitij. Si autem prætendo modò actum perſonalem (quia tenetur mihi in mille) an ſi ab alio detineatur: & ſic non poteſt mihi ſoluere, poſſum agere, vt relaxetur? dixi, quòd non in d. capit. dilectus. in ſecunda oppoſitio. remiſi ad nota. poſt Ioan. And. in cap. intra quatuor. de maior. & obedien. & cap. duo ſimul. de offic. ordina. ſuper glo. ſed nec. in nouel. idem, quod hic dicitur, quòd non poſſum recipere defenſionem meorum hominum, eſt verum, ſi ipſi reperiunt iuſtitiam, coram quo agunt, vel conueniuntur: aliàs poſſum eam ſuſcipere, & etiam repreſalias, & bellum indicere. de quo plenè in cap. non debet aliquis. de reg. iur. in mercu. infra de iniurijs. cap. & ſi pignorationes. ergo iſtud cap. intelligitur, cum domini lites ſuſcipiunt agendo, vel defendendo, quæ ſpectant ſolùm ad ipſos ſubditos. Secus ſi in moleſtia ſubditorum ipſi lædantur, & ſecus, ſi ſubditi iuſtitiam

tiam non reperiunt, vel personaliter detinentur. & adde qđ not. Hostien. in summa de pœni. §. fina. sub fine versic. sed pone, quòd guerra. vbi not. an dominus possit petere emendam damnorum datorum in bello subditis suis. Et vide quod circa hoc not. & dixi sup. eod. lib. de re iudic. cap. ad Apostolicæ. vbi de hoc latius dixi. & ibi in nouella vide quod omnino dixi post Innocen. in capit. in nostra. de iniur. vbi quæsiui: an vniuersitas faciendo pacem cum inimicis possit remittere debita subditorum, qui fuerunt passi depredationes, & damna, & sic habeant actionem ad ipsa repetenda. dixi, quòd sic, per modum legis, & statuti: quia est ista iusta causa denegandi actionem, & etiam priuandi dominum dominio suæ rei. Quod an comprehendat infames, furiosos, & fœminas damnum passos, qui talibus statutis non potue-
3 runt consentire. dixi, quòd sic, ibi videas. ¶ † Quintò, & vltimò nota, quòd priuilegium exemptorum non prodest, nec extenditur ad subditos, & familiares eorum. quod dic, vt infra de deci. Clemen. 1. vbi glo. not. argu. pro & contra. ỹ. eod. c. licèt.

SVMMAE.

1 *Priuilegium concessum regi non extenditur ad eius filios, vel reginam.*

CAP. V.

NE aliqui. Præmittit constitutionis duplicem causam, & constitutionem subdit, ibi [omnes.] in qua exceptionem interserit, ibi [illis.] ¶ Nota, quòd priuilegium, de quo hic, conceditur clericis: quandoque laicis. his enim duobus gradibus complectitur totum humanum genus. 12. quæst. 1. cap. duo sunt. Et aduerte, quòd ista constitutio non reuocat priuilegia: sed modificat, vt eorum effectus ordinarios non includat. Et per hoc dicit Ioan. And. quòd habet locum non solùm in priuilegijs concessis tempore huius cõstitutionis: sed in posterum concedendis. Et sic ver. concessa, non intendit distinguere concessa ante hanc constitutionem à postea concedendis. sed quod quæris de iuribus talis priuilegij. quæritur, an locus sit ei, quod hic dicitur: & est simile de verbor. significatio. cap. priuilegium. ỹ. eod. lib. & hoc patet per rationes, quas ponit princip. cap. quæ vtrisque competunt. patet etiam in fin. edicto perpetuo. ¶ † Secundò not.
2 argumen. quòd priuilegium concessum regi, non extenditur ad eius filios, vel reginam: nisi exprimatur. ad hoc alleg. Lap. quod not. Ioan. And. s̃. eod. lib. de cleric. coniug. cap. 1. in glo. his casibus. sed contra. s̃. eod. lib. de sepultu. cap. his. §. fina. & quod no. infr. eod. c. licet. in glo. concord. & ỹ. de regu. iur. c. cui licèt. in Mercu. parte prima. versic. 3. ad fin. & quod not. 11. distin. 1. c. clericum. vbi dicitur in prima glo. quòd eodem priuilegio gaudent vxor, & filius, quo clericus. ad hoc alleg. l. medicos. C. de profess. & me. vbi priuilegium concessum Doctoribus à muneribus publicis, & ciuilibus extenditur ad vxorem, & filios, vt not. in l. sed & reprobari. §. legum verò Doctores. ff. de excu. tuto. ad idem. l. princeps. ff. de legi. Item aduerte ad id, quod dicit [filijs regum.] &c. dicit enim Io. And. quòd filius regis dicitur etiam post mortem regis, etiam si in regno non succedat: quia nõ sit primogenitus. quod intelligo, si natus patre adepto regni dignitatem: aliàs autem non est dicendus filius regis, vel sacerdotis, qui natus fuerit, antequam rex fuerit, vel sacerdos, vt not. C. de nup. l. Imperialis. §. illud. cum ibi. not. & l. emancipatum. ff. de sena. quæ est optima ad prædicta: vbi plenè qui dicantur filij senatoris: per quod hic instrui potes, qui dicantur filij regum. & ponderat Ioan. An. quòd dicit filijs, & non liberis. circa quod remittit ad no. in Clemen. 1. de bap. latior est enim appellatio liberorum, quàm filiorum, vt l. qđ si nepotes. ff. de testa. tute. & l. 12. §. quotcunque autem, de ex cusa. tuto. filiorum autem appellatio an includat nepotes. dic vt l. iusta. de verbo. significa. per Barto. ¶ Tertiò nota, quòd quandoque priuilegium conceditur ordini, siue loco: & fortiora sunt priuilegia data personis contemplatione ecclesiarum, quàm contemplatione ipsarum personarum. quod patet; quia difficilius reuocantur. & bene nota, qp priuilegium, quòd interdici, vel excommunicari non potest &c. dicitur concedi quandoque loco. sed hoc quomodo; cum locus veluti res inanimata non sit capax excommunicationis, vel interdicti? Sol. vt dixi in repetitione. c. postulasti. de foro cõpeten. in remissione indulgentię concessę per episcopum subditis conferentibus opem in alterius diœcesi construendo. Facit quod not. in cap. tanta. de excess. prælato. in glo. not. quanquàm. in dubio, vtrum priuilegium, quod possit pariter respicere personas, & locum, siue ordinem, videatur concessum personis: an ordini, siue loco. istud est quærere, an in dubio priuilegium censeatur reale, vel personale. de hoc Doct. ỹ. in c. cum venissent. s̃. de insti. vbi in secunda opinione breuiter sic distinxi. Quia quandoque talis concessio continet beneficium principis: & tunc in dubio debet intelligi concessio realis, quia beneficia principum, &c. de consti. prin ci. l. fi. & c. olim. ỹ. de ver. sig. Quandoque concessio continet priuilegium, hoc est aliquid contra ius scriptum: & illo casu si quidem datur ciuitati, vel alicui vniuersitati: & in dubio videtur concessio realis, vt l. forma. §. quanquàm. ff. de censi. Quandoque datur certæ personæ singulari: & tunc gl. in d. §. quanquàm. dicit idem. s. quòd in dubio censetur realis. Old. reprehendit illam gl. Bar. de hoc membro no. in l. quia priuilegium. ff. sol. mat. Quandoque talis concessio non continet beneficium, siue priuilegium principis: sed est alia concessio priuata, vel alterius inferioris: & tunc quandoque conceditur mera facultas facti: vt concedo tibi facultatem eundi, vel quòd possis ire, & similia verba, quæ referuntur ad factum magis, quàm ad ius: & tunc concessio præsumitur persona lis, vt l. apud Iul. § fi quis alicui. de leg. 1. facit Insti. de inuti. stipula. §. sed cum factum. Si verò concessio refertur ad ius: & tunc aut fit determinatio respectu fundi domini ante: & præsumitur concessio realis, vt d. cap. cum venissent. & ff. de ser. per totum. nisi ex qualitate relicti, & personæ aliud præsumatur, vt l. pater filiæ. ff de serui. leg. Et ex his inferas, quòd si Imperator concedit iurisdictionem in quodam castro cuidam Comiti: & dubitatur, vtrùm iurisdictio sit concessa castro, vel duntaxat personę Comitis, præsumitur territorio. & ita not. Barto. in l. pater filiæ. prælleg. Ego dixi contrarium post dominum Bald. in d. c. olim. ver. item quia probabiliter dubitabatur &c. Et adde ad prædicta quod not. Bart, in l. si sub vna. de verb. oblig. & Ioan. An. & Dy. in c. priuilegium. de re iudic. ỹ. eod. lib. vbi autem verba immunitatis essent adeo diuersa, quòd possent trahi ad contrarios intellectus, recurretur ad Papam. quod dic, vt s̃. de iudi. c. cum venissent. ¶ Quærit Ioan. An. si priuilegium, de quo in tex. non extenditur ad sententias ordinariorum: ad quas ergo sententias extendetur? dicit, quòd ad processus, & sententias legatorum, conseruatorum, & executorum: nisi clausulæ derogatoriæ essent in rescriptis tales, quæ in hoc priuilegijs derogarent. de quibus clausulis plenè dixi in repetitione. c. si propter. de rescr. Subdit Io. An. qp si non extenditur hoc indultũ (de quo in tex.) ad sententias ordinariorum: multò minus ad sententias statuti, quæ fortius ligãt, vt in reg. cui licet. in Mercu. & quod ipse no. in c. vt animarum. de consti. eo. lib. super ver. diœcesim.

SVMMAE.

1 *Prælati inferiores ex benignitate sedis Apostolicę possunt vti mitra, & alijs pontificalibus ornamentis.*
2 *Inferior insignijs superioris vti non debet.*
3 *Insignia sibi assumere auctoritate propria, an liceat.*

CAP.

CAP. VI.

VT apostolicæ. Præmittit constitutionis causam. secundò consti tutionẽ. ibi [de fratrũ.] & hæc duo facit: primò proui det de locis conciliorum. secũdo de alijs. secunda, ibi [in alijs] Item prima prius statuit de exemptis. secunda de non exem-
1 ptis. ¶ † No. quòd ex benignitate sedis Apostolicę isti inferiores prælati possunt vti mitra, & alijs pontificalibus ornamentis, & baculo pastorali, quo Papa non vtitur. de sacra vnctio. c. vno. ad fi. & compagis, vel sandalijs. & de his 93. distin. §. compagus. & sequen. & s̃. de vita & honesta. cleri. c. clerici. ver. si nec annulos. & ibi per Ioan. And. An abbates, quibus vsus annuli est concessus, possunt in matrimonio illo vti. & dicit formam priuilegiorum attendendam. Idem in Spec. hoc titulo. ver. & quęritur. Ista Decretalis facit, quòd possint, secundùm eum. qui etiam dicit, quòd legatus de latere non posset inferioribus prælatis facere istam concessionem, vt not. in Spec. 3. §. nunc ostendendum. ver. 59. ¶ Secundò not. quòd Papa concedit istis inferioribus prælatis vsum pontificalium ornamentorum in gloriam, & honorem suarum ecclesiarum. & sic in amplitudinem officij eorundem: vnde propter istam cõcessionem nihil, quod sit pontificalis ordinis, exercere poterit. per quod reprobat in nouo dictum Basia. tenentis, quòd abbates mitrati possunt virgines consecrare. quod ponit Archidiac. 16. quæstio. 6. c. secundo. nam (vt dicit tex.) in honorem ecclesiarum dãtur ista. & sic in amplitudinem officij. vnde vulgariter dici solet, qp hoc operantur pontificalia in istis, quod genitalia in mulis. contra tales autem abbates multo labore, & precio talia ornamenta procurantes beatus Bernardus ita loquitur, dicens. Si attenditur rerum dignitas, hanc monachi abhorrent profectò: si ministerium, solis liquet congruere pontificalibus, aliàs pontificibus, profectò esse desiderant, quod videri gestierant merito; quia illis subiecti esse nequeunt, quibus ipsi se desiderio comparant. quòd si & eis nomen conferre priuilegiorum posset auctoritas: quanto putas auro redimerent, vt appellarentur põtifices? ò monachi, vbi timor mẽtis? vbi rubor frontis? quis autem probatorum monachorum hoc verbo docuit, aut exemplo monstrauit? hoc vide in Specul. & Ester. li. 29. c. 84. ¶ Tertiò no. in versi. in alijs. quòd abbates, & alij priuilegiati in vsu mitræ, & aliorum ornamentorum pontificalium possunt in alijs locis, quàm Concilijs, & & synodis vti iuxta tenorem priuilegiorum. & dicunt Ioan. Mona. & Archi. hunc ver. loqui, quando talis non est in præsentia sui prælati, scilicet locutus, & quando suus prælatus est præsens. Ioan. Andr. dicit, quòd illud dictum minus videtur restringere priuilegiorum æquitatem: tamen habet, & de facto seruatur apud multos: vnde (vt dicit ipse) videmus, qp his mitris albis, & planis vtuntur episcopi in præsentia legatorum. & multas alias ceremonias seruant, quæ fundantur super ratione istius Decre. vt non tenere respondellum in ipsorum mensa, & his similia. Ego de hoc dixi post Bar. in c. volentes. de offi. leg. vbi distinxi inter habentes iurisdictionem generaliter delegatam in aliquo casu. & tunc superueniente maiore, cessant minores iurisdi. vt d. c. volentes. & capit. anti qua. de priui. Si verò quis habet iurisdictionem ordinariam: & tunc non cessat per aduentum maioris iudicis, nisi circa insignia. Eps ergo superueniente legato, poterit iurisdictione sua vti, sed non in eius præsentia benedicere. de hoc per Bar. in l. 4. § fin. de dam. infec. & per Doc. in d. ca. volentes.
2 ¶ † Quartò not. quòd ex maiori decore ornatum apparet maioritas dignitatum. & sic inferior non debet vti insignijs superioris. & licèt alibi iste articulus plenè sit examinatus. scilicet in capit. dilecta. de excess. prælą. in 6. quæstio. tamen quia hic congruè cadit: ideò repeto, & quæro an sit licitum cuilibet reperire insignia, & deferre pro libito voluntatis. Ad hoc dixi, quòd quædam sunt insignia dignitatis,
vel officij (vt insignia cõsularia, & legatorũ: & insignia episcoporum.) & illa potest portare quilibet, his dignitatẽ illã, vt l. j. ff. de of. procõs. alius autem portare non posset: imò portãs incurreret pœnam falsi, vt l. eos. §. fin. ff. de fal. vnde illi, qui portant insignia doctoratus, & non sunt doctores, tenentur illa pœna. & pro tanto, vt inferiores portent, requiritur specialis principis concessio, vt in hoc c. & no. s̃. in c. accedentibus. de excess. præla. Quædam sunt insignia cuiusdam singularis dignitatis, vt videmus. quilibet enim rex, princeps, & cęteri potentiores habent sua arma, & sua insignia. & illa nemini licet deferre, vel in suis rebus depingere, vt l. 1. C. de his qui poten. not. in Authen. de mand. princip. §. pen. Quędam sunt insignia, siue arma priuatorum nobilium, siue popularium: & de istis quidam reperiuntur, qui ista arma portant, & insignia ex concessione Imperatoris: & istis licet ex ipsius auctoritate. quia de principis potestate dubitare, sacrilegum est, vt C. de cri. sacri. l. 2. Ad idem vt in Authen. vt armo. vsus. in rub. & nigro. Quidam autem arma, siue † insignia assumunt sibi auctoritate propria: & istis an liceat. dicit, qp sic. Sicut enim nomina inuenta sunt ad recognoscendum. C. de inge. & manu. ita etiam ista insignia ad hoc sunt inuenta. ff. de rerum diui. l. sanctum. Sed nomina imponuntur ad beneplacitum, vt in prælleg. l. ita & insignia cuilibet licet portare, & pingere in suo tãtum, & nõ in alieno. C. vt nem. lic. fine iud. auct. fig reb. impo. l. 2. & ibi no. & hoc verum, quando talia insignia non sunt per alium alijs prius appropriata. Sed si vnus cępit aliqua insignia, siue arma portare: an alius volens illa assumere, prohiberi possit? videtur, quòd non, arguendo, vt dictum est, de insignijs ad nomina, quæ possunt pluribus imponi, & plures esse eiusdem nominis, vt l. duo sunt Titij. de testamen. tut. In contrarium facit l. id quod no strum. de regu. iur. Sol. dic, quòd signum alienum portans potest prohiberi per illum, cuius est signum, si ex hoc ipse iniuriatur. quia fortè ille cum vituperio portat, vel vituperosè tractat, vt C. de iudæis. l. iudæos. & est expressum in d. cap. dilecta. de excess. prælato. ad hoc facit. C. de Lati. liber. tollen. l. 1. §. sed & qui. vbi circa eos, qui pileati quando antecedunt, lex antiqua statuit, ne populus decipiatur. & expressius sup. de iudę. cap. nonnullis. Si verò est de agnatione alterius talium insignium alter, ipse non lædit: nec verisimiliter lædi põt. & non pót prohiberi: sicut si vnus nobilis de Francia, & Alemania deferat arma nobilis Italici. Nam propter magnam distantiam nullum potest prætendere interesse. Secus si Italicus assumeret sibi arma alterius nobilis, fortè domus: quia tunc posset prohiberi per officium iudicis, ad quem spectat quies popularium: quæ ex hoc posset turbari: vt si plebeius fortè, vel infamis sumeret sibi arma nobilis pacifici, & famosæ domus. Gradus enim, & ordines dignitatum non debent confundi, sed conseruari, vt C. vt digni. ordo seruetur. l. 1. & per ista etiam infero, quòd si in ciuitate esset faber, vel alius artifex doctissimus, cuius laborerium, siue ministerium cognoscitur per certum signum: quòd alius sumens illud posset ab eo, & etiam per populum prohiberi, qui poset per hoc decipi. Similiter si quis vellet erigere insignia hospitij, ad quod propter eius bonam famam omnes confluunt. nam posset alius prohiberi, si vellet eadem insignia erigere. & sic vidi seruari. & not. de hoc Barto. in tracta. de insig. vbi plenius. per signa igitur habetur notitia dignitatum. Similiter per signa distinguuntur nouitij à professis: meretrix à matrona: clericus à laico, vt Cle. fi. de statu reg. & c. fi iudex laicus. ỹ. eo. lib. de sen. excõ. per actus etiam appropriatos vni dignitati cognoscitur illa ab altera. vt cap. quod sicut. s̃. de elect. cui omnino adde quod not. in c. vt verum. de offi. archid. in nouella. Ex cuius doctrina potes instrui in formando articulos in prædictis.

SVMMAE.

1 *Citatus coram iudice si intendit iudicium declinare, comparere debet.*

2 *Priuilegia in loco congruo exhiberi debent.*
3 *Subditus per præscriptionem libertatem prætendere potest contra suũ superiorem.*
4 *Reus conuentus priuilegio se tueri potest.*
5 *Priuilegium per se minus sufficiens causam præscribendi præbet.*
6 *Spoliato licitum est inquietare spoliatorem ex interuallo.*

CAP. VII.

CVm personæ. Glo. prima diuidit cap. in tres partes. vltimam subdiuidit in nouel. in secunda, quia prima tractat, quando priuilegium vel sufficit, vel dat causam præscribendi. secunda, ibi [si verò] quando neutrum horum occurrit. ¶ Not. quòd istud c. loquitur, cum eorum iurisdictio sit fundata de iure communi, vt patet. ff. §. penul. & fin. coram ipsis, vel eorum delegatis est fides, & probatio facienda: & lite pendente quandoque iurisdictio exercenda, vt hic dicitur. Idem intelligit Ioan. And. de illis ordinarijs, quorum iurisdictio est tam notoria, & fundata priuilegio, vel consuetudine, quæ non posset negari. imò quandoque longè plus in facto est notoria, quàm ius: commune, vt in partibus Gallicanis, & in multis ecclesiarum Capitulis, decanis, archidiaconis, & simi. exemplificari posset. de quibus loquuntur Decre. dilectus. de appel. de verbo. sign. c. ex parte. de fo. compe. c. cum contingat. de offic. archid. c. fin. Notorium igitur facti eundẽ habet effectum, quem habet notorium iuris quò ad iurisdictionis exercitium. Idem quò ad nullitatem sententiæ contra notorium latæ. Sicut enim notorium faciens sententiæ illum fortificat intantum, quòd ab illa non licet appellare. de appell. c. cum sit. eod. tit. c. peruenit, & c. consuluit. ita & fortius tale notorium resistens sententiæ habet illam reddere nullã, potissimè cum fauorabiliores sint absolutiones, quàm condemnationes. de proba. c. ex literis. cum concor. & hoc no. Ioan. An. in c. Romana. ff. eo. lib. de senten. excom. in nouel. super verbo innoxios. de quo tamen notorio loquatur ibi vide. de exceptione etiam notoriè competente reo, si feratur sententia contra: vel iudex, ea etiam non allegata, procedat contra absentem, an valeat. vide quod no. in c. accedẽs. il primo. ss. vt lite non contesta. & Clem. appellanti. de appell. & Cle. pastoralis. ver. Pisana. & ver. vt illud. de re iudi. ¶ Secũdò no. quòd potest quis quandoque prætendere se exemptũ indulgentia: quandoque priuilegio Apostolico. de indulgentijs vide de sepul. c. in nostra. in nouel. de priuilegijs Papæ & inferiorum vide plene 5. q. 2. in summa. vbi an episcopi possint concedere priuilegia, & quando non. & q quandoq;
1 priuilegium est personale, qúque reale. die, vt ibi. ¶†† Tertiò nota, q citatus coram iudice si intendit iudicium declinare, debet comparere, & allegare priuilegium suum. concor. l. ex quacunque. ff. si quis in ius voca. non ierit. & l. si quis ex alieno. ff. de iudi. si autem non comparet: vtrum valeat processus iudicis contra ipsum, vel alium, qui non sit de ipsius iurisdictione, vide plenè per Inno. in c. 2. de dila. cuius dicta distinguendo retuli in Cle. secunda, de iudi. & Ioan. And. de hoc. s. vtrùm citatus teneatur venire, allegaturus priuilegium suũ, plenè distinguit in c. scienti. de reg. iur. in Mercu. col. vltima.
2 ¶†Quartò nota, quòd priuilegio exhiberi debẽt in loco cõgruo, & securo. concor. ss. de fide instrumen. cap. accepimus. vbi dicit Ioan. And. quòd ratio requirit, quòd locus exhibitionis sit tutus: quia quandoque priuilegium traditum integrum, & illęsum redditur aduersario corruptum: quandoq; in manibus producentis in conspectu iudicis per aduersariũ laceratur. Ego ibi dixi, quòd in istis exemplis, in quibus de dolo aduertarij corrumpentis, vel lacerantis constat, tenor talis instrumenti probaretur per iuramentum, vt l. si de possessione. C. de proba. & arg. not. in c. fin. quod metus cau. ¶ Quintò nota, quòd totus tenor priuilegij debet legi. Sed particula tantùm, quę facit ad causam, debet tradi, & exhiberi. concor. ss. de fide instrumento. c. contingit. & in simili dicit lex, quòd plus est in restitutione, quàm in exhibitione. ff. de ver. signifi. l. plus est. & hic vt diuersa ponuntur, vt sup. de dolo, & contum. c. ex literis. in prima glo. & facit iste text. ad quæstio. quòd si hic Bonoñ. allegetur statutum, vel constitutio ecclesiæ Florentinæ: quòd totum volumen debet exhiberi. sed de particula, quæ facit ad causam, describendi debet copia fieri. de hoc dixi post Barto. & Cyn. in d. c. contingit. vbi dixi, quòd sufficit producere vnum capitulum: nec requiritur, quòd exhibeatur totum volumen. de quo per Bart. in rub. ff. de oper. no. nuncia. & per Cyn. in l. fin. C. de precibus Impe. offeren. facit etiam iste tex. quòd legatario petenti copiam testamenti debet solum tradi particula, quæ ad ipsum pertinet, vt l. prætor. ff. de edendo. ¶ Sextò nota, quòd dicit [exhiberi.] & quòd dicit [tradere.] patet enim, quòd ista exhibitio fieri debet parti sumptibus producentis. Sicut de copia libelli dicimus, vt not. in Clemen. quamuis. de appell.
3 vide in glo. sæpius. & in Clemen. causam. de electio. ¶†Septimò no. in versi. si autem. vbi per præscriptionem potest subditus prætendere libertatem contra suum superiorem. & ponderat Ioan. Mon. istud verbum [libertatem] quo hic iurisdictor vtitur, loquens de præscriptione. dicit quòd exemptionem plenam subditus non potest præscribere: sed bene certas libertates, vt cap. cum non liceat. de præscript. coniuncto cap. auditis. eod. titu. & de excess. præla. cap. accedentibus. de consang. & affinita. cap. 1. & vide quod not. Cyn. in l. comperit. C. de præscrip. 30. anno. circa princip.
¶ Octauò nota, quòd quandoque committit inspectio, & electio priuilegij prudentibus viris. & oportet nos dicere quòd istis prudẽtibus viris de tenore priuilegij postea deponentibus detur fides, & eis credatur. de quo dic, vt ss. eodem. cap. cum olim. il secondo. vbi est ver. notabile, cum per testes vult probare quis tenorem instrumenti, an eis credatur. & videtur, quòd non, sicut nec exemplo sumpto de originali, vt in Authen. si quis in aliquo. C. de eden. & cap. 1.
4 de fide instrumen. ¶†Nonò not. in versi. quòd si tales. quòd reus conuentus potest se defendere priuilegio, & præscriptione. & sic contrarijs defensionibus. de quo in c. nullus pluribus. de reg. iur. & hic in glo. & sic allegans, &c. in præscriptionis, & priuilegij allegatione est in hoc contrarietas; quia si per priuilegium, est exemptus, vel res effecta mea, & econuerso, vt cap. inter. ad fin. de fide instrumen. Sed Ioan. Mona. dicit, quòd hoc cap. in duobus casibus fallit. Primo quando dubium est de prima causa, ex qua dico meum, quia tunc ad cautelam potest fieri meum ex secunda, vt supra de concessio. præben. cap. post electionem. sic est in priuilegijs, si dubium sit, an plena libertas detur, per illam consuetudinem poterit declarari. argumen. sup. de consuet. cap. cum dilectus. Secundò fallit, quando pinguius subuenitur mihi per secundam, quàm per primam. ff. ad leg. Falcid. l. 4. ad hoc l. in bello. §. si quis seruum. ff. de cap. vbi vsucapere possum, quod est meum, si per vsucapionem augetur effectus. hoc requiritur etiam in re, qua effecta mea, durat vinculum pignoris, quod habebã, vt l. quia debitorem. qui potio. in pigno. hab. ¶ Sed iuxta prædicta quærit Ioan. An. an datum per priuilegium, licèt non possit dari per præscriptionem, possit tamen augeri. pone exemplum. priuilegium de sepultura continet, salua iustitia ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora sumuntur. de sepultu. c. certificari. nunquid quò ad illam canonicam poterit per præscriptionem priuilegium augeri? dicit in nouel. q Ioan. Mo. tenet, quòd non: quia si procederet præscriptio ex titulo priuilegij, & inspecto toto priuilegio volèns præscribere esset malæ fidei, propter quod præscribere non posset, vt ss. de præscr. c. veniens. & de re. iu. c. 2. ille approbans priuilegiũ pro se, tenet recipere cõtra se. de cẽsi. c. cum olim. ne eadem res diuerso iure censeat.

de

de deci. c. cum in tua. & c. quia circa. de priuileg in fin. & ista inducit Lap. ad quæst. Florentinorum, & Fæsulanorum: an sci licet Fæsulanus præscribere possit (vltra priuilegium, quod habet) vt possit causas subditorum suorum in ecclesia stando, & manendo in campo ciuitatis Florentiæ audire. ad prædicta allego. quę bene facit. ff. quemad. seruit. amitt. l. is cui. vbi de illo, qui latiori itinere vsus est, quàm in conuentione de uenerit: aut plura iumenta duxit, quàm licuit: aut aquæ debitæ aliam misceuit: an in his, in quib' vltra vsus est, præscriptio
5 processerit? dic, vt ibi no. ¶†† Decimò not. in ver. & si priuilegium, q priuilegium per se minus sufficiens præbeat causam præscribendi. pone exemplum in priuilegio subreptitio, vel impetrato lite pendẽte: & sic non valebat. ss. vt lit. pendẽ. c. fi. & de test. c. cãm. tamẽ successori impetrantis, qui habet bonã fidem, præbet causam præscribendi propter probabilem errorem, vt de præscri. c. cum olim. Nam cum error probabilis faciat ius quandoq;, vt ff. de sup. lega. l. 3. fortius tamen dare potest viam ad acquirendum ius per præscriptionem. facit. ff. pro so. l. fina. & l. si hoiem. & præscribet titulo pro suo, vt hic in nouel. plenius super ver. causam præbeat. Sed istud nõ videtur bene dictum: quia mala fides auctoris subiectionẽ impetrantis debet nocere successori quò ad impediendum præscriptionem, vt l. vitia. C. de præscript. long. tempo. Item ecclesiæ, de cuius commodo acquirendo per præscriptionem tractatur, videtur saltem nocere mala fides prælati. nam mala fides administratoris ex contractibus defcendentibus ab eo nocet domino, licèt habeat bonam fidem, vt l. procuratoris. in princip. ff. de tribu. Sol. ista contraria, vt no. & dixi de iure pa. in cap. cura. post Ber. & Docto. ¶ Vndecimò not. quòd in possessione iustificata, & adiuta aliquali titulo colorato debet possessor defendi, licèt contra ipsum faciat ius commune: secus si nullo titulo fulciatur: tunc enim præsumitur vsurpata, vt capit. ad decimas. sup. eod. lib. de resti. spolia. & 100. distin. capit. contra morem. Ex quo videtur iste tex. inferre, quod interim. i. lite pen. possit iste possessor, etiam cõtra quem facit ius commune turbari, & violenter expelli. sicut qui possidet vi, clam, vel precario. possessio enim vitiosa altero ex prædictis modis non tuetur possessorem. quod an sit verum. dic, vt not. subtiliter Inno. in capit. veniens. de præscri. vbi exponit illa verba [vi, clam, vel precario.] & ibi dixi
6 post Barto. & Dy. quòd licitum est † spoliato turbare, & inquietare spoliatorem suum ex interuallo: licèt non nisi incontinenti possit per vim recuperare possessionem ipse spoliatus. & hoc not. Barto. in l. 1. §. quod ait. ff. vti possi. coniuncta. l. 3. §. cum igitur. de vi & vi arma. & quicquid sit de spoliato, de cuius spoliatione non liquet statim iudici: tamen illi, cuius intentio est fundata de iure communi, videtur licitum turbare possessorem in iuribus denegatis, si eius possessio non est aliquo titulo colorata. & hoc vult ille tex. ¶ Duodecimò not. quòd contra illum, qui se prætendit exemptum præscriptione, potest ordinarius exercere iurisdictionem suã, quousque ille, qui ex præscriptione innititur, de ipsa docuerit. Secus quando allegat priuilegium: vel priuilegium, & præscriptionem simul querit. dicit post Lap. quòd aut quis contra ordinarium suum de iure communi ad probãdum se exemptũ allegat priuilegium tantũ, vel præscriptionem tantũ: aut priuilegium, & præscriptionem. primo casu non potest ordinarius, pendente probationis articulo, exercere iurisdictionem suam contra illum, vt ff. eo. §. pe. in prin. à cõtrario sensu sumpto. hoc tamen videtur intelligendum, quando talis allegans est in possessione exemptionis, argu. ss. vt lite pen. c. 1. Secus si ordinarius esset in possessione subiectionis. tunc enim posset ordinarius exercere iurisdictionem super ipsum: sicut contra alios subiectos suos, etiã si talis appellaret. Ratio; quia talis appellatio non debet episcopum, vel alium ordinarium sua possessione priuare. & si fiet, excommunicatur: licèt postea doceat se exemptum per priuilegium: tamen iusta erit excõmunicatio. sicut not. per Ioan. Andr. post Inno. de cens. in c. venerabilis. & de verb. sign. cap. ex parte. il primo. & per Hostien. de censi. c. procurationes. Secundo casu videtur, quòd siue ordinarius sit in possessione subiectionis, siue non, possit vti sua iurisdictione cõtra illum, quousq; ille proferat præscriptionem, vt in fin. cap. Ratio, propter odium præscriptionis. de deci. c. cum contingat. & fauore iuris communis. ss. eod. li. de restit. spol. c. ad decimas. & de præscri. c. primo. facit qđ no. Arch. 16. q. 4. c. volumus. Tertio casu idem videtur dicendum, quod in primo, vt ff. eod. §. quod si tales. in fi. cap. & §. fin. in princ. & hoc fauore priuilegij, quod est fauorabile. de deci. c. ex parte. il 3. Ad secundum dictum, & ad alia facit, qđ not. Ioan. And. post Io. Mona. super ver, fundetur. & ita dicit Lap. cuius verba intelligas, prout ipse dicit. ss. q quasi possessio lit. pen. quandoq; tuetur possessorem contra ordinariũ, & quandoq; non. ab onere autem probandi exemptionem ab ipsa legitimatiõe, quasi possessio nunq releuat possessorẽ, vt patet in isto tex. & no. Cy. in l. 2. & l. fi solemnib. C. de fi. instru. vbi de hoc bene loquitur, & alle. istud. c. 3. ¶ Tredecimò & vlt. no. q episcopus, contra quẽ subditus se prętendit exemptũ, cognoscit de illa quæstio. vtrũ sit exemptus, necne, cõtra iura, quæ dicunt, q nullus potest esse iudex in causa propria, nisi Papa, vel Imperator, vt no. in c. cũ venissent. de iudi. & l. proximè. ff. de his quæ in test. delen. Solue, vt in gl. quæ incipit. mirum est, &c. Lap. dicit, q cum ad instantiam partis procedit, & illa pars de iurisdictione loquitur: & tunc cognoscit bene iudex de sua iurisdictione, an sit sua iurisdictio, vt ibi: secus quando procedit, vt pars: quia tunc non cognoscit, vt notat Io. An. post Inn. de ver. sig. c. ex parte. Sed certè idem videtur, qñ procedit pars, vt in isto cap. Sed dicit, q tunc dicitur procedere, vt pars, quando procedit super eo, qđ tãgit personam suam vt priuatam: puta, cum sibi, vel suis est iniuria irrogata: nisi esset notoria; puta prolata in publico, vel sedẽte pro tribunali. Sed quando procedit super eo, qđ spectat ad officium suũ, vel suã ecclesiam: & tunc pôt cognoscere, vt in isto c. & de hoc alibi distinxi. & Cy. no. in l. 1. C. ne quis in sua causa. & vide gl notabilem in l. de iure. ff. ad muni. vbi dicit, quòd tunc iudex cognoscit, an sua sit iurisdictio, quando de iurisdictionis exercitio non debet commodum reportare: secus si dẽt; puta sportulas. qú verò agit de iniuria, vel qõnibus, & delictis subditorũ, an debeat ipse de eis cognoscere. dic per Bar. in l. si quis. de pœnis. ff. ¶ Quærit Ioan. Andr. an probetur exemptio, probato quòd de mandato Papæ ecclesia plene fuerit cum personis exempta: tamen ministris destituta conceditur ordini, vel collegio non exempto. & arguit primò, quòd de cetero non poterit prætendere se exemptum; quia locus translatus sequitur conditionem personarum, in quas translatus est. de stat. monac. capit. recolentes. §. ceterum. ad idem de iure pa. c. 1. & l. Paulus. de acquir. hered. ibi [castrensia esse mutatione personæ desierint.] Item ecclesia dicitur vxor. 7. q. 1. cap. sicut. sed vxor sequitur forum viri, & collegij, cui nupsit. & ammodo copulata est. ff. de iu. o. iu. l. pe. In contrarium alleg. quia beneficium loco concessum debet esse mansurum. de regu. iur. capit. decet. cum concor. Non ob. quòd fuerit ministerijs destituta: quia postea reparata recuperat: vel, proprius loquendo, à principio retinuit, nec perdidit propter carentiam ministeriorum: quia iura, & possessiones ecclesiæ possident parietes, vt no. in l. sicut. ff. quod cuiusque vni. nom. sic & hereditas vacans reintegratur iura, & possessiones, & dominia. de acqui. re. domi. l. hæreditas. facit quod not. Ioan. Andr. post Innoc. in capit. cum super. de cau. pos. Item quando vniuntur simul, magis dignum trahit ad se minus dignum. cap. quod in dubijs. de consec. eccle. vel alta. & supra. ne sede vacante. capit. 1. in 2. glos. & est expressum. ff. de censi. in l. formã. §. quanquam. vbi priuilegia, & immunitates concessæ locis transeunt cum ipsis rebus. Præterea non est præsumendum, quòd Papa suam iu-

ſtitiam neglexerit: qui alios in ſua iuſtitia tuetur, vt ſ. eo. lib. de immu. eccle. c. quoniam. quid dicendum? Refert fratrem Iaco. diſputando tenuiſſe hanc vltimam partem: niſi religio prima in loco fuiſſet finalis cauſa priuilegij concedendi: quia tunc illa ceſſante, ceſſaret exemptio. facit de verbo. ſignifica. cap. abbate. in fin. & quod ibi not. in nouel. ſuper glo. vltima. cum enim tunc ordini, non illi eccleſiæ ſpecialiter ſit conceſſa exemptio: ceſſante ibi illius ordinis obſeruantia, ceſſat & exemptio. idem quando illa eccleſia erat ſimpliciter exempta: ſed apparet exemptionem fuiſſe conceſſam fauore ordinis ibi inſtituti. procedit ergo dubium quæſt. quando ſpecialiter, & ſimpliciter eccleſia fuerat exempta. nec Papa expreſsit exemptionem competere, vel non competere ſubrogatis. Tunc dicit, quòd duplex eſt modus præſcribendi, ſcilicet iuris communis, & gratiæ. de primo; quia Papa mandat eccleſiam de religioſis alterius ordinis reformari: vel de ſæcularibus clericis, ſi de religioſis reformari non poteſt. de relig. domi. cap. inter quatuor. & ne cler. vel mona. cap. relatum. Secundus modus eſt gratiæ. puta Papa gratioſè concedit certo collegio, vel certo ordini. & ſi collegio, hoc poteſt fieri dupliciter, ſcilicet per viam vnionis, & per viam tranſlationis. 7. quæſtio. 1. capit. temporis qualitas. & de conſecratio. diſtin. 1. cap. tribus. & quolibet iſtorum modorum poteſt priuilegium exemptionis durare, & eximere ſubrogatos. infr. eod. cap. ſi Papa. Primò hoc probat; quia priuilegium eſt pœnale, ergo &c. vt not. Dyn. in reg. priuilegium. & quod ibi in Mercu. Secundò, quia quando Papa iſta concedit vt propria, latiſsimè interpretamur. C. de bonis vacan. l. 2. lib. 10. Tertiò, quia cum ſubrogati ſuſtineant onera; ergo &commoda, vt Clemen. 1. de cenſi. & cap. qui ſentit. de reg. iur. Simile quod ipſe not. ſupra eodem lib. de religio. domi. cap. vno. in glo. fin. In caſu autem, quo concedit per viam vnionis, locus erit Decreta. cum capella. ſup. eodē. vt minus eccleſię reſpectu tm̃ ſint exempti illi de collegio. qđ dic, vt ibi. hic etiam addit, quòd vbi per viam tranſlationis ſedes epiſcopalis transferatur ad eccleſiam inferiorem exemptam: vt ſi eccleſia ſancti Andreæ fuiſſet exempta, non putaret per id epiſcopum exemptum. Mouetur ex eo, quòd concedens à principio hoc non intendebat: nec etiam ipſe transferens præſumitur hoc à principio voluiſſe. de reg. iur. cap. in generali. cum concordan. Secunda reſponſio; quia cum exemptio data eſſet contra epiſcopum, abſurdum eſſet, quòd ſuffragaretur epiſcopo. & dicit lex euidenter iniquiſsimum eſſe, exceptionem rei iudicatæ proficere ei, contra quem iudicatum eſt. ff. de exceptio. rei iudic. l. euidenter. facit de tranſlatio. capit. 2. Lap. circa id, quod dictum eſt ſuprà de vnione, dicit, quòd ſi vnio fiat, ita quòd vna non ſubijciatur alteri, habet locum quod dictum eſt ſupra. Si autem vna ſubijciatur alteri: tunc aliud dđm eſt, vt ſupra. ſi. n. exempta vniatur non exemptę, videtur ſibi aſſumere naturam ipſius eccleſiæ non exemptæ, cui vnitur. & ſic perdat exemptionem. facit. ſ. eo. lib. de prę ben. c. ſuper eo. ſi autem non exempta vniatur exemptæ: tũc aſſumet naturam exemptę, & per conſequens erit exempta. pro & contra facit quod notat Ioan. An. poſt Inn. & Hoſt. de relig. domi. c. 2.

S V M M Æ.

1 *Ciuitas, caſtra, ville, & alia loca ſubijciũtur eccleſiaſtico interdicto.*
2 *Pœna contra eos, qui admittunt excommunicatos ad eccleſiaſticam ſepulturam.*
3 *Epiſcopus an poſſit procedere contra exemptos, qui excommunicatos ſepeliunt.*

CAP. VIII.

EPiſcoporum. Primò ponit quadruplicẽ prohibitionem. ſecundò
cum ſolum propter contumaciam infligatur, ea ceſſante, ceſſat & pœna, vt c. ex literis. de conſti. Item excommunicatio, vel priuatio à communione fidelium, vel ſacramẽtorum non eſt proxima cauſa, vel pœna delicti: immo eſt aliud interme dium, ſcilicet contumacia, propter quam ſolam excõmunicatio fertur ab homine, & nunquam pro crimine. & quantũ cunq; ſit graue, ſemper eſt monitio præmittenda, vt d. c. ſacro. Idem ſi excommunicatio ſit proxima pœna delicti: qđ tunc eſt, quando à iure infligitur, vt in c. ſi quis ſuadẽte. & ſi. quia in talibus non infertur ſententia excom. ab homine, ſed à iure. Vnde non amplius repellitur talis excommunicatus propter excommunicationem, quàm propter crimen, tamẽ durante, ſcilicet excommunicatione, vel quouſque pœnitentiam agat. & hoc not. in d.c. teſtimonium. in nouel. ſuper ver. per excommunicationem, Dom. Ioan. Cald. diſputauit q. de excommunicato, qui excommunicat. durante, contraxit, vel iniuriã paſſus fuit. quæritur, an abſolutus ex prędictis cõtractu, vel iniuria agere, vel accuſare valeat cũ effectu. & cõcludit, quòd agere, & accuſare valeat. Nam non reperitur iure cautum, quod excommunicatus poſsit ſpoliari, vel iniuriari in perſona, vel rebus. vnde quia iniuriæ ſunt vtroque iure ꝓhibitæ, ꝗvt in prima conſtitutione Grego. patet quòd ibi orta fuit obligatio contra talem iniuriam inferentem. Et de perſonali iniuria videtur expreſſum, ꝙ percutiens clericum excommunicatum ſit excommunicatus. de ſenten. excom. c. 1. ibi [ſe ſe] & not. ℣. eo. tit. c. cõtingit. Similiter tenet, quòd po tuit agere ex contractu inito excommunicatione durãte, eo poſtea abſoluto: qui per iſta ſentit, quòd durante excommu nicatione ſi vulneretur, vel ſpolietur, non poſsit ciuiliter, vel criminaliter agere. & ſpoliato agẽti ad reſtitutionem obſtet exceptio excommunicat. not. 23. diſt. c. 1. in fin. & de procu. c. ex inſinuatione. in ver. canonicis. & de reſcript. c. dilectus. il 1. in glo. hoc videtur. in fi. & iſta poſtillauit Ioan. An. de ex. c. à nobis. in glo. prima. ibi addebat, criminoſus, non excõmunicatus. & in dicto c. dicitur, quòd non poteſt accuſare. & hoc expreſſẽ not. 4. quæſtio. 6. c. omnibus. & de teſti. c. teſtimonium. in glo. fin. & ita conſuluit Fede. conſil. 3. & dicit mirãdum, ꝙ aliquis canoniſta debeat de hoc dubitare: nec niſi tunc, vidit in dubium reuocari. ¶ Quartò quæro principaliter de alia quæſtione Io. Cald. diſputata in iſtis terminis. Excommunicatus (qui communi opinione habetur pro nõ excommunicato) eccleſiaſticum beneficium contulit, vel elegit ad illud, vel reſcriptum impetrauit. de prædictis quæriť, an de iure valeant. dubium facit, quòd non; quia neq; excommunicati collatio valuit. de conceſ. præb. c. quia diuerſitatẽ. ℣. eod. ne ſede vacan. c. 1. de conſuetu. c. cum dilectus. Item nec reſcripti impetratio. ℣. eod. lib. de reſcript. c. 1. nunquid ergo propter huiuſmodi velamentum, ſcilicet cõmunis opinionis, mutetur diſpoſitio iuris communis: vt propter hoc ꝑdicta ſint valida? hoc præmiſſo arguit multifariam. Primò ad partem negatiuam. Secundò ad partem affirmatiuam. Tertiò varias opiniones Doct. recitat. Quartò concludendo ſoluit. Et breuiter in effectu concludit, ꝙ ſi dictus excommunicatus, (qui communi opinione habebatur pro non excommunicato) pro ſe, & iure proprio elegit, vel reſcriptum impetrauit, ſiue ſuo proprio nomine, ſiue nomine eccleſiæ, ſiue ad litem, ſiue ad beneficium, non valet electio, nec impetratio: nec iuuat communis opinio. Ratio; quia ciuiles actus (quos exerceꝫ excommunicatus non ratione publici officij: ſed ratione ſingularis iuris, vel intereſſe ad ſuum commodum, & vtilitatem, ſicut. ſunt eligere. & impetrare. & qui ab his habent originem, & fundamentum) non tenent: nec in hoc ſuffragatur communis opinio, excommunicatione detecta. & hoc bene probatur de cle. excom. miniſt. c. propoſuit. ꝙ autem reſcriptum impetrare non cõperat hoc caſu ratione publici officij, per ſe patet: nec eligere; quia id ratione canonicatus competit, vel ratione ſpiritualis fraternitatis, vt not. In no. in prælleg. c. veritatis. de dolo, & contu. & de electꝫ. c. cũ Vintonien. in glo. vlt. Nam canonici, vt ſingulariter cõſidera ti, non dicuntur habere publicum officium, vt not. in c. cum dilectus. de conſue. & c. irrefragabili. §. exceſſus. de offi. or. & quod ibi no. Inno. & optimè quod per ſeipſum no. de procu. c. fi. in prima gl. & ſunt vera hæc, ſiue ſciat, ſiue ignoret ſe excommunicatum. ad hoc, quod not. de cle. excom. mi. c. apoſtolicæ. vbi etiam dicit Hoſt. ꝙ eligere, vel eligi nullo mõ cadit in excom. quantuncunq; ſit occultus, dummodo conuinci poſsit. Quod autem no. Inn. de elec. in c. illa. ꝙ occulti excommunicati ſunt vocandi ad electionem. nam vt ex verbis eius patet, intelligit de his, qui nullo modo poſſunt conuinci, in quibus omnis probatio deficit. ¶ Sed hoc ſuppoſito, ꝙ poſtea conſtare debeat de excommunicatione, idem putat, ꝙ prædicta non valeant, ſi excõicatus, qui cõmuni opi. non putabatur talis, elegit, vel impetrauit procuratorio nomine alterius: ſed dominus conſtituens ſciuit eũ talem. Ratio quia beneficium ignorantiæ, de quo ſtatim dicam, non ꝓdeſt ſciẽti. ℣. eod. c. cum non ab homine. primo reſponſo. & qđ no. in d. c. apoſtolicæ. & quod ſolet dici, ꝙ reſcriptum impetratum à ꝓcuratore reuocato nõ valet, neq; in fauorẽ dſii reuocantis, & per conſequẽs ſcientis, licèt nõ noceat aduerſario ignoranti. de reſcrip. c. ex parte decani. & qđ ibi in nouel. & in c. dilectus. de præb. ſuper 2. gl. vbi dicit, ꝙ non tenet impetratio eius, ꝙ impetrauit ſcienter excõicatum in iudicẽ, licèt occultè. bñ facit ad hanc rationem de præb. c. inter cetera. & e. tit. c. ſi beneficia. vnde nulla eſt emptio liberi hominis facta à ſciente: ſed ignorantia emptoris non ꝓdeſt vẽditori. ff. de cõtrah. emp. l. liberi hominis. & l. ſi in emptione. §. liberũ. & §. ſeq. eod. tit. & in ꝑdictis caſib. vera ſit opi. Io. An. & Io. Mo. Si autem dñs conſtituens ignorauit procura. excõi. ſi cõis opinio probabilis erat (puta qa excommunicatio occulta erat) credit valere prædicta, ſcilicet electionem, & impetrationẽ. & hoc caſu ſit vera opi. Hoſti. & Arch. nam tunc non agit de cõmo. excõmunicati, ſed domini, q in nulla fuit culpa: & rõne publici officij prædicta fecit excõicatus. in quo caſu communis opinio iuuat: nec curo ſiue conſtituens potuit tollere impedimentum, ſiue non. Idẽ ſiue multa alia fecerit ratione publici officij, ſiue non. putat enim ratione publici officij factũ, ſi fecit rõne publici officij ſibi commiſsi; ex quo cõi opinione habilis reputatur, per ea, quæ ſtatim dicam de conferente: de collatione verò facta ab excommunicato, qui cõi opi. habebatur pro non excommunicato, dicam ipſam valere, ſi ſit facta ei, qui ignorauit ipſum excõicatum: dummodo cõis opi. ſit probabilis. ſ. ꝙ occultè erat excõicatus princi paliter. moueor ad hoc, qa ratione publici officij, in quo ſic probabiliter tolerantur eius facta, circa alios ſunt valida. 8. quæſtio. 4. c. nõne. vnde & q̃ fecit Iudas; licèt malus, q̃diu fuit toleratus, valuerunt, ſicut facta aliorum Apoſtolorũ. 1. q. 1. c. dedit baptiſmum Iudas. & c. 1. & 2. 3. q. 3. c. tu bonus. & prophetauit etiam Saul, licèt malus. 1. q. 1. c. multæ. & c. prophetauit. Similiter & Cayphas, quia illo anno erat põtifex, ꝓphetauit. ea, q. c. dictum. & à ſacerdote fornicario, q̃diu tolerať, licitè recipiuntur ſacra. 25. q. 5. c. fi. & facit qđ not. de elec. c. dudum. 2. in glo. qa cum. & quod dictũ eſt. ℣. de notorio occultè excõicato. i 2ª q. Item valẽt geſta à ſeruo gerẽte officiũ ſtorium, quandiu in officio toleratur, vt l. Barbarius. de offi. præ. † Item valet ordinatio facta à prælato ſymoniaco, qui ommuni opi. non habetur pro tali. 1. q. 1. c. ſi qui à ſymoniacis. Quid plura? vſ expreſsũ, ꝙ iuriſdictionalia, q̃ exercet occultè excõicatus, valẽt, & tenent. de re iu. c. ad probandum. Conſtat autem, quòd conferre beneficia eſt iuriſdictionis. de electꝫ. cap. noſti. & cap. tranſmiſſam. & ibi nota. & is, de quo in qõ. propoſita quæritur, ratione officij dignitatis, quam habebat, beneficium contulit, & ratione cononici elegit, & in officio toleratur: ergo ſequitur ꝑdicta valere de iure. & maximè hoc probat deciſ. illius. c. ad probandum. vbi ſecun-

ſecundis iudicibus commiſſa fuit confirmatio electionis: ergo etiam id fuerat commiſſum pridem: ſed factum priorum valet, non obſt. excommunicatione eorum, dummodo occulta. ergo bene patet, ꝙ confirmatio electionis ab occultè excommunicato (& ſic qui communi opi. habebatur pro non excõmunicato) valet, & tenet. & tamen conſtat, ꝙ confirmare electionem ita eſt actus ſpiritualis, ſicut beneficium conferre. vnde & ſpiritualia, quæ non habent aliam executionẽ miniſtratam ab excommunicato, vel hæretico, vel ſymoniaco occultè, benè valent. dummodo forma debita fuerit obſeruata: nec eſt neceſſaria alia diſpenſatio. 19. diſt. c. ſecũdũ. 32. diſti. c. verum. cum ſim. ſaluo, ꝙ non puto tenere excommunicationem latam ab excommunicato, & occultè tolerato: licèt contrarium videatur ſentire Innocen. in c. ſi verò. ℣. eod. Sed quæ habent executionem annexam (ſicut ſunt ordinationes:) quia prædicti ſuſpenſi executionem non habẽt, illam effectualiter non conferunt. & ideò circa ipſam executionem neceſſaria eſt diſpenſatio. 1. q. 1. c. ſi qui à ſymoniacis. & ℣. de or. ab epiſc. qui renũ. c. 2. & ſic intelligendi ſunt canones, qui videntur contrarij. Sed communis opi. non erat ꝓbabilis; quia ſententia excommunicationis fuit publicè lata: tunc non iuuat communis opi. per d. c. ad probandum. & idem videtur dicendum, ſcilicet, ꝙ collatio non valeat, ſi fit facta ei, qui ſciebat illum occultè excommunicatum. per illa, quæ dicta ſunt in præcedenti articulo de impetrante nomine alieno. Sed verius credo hoc caſu, ꝙ collatio tenet mero iure, ratione publici officij conferentis. tamen is, cui facta eſt collatio, priuari poterit illo beneficio: vt ſic puniatur in quo deliquit. participauit enim cum perſona prohibita, & in actu prohibito. ad hoc. 2. q. 1. c. ſi qui epiſcopi. cum concor. & de cle. excom. mini. c. poſtulaſtis. & eſt hæc alia ratio, quàm in impetratione, vel electione, quam facit procurator excommunicatus, quem dominus ſcit talem: quia ibi conſtituens fuit in culpa, à quo procurator ſuam recipit poteſtatẽ. vnde nõ valet electio, vel impetratio ipſo iure, vt ℣. dixi. Sed hic conferens poteſtatem habet ratione officij, vel dignitatis, in qua toleratur. 1. q. 1. c. cum ſcrip. & de electꝫ. c. tranſmiſſam. quam dignitatem habuit ab alio (puta à ſuperiore) quæ dignitas non eſt in culpa. & ideò mero iure tenet collatio: licèt. n. eũ, cui facta fuit, æquum ſit puniri ratione prædicta. Ex ꝑdictis † potes colligere talem diſtinctionem. cum quæritur de actis factis per excommunicatum, an de iure communi irriti ſint. hoc dico, vt excludã collationes ſacrorũ, de quib. in di. diſpu. Et in caſu c. pia. an, quia excõicatus, qui cõmuni opi. habebatur pro non excõmunicato, actus ab eo geſti valeant, vel nõ: ſic diſtingue. Aut illa cõmunis opi. non eſt probabilis: & tũc non prodeſt. aut eſt probabilis: & tunc aut actus, de quo quæritur, competit ratione ſingularis, & priuati intereſſe. Aut ratione publici officij. Primo caſu aut facit pro ſe, vel ad ſui cõmodum, & vtilitatem: & tunc etiam cõmunis opi. non iuuat. Aut facit procuratorio nomine alterius: & tunc aut conſtituens ſciuit eum talem. & idem dicit, vt ſup. ꝙ opi. non iuuat. aut ignorauit: & tunc iuuat. Si autem actus. de quo quæritur, competit ratione publici officij. Aut eſt actus temporalis: & tunc communi opi. iuuatur. Aut ſpiritualis: & tunc quæritur de excommunicatione ab ipſo lata. Aut de alio actu ſpirituali. primo caſu communis opi. non iuuat. ſi de alio: aut is, circa quem actus fuit initus, ſciuit illum talem. & tunc licet qđ factum eſt, mero iure teneat. tamen eſt irritandum. Aut ignorauit: & tunc quod factum eſt, nec eſt irritum, nec irritandũ. ſingula huius diſtinctionis membra ex ſupradictis probantur. per quam etiam, que videntur conrraria, ad concordiã reducuntur. iſta ſunt dicta Io. Cal. & eius deciſio in ꝑdictis.

S V M M Æ.

1 *Participans cũ excõicato maiori incurrit maiorẽ.*
2 *Monitio canonica in ferenda ſententia quæ dicatur.*
3 *Monitio debet habere dierum interualla.*
4 *Iuris terminos quandoq; abbreuiare licet.*

CAP. IX.

COnſtitutionem. Duæ ſunt partes: prima declarat cõſtitutionem Inno. ſecunda ibi [ſtatuimus.] dat formam monitionum, & vnũ excipit, ibi [niſi.] ¶ No. quòd dicit tex. [ea participatione] quæ in illis caſibus, in quibus incurrit minorem, in eiſdem monitis nominatim incurrit minorem, vt illi, de quibus in glo. Ex quo infert Ioan. Andr. ꝙ ſi ſnia excõmunicationis ferretur generaliter in participantes per illum, qui poſſet (puta per Papam.) illi participando non incurrunt minorem, vt illi, de quibus in glo. qui non ligabuntur tali ſententia, ſecundum eum. Vltra etiam poſſet dici, quòd perſonas iſtas, quibus nõ eſſet participium interdictum à iure, non poſſet iudex monere nominatim ſine causa ad effectum maioris excommuni. quia illa maior excõmunicatio ſub hac forma ferẽda in participantes debet regulari ad dictum minoris, vt dicit tex. ¶ Secundò no. quòd hanc ſententiam in participantes debet præcedere monitio canonica. Ex quo poteſt argui, quòd non potuit ſimul cumulari, ſed lapſum monitionis expectare: & erit ſpeciale hoc caſu. Nam in alijs caſibus iudices bene cumulant excommunicationes cum terminorum præfixione, dicentes [aliàs ex nunc, prout ex tunc.] &c. vt c. præterea. de appell.

1 & c. 1. de conceſſ. præben. in Cle. ¶ Tertiò not. ꝙ † participans cum excommunicato maiori incurrit minorem, & ille dicitur participare, qui in locutione, oratione, &c. vt in glo. 3. Quærit de illo, qui mittit litteras, vel nuncium: tenet enim, quòd iſte dicit participare in locutione. pro hoc 27. q. 2. c. lex diuina. & vt dicit Io. Mo. conſtat, quem alteri loqui etiam nutu, & ſignis. facit ℣. de ſpon. c. cum apud. cum cõcor. inducit illud Ouidij. Nutu vbi quę loquitur, & facto loquuntur. 22. q. 2. c. cauete. & Gregorius. 4. Dialog. de quodã monacho dicit. Vbi ibi taceret facto. Hyero. contra Iouianum ad ſi. Noſtro gregi triſtes pallidi ſunt irati: & quaſi peregrini huius ſeculi, licèt ſermone taceãt, habitu loquũť, & geſtu. Et facit hoc pro Cartuſien. quib. aliqui detrahunt, ꝙ non prædicant. facit quod not. ℣. de appell. c. dilecti. & Sene. lib. 6. Declamationum. 7. declama. Videte, cum nihil dicetur, dixit. & de beneficijs. lib. 7. Res ipſæ loquũtur, nobis tacentibus. ¶ Quartò not. in §. ſtatuimus. quæ dicatur † monitio canonica in ferenda ſententia excommuni. dicitur enim

2 trina, 3 vel vna pro omnibus aliquorum dierum, vt in tex. Pro cuius declaratione aliqua in nouel. tangit, & primò an illud ſit verum in qualibet ſententia: vel ſolùm, cum fertur in participãtes, de quib. proximè dictum eſt. & dicit, ꝙ habet locũ obſeruantia huius formæ in qualibet excommunica. ſnia. & ideò ſtudioſè ponitur hic §. vt ſciatur, ꝙ hoc dicitur eſſe generale, nec reſtringiť ad caſum. ℣. proximum, ſecundùm eũ. qđ verum credo per id, quod hic dť [ſtatuũt iura permitti] &c. ſunt aũt illa iura, quæ de iſta monitione loquunť. ℣. eo. c. ſacro. de ap. c. reprehenſibilis. & c. cum ſpeciali. 12. q. 2. c. in dignè. 24. q. 3. c. de illicita. cũ ſi. Item pondera, ꝙ generaliter hic dicit [iudices] &c. vt includat epiſcopos, & inferiores ordinarios, & delegatos. facit ℣. eod. c. ſtatutum. ¶ Quintò no,

3 ꝙ † monitio debet habere dierum interualla. & not. ꝙ dicit [dierum] in plurali. per hoc enim videtur, quòd ad minus duo dies requirantur pro quolibet termino. ℣. de reg. iur. c. pluralis. Guli. dicit hoc arbitrariũ, & quòd ſufficiat vna dies pro hoc allegat Abb. ff. de publi. iudi. l. inter accuſatorem. ibi [Nec per triduum ꝑ ſingulos dies ter citatus.] &c. Clericus Piſanus allegat. ff. de pignora. actio. l. ſi conuenerit. & quod ibi nota. in quibus adde quod no. in Cle. 1. de app. dicit etiam Io. An. ꝙ qñ fit vna monitio, habebit dies expreſſos, ſic faciũt executores. ſ. duos pro primo. duos pro ſecundo, & duos pro tertio &c. ¶ Sextò not. in verſi. niſi facti. ꝙ † quandoq; oportet terminos iuris abbreuiare; quia fortè res celeritatem de-

siderat, vt in glo. fi. ff. de dam. infe & l. 1. Vnde si res, vel instantia iudicij est peritura, iudex debet dilationes iuris minuere, vt no. ſ. de offi. dele. c. de causis. & in hoc omnino vide quod not. Inno. in c. vltra tertiam. de testi. facit l. 1. ff. de glan. le. & quod no. Cy. in l. 1. C. qui accu. non pos. ¶ Circa hoc quærit Ioan. And. in nouel. Quid si iudex verisimiliter præsumat, q̃ hi, qui sunt ad arma parati, per excommunicationem non desistent à malo incæpto. consuluit, quòd non fulminet. Sed dicat. sub pœna excommunica. præcipio, quòd deponatis arma, vel intretis hospitia, vel discedatis de loco secundùm occurrentia. ista enim verba non important excommu. ipso iure, vt ſ. de sagit. c. vno. Nã si contra verisimiliter non parentem ferret ipsam, non esset medicinalis, sed mortalis, cõtra. c. 1. ſ. eo, facit de coha. cle. c. clericos. ¶ Quæro. hic dicitur, q̃ non valet monitio gñalis etiam in participantes. sed nunquid in alijs casibus ab isto valeat gñalis monitio? dicit in nouella, q̃ sic. ſ. d̃ off. or. c, si sacerdos. de iud. c, & si iudeos. de vsu. c. post mi ſerabilẽ. & vide cõcor. ſ. e. c, Romana. §. caueãt. sup glo. pone exẽplũ ĩ nouel, in istis casib⁹ credo verũ, qd̃ hic d̃t Io. An. post Ho. q̃ ap, pbãs gñalẽ monitionẽ cõtra participãtes subdebat, q̃ si post factã gñalem monitionem dicatur aliquis communicasse, non denunciabitur, nisi ad rationem ponitam cõmunicetur. de accu. c. si cõstiterit. de vsu. c. cum in diœcesi. de cle. ex. c. proposuit. sic fit in vniuersali petitione. Nam adiudicata hæreditate in singularibus rebus, non fit executio, nisi pro rebus hereditatis. ff. de pet. he. l. item videndum. §. fi. & l. seq. & no. de resti. spo. c. cũ ad sedem, in fi. gl. vbi. ſ. de offi. or. c. cõ querente hæc qõ non procedit in generali monitione cõtra participantes, per istum tex. Sed quia in alijs casibus hæc monitio gñalis valet, vt prædixi, in istis alijs dico, q̃ non denunciatur aliquis, qui dicatur contrauenisse, vbi conuincatur: vt si ſnia, quæ infligitur ipso iure ab homine, hoc requirat, subdit practicam ſpãlis monitionis in participantes. Talẽ videlicet, cum talem exõicauerimus, q̃ nõ se emẽdat longo tpe expectatus. Sed medicinam sibi propinatã contenere, in aiæ suę periculũ noscit, iõ monemus. A. B. C. D. ne cũ ipso de cetero communionem, vel participium aliquod præsumant hre: sed infra tot dies, quos, quorum, vel 10. pro primo &c. ab ipsius principio in totum abstineant: nec videtur, q̃ debuerit subdere, alioquin, per id quod dixi. ſ. in 2. no.

ADDITIO.

a ¶ Trina. Adde, q̃ monitio trina non dicitur quando iudex dicit solue, solue, solue. Abb. in c. tua. de do. Bal. in Mar. ver. iudex. & Panor. hic. vnde no. q̃ mon tio requiritur, antequam feratur sententia. Spe. in tit. de test, § 14. versi. qualiter. & ti. de primo, & secundo decreto. §. 3. versi. quid si reus.

S V M M Æ.

1 *Interdictum generaliter fertur in regnum, ciuitates, & castra.*

2 *Interdictum generale quod dicitur.*

CAP. X.

PResenti. Nõ indiget summario, vel diuisione: sed multum rationis notione, vt patet in gl. 1. Præmitte, q̃ Do. Io. Cald, fecit vnum tractãtum pulcherrimum, & notabilem de ecclesiastico interdicto, quod diuisit in septem membra principaliter. In primo tractat de vi nominis, in secundo de spẽbus interdictorũ. in tertio, à quo potuit promulgari. in quarto qualiter, & ex qua causa. in quinto contra quẽ. in sexto de ipsius effectu. in septimo qualiter toleratur. Sub quolibet membro incidẽter multas. q. annectit. de quibus membris, & q. in prosecutione ti. faciam mentionem, singulis cap. applicando qd̃ vtile mihi visum fuerit. & quod aptè, & commodè adaptari potuit. & super isto interdicto locorum speciali & generali,

1 & de relaxatione vtriusq;. ¶ † Not. quòd quandoq; interdictum fertur generaliter in regnum, ciuitates, castra, loca, siue terras alias. quandoq; interdictum non est generale: sed speciale. puta vnius ecclesiæ, vel certarum. & hoc dupliciter, quandoq; à iure. & hic aduertendum; quia in multis casibus iura interdicunt, siue ꝓhibent in ecclesijs celebrari: & tñ celebrantes non sunt irregulares, vt patet in ecclesia polluta seminis, aut sanguinis effusione, nam ante recõciliationẽ non debent in ea diuina ofiã celebrari, de consec. di. 1. c. si motu. & c. ecclesijs. & ſ. eo. li. de cõse. ec. vel al. c. 1. Item qñ ep̃s pp dis cordiam patronorum claudit ecclesiam, iuxta formã. c. 2. de iure pa. Item si ecclesia est symoniacè consecrata, vel principaliter pro quæstu, 2. q. 1. c. ecclesia. de consec. di. c. si quis basilicã. Item si sine lnia epi est constructa. de consec. di. 1. c. pce pta. 16. qõ. 5. c. lator. Itẽ qñ cessant canonici à diuinis, vt ſ. de of. or. c. irrefragabili. §. excelsus. in his quidẽ casibus ꝓhibitũ est in talibus ecclesijs celebrari à iure, vt in ꝑalle. iuribus. tñ celebrantes non sunt irregulares: quia hoc non repitur iure cautum. & hoc sufficit ad euitandam irregularitatẽ in eis: qui si fuerint interdicti ſpecialiter ab homine: tunc non est dubium, q̃ celebrãtes sunt irregulares. & hoc est de mẽte Io. Cal. in suo trac. de ecclesiastico interdic. in secũdo membro. ver. alio. mõ, vbi ẽt posuit dñas inter ĩterdictũ gñale. & ſpãle, de quibus etiam hic in nouel. tangitur. Nã gñale non relaxatur ad cautelam: ſpeciale concernens certam ecclesiam relaxari potest. Item in generali interdicto loci habet locũ moderatio Decre. alma. ſ. eo. sed non in ſpeciali, vt ibi no. in §. adijcimus. Item in gñrali interdicto loci non põt celebrari extra ecclesiã sub tentorijs, & si. Sed in interdicto speciali alicuius ecclesiæ, vel etiam multarum, secus. Item generale interdictum in locum nõ potest proferri pro commodo pecuniario sine licentia Papæ, vt in Extraua. Bonifa. Prouide. quæ prohibitio in speciali locum non habet: vnde sæpe executores gratiarum Papæ, si eis non paretur, interdicunt ecclesias. ¶ Secũ

2 dò quæro † pro declaratione prædictorum, & renoco in dubium, qd̃ dicatur interdictum generale in locum prolatũ, & qd̃ ſpãle: dicit Io. Cald. in d. mẽbro. 2. & hic Io. An. q̃ gñale interdictum d̃r, cum concernit locum, territorium, siue solũ. de ver. ſi. c. cum in partibus. de consue. c. cũ inter. de priui. c. petistis. ſ. e. li. de elec. c. vbi periculum. §. ciuitas. & de pæ. c. felicis. §. fi & in Cle. de pæ. c. si quis suadẽte. §. si q̃ ciuitas. & d̃ gñale; q̃a in nulla particula talis loci poterit celebrari absq; violẽtia interdicti. Vnde & si in illo loco ĩterdicto nulla esset ecclesia, siue vna tãtùm: tamẽ diceretur generale quò ad omnem eius effectum, vt no. Io. An. in d. c. cum in partibus. Speciale autem interdictum est, cum interdicitur vna ecclesia, vel plures, etiã si omnes ecclesiæ ciuitatis, vel loci interdicerẽtur. puta pp decimas non solutas, vel procurationes legatorum, vel causas similes. Nam, vt hic dicit Io. An. interdicta ecclesiarum non debent dici generalia quò ad effectum generalis interdicti, etiam si interdicerentur omnes ecclesiæ ciuitatis, vel prouinciæ: nec erit tunc locus. c. alma. ſ. eo. §. adijcimus. Nam non poterit in illis ecclesijs celebrari, etiam cum moderatione, de qua ibi: sed extra illas sub tectorio: vel si qua esset non interdicta, bene poterit celebrari: nec tunc esset locus denegationi sepulturæ hominibus illius loci. nec aliorum sacramentorum, & diuinorum officiorum, quæ non prohibentur, nisi tempore generalis interdicti, vt d. cap. fin. Idem tenet Ioan. Cald. in d. 2. membro. ver. sed quæro. dicit enim, q̃ sicut vna ecclesia ciuitatis, vel loci est interdicta, dicitur interdictum speciale: ita cum interdicuntur omnes ecclesiæ ciuitatis, vel prouinciæ: quia talis vniuersitas resoluitur in singularitates perinde, ac si diceret, interdico illam, & illam, quæ sunt in tali prouincia. ad hoc. 19. di. c. 1. & de pæ. di. 3. ad hoc de ma. & obe. c. solitæ. de of. præ. l. 1. §. cum vrbem. & l. si corpus. de leg. 3. ver. casus. & probatur in d. capit. cum in partibus. de ver. ſign. distinguendo generale interdictum a particulari, siue speciali. ¶ Iuxta prædicta q̃rit in d. 2. mẽbro. ver. prędictorũ cã. an interdictũ ꝓmulgatũ in Cõmune, populũ, ciues, & incolas, vel vniuersitatẽ: & sub pdictis appellationibus, vel aliqua ipsarũ debeat dici generale, vel speciale. Nam in multis differunt, vt videtis. ſ. ad hoc respondet, q̃

det, q̃ est gñale. ĩ. eo. c. alma. §. illis ẽt. & quia interdicto loco propter delictum populi, vel ciuium, singulares personæ loci intelliguntur generaliter interdictæ. ĩ. eod. c. si ſnia. §. 1. & ibi no. in gl. & tunc dicitur generale interdictum, vt d. c. cum in partibus. eodem modo istud dẽt dici generale. nam vbi vnũ propter alterũ, vtrobiq; tantũ vnum, vt 81. di. c. si quis sacerdotum. immo fortius, quia in dicto casu d̃r gñale interdictũ; q̃a vniuersitatem populi, siue loci populum complectitur. iõ propter quod vnumquodq; tale, & illud magis. 19. dist. c. j. & in Cle. si dominum. de reli. & ve. san. Nõ ob. q̃ tunc sæculares personæ intelliguntur interdictæ: quia hoc non ob. generalitati, sĩn eum. ¶ Tertiò quæro. dicitur hic, quòd interdicto generaliter promulgato in ciuitates, loca &c. nõ habet locũ relaxatio ad cautelam. Sed vtrum habeat locum in interdicto ſpeciali, ſumendo ſpeciale, vt dictum est. ſ. Ar. q̃ idẽ. ſ. vt non debeat relaxari ad cautelam interdictum loci ſpeciale. nam eadem est intentio, & mens iurisdictoris in vtroq;. Ioan. Mo. contra. dicit. n. q̃ interdicta ecclesia, si prælatus, & canonici petant eius relaxationem, sĩn hanc formam relaxari poterit, & seruabit regulam, nisi in casu, quo reperit illam vitiatam. ff. de re. iur. l. 1. in fi. & hæc opin. placet Ioan. An. Ex qua infert, q̃ si executor gratiæ (q̃a non recipitur is, cui data est) ad mandatum ipsius excõicet canonicos, & interdicat ecclesiam (vt sæpius accidit.) & canonici propter appellationem præcedentem, vel aliam cãm dicant sententias illas nullas, relaxari poterunt ad cautelam. Non ob. hæc litera, dum dicit [vel quælibet alia loca] &c. quasi idem in interdicto ſpeciali loci. nã debet exponi, alia loca, expressis superius similia. puta regna, prouincias, cõitates, baronias, vel villas: & sic in materia odiosa illa dictio, alia, ad similia expressis referatur. c. fedes. de rescr. Hæc ẽt opi. placet Ioan. Cal. in d. 2. membro. ver. sed quæro. p rõnem Ioã. Mo. quæ infert similitudinẽ in excõicatiõe, & in interdicto personæ, & ſpãlis ecclesiæ. Itẽ quia ista Decre. dicit generaliter. secus ergo in ſpãli interdicto. 25. dist. c. qualis. de præsum. c. nonne. ff. de iudi. l. cum prętor. Itẽ qd̃ est dictum in interdicto ecclesiæ ſpeciali, idem dicas in interdicto personæ: vt ſ. posſit peti relaxatio ad cautelam. quod tenet Inn. de ap. c. ad hæc qm̃. Sicut. n. fit talis relaxatio in excõicatione: ita in interdicto personę. Idem in persona ficta, & repræsentata, vt in vniuersitate, & collegio interdicto: vt scilicet posſit peti relaxatio ad cautelam. quod sentit hic Ioan. And. super glo. quod fit. post Franc. Sed huic ob. quod supradixi, hoc interdictum vniuersitatis dici generale. ergo ista prohibitio locum habet. sentit hoc dubium Ioan. Cal. in 6. membro. ver. sed potest quæri. & in 2. membro. ver. prædictorum causa. dicit, vt ibi. de effectu interdicti prolati in personas dicetur. ĩ. in prosecutione ti. ¶ Vlt. no. glo. 2. quæ enumerat. 12. casus, in quibus sententia excommunicationis est ipso iure nulla. & in nouel. super ea tangit de excõicato, quare excommunicare non potest. dicit, q̃ excommunicare est iurisdictionis, cuius exercitium excommunicatus non habet. ſ. eo. lib. de off. vica. c. Romana. & de re iudica. c. ad probandum. Item cum sit extra communionem, alium non potest excludere, sicut nec possessus ab alio possidere posſet. ff. de adul. l. sic eueniet.

CAP. XI.

QVicunque. Primò excommunicat cum certis limitationib. dantes licentiam offendendi in personis, vel rebus suis, vel suorum, exercẽtes contra aliquos ecclesiasticam censuram, vel exerceri facientes, vel illam seruãtes. Secundò, ibi [eadem.] prorogat pœnã ad vtẽtem, vel motu proprio id agentẽ. Tertio, ibi [qui aũt] pœnam grauat. dixit Fran. quia multi prælati timebant qũq; exercere censuram propter grauamina, quæ ei, vel suis inferebantur. ideò edita fuit hæc constitutio. ¶ Not. q̃ ista constitutio ligat oẽs concedentes licentiam offendendi eos, de quibus in tex. [occasione sententiarum censuræ prolatarum in hæredes] &c. istud ver. [quicunque.] est vniuersale, singulos cõprehendẽs. ff. de hær. inst. l. hoc art. & de pi. ac. l. si necessarias. §. fi annua. & de maio. & obe. c. solitæ. ad fi. per quæ patet ẽt Imperatorẽ includi, sĩn Arch. qñque signum vniuersale ponitur pro parti

1 culari. 1. q. 7. c. si quis omnem. 15. q. 1. c. mulier. ¶ † Secundò no. q̃ prælati qũq; in reges, & principes proferunt sentẽtias censuræ. & hoc ideò, quia subsunt eis. de maio. & obe. c. oẽs. 63. dist. c. Valentinianus. 21. q. 7. §. item cum Balaam. ver. sed nondũ. & qui dicantur principes. vide in Cle. præsenti. super ver. regũ. de bap. ¶ Tertiò not. q̃ qũq; prælati propter sĩas censuræ, quas proferunt, incurrunt odium, & læduntur ipsi, & sui in personis, & rebus. ad hoc. ſ. de accusa. c. qualiter. il 2. & sic in consequentiam propter factum vnius alius damnum patitur in persona, vel reb. & qñ illud factum fuit iustum, nulla huic lęso vĩ actio danda contra illum, sed contra damnum inferentem: sed si factum illius fuit iniustum, vĩ teneri tertio, qui ex facto eius damnum patitur: vnde si propter inimicitiã scholaris in domo per eum conducta ponitur incendium, videtur teneri locatori, tanquàm sua culpa præcedente, incendium factum fuerit. quod dic, vt no. do. Bal. in l. in his rebus. ff. so. ma. Bar. hoc tangit in simili in trac. repręsaliarum. q̃ si aliquis capitur pro repręsalijs concessis pro facto Cõis, vel singularis personæ: q̃ licèt sibi facta sit iniuria (quia cõtra iura, quæ repręsalias prohibent, captus fuit) tñ poterit repetere ab eo, qui fuit cã huius iniuriæ illatæ. ad hoc vide, qd̃ ipso no. in l. nam & seruus. ff. de neg. gest. & in trac. suo repręsaliarum n 1kti. qõ. & qñ factum tertij fuit illicitum, non vĩ dubium, q̃ quid ex eo malè sequitur, imputatur sibi, vt l. qñ multa. C. ad leg. Iul. de vi. & in teste habemus; q̃ si ꝓpter eius falsum testimonium verum matrimonium separatur, imputatur sibi omne adulterium, quod separati committerent, etiã in figura matrimonij, vt cap. sicut nobis. de testi. & de iniuria illata emptori, vel fideiussori per iudicem, an imputetur ipsis: ita q̃ non habeant recursum contra suos auctores. vide in l. si per imprudentiam. ff. de euic. & l. exceptionem. ff. de fideiuss. Plus vĩ, q̃ si in contractu sit permissa defensio contra omnem personam, intelligitur, si à tertio molestetur per viã iniuriæ, vt no. Cy. in l. si. C. de act. emp. & per Bar. in l. ſtipulatio. ista. de ver. ob. Ego quæsiui in c. cum. P. de acc. vtrũ cũ iudice, qui condemnauit aliquem ad mortem, sit orta inimicitia cum agnatis consanguineis condemnati. Nam si priuatus hoc fecisset, non esset dubium; quia ex iniuria illata vni de cognatione alij intelliguntur offendi, vt no. in l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. Sed in iudice est maius dubium propter iuris executionem, quæ non habet iniuriam, vt l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. & necessitas officij excusat, vt l. post legatum. §. in omnibus. & l. fin. ff. de his, qui. vt indig. In contrarium facit quod dicitur de teste in d. c. cum P. vbi conatus, & animus offendendi, etiam sine effectu, sufficit ad inimicitiam contrahẽdam. puta tulit testimonium super accusatione nulla, exhibita per laicum contra clericum: & tñ ille, qui super ea deposuit, inimicus effectus fuit. idem si verum tulisset testimoniũ super accusatione valida, vt in Auth. si dicatur. C. de testi. ad hoc optimè l. 1. ff. de his, quib. vt indig. vbi ad inimicitiam cõ

ADDITIO.

a ¶ Trina. Adde, quòd monitio trina non dicitur, quando iudex dicit. solue, solue, solue. Abb. in c. tua. de do. Bal. in Mar. ver. iudex. & Panor. hic. vnde not. quòd monitio requiritur, antequàm feratur sententia. Spe. in tit. de test. §. 14. versi. qualiter. & titu. de primo, & secundo decreto. §. 3. verb. quid si reus.

S V M M Æ.

1 *Prælati quandoque in reges, & principes proferunt sententiam excommunicationis.*

2 *Excommunicationis pœnam quandoque quis incurrit, non iniiciendo manus in clericum.*

3 *Licentiam dare est minus, quàm mandare.*

trahenda non cõsideraretur, an factum sit iustum: sed vtrũ potuit ad iracundiam prouocare. ista ergo constitutio voluit compescere metu pœnæ oẽs, qui offendunt iudices, vel suos in personis, & rebus occasione sniarum censuræ prolatarum in reges, principes, &c. Si ergo occasione alterius sniæ, quàm cẽsuræ, cessaret ista pœna. & ita dicit hic Io. An. q̃ in alijs sñijs vel pœnis non hẽt locum ista constitutio, vel ipsius pœna. ad-
2 ducit quod dicit tex. [tales] &c. ¶ † Quartò no. q̃ qñq; quis incurrit pœnam excom. non injciẽdo manus in clericum: sed in reb. suis, & domesticis. & est speciale, q̃ ẽt offendens laicũ in personam est excõicatus à canone, si occasione clerici fuit talis iniuria irrogata. simile. ℣. eo. li. de elec. c. sciant cuncti. & quod hic dr̃ [sui] reuocatur in dubium, qui veniunt appellatione suorum. gl. dicit familiarium, & consanguineorum. in nouel. dicit, q̃ veniunt filij, & serui, vt Inst. de his, qui sunt sui, vel alie. iu. per totum. Item domestici. de his, qui ad ecc. confu. c. præsenti. §. sanè. de his no. 3. q. 5. in sum. Item vxores, & mancipia. C. de epi. & cle. l. 2. 89. dist. c. iudicatum. & C. de remili. l. quicunque. lib. 12. & de quib. hr̃. 4. q. 3. §. lege. & 15. q.
3 3. c. nõ est. & qđ no. in l. si fœmina. C. ad Turp. ¶ † Quintò no. q̃ qñq; dat quis licentiam ostendendi alium. & dicitur in no. q̃ minus est dare lnĩam, quàm mãdare, vel iubere. & subdit, q̃ est ad modum eorum, qui trahunt aliquem de sua protectione, & hac quò ad clericos sæpe vtuntur Italici. hoc dictũ eius declara, vt Iac. Bu. no. & post eũ D. Bald. in Auth. statuimus. C. de epi. & cle. & vide qđ dixi. ℣. de immu. ec. c. fi. eo. lib. ¶ Sextò no. q̃ ad euitationem pœnæ põt lnĩa delinquendi cõcessa reuocari re integra. sic in mandato, & consilio. de quibus. ℣. e. c, cum quis. ¶ Septimò no. q̃ in delictis tã mandans, quàm mandatarius in eandẽ pœnam incidunt. C. de accu. l. nõ iõ. & ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quot. dicã in d. c. cum quis. Quæro post Io. Mo. in ver. nisi. præfigitur à iure certus terminus delinquenti, vt satisfaciat: aliàs fit excõicatus. Similiter & ab homine, vt ℣. de ap. c. præterea. si iste terminus vel ab hoie, vel à iure præfixus fuerit prorogatus à parte: nunquid post termi num iuris, vel hoĩs lapsum statim ante diem prorogationis erit excõicatus? vr̃ quòd non: quia nihil aliud agit prætor, nisi vt controuersiam litigantium dirimat: à quib. si recesserint, id prætor ratũ hr̃e dẽt, vt l. 1. §. & post operis. de ope. no. nun. Item partes totum põt iudiciũ innouare, & ab ipso recedere, vt l. 4. §. si ex conuentione. de re iu. ergo magis prorogare. qa qui põt totum: multò magis põt disponere super parte, vt l. quæ de tota. ff. de rei ven. contrarium tenet Io. Mo. Non obst. rationes prædictæ; quia locum hñt, cũ illud, quod prorogat, pendet solum ex arbitrio partium. tunc. n. põt fieri prorogatio nedum in principali, sed ẽt in accessorijs. arg. l. 2. j. rñ. ff. si quis cau. Si verò id, quod prorogatur, tangit alios, vt fideiussores; vel quia sunt data pignora aliena: tunc ills, quos res tãgit, non consentientib. prorogatio fieri non põt. ff. quod met. cã. l. illud. & l. Labeo. ff. de arbi. & ita est hic. excõ. n. tolli non põt partium conuentione, vel satisfactione: nisi absolutio subsequatur. ℣. eo. c. cum desideres. in prin. & §. fi. põt etiam esse rõ; quia iurisdictio delegata solo consensu partium prorogari non põt, nisi & iudex consentiat. ℣. eo. de off. dele. c. P. & G. Sed excõicatio est pars iurisdictionis, vt ℣. de elec. c. transmissam. ergo sine eius consensu non possunt partes effectum iurisdictionis consummatum per prolationem sniæ impedire. & in hoc residet. & idem Io. And. in d. c. præterea. nam in snia excommunicationis est tutius hoc sentire. argum. de homi. c. ad audientiam. cum simil. Ista eorum opin. non procedit sine dubio. nam contra ipsam fortiter facit cessatio contumaciæ, & contemptus in isto casu, propter quam solum hæc sentẽtia profertur, vt ℣. e. c. cum medicinalis. & c. sacro. Præterea difficultas superueniens in personam istius soluere debentis impediret commissionem pœnæ, & effectum huius excommunicationis, vt c. 2. de te. co. & c. querelam. de iureiur. quare ergo non ita impediat partis prorogatio, quę posset tam condemnationem debiti remittere? nõ habet rationem. Non ob. q̃ tertius, cuius interest, debet in prorogatione consentire, vt l. Labeo. cum si. Nam non dicitur iudicis interesse, si de quæstione, quæ coram eo agitur, partes componant, vel aliter tranfigant, vt d. §. & post operis. & c. venerabilibus. post prin. ver. sed si excom. debet. n. iudex sequi quod placet partib. super lite, vt l. si conuenerit. de iurisd. om. iu. Non ob. q̃ excõicatio sit pars iurisdictionis: cuius exercitium competit iudici, & non parti. nam dico, q̃ illa iurisdictio (quatenus cõcernit personas priuatas) non debet exerceri, partib. non pertentibus: & multò minus ipsis aliter de quæstione componẽtibus, vt l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Non ob. c. cum desideres. fateor enim, q̃ excommunicatio iam inflicta non potest tolli per partem: sed excommunicatio infligẽda in partis fauorem videtur impediri, si ille, in cuius fauorẽ lata fuit, aliter de causa, siue lite disponit. vnde tamen posset dici, q̃ termino prorogato, si non soluatur, non sit iste, qui nõ soluit, excommunicatus: quia excommunicatio certo tempore secundum intentionem iudicis committenda, sine eius cõ sensu non potest in tempus longius prorogari de consensu partium tãtùm: & tunc illa ratio prædicta de. l. Labeo. stat cum si. ¶ Secundò quærit Io. Mo. cum fertur sententia à can. nisi vsq; ad certum tempus satisfeceris, sis excõmunicatus: an, si iste, in quem fertur sententia, infra dictum tempus appellauerit, appellatio talis suspendat sententiam canonis. & videtur, quòd sic: quia suspendit talis appellatio sententiam hominis dicto modo prolatam, vt d. c. præterea. Contrarium tenet in sententia canonis. ff. de ver. sig. l. si qua pœna. ratio est; quia sententia hominis potest esse iusta & iniusta. 11. q. 3. c. 1. Sed sententia canonis semper est iusta. vnde eius effectum non suspendit appellatio, quæ ad præsidium innocẽtiæ instituta traheretur ad defensionem iniquitatis. quod esse nõ debet. de appel. c. cum speciali. §. porro. constitutio enim licèt dura, seruanda est. vt l. prospexit. ff. qui & à qui. & lex dicit, q̃ si ex perpetuo edicto aliud decernatur, id quo minus fiat, nõ permittitur appellare, vt ff. de app. re. l. fin. plus dicit ibi Dy. q̃ non potest appellari à sententia lata prætextu talis canonis, siue statuti, licèt iniqui, vt d. l. si qua pœna. vnde in casu huius c. si à sententia iudicis lata fuerit appellatum secũdùm formã traditam in ver. nisi. non suspenditur eius effectus, lapso dicto termino, de quo hic. faciunt ad hoc not. ℣. eo. lib. de consti. c. 1. in glo. ratio rationis. ¶ Tertiò quærit. si sententia excommunicationis lata fuerit iuxta formam. c. præterea. vtrùm post 10. dies poterit appellari? videtur, q̃ non; quia tẽpus ap. interponendæ à sententia conditionaliter lata incipit à tempore sententiæ, non ex tempore existentis conditionis. 2. q. 6. c. biduum. primo & secundo respõso. ff. quan. ap. fit. l. j. §. biduum. & §. se. contrarium tenet in sententia excom. Nã non infirmatur iam interposita per desertionem app. vt j̃. eo. c. licèt. vnde si tempus app. interpositæ, non prosequendæ nõ impedit eius prosecutionem postea, vt ibi 1 multò minus debet currere tempus ap. interponendæ. alijs rationibus hoc probat. hic vide.

SVMMAE.

1 *Cognitio, vtrùm quis sit clericus, necne, spectat ad iudicem ecclesiasticum.*
2 *Malefactor apud quem detineri debeat, donec cognoscatur de titulo clericatus.*
3 *Clericatus quasi possessio, an sufficiat ad probandum clericatum.*
4 *Fama an sufficiat ad probationem tituli clericatus.*
5 *Beneficij quasi possessio an releuet ab onere probandi titulum ipsius beneficij.*
6 *Virgo deprehensa in habitu meretricali an censeatur meretrix.*

CAP. XII.

SI iudex. Diuiditur in duas partes. prima dicit, quòd ad iudicem ecclesiasticum pertinet cognoscere (tamen parte vocata) de clericatu,

clericatu, quem allegat captum per iudicem laicum. & causam reddit. secunda pars, ibi [& si notorium] subdiuiditur in tres. primò ponit tres casus, in quibus ante cognitionem fit remissio. secunda ibi [idem] addit quartum, quem probat triplici ar. legali. tertia, ibi [non sic] ponit, si quæratur, quomodo fit remissio ante causæ cognitionem, & iudex laicus interim non procedit. ¶ Not. q̃ tractus coram iudice seculari rõne clericatus dupbus modis põt declinare iudicium iudicis secularis: vno modo si clericum se prætendat. secũdo modo, si ipse iudex ecclesiasticus ipsum repetat. circa primum modum generaliter potest quæri, an hoc sit verũ in alijs qui buscunq; subiectis alterius dictioni, siue potestati: vt conueniti, vel tracti coram vno, qui prætendit subiectionem in eos, possint illum, quẽ in dñm cognoscũt, in iudicio noĩare: sicut captus iste per iudicem secularem nominat ecclesiasticũ, & ad eum petit remitti. & videtur, q̃ possint, sicut colonus conuentus rei vendi. nominat dominum in iudicio, vt l. 2. C. vbi in rẽ ac. & c. qñ. vt li. non contest. §. quod si super. Tu dic, q̃ quandoq; ad subiectionem agitur actione personali: & non habet locum talis nominatio. quandoq; agitur reali: & tunc aut contra vicarium, vel alium locũtenentem, siue possidentem ius subiectionis in alium nomine alieno. & tunc habet locum dicta nominatio, sicut cum agitur ad res corporales, vt d. §. q̃ si super. quandoq; agitur contra ipsas personas, vel eo
5 clesias, in quas subiectio vendicatur, vt à clerici obedientia, quam alius tenet: & non habet locum dicta nominatio. Ratio quia in istis iuribus incorporalibus nõ habet facultatem rei restituendæ is, qui conuenitur. non enim potest se subtrahere ab obedientia eius, cui tenebatur, & alterius se subiectum facere, nisi per sententiam absoluatur. quod non potest contingere contra non citatum, vel non conuictum, vt not. Innoc. in cap. quoniam. vt li. non con. 28. quæstio. 4. c. nonne. nec subditus meus subiectionem, quam in eo habeo, constituendo se alterius nomine possidere, priuat me hoc ignorantem à quasi possessione: sicut nec sic constituendo priuaret vera, nisi interueniret corporaliter, ipsam in alterum transferendo, vt no. in l. quamuis. ff. de ac. pos. Ex prædictis in hoc casu concludo, q̃ agendum est pro subiectione contra illum, qui subiectionem prætendit, non contra ipsum subiectum, vt in c. auditis. de præscrip. Si autem illum, in quem subiectionem vendico, à nemine possidetur, agendum est contra ipsum. quod dic, vt no. Bar. in l. fin. de lib. exhi. & post Innoc. dixi plenius de hoc in c. inter quatuor. de ma. & ob. Item quãdo est quæstio de ciuitate, contra quem debeat agi. vide in d. l. de iure. ff. ad muni. per Bar. & vide Cy. in l. 1. C. vbi de cas. ta. vbi alle. istud cap. ad fi. & per Innoc. de ser. non or. cap. 1.
1 ¶ † Secundò not. quòd illa cognitio, vtrum aliquis sit clericus, necne, spectat ad iudicem ecclesiasticum; quia agitur de re eccle. & spirituali. ergo etiam incidenter mota coram iudice seculari est ad ecclesiasticum remittenda, vt c. tuam. de ord. co. & cap. lator. qui si. sint leg. de hac tamen materia vi-
2 de, vt dixi in Cle. dispendiosam. de iu. dic vt ibi. ¶ † Tertiò no. penes quem debet malefactor detineri, donec cognoscatur de titulo clericatus. & sic est prius de possessione, quàm de titulo, & proprietate cognoscendum, cum inter duos oritur quæstio super re, vt l. inter litigatores. de iudi. ff. & l. ordinarij. C. de rei vendi. ¶ † Quartò not. quòd quasi possessio
3 clericatus non sufficit ad probandum ipsum clericatum. nã possessio, & proprietas nihil habent cõmune, vt l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de ac. pos. prodest tamen quasi possessio; quia donec constat de titulo, debet & ille, qui est in quasi possessione, vel quasi gaudere possessionis cõmodo: qđ est maximũ, vt Inst. de interd. §. cõmodũ. & patet. ℣. de fi. instr. c. inter
4 dilectos. ¶ † Quintò no. q̃ fama, vel cõisa op. non sufficit ad
a probationem tituli clericatus: sed bene constituit talem, pro quo fama, vel communis opi. facit, in quasi possessione: similiter & habitus, vt in tex. Sed dices, & op. q̃ in casu huius c. ex quasi possessione debet præsumi titulus. nam hic principaliter agebatur de punitione delicti: & incidenter vertebatur quæstio clericatus; ergo ad probationem tituli dominij debet sufficere quasi possessio, post quam proprietas, & titulus non deducitur in iudicio principaliter, sed incidenter, vt l. si cuti. §. sed si quæratur. ff. si ser. vendi. Sol. dic, vt no. Barto. in l. quidam. ff. de con. inst. & l. Titia. de sol. Io. An. hic in nouel. dicit super gl. pen. post Io. Mo. q̃ aut actor agit, vt auocet possessionẽ à possessore: & tũc ceteris paribus pro possessore est pronunciandum, etiam si nihil probauerit, vt d. cap. inter dilectos. in fi. quandoq; actor non agit ad possessionem euincendam, sed ad alium finem: & tunc secus. vt puta tenentem beneficium iudex cogit, vt faciat fidem de sua ordinatione. 2. quæstio. 1. cap. legum. de rescri. cap. cum adeo. subdit tamen, quòd vbi antiqua esset possessio, reputaret illam petitionem calumnioſam, & præsumeret illum clericum. de ri. nup. l. in liberæ. secus in facto recenti nunc aliter se habente, vt faciunt baratores. de præsum. cap. illud. & quod ibi in nouel. in glo. ad confirmationem glo. Subdit etiam, q̃ in eo, qui contendit de beneficio, firmiter diceret, quòd deberet probare se clericum, vt cap. cum adeo. & c. ex literis. de rescrip. Secus vbi inconcusse diu tenuisset. ¶ † Aduerte. quan-
5 doq; quæritur, vtrũ quasi possessio beneficij releuet ab onere probandi titulum ipsius beneficij. & de hoc plenè inf. eo. cap. 1. de reg. iur. & Cle. 1. de cau. pos. & pro. Quandoq; quæritur de quasi pos. clericatus, an ex quasi pos. præsumatur titulus, & ordinatio. & Ioan. Andr. vt vidistis, distinguit inter possessionem antiquam, & recentem: vt antiqua sufficiat, recens non. Idem tenet Hostien. in cap. innotuit. de eo, qui fur. or. re. vbi retuli opi. aliorum, qui in matrimonio, tabellionatu, vel alio officio (cum refertur quæstio de titulo) distinguunt. aut est quæstio cum illis, de quorum matrimonio, tabelloniatu, vel officio quæritur: aut inter alios de istorum gestis. Primo casu ille semper debet probare, qui se verum notarium, vel officialem asserit: nec prodest sibi quasi possessio, cui ius commune non asistit. Secundo casu sufficit. & ita no. in d. cap. illud. in nouel. & cap. veniens. de ver. sign. per Inno. in ordinato tene, q̃ sufficiat quasi possessio diuturna, etiam si cum ipso sit quæstio, vt prædixi. & tenet Innocen. in d. cap. innotuit. Rationem ibi videas. facit quod not. Cyn. in l. si solemnibus. C. de fid. inst. & vide. 100. distin. cap. contra morem. & cap. ad decimas. supra eod. libr. de restitu. spo. Lap. dicit hic, quòd licèt in casibus, de quibus hic, reddatur iste iudici ecclesiastico: non tamen erit liberatus ab accusatione iudicis laici, apud quem detinebatur: sed ageretur coram ec clesiastico iudice, cui reddit' est, coram quo de proprietate. (i. de titulo clericatus) dẽt fieri fides: quia sola possessio non sufficit, vt censeri debeat clericus: sed probandus est titulus clericatus, secundum Ioan. Mona. qui alle. 2. q. 5. c. legum. & quæstio. 5. in sum. per hoc simpliciter sentiunt, quòd probari debet semper titulus, nec ex possessione præsumetur. quia talis possessio habet præcedentem veritatem necessariò. s. quòd primò fuerit laicus: & qualitas clericatus non potest inesse à natura, sed accidenti; ergo probanda: sed hoc intelligo, vt prædixi. & adde quod not. Barto. in l. prius. ff. de a qua plu. arcen. ¶ Iuxta prædicta quæro. quæ probatio clericatus sufficiat; postquam non sufficit quasi possessio? Ioan. Andr. ponit in ista materia quæst. j̃. de reg. iur. cap. non licet. quæ est talis. Accusatus pro homicidio coram iudice seculari alle. se clericum. ad quod probandum coram ecclesiastico iudice producit literam Papalem, qua nominatur clericus, & canonicus Parrisiensis. quæritur, an sufficiat talis probatio isto casu. & primò distinguit inter agentem, & excipientem: vt agenti litera talis non sufficiat, excipienti sic. Et intelligit, quando litera fuit collatrix beneficij. quo casu quæstio habet minus dubium, quàm si esset confecta super alio puta delegatione ad eum, vel per eum impetrata. Ipse postea dicit

cit, quòd aut talis habetur pro clerico, vel de hoc erat fama: & sufficit talis litera; quia sine ipsa sufficeret communis opi. siue fama, vt hic. & idem in deprehenso in habitu clericali, qui prius non habebatur pro laico: sed si prius pro laico habebatur, talis litera non sufficit; immo subreptitia reputatur. de rescrip. c. super literis. insurgit enim præsumptio ex dilatione præcedenti habitus laicalis, vt in ver. non sic autem. ¶ Sextò not. in versi. & si notorium. quòd ista quasi possessio clericatus, fama, vel cõmunis opi. de eodem tunc prodest, cum ille est talis, qui huiusmodi priuilegio gaudere debeat. Sunt enim quidam, quos nedum possessio, sed nec proprietas, siue titulus clericatus defendit. de quibus in glo. & hoc ideo dicit. cui adde casum Cle. 1. de vi. & ho. cle. & quod no. s. eod. c. perpendimus. & c. contingit. 2. & vtrobique in nouel. vide casus, in quibus clericus perdit priuilegium clericale absque prolixitate dist. quas quidã faciunt in hoc passu. Tu dic, quòd quandoque clerici honestè viuunt, & incedunt in habitu, & tonsura, & multis priuilegijs potiuntur cõtra inijcientes in eos manus quò ad forum, quò ad pedagia, & immunitates alias; etiam in personis, & rebus proprijs, vt s. de immu. eccle. per totum. & c. 2. de vi. & hone. cle. Quandoq; dimittunt habitũ, & tonsuram: & tunc aut loqueris in clericis coniugatis. & dic, vt s. eo. li. de cle. cõ. c. immo. Quãdoque loqueris in non coniugatis. & tunc aut post dimissum habitum, & tonsuram immiscet se enormitatibus, & perseuerat in illis: & tunc perdit priuilegium clericale quò ad forũ, & sine pœna excommunicationis potest etiam puniri ab eo, qui scit eum clericum, vt. s. eo. c. perpendimus. & c. cum non ab homine. & hoc verum, etiam si reperitur deferens tonsuram, licèt in habitu seculari, vt no. Ioan. And. in c. contingit. s. eod. sed in d. c. perpendimus. dicit in nouel. quòd si clericus sumptis armis, & dimisso habitu ingreditur bellum, vel aggressiones, quò ad illos, qui tunc eum percutiunt, perdit priuilegium, sed non quò ad forum. vnde tunc captus debet restitui iudici ecclesiastico. Si verò deferat habitum, & tonsuram: licèt enormitatem faciat, nõ perdit priuilegium quò ad forum: sed nec etiam quò ad percutientẽ ipsum, quin sit excommunicatus, saluo iure defensionis, & eo, quod no. s. eod. c. si vero. in nouel. & dicit in d. c. perpendimus. idem sentit in d. c. contingit. vbi loquens de illo, qui defert tonsuram, licèt habitum secularem. dicit, quòd si non perseuerat in enormitatibus (quia fortè semel commisit furtum, vel homicidiũ, & recessit:) & tunc subdistinguit. aut est tertiò monitus, vt desistat: quo casu perdit ex toto priuilegium clericale. aut non est monitus: & tunc gaudet priuilegio, vt d. c. cõtingit. quòd si incedit, vel inuenitur in habitu seculari: puta in armis, vestibus virgulatis, vel alijs clericos non decentibus. quo casu ab exercentibus iustitiã potest sine pœna puniri. s. de priui. c. ex parte. & de apo. c. 1. percutiens verò eum est excommunicatus, si sciat eum clericum: secus si ignoret. s. eo. c. si vero. 2. ista elicio ex no. in nouel. in prælleg. c. perpendimus. & c. contingit. 2. ex quibus posset magis aptè distinguere. Quia aut defert habitum, & tonsuram, & honestè viuit, aut inhonestè: & tunc aut dimittit habitum, & tonsuram: aut alterum tantùm: aut neutrum. Primo casu non est dubium. Secundo casu aut in coniugatis. & remitte vt. s. aut in alijs: & tunc aut immiscet, sed nõ perseuerat. & hoc casu aut est monitus, aut non, vt. s. & hoc qñ dimittit habitum, & tonsuram. Qñ dimittit alterum tm̃ (puta habitũ, & non tonsuram) & tunc similiter distinguitur, perseueret in enormitatibus, vel non. Tertio casu, qñ neutrum dimittit: tunc quantumcunque enormibus se immisceat, & perseueret in illis, non perdit, vt. s. vidistis hoc no. nisi in casibus, in quibus perdit priuilegium ipso iure, vt in gl. & in casu degradationis, vt. s. de iudi. c. cũ non ab homine. ¶ Septimò no. in ver. idem esse. quòd habitus clericalis cõsistit in duobus. s. tonsura, & vestibus. quod est no. & de tonsu. vide qd̃ no. in Cle. qm̃. de vi. & ho. cle. in gl. si ergo de vesti. etiam vide quod no. in Cle. 1. de elec. in gl. dicunt q̃dam. in fi. ¶. Octauò. no. q̃ talis quis esse præsumitur, qualis habitu reperit. ad hoc tex. adducit aliqua simi. legũ. alleg. ad hoc Archi. 25. di. c. qualis. 24. q. 5. c. ne quisquam. & s. eo. c.

6 in præsentia. † vbi ẽt de virgine deprehensa in veste meretricali, vt meretrix præsumatur. ¶ Nonò no. in ver. non sic aũt. q̃ possessio quasi clericatus non sufficit ad probandum aliquem esse clericum, si ante deprehensionem pro laico se gerebat, & pro laico communiter habebatur. & qd̃ dicit tex. ante deprehensionem, intellige parum ante, vt dixi. & ita hic in nouel. vbi dicit post Io. Mo. q̃ in hoc ver. plura faciebant contra ipsum, quàm pro ipso. & ideo à pluribus denominabitur, & secundum illud iudicabitur, vt no. in l. cum in adoptiuis. C. de adop. ¶ Decimò not. in fi. quòd pendente qõne præiudiciali, oĩs alia prius mota debet interim cõquiescere. concor. c. tuã. s. de or. co. & alibi dicit lex, q̃ prius est de statu personæ, quàm crimine. inquirẽdum, vt. l. præses. C. ad leg. Fal. de plag. & hoc qñ qõ status est præiudicialis ad crimẽ, vt ibi. Idem si ad competentiam iurisdictionis, vt hic. Et qd̃ hic tex. dicit [interim] expone & pendente probatione de clericatu, & lit. pendente in iudicio, p̃bationis de clericatu. nõ tñ iudex laicus relaxabit eum interim ab accusatione: quia hoc iudicio pendente. s. an sit clericus, nil est innouandũ. s. de ap. c. significãte. sm̃ Inn. in. d. c. vt famæ. Sed quid dices hic, si per statutum præfigitur terminus ad cãm criminalem finiendã: nunquid pendẽte cognitione coram iudice ecclesiastico sup illa incidenti qõne clericatus, curret ille terminus? certũ est enim, q̃ iudex secularis non põt præfigere terminum iudici ecclesiastico, vt expediat, vt no. Bar. in l. 2. ff. de re iu. & dixi in. c. lator. qui fi. sint le. q̃ pp̃ hoc non debet iudex pati instantiam perire, sed infra ipsam sniam ferre. facit qd̃ not. Inno. in c. vltra tertiam. de testi. In contrarium facit qd̃ no. plenè Cy. in simili. C. qui acc. non pos. l. 1. Nam pendente dilatione legali, & iudice impedito non currit terminus, vt. l. fi. §. donec. C. de iur. deli. & l. 1. C. de an. exc. & dixi de hoc in. d. c. tuam. ¶ Quæro. text. loquitur, cũ clericus petit se remitti. iudex ex officio hoc facit: nunquid ergo malefactore capto volẽte, & se nõ defendẽte poterit prælatus repetere. Inn. q̃ sic, quia in iniuriã ecclesiæ nõ põt clericus consentire. s. eo. c. contingit. 2. qõ. 1. c. in primis. quinimmo eps, si est ordinari⁹ capiẽtis, posset procedere per modum inquisitionis cõtra detinentẽ. nã crimen sacrilegij est clericum detinere. 17. qõ. 4. c. qsqs. & c. si quis deinceps. & hoc verum, si fama est eum esse clericum. Si verò notoriũ est: tunc sine fama requirit eũ, & excõicat detinentẽ. Refert ẽt hic in nouel. Inn. dicere, q̃ si clericꝰ nolens, vel inuitus, ẽt super cã ciuili, conueniatur coram seculari iudice, prælatus suus põt illum ẽt inuitum abstrahere à iudicio seculari. de fo. compe. c. si diligenti. 11. q. 1. c. inolita. & c. placuit. & potest iudicem punire, quasi de sacrilegio. ar. s. de fo. compet. c. 1. qui tñ prælatus ageret pro recuperatione clerici sui, quẽ laicus vt laicũ posideret, vel officio iudicis, vel rei vendicatione de iure canonico, vel præiudiciali. de q̃bus. s. de ma. & obe. c. inter quatuor. q̃ tunc dicit agere corã iudice rei, vt C. vbi de cau. stã. l. 2. sm̃ Inn. fama ergo, cõis opinio notorium, & quasi possessio clericatus recens, vel antiqua. & cum de ipso clericatu qõ vertitur incidenter per iudicem ecclesiast. qui de clericatu litigat, cognoscitue. & habet locũ illud. c. si verò laicus alteri subditus in clericum vendicatur, agẽdũ est corã iudice ipsius rei. & fortè intellexit Inn. de iudice rei. s. seculari. sicut cũ agit cõtra talẽ de re, q̃ dr̃ ecclesiastica, vt. s. de fo. cõpe. c. si clericꝰ laicꝰ. Ego credo, q̃ intellexerit de iudice rei ecclesiasticæ: puta epo; qa hic agit de re spũali, vt dicit tex. hic ī prin. ergo nõ corã iudice laico, dicit tex. vt pall. c. tuã. & c. lator. & de ista cõtẽtione. s. cũ opponit de incõpetẽtia fori, qs cognoscat. vide qd̃ no. Inn. ī c. sup lr̃is. s. de resc. vbi qñ negat, locũ delicti esse de territorio iudicis cognoscentis. &c. pretorea. de dila. vbi omnino vide. ¶ Secũdò quæro

quæro. dr̃ hic, q̃ ex possessione habitus clericalis præsumit, donec de contrario fiat fides: vel contrarium ostendatur. Sed cum ista sit negatiua (s. q̃ non sit clericus) quõ probabitur? dicit in nouel. per positionem confessatam. s. eo. li. c. 1. posset ẽt contrarium cadere in affirmatiua, si diceretur priuatus priuilegio clericali, vt in casibus no. in gl. hoc iõ dicit. subdit circa hoc, q̃ qñ esset penitus illiteratus, vrgens præsumptio esset contra eum, q̃ clericus non esset: cum tali clericatus, vel prima tonsura conferri non debeat. s. e. li. de tem. or. c. nullus. cũ concor. in nouel. super ver. illiterato.

ADDITIO.

a ¶ Fama. Adde, quòd fama publica facit præsumi scientiam. glo. & Bar. Bal, Ang. & Do. in l. si tutor. C. de peritu. Bar. in l. Celsus. de vsur. & in l. 2. C. si ser. vel li. ad dec. asp. Bar. in l. is poteſt. de ac. hære. & in l. si cui. §. ijsdem de accu. & in l. cum quidam. §. fin. & admi. tuto. Bald. in l. quicunque. C. de ser. fugi.

SVMMÆ.

1 *Monitio debet præcedere sententiam censuræ.*

2 *Excommunicare, & suspendere possunt delegati communicantes cum excommunicatis ab eis.*

CAP. XIII.

STatutum. Cap. statuimus. & c. constitutionem. cum isto. c. sic coniungendo continua. quia faciles erant iudices cum participantibus ex corpore, emanauit. c. statuimus. quod prohibet excõicari participantes maiori, nisi monitione p̃missa. circa istam monitionem quia iudices cõmittebãt fraudẽ, faciendo monitionem generalem, contra hanc fraudem prouidet cap. constitutionem. quod statuit noĩatim fieri debere. verùm quia prædictæ constitutiones loquuntur solũ de pœna excõicationis ĩ. participes iudices omissa hac, trãsibant ad pœnas suspensionis, & interdicti contra participãtes, quasi forma p̃dictarũ constitutionũ vendicaret sibi locum in excõicationis pœna, de qua loq̃mur. iõ Bonifacius hic declarat contrarium, & statuit, q̃ prædicta forma in sententijs interdicti, & suspensionis cõtra participantes proferendis dẽt obseruari. Quid aũt dices, si iudex alias pœnas, quàm cẽsurę, velit contra participantes infligere? dicit in nouel. q̃ de alijs sn̄ijs, quàm censuræ, non dẽt intelligi prouisum; ex eo ga contra illas extant remedia ẽt sequentium appellationũ; p quas suspenduntur. qd̃ secus est in sn̄ijs censuræ. ĩ. eo. c. is cui. in fi.

1 ¶ † No. q̃ monitiõ dẽt præcedere sn̄ias censuræ contra participantes: ergo non dẽt cũ ista accumulari, vt dixi s. e. c. constitutionem. ¶ † Secundò no. delegatos posse excõicare, & suspendere participantes cum excõicatis ab eis. quod quidam verum dñt, si fuerit hoc expressum in rescripto: aliàs non. cõtrarium placet Arch. per hũc tex. dum dicit [delegatus.] Ialle, de offi. dele. c. prudentiam. §. cæterũ. vide qd̃ no. & dixi. s. e. c. statuimus. ¶ Tertiò no. Io. An. tex. dum dicit [ad declarationem.] ad id, qd̃ dixi in d. c. statuimus. super ver. ab eo. s. q̃ ista iura, quæ loquuntur de ptãte exercendi censuram, licèt limitata forma contra participãtes cum excommunicatis, habẽt locum, cum prohibet participantes cum excommunicatis à se: sed si ab alio, non videntur hac forma ligari. quod dic, vt d. c. statuimus. vbi dixi post Io. An.

SVMMÆ.

1 *Excommunicatio posĩ appellationem legitimam est ipso iure nulla.*

2 *Appellationis desertio non confirmat sententiam nullam.*

CAP. XIIII.

LIcèt excommunicationis. ¶ Primò obiectioni respondet. secundò quæstionem

1 soluit, ibi [excommunicantis.] ¶ † Not. q̃ excommunicatio post ap. legitimam est ipso iure nulla. Subtrahit. n. talis ap. appellantem ipso iure à iurisdõne iudicis à quo, vt s. e. li. de ap. c. non solum. & c. contingat. de of. del. ergo subsequens ap. lata vr̃ à iudice incõpetẽte, ergo &c. vt C. si à nõ cõ. iud. p totũ. & hac rõne non solũ excõicationis sn̄ia, sed quæcũq; alia est nulla ipso iure post ap. ltĩmam lata. & hoc tenet gl. 2. & hic Lap. qui alle. no. in nouel. s. de ap. c. vt sup. e. li. & de re. ec. nõ alie. c. dudũ. sup gl. fin̄ qd̃ in supplicatione. ¶ Scd̃o no. q̃ text. loquitur, cum recessum est ab appel. per negligentiam appellantis. quo casu non ratificatur excõicatio post ap. illam nũc defertam promulgata. Sed nũquid idem fit, si fit recessum ab ap. per renunciationem ipsius appellationis. Io. An. in nouel. sentit, q̃ sic. super ver. prosequentes. subdit. n. vel alleg. expresse renunciatus. vt s. de ap. c. sollicitudinem. ad fi. Idem Lap. dicit. n. q̃ in casu huius c. idem erit, si renunciet excõicatus appel. in casu licito, vel si renuncietur propter sui contumaciam. ¶ Sed op. de no. s. de resc. c. ex parte. s. in no. post Inn. s. e. li. de do. & contu. c. eum qui. vbi ille appellans, qui appellationi renunciat, non potest vti beneficio appellationis pro se. So. hoc est in fauorem animæ, & iuris publici: vbi etiam audiatur quis allegans turpitudinem suam. In contrario non est

2 fauor animæ, sm̄ Lap. ¶ † Tertiò no. q̃ desertio appellationis nõ confirmat sn̄iam nullam. & aduerte quia tex. non loqutur de nullitate sn̄iæ, à qua fuit appellatum: licèt ista etiã desertio appellationis non corroboret, vt est casus in l. si expresim. de appel. quod intellige, prout dicit glo. 2. in fi. quam no. Sed loquitur tex. de nullitate sententiæ subsecutæ post appel. ab aliqua forte sn̄ia diffinitiua, vel interlocutoria, quæ processit: cuius confirmario per desertionem, vel renunciationem appel. nõ confirmat excommunicationem subsequentem cõtra nullitatem, vt vult tex. ¶ Quartò not. q̃ deserta appel. nõ solum sn̄ia, à qua extitit appellatũ, mandatur executioni, iuxta no. per Inn. s. de appel. c. ex ratione. sed etiam quæcunque alia lata postea, quæ ab ea dependet: puta excommunicatio, quę exequi dr̃, cũ publicè nunciatur. nec qõ nullitatis retardat executionem sn̄iæ: sicut nec alia, quæ requirat altiorem indaginem, vt c. de cætero. de re iud. & l. 4. §. condemnatum. de re iu. & bene hoc probatur, vbi donec cõstet de ipsius sn̄ię nullitate, interim fortitur suos effectus. facit s. de fi. instr. c. accepimus. ver. interim ãt. Et facit hoc ad q. disputa. vt refert in no. quę fuit talis. Seius minor. 25. annis matrimonium publicè contraxit, & consummauit: postea Titius p sn̄iam cõtra Seium latã vxorem ei euicit, sed ipse à sn̄ia appellauit, & eã nõ fuit prosecutus. lapso decẽnio, & illo facto maiore, Titius accusat illũ de adulterio coram iudice seculari: q̃rebatur quid iuris: ante oĩa dr̃, q̃ id, quod in qõne ponitur de ętate minori, nõ est ponderãdum, q̃ in cãis spiritualib. talis habebat ltĩmã personam, vt c. ex parte. de rest. spo. & c. 2. de iud. s. eo. li. pro Titio facit res iudicata, cui acquieuit app. non prosequendo. 2. q. 6. c. licet appellatori. & s. de app. c. cũ sit. & c. sępe. patet ergo per sn̄iam illã vxorẽ Titij. & sic cognoscens illã, adulter est. pro Seio facit hęc Decr. Seius tuetur se per nullitatẽ sn̄ię, in qua decepta fuit ecclesia p falsas probationes. constat aũt; qa lata fuit cõtra, nõ transit in rẽ iud. c. tenor. c. lator. & c. cõsanguinei. per negligentiam ergo nõ prosequẽtis nõ cõualescit, vt hic. ergo hoc ad sui defensionẽ p̃bato, apparebit illũ nõ adulterũ. & vt dicit, soluẽdo tenuit Io. de Deo, dicẽs, q̃ ec clesiastic⁹ iudex de hoc cognoscẽs mãdabit iudici seculari, q̃ interim supsedeat accusatiõi. de or. co. c. tuã. Io. An. p hãc Decre. putat, q̃ separabitur Seius à cõiuge, donec cognitũ sit de cã: vt per sn̄iam, & negligẽtiã totã appellationis Seius priuabitur possess. cõiugis, vt hic. pp illa duo priuatur possessione cõicationis. Nec ob. vt lit. pen. c. laudabilem. quia ibi nõ concurrũt illa duo. s. sn̄ia, & deserta appellatio. si dicatur. ad hoc non agitur. respõdetur, quia Ecclesia ex officio hoc facit, nec aliàs illum audiat. s. de ma. & obe. c. 1. & 3. nam ẽt hoc procedit ex officio ad hanc denunciationẽ. de qua in tex. in pœnam negligentis, & pp periculum cõionis. s. eo. li. de excę. c. pia. Et ita hic no. eius dictum vtrũ credo de ista separatione interim fienda, licèt in themate nõ ponat, q̃ Seius post sn̄iam in se latam, & appellationẽ desertam perseuerares in illo mãdato, iã per sn̄iam separato. ¶ Sed quærit solummodo de punitione

nitione Seij; qa constat p sñiã illã suã non fuisse coniugẽ, quã cognouit. & vt vidistis, tenet, q̃ nõ, si de dcõ mr̃imonio qõ re sricat. qđ ꝑt, & vt dixit, etiã interim inhiberi iudici seculari. Ego dubito, an priuilegiũ illud, q̃ sñia super mr̃imonio lata non transeat in rẽ iudicatã, habeat locum in alijs cãis, q̃ descendũt ex eo; vt causa adulterij, filiationis, & si. Si. n. sup istis cãis lata sit sñia, tanquã fuerit mandatũ, vel non fuerit, & ab ea non fuerit appellatũ, & deserta appellatio: vtrũm recedẽdum sit à ꝑdictis sñijs iam firmatis, si qõne mr̃imonij repeti ta appareat de contrario eius, qđ ꝓnunciatũ extitit in ꝑdictis cãis: ex decisione prædicta apparet, q̃ sit recedendũ: q̃ si priuilegiũ illud, q̃ non transeat in rẽ iudi. vẽdicet sibi locũ etiã in causis, quæ habẽt dependentiam à mr̃imonio. alibi di xi, q̃ natura, & priuilegiũ causæ principalis trahit ad conne xas, & dependẽtes ab ea, vt no. Bar. in l. solẽt. ff. de ali. & cib. le. In cõtrariũ facit spualitatis rõ, quæ est in mr̃imonio. l. piculũ aĩæ, quæ cessat in cõnexis. ergo & priuilegiũ. ar. l. quod verò. ff. delegi. & l. cũ patronus. de le. 2. Itẽ priuilegium sine excom. q̃ nõ firmetur per omissionem, vel desertionem ap. vt dixi. s. eo. c. q̃cunq;. ad fi. non extendit ad sñã aliã, q̃ sit cõ nexa cum eo, & sup debito principali, vt s. vt ap. pẽ. per Inn. dubia, & subtilis ẽ mihi ista q. licèt ipam Io. de Deo termina uerit, vt vidistis. Iuxta ꝑdicta q̃rit in nouel. quia desertio ap. in principali cõfirmat excõ. ltĩmã postea prolatã, ꝓ quo, ad hoc vt dẽat euitari, & excludi de actib. ltĩmis, donec &c. vtrũ si post denunciationẽ interim se immiscuit diuinis, & ltĩmis actib⁹. sit irregularis. tenet in celebrante interim, q̃ non sit irregularis, si in veritate ligatus nõ est. Et licèt hic iubeat ipsos ꝓ alium vitari: non tñ iubet hic, q̃ ipse se gerat pro excõi cato. ad hoc s. de ap. c. ad ꝑsentiã. vbi hoc no. Inn. & eod. ti. c. dilectus. in fi. Non ob. q̃ ingerendo se in diuinis, vt contemnere sñam sui pastoris, & per id ligari. s. eo. c. 1. per tuas. cũ concor. Nã illa intelligant de sñia iniusta, quæ ligat quò ad Eccleſiã, & si non quò ad Deũ. hic loquitur de sententia nul la: quæ tunc ligat quò ad Eccleſiã, vt hic in prin. licèt q̃nque de facto tollat. s. de testi. c. dilecto. & d. c. ad ꝑtiam. ¶ Ego dico, q̃ si canonici hunc admitterẽt ad electionẽ, punirent pœna, qua puniuntur admittentes, ſcientes excõicatos non fuisse similiter participãtes. nã cũ illa cõstõ mandet eos vita ri interim: ergo illis participantes contra prohibitionem canonis peccant. Sed an sicut excõicati minori, si postea appareat illos non ligatos. cogita. Lap. tũ dicit, q̃ licèt excõicatus debeat vitari in iudicialib. tñ ea, q̃ interim fecerit, vel de ipso facta fuerint; vt si elegit aliquem, vel fuit electus ad aliquod bñficium. & sic quod fecit, vel de ipso factum fuerit. ¶ Op. & videtur, q̃ postq̃ prima sñia est confirmata per desertionem, dẽat intelligi similiter confirmata sñia excõicationis. nam ꝓ lata fuit ad effectum excõicationis sñiæ præcedẽtis: sed lege cauet, q̃ firmata sñia, à q̃ fuerit appellatũ, firmata fuerit exe cutio interim fcã; licèt fieri non debuisset, vt l. cum ex cã. ff. de ap. à contrario sensu. & hoc contrariũ melius intelliges p no. s. eo. li. de ap. c. non solũ. in 4. gl. soluit in nouel. illud contrariũ post Io. Mo. distinguentẽ inter directã executionẽ iudicati, & indirectã, siue obliqã. lex illa loq̃t in directa, q̃ fit p possessionis traditionẽ, vel solutionẽ eius; de quo fuerat iudi catum. deserta igit̃ appel. tollit̃ suspensio, vel extinctio iudica ti, quã induxerat appellatio. & hoc casu remanet firma directa executio, licèt malè facta: quam de nouo, si facta non esset, vel si iã fcã revocaret, fieri oporteret. s. de re iu. c. cũ aliq bus. confirmato ergo priucipali. i. sñia, confirmat̃ accessoriũ. i. talis directa executio: vt sic ẽt circuitus euitet, Cle. auditor. de rescrip. Sed o casu q̃ executio non ẽ directa; licèt fiat, vt ad executionẽ inde veniatur, & tunc in casu nõ non excõicatus victus, qa non paret, nõ confirmat̃ ergo accessorium, principali confirmato; nec mirũ, si confirmat̃ magis directa executio, q̃ obliqua vt indirecta. nã ex maiori vicinitate aliqd tenet, qđ remotũ non teneret. C. de vsu. l. per rescriptionẽ. &

de pact. l. pactum. ¶ Sed o op. dr̃ in fi. q̃ debet docere de nulli tate sñiæ excõicationis. vel ex eo, q̃ lata fuerit post ltĩmã ap. vel ex alia cã. & sic innuit, q̃ ex oi cã posit detegere ipã nullã. ¶ Sed cõtra hoc op. & vr̃, q̃ nõ, nisi ex cã in ap. expssa, vt Cle. appellãti. de ap. So. hic appellat à diffinitiua: vel veri⁹ hic ñ ꝓsequebat appel. nec eã prosequẽs audiret, tanq̃ desertã, vt Cle. si appel. de ap. sed egit de nullitate, petens se declarari non ligatũ: oẽm ergo declarationis cãm prosequi ꝑt. ¶ Est aduerrendũ, q̃ licèt appellatio dẽat prosecq̃ corã iudice app. ista tñ declaratio nullitatis poterit fieri corã quocũq; iudice cõpetẽte. de istis duob. s. sñia diffinitiua an posit dici nulla ex plurib. cãis, sicut ꝑt dici iniusta, & corã quo iudice ista cã nullitatis sit ventilãda: & vide plenè per Bar. in d. l. si expresim. de ap. ¶ Quæro, vtrùm iste tex. dẽat intelligi de sẽt. ex. lata post ap. ltĩmã à diffinitiua, vel post ap. ltĩmã ab inter locutoria. Io. An. ꝺt, q̃ nò curat, vtrũ post ap. à diffi. vel ab in terlocuto. fuerit appellatũ. Sed tunc succedit qõ, qd, neglecta appellationis ꝓsecutione à diffinitiua, veniet probãdum. cer tũ est eñ, q̃ per c. non solum. ꝑalle. veniebãt revocãda attẽtata p modũ nullitatis, ẽt nõ verificata iustitia ap. ex quò ap parebat appellatũ à delegato mõ, & tpe, quod sufficere putat ẽt in hoc casu, qñ agit, vt declaret nulla &c. ¶ Sed q̃ro, cum appel. devoluat ad iudicem ad quem iniustitiam, & nullitatem, vt l. quædam mulier. ff. fam. her. & l. Carmelia Pia. de iure pa. & per Doc. in c. dilecto. de app. & d. l. si expresim. per Bart. vtrùm deserta instantia ap. per lapsum anni, vel biennij remanebit instantia nullitatis: vt iudex app. posit vltra procedere, vel simpliciter declarare dẽat ap pellationẽ desertã, & in cã nullitatis opus sit noua interpella tione, & corã primo iudice p l. 4. de ap. D. meus Bal. in l. tale pactũ. §. q̃ ꝓuocauit. ff. de pact. sufficere putat, ẽt in casu, qñ agit, vt declaret nulla: ꝓbato. n. qđ ꝓximò dixi: nisi ex aduer so ꝓbaretur casum fuisse, quo non potuit appellari. vel ante excõ. renunciat ap. vel aliud tale. s. eo. li. de ap. c. Romana. §. si verò. & §. si ãt. apparebit exc. non tenuisse. & per cõsequẽs sic poterit appellari, & graue foret dicere contrariũ. ꝓ quo sequeret, q̃ per acta antiqua, vel ꝑ nouas ꝓbationes ꝓbare dret iniqtãtẽ sñiæ. & ita hæc in nouel. ¶ Sed o q̃ro post Lap. an ad instãtiã appellati posit iudex à quo, inuito appellante, à sñia, q̃ est nulla, iterũ sñiare. & refert Do. Fed. de Se. sup hoc tenere, q̃ sic. & nõ dicit plus. Rõ, qua mouet, est; qa à sẽ tentia nulla ꝑt appellari. ff. de ap. l. si expresim. Itẽ certũ est, q̃ si iudex revocat grauamẽ, nõ interest ap. ꝓseq̃ ap. vt c. cũ cessante. de ap. & eo. ti. c. añpe. s. eo. li. hinc ẽ, q̃ instante appellato, iudex ap. ꝑt ꝓcedere in principali appel. prætermisso q̃ non habet vñ conqueraṫ appellãs. & de hoc plenè in c. j. s. eo. li. de ap. super ver. partium. por Arch. prima facie gl. ꝺt, q̃ si ap. renũciat, & nõ sñiæ pro se latæ, q̃ est nulla propter so lẽnitatẽ omissam, vel iuris ordinẽ nõ seruatum, & petit ex eis dẽ actis sñiam bñ ferri per ordinarium, q̃ tulit, vt l. 4. de accu. non occurrit ratio, q̃ appellans posit cõtradicere. habet eñ, quod quærebat. q̃rebat eñ sñiam detegi nullã: & iudex habita sñia pro nulla, reassumit. cãm in eo ſtatu, in quo eã dimisit. Ho. tñ ꝺt in c. cum cessante. q̃ iudex põt revocare grauamẽ, nisi iam dederit apostolos: vel nisi iudex superior inhi buerit. Sed istud dictum Host. põt intelligi verum, qñ factum iudicis tenebat, licèt iniustum. hic verò nullum. & pro isto di cto optimè facit. c. sacro. de sen. ex. ad. fi. ver. si verò. ita dicit consilio 236.

SVMMAE.

1 *Excessus prælato constare debet ante capturam clerici.*
2 *Clerici pro delictis à se commissis sunt carcerandi.*
3 *Delictum clericorum, antequam capiantur, liquidari debet.*
4 *Statutum an valeat, quòd quis pro debito carceretur.*
5 *Clerici in delictis aliquando relaxantur fideiussoriæ cautioni.*
6 *Fideiussores pro eo, qui erat pœna corporali puniendus, an puniatur eadem*

tur eadem pœna, sicut delinquens, qui aufugit.
7 *Iniuria in persona quæ dicatur.*
8 *Offensa quid dicatur.*

CAP. XV.

SI clericos. Duæ sunt partes. secunda ibi [eosdem] prima facit tria. soluit dubiũ, quod dupliciter fortificat, ibi [& per.] & ibi [licèt.] & causam reddit ibi [cum in his.] secunda dat reg à qua duos casus excipit, ibi [nisi.] ¶ No. primò, q̃ generaliter dicit [clericos] non distinguens, an sint, vel non, in sacris. in mõ rñ capiẽdi, & detinendi dẽt in his hr̃i distinctio. 45. di. c. cũ beatus. ¶ Secundò no. q̃ dicit [tuæ iurisdictioni.] nec ex suprascriptiõe appet, cui dicat. ex quo patet, q̃ dẽt gũ ralicer de quocũq; ꝓlato iurisdictionẽ hũte intelligi. & sic tenet gl. & idẽ Arch. & intellige, q̃ hẽat iurisdõnẽ puniẽdi crimina, vt in gl. cõcor. s. e. &c. duo igitur coniunctim requirun tur, q̃ clericus subsit iurisdictioni illius, qui mandat illum capi: & quòd iurisdictio talis sit, q̃ ille mandans habeat eum corrigere. Rector ergo vniuersitatis, vel delegatus ad causam ciuilem clerici hoc mandare non posset. ex causa tamen secũ dũm Inn. & Abb. quilibẽt iudex, immo etiam laicus, item so cius, item vicinus posset clericum delinquentem capere, ne fugiat, & vt ipm epo ꝑsentet. sic de defensiõe dicit in Auth. de de fen. ciui. § nos igitur. & § interim. coll. 3. & in Auth. vt iu. sine quoquo suffr. §. necessitatis. coll. 2. de decurio. l. generali. lib. 10. & l. ait ꝓtor. §. si debitorẽ. ff. de his, q̃ in frau. credi. Itẽ vr̃, q̃ cuicunq; clerico liceat seruientem suũ clericũ, si ipsum de furto habet suspectum, medio tpe retinere. ar. ff. de pæ. l. respiciendum. §. furta. ista dcã Inno. & Abb. non vr̃ tenere Host. in c. vt famæ. s. e. Nã iura super ista iniectiõe manus in clericos generaliter emanarũt, vt c. si qs suadente. 17. q. 4. & c. nuper. s. eo. qui ergo dicit sibi licere, ostendat ius ex pressum: aliàs sibi non credetur. ar. ff. de proba. l. ab ea ꝑte. & s. de translatio. c. 2. versi. sed neq;. Item, vt dicit, casus tales, vel consimiles. qui omnino sunt canonici, per solas leges, vel gl. magistrales cum securitate aĩæ non decidũtur, vt patet ex no. in c. si. s. de solu. & ita relatis post dictorum, & aliorũ opi. pertransit Io. An. in d. c. vt famæ. Ego ibi dixi, q̃ can. si quis suadente. coercet manus temerarias iniectas in clericos, suadente Diabolo. & sic dolosè, & malo aĩo. quod non contingit in capiẽtib⁹ ex ꝑdictis cãis. vnde cum cessat qualitas, à qua de lictũ illud causat, nõ mirũ, si cessat illius canõis disꝑositio, vt l. 3. §. docere. ff. vi bono. rapto. & sic ibi teneo cum Inn. & Abba. & infero, q̃ familia Potestatis posit capere clericum deprehensum in rixa, vel adulterio, vt episcopo ꝑsentet. nam si hoc licet priuato, cum de fuga quis est suspectus, vt s. dixi: multò fortius & ministro iustitiæ. & hoc tenet. Bar. in l. si quis in seruitute. ff. de furtis. & Do. Bald. in familia Pr̃atis idẽ tenet in l. si qua ꝑ calũniam. C. de epis. & cle. dico tũ, q̃ nisi rebellio aliud suadet, dẽt duci honestè, non turpiter, vt patet in d. c. vt famæ. ibi [duntũ non amplius illorum violẽtia se extẽdat] &c. & ibi nota. in nouel. super ver. rebellio. ¶ † Tertiò not. post Ioan. An. q̃ dicit, cõmissos excessus. per hoc. n. videtur, q̃ ante captur̃ clerici debet constare ꝓlato excessum ab eo fo re cõmissum. ad hoc. 20. q. 2. c. 1. ibi [cõuicti.] & in fi. ibi [detectus fuit.] ad hoc. s. e. c. vt famæ. ibi [postq̃ fuerint de crie cõdẽnati] ergo nõ prius, nisi fuerint notorij. s. de accu. c. euidẽtia. immo nec in notorio illi, qui est paratus obedire, est violẽtia inferenda, vt in c. vt famæ. & c. cum non ab homine. eo. ti. nisi suspecti essent, q̃ obedire nollent: vt quia aliàs eluserunt. s. de appel. c. quæstioni. & quod no. s. eo. c. si verò. in 4. glo.

1 *Iniuria in persona quæ dicatur.*
2 *Offensa quid dicatur.*
3 ¶ † Ex prædictis duo colligas. primum, q̃ pro delictis à se commissis sunt clerici capiendi, & carcerandi. † Secundum, q̃ ante debet liquidari eorum delictum, quàm capiantur, per iura prælle. quò ad primum dicit Io. An. q̃ vbi cõstat delictum esse commissum; licèt ignoretur persona, pro veritate habenda, & delicto puniẽdo capi possunt clerici, & multi sic seruãt, ꝓ quibus alleg. hũc tex. dũ impsonaliter dicit [cõmissos excess⁹] nec dicit, à se. sed ꝓ Ar. q̃ solũ ꝓ delictis à se cõmissis sint capiendi, facit iste tex. dũ ꝺc, q̃ includunt, vt puniantur, licèt non sint incorrigibiles. & sic loq̃t de delictis à se cõmissis. quare cõsuluit in nouel. q̃ caueãt sibi ꝓlati, q̃ ad talia nimis ꝓni sunt, & se, & alios illaqueãt. Sed de scdo dubito, an sit verũ, scilicet q̃ tũc demũ sint capiẽdi, vel carcerãdi, cũ de delicto cõstaret aliàs de eo sunt cõuicti, siue cõdẽnati. nã cũ hoc dicat in nouel. q̃ nõ dñt capi, nisi ꝓ grauibus excessib. 35. di. c. 1. & vlt. idẽ & Ho. in c. cleri. à crapula. &c. cũ dilecti. de accusa. l. leuia. ff. videt, q̃ in grauibus dẽt causam dicere in vinculis. nam si ante possent liberè ire, quò vellent, cum iudiciũ hẽat multas moras, vt l. quod debetur. ff. de pecul. arriperent ſtatim fugam, cum publicato processu, vel aliter id appareret eis, etiam in casu condẽnationis. & hac rõne nõ potest in hac causa criminali defendere qs se ꝑ ꝓcura. vt no. Doc. in c. veniens. de accusa. & Bart. in l. pen. §. ad crimẽ. de publi. iudi. concludo ergo, q̃ ex quacũq; causa veniret im ponenda pœna corporalis, debent psonaliter detineri. in mo do tamẽ detinendi distinguit inter graue crimẽ, & nõ graue. qđ dic, vt not. Bar. in l. 1. de custo. & exhi. re. & hoc bene pro bat ille tex. dum dicit [reos, ne fugiant incarcere postea pœna debita sunt custodiẽdi] & c. expõe eñ, postea. i. post excessum liq̃datũ. & sic exponit in nouel. postea, scilicet crie ꝓbato. 15. q. vl. c. vlt. in fi. nã post sñiam nõ dẽret in carcere detineri, ne fugiat, sed puniri, vt l. fi. C. de custo. & exhi. reo. ibi [aut conuictos velox pœna subducat: aut liberandos custodia diuturna non maceret.] & vide in Spe. de accu. §. 1. versi. sed pone te. Vbi quærit, an si accusatus de furto vult dare fideiussores, debeat admitti. & dicit, quòd aut est confessus crimen: & tunc incarceratur. aut non est confessus: & tunc, aut est suspectus de non graui crimine: & committitur fideiussoribus. aut de graui: & tunc non committitur. & ita hic Lap. ¶ Quartò no. in ver. cum in his. quòd in concessis à iure non debet excedi modus ex proposito. similiter in defensione propter tutelam sui corporis, vel suarum rerum est modus seruãdus, vt dixi. s. eo. c. dilecto. & vtrùm qui excessit, puniatur solũ de excessu, vel integra pœna. dixi ibi. & remisi ad. c. olim. 1. de resti. spol. & l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. de adulte. ¶ Quintò no. q̃ propter excessus cõmissos permittit ille tex. capturam, & carcerationem. pro debitis ergo pecuniarijs non vr̃, q̃ posit clericus detrudi in carcerem, etiã si ad hoc se obligasset, vt s. de pig. c. 2. & de iureiuran. c. ex rescripto. ¶ † Circa hoc quæro, an valeat ſtatutum, q̃ homo pro debito carceretur. Dyn. q̃ non; quia qđ non potest fieri per pactum, nõ põt fieri per legẽ, vt no. in rub. C. de decre. ab or. facien. & ff. de pac. l. non impossibile. Sed per pactum non potest infringi libertas alicuius. C. de lib causa. l. nec si volẽs. Item non est dubium, quòd ſtatutum sumit auctoritatem ab hominibus. sed nemo est dominus membrorum suorum, vt l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Item voluntas testatoris est lex. in Auth. de nup §. disponat. sed testator non potest disponere, vt l. Titio centum. de condi. & demon. ergo & ſtatutum. Itẽ est contra bonos mores, & cõtra ius hominẽ carcerari, vt l. ob ẽs. C. de actio. & obli. & l. succurritur. & l. seq. ex qui. cau. ma. Do. Barto. tenet contrarium. scilicet, quòd ſtatutum valeat, si est factum in ciuitate, quæ habeat merum, & mixtum imperium. nam & de iure ciuili quis posit cõdemnationẽ põt pro debito carcerari, C. qui bo. cede. post l. 1. ergo & per ſtatutum. alijs rationibus hoc probat, & respondet rationibus supradictis in d. l. Titio cẽtũ. §. Titio. & vide quod de bñficio cessionis, an. s. ei posit renunciari per pactum, no. Cyn. in d. l. C. qui bo. cede. post Iac de Are. vt ibi refert, consulit, quòd sic, si pactum fuit vestitum cohærentia contractus: aliàs secus, per l. fi. in fin. qui bo. ced. post. Ricar. Malu. m. tenuit, q̃ non valet pactum, per glo. in d. l. ob æs. Secũdò in eo,

qui tpe contractus sciebat se non esse soluendo. & hoc tenet Barto. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. ma. Fallit in duob. casib. primo in eo, qui dissipauit bona in fraudem credi. vt l. fin. in fi. ff. de his, quæ in frau. cre. & l. pe. de iure do. tu pro tertio casu fallentiæ adde glo. quæ est in l. stipulatio. §. fine. ff. de ope. no. nun. quæ dicit, q̃ scriptor potest cogi præcisè ad scribẽdum, & poni in cõpedibus: vel tenetur ad interesse, si hoc placeat scholari, arg. quod met. cau. l. sed si cum exceptione. §. perinde. & ita dicit, q̃ concord. omnes Doc. Bonoñ. residentes. & intelligo glo. simpliciter absque conuentione, vel renunciatione aliqua de prædictis. ¶ Sextò not. delinquentes pœna debita castigandos: pœnam debitam intellige, quæ expressa est in iure. & variæ sunt statutæ in iure pro delictorum varietate, de quibus. s̃. de offi. ord. c. ad reprimendam. nec debent excedere modum, sed condigne, in delicto. 16. q. 6. c. cognouimus. de sta. regula. c. ea quæ §. 1. 23. q. 4. c. qui peccat. pôt tñ iudex in pœnis à iure statutis ex causa dispensare. quod dic, vt plenè no. de consti. c. 1. per Inn. & l. quid ergo. § pœna gra
5 ior. ff. de his, qui no. infa. ¶†Septimò not. quòd quandoque clerici in delictis relaxantur fideiussoriæ cautioni, quòd parebunt iuri. & not. istam formam, scilicet, quòd parebunt iuri, non ergo tenentur cauere, q̃ suæ voluntati parebunt, vel arbitratui, nec appellationi renũciari. facit s̃. de ap. c. ad hæc. & ff. qui satisd. cog. l. fi. vnde caueant sibi prælati nostri tempo
ris, qui etiam constitutos in sacris, & in dignitatibus detinent
6 inuitos, nisi sic caueant. ¶ †Iuxta prædicta quæro. Quidam erat in carcere propter delictum, ex quo erat pœna corporali puniendus. Illi de genere fideiussorum pro eo: nunquid, si fugiat, eadem pœna punientur? Cyn. format istam q. in l. ad Cõmentarienſem. C. de custo. & exhi. re. tenet quòd non, & si adhibuissent dolum in eius fuga. Sed opponit de illa l. vbi custos carceris tenetur eadem pœna, si eius dolo, & fraude taliter carceratus fugit. Sol. dicit notabiliter, q̃ aliud est se obligare directò, aliud p̃ consequentiam quandam. Nam directò non potest quis se obligare, vt corpus suum interficiatur, vt l. liber homo. præalleg. Sed per quandam consequentiam (vt suscipiendo publicum officium) eadem pœna tenetur, si fuit in magna culpa, vt in illa l. alleg. simile in clerico, qui non directò, sed in consequentiam renunciat foro, vt c. si diligenti. coniuncto. c. dilecti. de fo. comp. & in marito, q̃ nõ donat vxori directò, sed in quandam consequentiã. ff. de do. inter vir. & vxo. l. si sponsus §. donationis. pro hoc vide gl. nota. 23. q. 5. c. cũ homo. ¶ Vltimò qa ille tex. ponit casum spãlem, in quo capiens, vel manus inijciens in clericum non est excõicatus, cum s. pro excõicatione iustitiæ hoc facit super plurib. circa hoc dubitatur, quid iuris. & primò quid si non injicit manus: sed minatur mortem, nisi carcerem ingrediatur: vel spõtè ingreditur, & ibidẽ postea trudit. dicit idẽ in no. in d. c. nup. s̃. e. & subdit hoc verum, qñ inclusio fit ad iniuriam: secus si ad tutelam ipsius clerici, ne ab inimicis eum persequentib. occidatur. nam sñ Host. includentes ẽt violenter non erunt excõicati. alleg 45. dist. c. cum beatus. & de libero ho. exhi. l. 3. §. si quis eum. & §. si quis nolentem. idem sñ Inn. si inimici alicuius clerici occidant eum in castro, vel domo: vel illum fortè in domo mulieris claudunt, non vt illum ibi custodiant, sed vt verecundiam illi inferant. non. n. tunc dicentur teneri custodia, vel carcere; quia nec ad id tendunt. Item nec inferre violentiam in persona, nec in reb. sibi adhærentib. requiritur. n. iniectio manuum in personam, vt ligetur sñia canonis si quis suadente. vbi gl. Idem dicit, si injiciat pedes, vel si spuat, vel perfundat eum aqua, vel vestimenta sua rumpat. Nam & hoc casu iniuria fit personæ. quia quæ religiosis, &c. ff. de rei ven. l. quę religiosis. in d. c. nuper. in nouel. ¶ Plenius de hoc tangit, & dicit sñaliter, quòd iniuria in persona dicitur, si quis teneret clericum per vestes, vel per frenum equi, cui insidet: clericus autem cum abire non posset, quò vellet, auferens ẽt rẽ violentam à clerico excommunicatus est. Idem si occidat equum subtus clericum, vel deturpet ei vestes, vel laniet in eius dorso. iniuria. n. in persona fieri videtur, qñ fit in vestib. quibus induitur, vel in equo, quem equitat, vel quem manib. tenet: secus si non violẽter, sed furtiuè auferret ei corrigiam, qua cinctus esset, vel vestem, qua esset indutus: vel si per metum compellit clericum sibi aliquid dare, vel exire de domo, vel fundo, quem possidet, & postea eum capit. ad hoc. n. vt incidat in can. oportet, q̃ in personam injiciat manus violentas, vel res, quæ sunt circa personam, vel quas tenet: quia & tunc fieri dr̃ vis personæ, vt d. c. si quis suadente. sed in alijs casibus proximè præmissis non fit vis in persona, nec in rebus, quæ personæ adhærent, vel per quas personam teneat. ita dicit in d. c. nuper. in nouel. licèt alij aliter sentiant, vt ibidem vide. †Ex prædictis habes quę dicatur iniuria in persona, & quæ non. Sed hic repeto quę latius ibi scripsi post Bart. dicit enim, q̃ quædam est offensa, quæ fit in persona, largè loquendo; vt quando intendo aliquid facere circa res: secundariò circa personam; vt in violentia, vt no. in l. itaque fullo. ff. de fur. & l. 2. & l. extat. ff. quod me. cau. quandoque offensa dr̃ fieri in personam strictè: vt qñ tangit personam, vel res cohærẽtes personæ, vt in prædictis exemplis. & est casus in l. sed est quæstionis. circa princip. ff. de iniur. & de testamen. l. testium. §. 1. & d. l. qui religiosis. & de sepul. viola. l. 2. prout dicit de statua affixa, vel monumento, vt no. in l. iniuriarum. §. quæ statua. eod. ti. & in ista significatione accipitur, qñ agitur ad pœnã aliquã infligendã p̃ delictũ, & odiũ rõnale, vt est casus in c. si qs suadente. Nõ ob. l. j § hæc verba. ff. de his, qui deie. vel effu. qa ibi requirit, q̃ fit notitia personæ: qđ ita demũ fit, si corpus tangat. qñq; offensa in personã pôt sumi strictius; vt qñ fit in ipso corpore; vel circa ea, q̃ sũt inseparabilia à corpore; vt circa pilos, & capillos. & in illa significatione accipit in l. j. §. hoc aũt. de ope. no. nun. Rõ qa ibi tractat de odio irrationabili. nã illud edictum hẽt locum siue iure, siue iniuria opus fiat. & iõ latius accipiuntur dicta verba in interd. quod vi aut clã. vt no. in d. § hoc aũt. Et prædicta inducit ad q. Cauet statuto Florentię, q̃ si nobilis offenderit populare in pso
nã, teneatur ipse, & ẽt alii de domo puniant. dico igit, q̃ quã tùm ad ipsum offendentẽ dr̃ offendere in psonã, si aliquid ar ripuerit de manibus, vel vestes sciderit. sed quantũ ad alios (cum sit odium irrationabile, q̃ teneant ex delicto alterius) dico eos teneri ita demum, si corpus tangitur. facit in corp. vt cum de app. cogno. §. cãs. & prædicta sunt vera, qñ cõstitutio, vel statutum facit mentionẽ de offensa illata personæ, sicut est can. si quis suadente. Si aũt faceret mentionẽ simpliciter de offensa: tunc dr̃ quis offendere, siue violentas manus injiciat, siue furto aliquid subtrahat, vel cum vxore adulteriũ committat. talis. n. appellatur offensa, & iniuria: licèt nõ per
7 sonalis. †Offensa. n. est. qñ aliquid mihi fit, ex quo facto venit imponenda pœna, vt l. testõ. de manu. testa. Item offensa est, quicquid aliquẽ ad iracundiã prouocat, vt probat in Extrauag. Fed. de pace Constantiæ. circa prin. & intellige, q̃ prouocet ad iracundiam; ita q̃ potuit inferri pœna ab hoíe, iudice, vel à lege, vt d. l. testõ. pro hoc l. si maritus. & l. filia in orbitate. C. de inoffic. test. & facit ad q. q̃ si feci pacem cũ inimico, & promisi ipsum non offendere: q̃ si facio postea sibi furtũ, vel vxorem adultero, dicor rumpere pacem. Et prædicta no. Bart. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publica. verba autem iniuriosa an dicantur iniuria, & offensa in personam; ita q̃ cõ uiciãs sit excommunicatus. dicit, q̃ licèt iniuria fiat personæ, non tamen in personam. istud verbum ponit Bal. post Gul. de Cu. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cler.

S V M M Æ.

1 *Clerus & populus sunt diuersa.*
2 *Ciuitas propter delictum domini subijcitur interdicto.*
3 *Populo interdicto, nulla singularis persona diuinis interesse poterit.*
4 *Ciuitate interdicta, an intelligantur suburbia interdicta.*

CAP.

CAP. XVI.

§ I sententia. Tres sunt partes, quæ patent; prima soluit dubium, & excipit, ibi [nisi.] & solutionem declarat, ibi [vñ.] [cẽda, ibi [cæterum] soluit secundum, duas limitationes interserens, ibi [qui culpabiles.] & ibi [dũmodo] tertia, ibi [oum non] certiũ ratione interserens, ibi [vt ecclesiastica]
1 ¶ †No. q̃ clerus, & populus sunt diuersa: ideò tanq̃ à sꝑatis de vno nõ infert ad reliquum: nec vnius appellatio aliũ includit. contra qđ gl. 3. opponit de §. plebiscitũ. Sol. vt in ea. dicit tamẽ in nouel. q̃ si districtualibus alicuius dñij, vel prouincia libus (puta Anglicis) daret priuilegiũ, vel immunitas, clerici illius prouincię, vel domicilij bene ꝑticipabũt priuilegio, vel immunitate, vt s̃. eo. li. de off. dele. c. fi. §. 1. super ver. districtu. in nouel. ibi bñ dicit probari clericos, & prælatos esse de districtu dñorum temporalium, quorum est territorium. ad idẽ vt lit. non. cõte. c. accedẽs. 2. Nam ad hoc, vt de districtu dici posit, satis est, q̃ in certis casib' habeãt ptãtem distringendi eos, siue coercendi, vt in casibus no. in 23. q. 5. c. princeps. & vide qõnẽ Old. 22. vbi q̃rit, an sacerdos dicat esse de vniuersitate. dicit, q̃ sic. vide qđ no. in l. 1. ff. ad munici. vbi no. an collegia clericorũ sint habẽda ꝑ ciuibus ciuitatis, vbi sita sunt. dicit, q̃ sic. & ẽt, q̃ ꝑ monachationem nõ desinit quis esse ciuis. Itẽ forensis recipiens monachatũ hic efficit ciuis: durat
2 tamẽ ciuilitas illa, donec morã traxerit. dic, vt ibi. ¶ †Secundò no. in ver. ceterùm, q̃ ꝑpter delictũ dñi, vel rectoris, eius ciuitas subijcit interdicto. & sîn Arc. hoc facit pro opi. Host. & T. cõtra Vin. scilicet q̃ ꝑp contumaciã efji posit eius ciuitas interdici. hoc not. in c. fanè. 2. de offi. dele. & ibi no. & qđ dicit tex. [domini, vel rectoris] dñm accipe pro dño ꝑpetuo, & rectorẽ ꝑ tpali. & est quasi vicarius. qũo aũt ciuitas posit sibi eligere dñm ꝑpetuũ. vide. s̃. de iudi. c. fi. in nouel. ¶ Tertiò. no. in ver. dummõ. q̃ qñq; propter delictum domini, vel rectoris subditi interdicuntur in pœnam dñi. qñq; tñ pœna vnius alterum afficit, & affligit, sicut propriè in personã suã. ff. quod met. cau. l. isti quidem. 22. q. 3. §. sed quĩ. ¶ Quartò no. q̃ si ciuitas propter delictum dñi est interdicta, ciues in
3 hoc non culpabiles licitè alibi pũt audire diuina. ¶ † Quintò no. q̃ interdicto populo, nulla singularis persona poterit interesse diuinis: qa populi appellatio oẽs singulariter includit. plus ergo est interdicere populum, quàm ciuitatem: quia ex ciuitate ciues non culpabiles pũt licitè alibi interesse diuinis, vt s̃. proximo rñ. sed populo interdicto, necubi pũt. Bñ ergo dicit gl. q̃ aliud est interdicere ciuitatẽ, & ciues: aliud ciues tantùm; ex quo in nouel. dicit post Arch. manifestè colligi, q̃ aliud est interdictũ ciuitatis, vel loci, ab interdicto colligij, qđ dicit probari. s̃. eo. lib. de vsuris. c. 1. & ibi in nouel. supẽr ver. terra interdicta. ergo in ciuitate poterunt clerici ianuis apertis, & pulsatis campanis alta voce celebrare, excõicatis tamen, & interdictis exclusis; cum hoc nõ sit prohibitũ. interdicto ergo loco, ibi celebrari nõ pôt, nisi vt dr̃. s̃. e. c. fi. & vide qđ dixi post Io. An. s̃. eo. c. præsenti. ¶ Sextò no. ibi [cũ diuinorũ] singulare dcm̃, q̃ gesta sub noíe vniuersitatis, q̃ nõ possunt cadere in ipsam vniuersitatẽ (vt psonã repsentarã, & fictam) cõprehẽdũt singulos de ipsa vniuersitate: nec hẽt locũ reg. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. quod cuiusq; vniuer si. no. canonizata. 12. q. 2. Circa hoc vide quod dixi. s̃. eo. c. Romana. §. in vniuersitate. vbi etiã plenè dixi, an vniuersitas possit delinq̃re, & qualiter puniatur. ¶ Venio ad no. hic in nouel. plenius declaranda, & primò: cum interdicitur simpliciter terra alicuj' dñi: de qua terra dẽt intelligi? & mouet circa hoc. 6. vel 7. dubia. primò. vtrum de terra dotali. secundò vtrũ de pignorata. tertiò an de terra, in qua hẽt vsumfructũ, vel nudam proprietatem. quartò an de terra cõi. qntò an de terra q̃sita post interdictum. sextò an de terra distracta, siue alienata post positũ interdictũ. De primo & sẽdo remittit ad no. ꝑ eũ in nouel. s̃. de postu. præl. c. 1. super gl. bona fnit. vbi dicit aduertendum ad formã interdicti. nã aut ꝑ verba, q̃ sonant in dñium: puta dixit terram suã. nam suus, meus, tuus, & similia noĩa possessiua denotãt dñiũ, vt l. Quintus. de aur. & arg. leg. & tũc venit dotalis; qa in ea maritus hẽt dñiũ, & non pignorata. qa creditor rei pignoratæ non hẽt dñiũ, vt l. doce. C. de rei vẽd. Si verò dictũ fuit [terrã, quã is tenet] tũc venit pignorata; qa creditor dr̃ possidere. ff. qui satisf. cog. l. sciẽdũ. §. creditor. vbi de hoc. Si verò dr̃ [terram talis dñi interdicimus] tũc genitiuus denotat dñium. & qñq; verificatur in mera possessione. qđ dic, vt no. Bar. ff. de op. no. nũ. l. interdicta. & qđ no. in l. 2. ff. de orig. iur. vbi est glo. singularis. q̃ incipit. no. ar. pro hoc idem Io. Cal. in secũdo mẽbro. ver. quid si ptineret ad ipsum. & ver. seq. Quò ad tertiũ dicit, q̃ venit terra, in qua hẽt vsumfructũ: quia in multis casibus censetur pars dominij, vt ff. de vsufru. l. 4. vbi quæritur de hoc. Idem etiam videt ecõuerso, vt veniat terra, in qua quis hẽt nudã proprietatem, vt ff. qui satisd. cog. l. pe. & l. 2. §. 1. ff. de relig. & sum. fu ne. aliter tenuit Io. Cal. vbi. s̃. ver. qđ si interdictum. De quarto (scilicet de terra cõmuni) format in nouel. sup hoc dubiũ: cũ terra est in duabus ꝑuincijs, scilicet partim in vna, & partim in alia. dicit, q̃ si pro diuiso, omnes intelligunt interdicti: secus si ꝑ induiso, ne innocẽs puniat. bñ facit d̃ sepul. c. sacris. & qđ ibi no. & de ritu nup. l. illud. & de auro, & ar. leg. l. Quintus. & de concess. præben. c. 1. vbi decretũ nõ ligat incertum. De quinta. q. scilicet de terra quæsita post interdictũ, q̃ interdicta non erit: nisi verba sñæ aliud exprimant. quod not. de priuile. c. cum capella. in 1. gl. & quod ibi in nouel. & de iudi. l. non potest. & de dam. infec. l. damni. §. fi is qui. De sexta. q. scilicet terra alienata post interdictũ, non ꝑ hoc tollitur interdictum, sed tolletur ab illo, qui tulit: qui tñ, vbi fraus non interueniet, cessante interdicti causa in tollendo se facilẽ exhibebit ad vtrunq; facit. s̃. eo. c. sacris. & ita hic in nouel. idem vbi. s̃. Io. Cal. qui dicit, quòd terra, quæ est sua quò ad dominium iurisdictionale includetur sub ꝑdicto interdicto, vt d. c. 1. & vide expressum. s̃. de offi. dele. c. sane. 2. & de iureiu. c. ex rescrip. & de spon. c. non est vobis. fortius si terra illius domini esset simpliciter & absolutè ꝑpria. ff. de relig. l. 2. §. in locũ. Idẽ de terra, quã ab alio tenet in feudũ, vel in emphyteusim: quia in istis casibus ad ipsum spectat vtile dñium, vt est expressum in emphyteuta. ff. si ager vectig. vel emphy. pe. l. 1. §. vlti. & de vasallo in lib. feudo. si de feudo fuc. contro. inter vasallos, & alios omnes, si causa inter vasal. & ita no. in c. 2. ver. quid si interdicitur. ¶ Secũdò quæro post Ioan. An. an delinquentibus consiliarijs regentibus ciuitatem, vel deliquente vniuersitate, propter quod delictum latum est interdictum vniuersale in consiliarios, vel vniuersitatem: vtrum illi consiliarij, vel illi de vniuersitate tempore commissi delicti absentes, vel expressè contradicentes sint interdicti? arguit primò, q̃ sic, ex iuribus, quibus dicitur factum à maiori parte corporis, à toto factum videri. s̃. de his, quæ fiũt à maio. par. Capi. c. 1. & l. qđ maior. ad municipa. cum simi. Item propter delictum vnius (puta domini) possunt non culpabiles interdici, vt in isto. c. & quòd propter delictum vniuersitatis, quæ cẽsetur dña subditorũ, possunt subditi, quãtuncũq; nõ culpabiles interdici, & ex contrario vilipẽderetur censura, & sñia interdicti contra istud. c. & seq. & licèt durũ sit, tales ligari: tñ sñia iudicis, vel iuris, licèt dura, seruanda est. 6. q. 3. c. scriptum. & l. prospexit. ff. qui, & à qui. bene facit quod no. de pæni. & re. c. quod in te. in glos. fi. & super ea in nouel. in contrarium decreta, statuta. & banna non ligant probabiliter ignorantes. s̃. eod. lib. de consti. c. 2. qui ma. accusa. pos. c. fin. & ff. de decre. ab ordi. fa. l. fi. ergo absens non ligabitur. Item absens & ignorãs ex maleficio non obligãtur. ff. de actio. & obli. l. ex maleficio. §. 1. & lex dicit [cõsensum enim, non ignorantiam volumus obligari] l. generali. C. de tabu. li. 10. Item præsentes in præiudicium absentium non possunt facere constitutionẽ voluntariam, vel decretũ. de consti. c. cum oẽs. bene facit. C.

¶ Sed quæritur, an in prædictis quatuor feſtiuitatibus poſsit dici alia miſſa, q̃ de feſto. puto, qꝑ ſic; quia generalis eſt ꝓmiſſio. honeſtius tñ eſt, & iuſtius (ſaltẽ quantũ ad principalem miſſam, q̃ in eccleſia celebratur) qꝑ de proprio feſto dicatur; quia id eſt inductum in honorem illarũ ſolemnitatũ. ad hoc de cõſec. diſt. 1. c. & hoc attentius. & de celeb. miſ. c. 2. Itẽ q̃ro, an in dictis quatuor feſtiuitatib. poſsit aqua ſolemniter bn̄dici, & aſperſio fieri: panis, & fructus bn̄dici, & laicis inter dictis miniſtrari. credit, qꝑ ſic. prædicta. n. non ꝓhibẽtur de ſe tpe interdicti: ſed ipſorum bn̄dictio, q̃ eſt diuinum officiũ, qđ generaliter in dictis quatuor feſtiuitatibus permittitur. Sed hic incidenter quærit, an in dictis feſtiuitatibus poſsint in loco interdicto ſolemniter mortui ſepeliri. de interdictis ſpãliter, & nominatim ſibi non eſt dubium, qꝑ omni tempore carere debent eccleſiaſtica ſepultura. s̃. eo. lib. de priuileg. c. epiſcoporũ. niſi pœnituerint. s̃. eo. c. is cui. 2. reſponſo. Idẽ de iſtis, de quibus in §. illis etiam. in alijs autem ſiue ſint de populo interdicto, ſiue de loco interdicto, ſiue non, procedit q̃ ſtio Ioan. And. in d. c. eos. qui dicit, qꝑ non putat dictis diebus poſſe mortuos ſepeliri: licèt multotiens contrarium fuerit factum. alle. de priuile. c. cum & plantare. §. quod ſi. ad iſtum. §. in feſtiuitatibus. qui videtur facere in contrarium, reſpondet, qꝑ loquitur de diuinis officijs, nõ autem de ſacramentis. Item quia in mortuis ceſſat cauſa. ſcilicet ſpei reconciliationis ibi expreſſa, cum in mortuis reconciliatio non ſperetur. ergo ceſſat in eis illius. §. diſpoſitio, vt l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. Ioan. Calde. dicit, qꝑ licèt poſsit videri temerarium reſiſtere opi. patris ſui D. Ioan. And. tamen exceptis p̃dictis caſibus, putat contrarium. ſ. in dictis feſtiuitatib. non obſtante interdicto, poſſe publicè, & ſolemniter mortuos ſepeliri. Mouetur primò; quia per generale interdictum nõ ꝓhibetur ſimpliciter eccleſiaſtica ſepultura: ſed prohibitio ecclеſiaſticæ ſepulturæ hoc caſu accedit illi prohibitioni diuinorum officiorum, vel prohibitioni adminiſtrationis eccleſiaſticorum ſacramentorum, vt in iſto c. §. 1. hoc autem præmiſſo, ſic arguit. Aut dices, his diebus prohiberi eccleſiaſticã ſepulturam; quia tunc diuinum officium celebrari non poſſit. & hoc eſt falſum, vt d. § in feſtiuitatibus. Aut quia ſacramenta non poſsint miniſtrari. & tunc ſequitur, qꝑ his diebus poterit licitè, ſolemniter, & publicè celebrari officium ſup funus, mortuo corpore poſtea inhumato remanente, vel eo ſepulto extra eccleſiam, & cimiterium. quod eſſet abſurdũ. & deriſibile. Præterea ea ratione, qua poteſt tunc publicè, & ſolemniter quodlibet diuinum officium celebrari: eadem ratione & eccleſiaſtica ſepultura miniſtrari, argu. de except. c. cum inter. Item ſepultura à dictis diebus accedit ad diuinũ officium, quod dictis diebus eſt permiſſum: ergo & ipſa ſepultura, tanquam acceſſoria ad permiſſum, debet intelligi cõceſſa. ar. c. ſup eo. s̃. eo. li. de ꝓb. & c. acceſſoriũ. cum concor. đ offic. delega. Præterea interdicti viuẽtes admittũtur tunc ad participationem diuinorum, vt in iſto §. in feſtiuitatibus. fortius interdictis mortuis tunc debetur eccleſiaſtica ſepultura. s̃. de ſepul. c. ex parte. 2. & in hoc reſider. & ad rationem Ioan. And. ſubtiliter reſpondet in dicto ſexto membro. Sed horum cauſa dic, vt ibi: vbi quærit, vtrùm in dictis quatuor feſtiuitatibus poſsint epiſcopi publicè conſecrari. quantùm ad feſtum Natiuitatis Domini, & Aſſumptionis Virginis gloriоſę procedit queſtio, cum occurrit in Dominica. 75. diſt. c. 1. ex quo dicit, quòd non, tenendo, quòd epiſcopatus ſit ordo, & ſic ſacramẽ. quod eſt neceſſarium, vt ipſe plenè ſcribit de purga. cano. c. quot. prohibitio autem ſacramentorum remanet dictis diebus, vt infra dicam. Faciunt aliqui q. an dictis feſtiuitatibus tempore interdicti poſsint nuptię ſolemniter benedici: quę queſtio ad feſta Natiuitatis, Reſurrectionis, & Penteco. eſt ſuperflua; cum ex allo capite, ſiue iure prohibeatur in dictis feſtiuitatibus benedictio nuptiarum. 23. q. 5. c. non oportet à ſeptuag. & de feriis. c. capellanus. de feſto autem Aſſumptionis Virginis glorioſæ dicẽdum eſt, qꝑ eadem die poſſunt nuptiæ ſolemniter benedici, per ea, quæ ſupra proximè dicta ſunt. Sed hoc non eſt iure dubium, cum ſola prohibitio officij, & benedictionis nuptiarum inducatur per eccleſiaſticum interdictum. dictis autem diebus per
3 mittuntur diuina officia celebrari. ergo, &c. ¶ † Sed an in prædictis quatuor feſtiuitatibus poſsint virgines, vel altaria conſecrari, vel benedici, & velum monialibus imponi: calices, paramẽta, abbates, & abbatiſſę benedici. Putat, quòd ſic; quia prædicta non ſunt ſacramenta propriè, ſiue ſtrictè: ſed orationes, & certa officia Domini. vnde tale officium eſt ponderandum. diuinum autem officium permittitur, pręcipuè dictis diebus, vt d. §. in feſtiuitatibus. Non obſt. quòd abbas benedictus poteſt certos ordines cõferre. 69. d. c. quoniam. de æta. & qualita. c. cum contingat. quia hoc non facit ex ordine, cum in tali benedictione ordo non cõferatur: ſed hoc facit ex priuilegio à iure ſibi conceſſo. nec etiam ſufficit, qꝑ poſsit dictos ordines conferre, & qꝑ ſit benedictus. immo debet eſſe presbyter, vt d. cũ. c contingat. ¶ Vltimò quæro, qualiter accipiatur dies in iſtis quatuor feſtiuitatibus. Sol. de principio non eſt dubium, qꝑ incipit in Veſperis vigiliæ. 75. diſt. c. quod dies. & de fer. c. 2. facit. de reliq. & venerat. ſancto. Clemẽ. ſi dominum. ante fi. Sed de fine an terminetur in Veſperis feſti, excluſo Completorio: an verò Completorium includatur, ſunt opi. Archid. tenet, qꝑ ſic; quia omnes horæ canonicæ diei dicuntur, aut Matutinales, ſcilicet vſque ad Nonã excluſiuè, aut Veſpertinæ ſcilicet vſque ad noctem, vt probatur. 11. quæſtio. 3. c. ſi quis epiſcopus in concilio. & not. 32. diſt. c. fin. ad hoc de fer. c. 2. inquantum ibi dicitur, qꝑ ſolemnia feſta debent tardius terminare. Item in beneficijs eſt lata interpretatio facienda. de præben. c. quamuis. & Ioan. An. in gloſſ. antepe. tenet, qꝑ poſt Veſperas diei feſti cantari non poſsit Completorium, nec reliqua, vt d. c. 2. de fer. in nouel. verò ibi addit, qꝑ ante feſtum tenendum eſt cum d. glo. & abſtinendum à Completorio. poſt feſtum pium eſt tenere cum Archid. & ſubdit, qꝑ ſecundùm glo. cantans ſolemniter Completorium eſſet irregularis: quia tamen per opi. ſolemnis Doctoris fulcitus hoc egit, non in cõtemptum Clauium, legatus de latere cum eo poterit diſpenſare. hæc opi. Ioan. And. placet Ioan. Calde. quia ſolemnitas, & celebratio vnius diei naturalis incipit in Veſperis feſti. vt d. c. 2. de fer. ſermones verò ſecundùm ſubiectam materiam debent intelligi. ff. de ſta. homi. l. 2. & ff. locati. l. ſi vno. in prin. & de auc. & vſu pal. c. 2. textus autem primò ſine expreſsione verbi decidit [in feſtiuitatibus verò] &c. & poſtea ſubdit [præfatis diebus] qđ verbum de die naturali etiã in materia, de qua eſt ſermo, debet intelligi. ff. de verbo. oblig. l. ex ea parte. §. inſulam. & de adulte. l qui habet. facit de proba. c. in præſentia. Vlterius qa celebratio diuinorum conceditur multum ſtrictè tempore interdicti per iſtum. §. adijcimus. quærit, per quos actus dicatur quis violare interdictum: vt ſic ſit irregularis, per c. is qui. s̃. eod. & quia hoc circa quatuor debet in celebrando cõſiſtere moderamen: vt ſcilicet celebret ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, non pulſatis campanis, excommunicatis & interdictis excluſis, vtrùm ſi ex iſtis vnum violat, alijs obſeruatis ſit irregularis: puta ſeruatis tribus, admittit ſolùm interdictus: vel ſolum ianuis apertis, vel campana pulſata. Ioan. And. hic dicit, qꝑ ſic. idem Ioan. Calde. quodlibet enim iſtorum per ſe prohibetur, vt in §. adijcimus. In vno ergo contrafaciente, committitur pœna inſolidum. vt ff. ſi quis cautio. l. ſi ſeruus. §. plurium ſeruorum nomine. argumen. l. fina. ff. ſi quis in ius

in ius voca. non ier. facit materia l. eadem. §. Cato. de verb. oblig. ad hoc Clem ex frequentibus. ĵ. eod. tit. vbi patet, quòd violat interdictum, qui celebrat in eccleſia ianuis perforatis, vel feneſtris factis in eis; ita quòd exiſtentes extra eccleſiam poſsint audire celebrantes, & corpus Chriſti videre. multò fortius violare videntur, qui in aliquo ex iſtis quatuor publicè, & patenter contrafaciunt.
4 † Quid dices de laicis habẽtibus fraternitates, & ſocietates, & publicè cantantibus lętanias, rogationes, & laudes Dei, & Beatæ Virginis, etiam in eccleſijs ſitis in loco interdicto? dicit, qꝑ non ſunt irregulares, cum orationem, vel officiũ nõ habeant: nec credit eos ex hoc peccare; quia non ſunt prohibita talia per interdictũ, niſi eſſent de incluſis in Extrauagã. Io. 22. quæ incipit. Sancta, & Romana. quod diſputare, non ſpectat ad propoſitũ. ¶ Quid ſi clericus interdictus, vel non, in loco tamen interdicto intereſt officijs, ſed non eſt principalis celebrans. dicit Innoc. qꝑ non eſt irregularis, qui officio intereſt, & cantat, non tamen celebrat: nec enim eſt hoc iure expreſſum ſecundùm eum. legere enim pſalmum, vel Euangelium nouum, & vetus teſtamentum in terra interdicta nõ eſt prohibitum: cum etiam. prædicari poſsit. s̃. eo. c. reſpõſo. Sed huic opinioni ſecundum Hoſt. ob. c. illud. de cleri. excõmini. vbi dicitur, qꝑ irregularis eſt, qui ſe ingerit celebrationi diuinorum. quibus verbis etiam vtitur. c. cum æterni. §. ſciturus. de re iudi. s̃. eo. lib. & c. is cui. s̃. eo. Sed. c. s̃. eo. cum me dicinalis. dicit diuina officia exequi. Saluando dictum Inno. poſſes dicere, qꝑ ex quò principaliter non exercet officium alicuius ordinis, ſicut prius, non eſt irregularis. Verum eſt tamen, quòd inquantum Inn. dicit, cantat. contradicit ei, quod tenent communiter Docto. de pſalmiſta, qui ſecundùm Canoniſtas habet ordinem. ad cuius officium pertinet cantare in choro pſalmizando lectiones, & reſponſoria legendo. 21. diſtinctio. cap. cleros. in princ. 23. diſtinctio. c. pſalmiſta. & per hoc tenet Ioannes Andreas. in d. c. medicinalis. talem irregularem in quocunque officio cantando, & in quibuſcũque horis tales officient, ſunt irregulares. Ex quo infertur, talem pſalmiſtam ſolemniter pſalmizando lectiones, & reſponſoria cantando eſſe irregularem. & ſic ad propoſitũ infertur, quòd in eo, quod Inn. ſupra dixit de cantu, non bene dixit. licèt Goffre. videatur eum ſequi, & plus dicere, ſcilicet quòd excommunicatus poteſt dicere officium cum alijs cãtando. quod probat canon. Si quis epiſcopus damnatus à iure, placet opinio præceptoris ſui, qui dixit intereſſentes diuinis officijs irregulares non eſſe. Pe. contradicens de audiente, quòd incurrit pœnam illius. c. ſi quis epiſcopus damnatus. Io. Cald. dicit ſibi placere opi. Hoſt. & Specu. quòd ſi talis iungat ſe audiendo ex quadam ſimplici deuotione, nõ cõtemnendo, non eſt irregularis, & ſic procedat dictum Inno. Sed ſi hoc facit contemnendo, & faciendo celebrat diuina, ſiue auctoritatę præbendo, vel cooperando, tunc irregularitatem incurrit. argu. c. tanta de exceſ. præla. & de cleri. excõ.
5 c. 2. ¶ † Quid dices etiã de dicentibus in loco interdicto horas canonicas in itinere. dicit ipſe, conſulo, qꝑ hoc non faciãt per. §. adijcimus. in prin. ſi enim ſint duo, vel plures ſimul dicentes, nõ video, qꝑ hoc poſsint facere ſine violatione interdicti, ex quò ab alijs audiri pñt extra eccleſiã. de pę. & remiſ. c. quod in te. Sed ſi eſſet vnus ſolus, poſſet ita ſubmiſsè diſcere,
6 qꝑ hoc ceſſaret. ¶ † Circa pulſationem campanarum prohibitam tpe interdicti quæritur: quia pôt in tali loco prædicari, vt cap. reſponſo. s̃. eo. an poterunt pro prædicta cauſa pulſari campanæ? dicit, quòd ſic, cum illud ſit ſignum, & ꝑambulum actus permiſsi, & habet generalis cõſuetudo. ad hoc de offi. deleg. c. præterea. &. c prudentiam. §. fin. eo. tit. & l. ad rẽ mobilem, & l. ad legatum. de procur. intelligitur ergo permiſsio, ſiue conceſsio ſecundùm conſuetudinem. argum. l. ſi prius. de aqua plu. ar. &l. qꝑ ſi nolit. §. quia aſsidua. ff. de ędi. edic. Sed nunquid pro miſſa, vel horis canonicis dicendis po terunt tempore interdicti pulſari campanæ, quæ non ſunt in eccleſia, ſed extra, etiam fortè procul ab ea? dic, quod non: aliàs fieret fraus legi, iuxta no. 23. q. 4. c. plerique. đ priuileg. c. quantò. ponderari enim debet principaliter id propter qđ aliquid fit. vt. 1. quæ. 2. c. de benedicto. & c. cum liqueat. facit de ex. c. cum inter. & c. fin. Sed an poterunt tempore interdicti pulſari campanæ pro horis notificandis: puta tertia, nona, & huiuſmodi? non credit illicitum laicis hac de cauſa pulſare campanas: ſed clericis non credit hoc licere. licèt enim de facto non celebrent diuina: verisimiliter præſumetur, qꝑ pro celebratione diuinorum ſonarent. ſic enim præſumitur quod fieri ſolet. 28. diſtin. c. de Syracuſanæ. & de cle. coniug. c. diuerſis. & ex hoc poſſet ſcandalum induci, quod in dubio eſt vitandum. 1. quæſtione. 7. c. & ſi illa. 23. quæſtio. 1. c. quid culpatur. & per hoc ſæpe dicit ſe redarguiſſe clericos, & præcipuè religioſos, qui in eorum feſtiuitatibus ſonant, vel ſonari faciunt campanas dictis horis. licèt de facto non celebrent: ſed fateor propter hoc ipſum ipſos non incurrere irregularitatem. ¶ Sed an tempore interdicti pro oſtenſione reliquiarum ſanctarum, vel aduentu alicuius prælati, vel ſimili cauſa liceat clericis pulſare cãpanas? Credit, quòd ſic. ſatis eſt enim, quòd hoc non prohibeatur. de rer. permu. c. ad quæſtiones. de ſpon. c. cum apud. ff. ex quib. cau. maio. l. necnon. §. quod eis. Sed vtrùm tempore interdicti liceat pulſare paruam campanellam pro diuinis officijs celebrandis, vt ſæpe faciunt religioſi mendicantes. Sol. cum de facto talis campanella audiatur exterius, ſatis iſta prohibitio pulſationis campanarum includit etiam minimas campanellas; poſtquam eadem eſt ratio. argumen. de appellat. c. de appellationibus. & de prębend. c. maioribus. & in hoc non conſideratur quantitas campanæ. bene facit de pœni. & remiſ. c. quod in te. ibi [campanarum pulſatione] voluit ergo. §. adijcimus. quòd celebraretur ſine ſigno alio tempore conſueto. ſæpe dicit fuiſſe ab eo quæſtum, an tempore interdicti poſſint pulſari campanæ pro Aue Maria: vt de laudabili conſuetudine fieri ſolet de ſero. & in aliquibus locis etiam de mane. dicit, quòd ſic: quia illa ſalutatio Virginis glorioſæ non eſt officium alicui ordini deputatum. immo maximè propter laicos id dignoſcitur introductum. quare omnino ceſſat regula ſupradicta. de multis alijs ſuper celebratione diuinorum prohibita dubitari poteſt, quæ plenè tetigi in c. 1. s̃. e. tit. & li. ideò ibi vide. & illa hic adde. ¶ Quærit hic Ioan. And. in fine. c. reuocantur omnia priuilegia conceſſa, aliter diſponentia, quàm hic dicatur, de quibus exempla. quid ergo ſi non ſuper celebratione diuinorum: ſed ſuper audiendo diuina priuilegia ſint retro (ideſt ante iſtam conſtitutionem) conceſſa: quia de poſterioribus non eſſet quæſtio, vt dicit glo. fina. & eſſet fortior illa quæſtio in laicis, quibus ſuper audiendo diuina tempore interdicti ſint ante iſtam conſtitutionem priuilegia iſta conceſſa: & intellige de dignitate; quia de perſonis tempore huius conſtitutionis fruſtra fieret quæſtio, cum defunctæ ſint. contra iſtos alleg. connexitatem, quæ eſt inter celebrationem, & auditionem. nam auditus ſine celebratione eſſe non poteſt. vnde prohibitio de celebrãdo, infert neceſſariò prohibitionem auditus. de conſti. c. tranſlato. ſed modus celebrandi eſt, quòd excludantur interdicti, niſi in tribus feſtiuitatibus. Ioan. Andr. dicit, quòd vtilis eſſet declaratio. Ioan. Calde. dicit, quòd de mente huius. c. eſt renocare etiam priuilegia de audiendo. nam celebrare ad auditum eſt tanquam principale, & dignius. debet ergo eius naturam ſequi. non autem econtra, ſcilicet celebrare debet ſequi naturam ſui acceſſorij, ſcilicet auditus. argum. l. ex pupillari. ff. de vulg. & pupil. & quod not. in l. potens. C. de pact. & hæc ſufficiant quò ad effectum prohibitionis diuinorũ officiorum tpe interdicti. ¶ Reſtat videre aliqua de effectu prohibitionis ſacramentorũ, ſub quo includitur prohibitio eccleſiaſticæ ſepulturæ. & ad euidentiã præmittendũ

est,quod hic dicitur in princ.c.quòd certis sacramentis excẽptis, tempore interdicti ministrari non possunt ecclesiastica sacramenta. sed super exceptis aliquibus dubitatur. nam in dicto tempore permittitur baptismus paruulorum, vt c.non est nobis.ſ.de spon.Sed hic quæritur, an baptizandus dicto tpe dẽat cathechizari cũ debito officio. dic, quòd sic. quia permisso baptismo, permittuntur omnia, per quæ peruenitur ad illum:& sine quibus, si fieri potest, non debet baptismus expediri.de offic. deleg. cap. præterea. & cap. prudentiam.& prælleg.l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.de procura.nam nõ debet quis baptizari, nisi primo cathechizetur cum debito officio.de conse. distin. 4.cap. ante baptismum. & cathechismus est pars baptismi. 31. quæstio. 1. cap. 1. An autem in ecclesia specialiter interdicta possit quis baptizari, vel in fronte crismari, Ioan.Mona.in cap. præsenti. supra eo. innuit,quòd non.Ioan.Cald. quòd sic, in secundo membro. ver.sed nunquid in ecclesia.nã ista sunt excepta de quolibet interdicto,vt d.c. nõ est.& eod.tit. cap.responso. sup.e.& su. eod. cap. quoniam. vnde in prohibitione non includuntur.

7 ¶ † Sed quid dices de facientibus officium pro baptismo in sabbato sancto, vel pro confectione crismatis in die cænæ Domini, vel pro anniuersario defuncti? dic, quòd prædicta fieri non possunt aliquo modo à clericis interdictis sine pœna irregularitatis. nec etiam à non interdictis in loco interdicto: nisi seruata moderatione prædicta; quia prædicta sunt diuina officia alicui ordini annexa. vnde in eis habet locum regula.& de officio, quod fit pro confectione crismatis, hoc tenuit Hostien. se corrigens in d.cap. perpendimus. supra eodem.& idem Ioan.Mona. Archidiac.& Ioan. Andr.in cap.quoniam.supra eodem. Idem per omnia dicas de benedictione calicis,& paramentorum,vel corporalium,vel candelarum in festo Purificationis,vel oliuarum in festo Palmarum,cum talis benedictio ab episcopo, vel sacerdote fieri debeat.de consc.distin.1.cap.vestimenta.& cap.consulto.& de sacra vnctio. cap. vno. idem est dicendum de consecratione ecclesiarum,vel altarium manentium,vel viaticorum eadem ratione. ¶ Viso de baptismo,permisso tempore interdicti, videndum est de corpore Christi. & hoc permittit, in quantum dicitur viaticum. & cum datur decedentibus, vt supra de pœn. & re.c.quod in te. nec enim debet alicui pœnitenti denegari. 50. dist. cap.pœnitentes.Sed hic quæro. an sanis dam natis ad mortem tempore interdicti possit dari eucharistia? dic,quòd sic.ad hoc Cle.1.de pœni.& re. & ibi no. in 4. glos. planum enim est,quòd isti censentur in mortis articulo. quo casu appellatione pœnitentiæ intelligitur viaticum, vt d.cap.

8 quod in te. ¶ † Quærit vlterius.an clericis,vel laicis non interdictis possit dari eucharistia in loco interdicto,postquam in mortis articulo.dicit, quòd de presbytero celebrante missam non est quæstio, cum enim quotidie debeat celebrare seruata forma huius.§.adijcimus.per consequens potest, immo debet sumere corpus Christi.de conse.dist. 2.c. peracta. & cap.comperimus.sed de alijs dubitat,licèt viderit religiosos suis fratribus,& sororibus,quarum curam gerunt, indifferenter concedere tali tempore eucharistiæ sacramentum: sed quo iure id faciant, ipsi discernant: cum contrarium videatur de iure scripto. in edictis enim permissorijs certorum casuum quod non reperitur expressè permissum, subiacet regulæ prohibitiuæ. 2. quęstio. 6. cap. consuluisti, 18.quæstio. 2.cap. hoc enim.de transla. cap. 2. & est expressum in Cle.exiui.§. porro. de verbo. signi. Cum ergo per interdictum prohibeatur generaliter administratio ecclesiasticorum sacramentorum,certis casibus, & sacramentis exceptis,vt dicitur in princ.huius.cap.sequitur,quòd alijs quibuscunq; personis ministrari non debet. Dubitabatur etiam circa hoc, cum portatur corpus Christi ad infirmum : vtrùm portabitur cum pulsatione campanellæ, & lumine præcedente, & alijs consuetis?credit, quòd sic ; quia cum aliquid per-

9 mittitur:si aliud non apparet, intelligitur permissum,secundum quod ius disponit illud fieri,& vsus obseruat.arg.4. dist.c.erit autẽ.& 12.dist.c.illa.76.dist.c.vtinam.de cõsti.c. ex litteris.& ff.de vsu, & ha.l. planũ.§. equitj de lumine autem deferẽdo disponit ius.de cele.mis.c.sanè.de campanellæ pulsatione disponit consuetudo generalis. Item campanarum pulsatio non videtur prohibita, nisi propter diuina officia celebranda,vt d.c.quod in te.& in isto.c. ¶ Sed an viaticum dabitur tunc infirmo in præsentia personarum astantium, & venientium ad locum, vbi est infirmus ? putat, quòd sic. vt sic permissio intelligatur secundùm conditionem status personæ, cui fit.41.distin.c.quisquis.de priui.c. porro.ff. de mili.testa.l.ex militari.de dona.c.pastoralis.sed cõditio personæ in firmæ requirit astantes.Item dicit,quòd dum portatur, obuiantes sibi in itinere debent inclinare.de cele.mil.c.sanè. fortius astantes cum infirmo ipsum extra pixidem apertè conspicere,& adorare. nec fortè est iure expressum, quòd visio tanti sacramenti prohibita sit tempore interdicti,nisi cum diuina officia celebrantur actualiter. & sic põt intelligi qđ no.

10 in Cle.ex frequentibus.circa princ.eodem tit. ¶ † Sed quæritur,an mulieribus pregnantibus,& partui appropinquantibus potuerit tunc dari eucharistia?dicit Ioan.And. in d.cap. quod in te.malè posse dici eas decedentes,licèt partui appropinquent:sed hoc est necesse, vt supra.sicut decedens is, cui dicto tempore conceditur eucharistia, vt d. cap. quod in te. & cap.permittimus.supra eo.quare, nisi aliud periculum immineat,est abstinendum eadem ratione:idem per omnia est dicendum de intrantibus mare,vel bellum campestre,vel obsessis.facit quod no.de offi.ord.c.pastoralis.2.respon.in glo. quo casu,& de corpore Christi. ¶ Videamus de pœnitentia, quæ de iure veteri tempore interdicti concedebatur morientibus tantum.de spon.cap. non est nobis. hodie etiam sanis, nisi sint excommunicati, quibus solum in mortis articulo cõceditur,vt hic:vel nisi sint interdicti propter eorum culpam, siue fraudem lata sit sententia interdicti. vel præstiterint in hoc auxilium,vel fauorem. quo casu conceditur eis limitatè: si cautionem, vel iuramentum præstiterint, & promiserint, vt hic dicitur.Posset dubitari, si contingeret casus imponendæ alicui solemnis pœnitentiæ:an tunc solemnitates iuris deberent obseruari? Sol. cum inter solemnitates hoc casu sit solemnis decantatio diuini officij, aspersio aquæ solemniter benedictę,auditio diuinorum,perceptio corporis Christi, & alia,quæ non possunt fieri in loco interdicto etiam circa non interdictos, non credit tunc illas solemnitates obseruandas. de quibus habetur 33.quæstio.2.in cap.Iatronem.Item quęritur, an ab interdictis pœnitentibus,vel non liceat clericis mortuaria, vel funeraria recipere,& pro eis fit orandum. Innocen.in vtrisq;, quòd sic post pœnitentiam.de excel. præla. cap.fi.& 11.quæstio.3.cap.quicunq;. Sed ante pœnitentiam susceptam pro eis non est orandum,nec mortuaria recipienda. 87. distin. cap. fin. aliæ autem oblationes ab interdictis

10 pœnitentibus non recipiuntur etiam in loco interdicto, per ea,quæ notantur.90.distin.cap.oblationes. ¶ † Sed nunquid interdicti gaudent indulgentijs,& remissionibus?dicit, quòd non illi,qui fuerunt in culpa,dolo, vel fraude, quòd ponerentur interdictum ; cum non sint verè pœnitentes, & confessi. quod est necesse ad obtinendas ipsas in Cle. literas.de reliq. & venera. sanctorum. Sed alij interdicti non propter eorum culpam, bene sunt participes eo modo, quo alij, vt probatur in isto c.§. illis etiam. bene facit de priuile. c. quod nõnullis. & eo.tit.c.licet.in fi.ſ.eo.lib.& hic de pœnitentia. Item dicto tempore interdicti permittitur matrimonium, quod potest contrahi quocunq; tempore per consensum ligitimũ de præsenti. de fer.c. capellanus. etiam si contrahentes essent interdicti,secundùm Inno.de spõ. c. non est.Nã & ꝑ infideles põt contrahi. de presby. non bap. cap.finali. & per excommunicatos.de e.qui duxit in matri.quam pol.per ad.c.significa-

fti.Sed

sti. Sed an solemnis benedictio tempore interdicti fieri potest?dic,ꝙ non, secundùm Host.nam illud officium est certo

11 ordini deputatum.de seouũ.nup.c 1.& 3. ¶ † Sed quęri potest,an dicta benedictio nuptiarum fieri potest, vbi alter tãtùm,vir,vel mulier est interdictus in loco non interdicto.Respon.si alter est interdictus tẽpore benedictionis, planum, ꝙ non; quia non debet non interdictus simul cum interdicto communicare, vt probatur in c.vt priuilegia. & c. seq.ſ. de priuile. & c. quod in te. & c.permittimus.prælleg.& in §.adijcimus.per quẽ etiam probabitur, ꝙ potius dimitti debet officium,quàm interdictis præsentibus celebrari,licèt ibi sint etiam non interdicti.ad idem ſ. eod. lib.de priuile.c. episcoporũ. quod est verum, vbi sacerdos dicens missam iã

15 canonem incępisset, vt no.Inn. ſ.eo. c.nuper. & c. inter. qđ not. 11.q. 3.c. sicut Apostо. Ex his sequitur, ꝙ si sponsus est interdictus,vel expressè, vel nominatim, vel etiam sit de populo interdicto:licèt sponsa non sit interdicta, tamen benedici non debent, etiam in loco non interdicto.simul enim benedicuntur de consuetudine,& de iure. 23.dist.c.vlt.licèt benedictio dicatur principaliter respicere mulierem. & hoc de

12 matrimonio. ¶ † Videamus breuiter de sacramento ordinis an conferri possit tempore interdicti, vel interdictis? dicit, ꝙ interdictis conferri non possunt ordines, siue sint clerici, siue laici: id enim esset percipere sacramenta,à quorum perceptione sunt remoti:nisi in casibus permissis. ad hoc de cleri.excommu.ministran.c.fi.nec in loco interdicto possunt cõferri ordines aliquibus clericis, vel laicis; quia ibi prohibẽtur administrari ecclesiastica sacramenta, exceptis quibusdam casibus enumeratis in glo.in prin.de quibus iste nõ est. si autem populus loci est interdictus: cum per hoc non sit interdictus clerus,vt ſ.eod.c.si sententia.clerici illius loci poterunt extra locum interdictum ad superiores ordines promoueri. qđ intelligas, dummodo ordinentur ab episcopo, qui ipsos de iure valeat ordinare,vel de ipsius licentia ab alio.de tempo.ordi.c.cum nullus.ſ. eod. Si verò locus tantùm est interdictus : licèt in eo loco nullus valeat ordinari (vt dictum est.) laici tamen non culpabiles delicti, (propter quod sentẽtia lata fuit) extra locum interdictum, etiam per episcopum dicti loci,vel per alũ de eius licentia poterunt ordinari.hæc vera, nisi propter delictum vniuersitatis fuerit in loco interdicti lata sententia.nam tunc nullus de vniuersitate posset ordinari : cum eo casu omnes de vniuersitate intelligantur interdicti,vt in isto c.§.illis etiam.& ſ eo.lib.de priuilegijs.c.licèt.in fin. & hæc dicta sint de sacramento ordinis. ¶ De extrema vnctione, quæ est vnum de sacramentis. dicit tenendum incunctanter, ꝙ est prohibita tempore interdicti,vt d. c.quod in te.de pœn.& remiss. Sed dubitant quidam,an extrema vnctio conferri possit clericis, vel religiosis maribus, vel fœminis non interdictis : sed de loco interdicto,& qui seruauerunt interdictum. Io.And.quòd non,in d.c.quod in te. dicit tamen, quòd hic multi malè aduertunt. ¶ Videndum est ammodo de effectu prohibitionis ecclesiasticę sepulturę tempore interdicti. ad cuius euidentiam pręmittendum est, quod multi sunt casus, in quibus interdicitur ecclesiastica sepultura.de quibus plenè per glo. & alios.de sepult.c.ex parte 2. Sed hic specialiter est tractandum de ecclesiastica sepultura,quæ prohibetur interdictis.de priuile.c.vt priuilegia.§. sane.& eo.ti.c.episcoporum.supra eod.lib. Item interdicitur ecclesiastica sepultura in loco suoppositо ecclesiastico interdicto,de quo loquuntur quatuor iura de priuil. c. cũ & plantare.§ & quid fi.&.c.vt priuilegium. primo respõ. d. c.quod

13 in te.& Cle.cos.de sepult. † Ex quibus patet,quòd in ecclesia, vel eius cimiterio interdictis sepeliri non debent corpora defunctorum, vt prælleg.§.quod fi.& c.vt priuilegia.qđ enim ibi dicitur tempore interdicti, exponitur,& in loco interdicto, vt probat c. quod in te. Item nec in ipsis sitis in loco interdicto : nisi sint clerici, qui seruauerunt interdictum, qui sine campanarum pulsatione,cessantibus omnibus solẽnitatibus (intelligo dupliciter) possunt cum silentio tumulari,vt d.c.quod in te.& Clem.eos qui scienter. contrafacientibus ipso facto imponit pœnam excom.à qua non debẽt absolui: nisi prius ad arbitrium diœcesani eis, quibus propter præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhibuerint competentem. ¶ Iuxta prædicta quærit,quid hoc casu appelletur cimiterium.Ioã. And.in d.Cle.eos dicit,ꝙ est locus ad vsum cimiterij per episcopum benedictus. de conse.dist.c.nemo.Steph.in d.Clemen. dicit, ꝙ sufficit,ꝙ fit ad sepulturam

14 deputatus, licèt non sit benedictus.alleg. quod no.† Hostiẽ. de sepultu.c.pen.vbi dicit,ꝙ terra ad vsum sepulturæ deputata vendi non potest.sicut nec benedicta. ¶ † Item quia ecclesia non consecrata, postquã est diuinis officijs deputata, gaudet immunitate.de elec.c.pe.& dicitur pollui.sicut terra cõsecrata.de consec.eccle. vel alta.c.fina.Ioan.Cald.tenet opi. Io. An.ſ. ꝙ non sufficit locum esse deputatum ad sepulturã: nisi sit ad hoc per episcopum destinatus.& hoc casu tempore interdicti non est in talibus prohibita sepultura. Nunqd ergo sepelientes extra ecclesiam,& cimiterium violant interdictum? dicit,ꝙ non;quia non debent corpora insepulta manere.23.q.5.c.placuit. 2.q.8.c.quicunque.& licèt possint extra cimiterium tunc sepeliri : non tamen cum diuino officio. aliàs clerici violarent interdictum. facit de rapt.c. super eo. §.ita tamen. ¶ Item quæro, an laici non interdicti possint in cimiterio sito in loco interdictorum clericorum officio sub silentio, & cessantibus alijs solemnitatibus sepeliri?dic, ꝙ non ; quia hoc ex gratia conceditur clericis, vt di.c. quod in te. & quibusdã alijs ex priuilegio, vt c.vt priuilegia.de priuileg. ergo alijs intelligitur denegatum, vt c. quod alicui.de priuileg. Sed quid de priuilegiatis post cap.istud super audicione diuinorum, & perceptione sacramentorum, vel super altero prædictorum tantum: nunquid debẽt tempore interdicti admitti ad ecclesiasticam sepulturam ? Putat, quòd sic, quando est priuilegiatus super vtroque, vel super perceptione sacramentorum. nã cum sint septem sacramenta,sub eorum appellatione includitur ecclesiastica sepultura.de simon.c.non satis.& cap.cum apostolica.in quibus est satis expressum. sed si priuilegium esset concessum super auditione diuinorum.licèt non possit dici mortuum audire:tamen posset iustè interpretari, per illud priuilegium fore concessam ecclesiasticam sepulturam, per reg.cui nõ communicamus in vita,nec in morte, &c. 24.q.2.c. sanè.& ꝺ sepul.c.ex parte. 2.& cui conceditur ingressus ecclesiæ, per consequens sepultura.ar.ſ.eo.lib.de his,qui.in fi.intellige tamen sibi istam sepulturã pmissam,cessantib. solẽnitatib.vt putà clericis,ꝙ ser uauerunt d. c. quod in te. Sed an defuncti tẽpore interdicti. & propter hoc extra cimiteria sepulti,relaxato interdicto, possint in cimiterio sepeliri. Innocen.& Hostien. ꝙ sic,in ca. tanta.de excel. prælato. si in eis tempore mortis apparuerũt signa pœnitentiæ, & contritionis. sed quid si interdictus, vel nõ interdictus tempore interdicti fuit sepultus in cimiterio : nunquid relaxato interdicto ibi remanebunt? dicunt idem Doct. quòd si fuerit pœnitẽs, non exhumabitur;quia res venit ad casum, in quo idem fieri posset.de conuer.coniuga.c. placet.& ff.ad leg. Aquil.l.quia in eum. ¶ Vltimò circa istã sepulturam prohibitam tempore interdicti, vel personis interdictis,scias, quòd fortificata est pœna contra sepelientes, vt Clemen.eos.de sepultu. circa quam dubitant ibi Doct.an omnes operantes in tali sepultura sint excommunicati:puta fabricantes,vel fodientes terrã:vel ponentes in sepulchro, vel fouea,vel porrantes cruces,vel cereos,siue funus, vel assistentes causa honoris,vel amicitiæ,vel clerici diuinum officium facientes, vel non prohibentes, cum possint.dicit sine dubio omnes istos excõmunicatos;quia sunt participes criminis, siue cooperatores. ad hoc ſ.eod. c.nuper & c.si concubinæ. Si verò sine officio clericorum defunctus sepultus ẽ

etiam in cimiteriato, licèt tutius sit dicere, omnes istos forè ligatos sententia excommu. de qua in prædicta q. de cle. exc. mi. cap illud. tamen trepidus credit talem non ligari dicta pę na: licèt sint tales aliàs ex contemptu canonum puniẽdi. 13. q. 2. §. ocontra Adam. ad hoc mouentur ex fi. illius Cle. vbi circa præmissa non vult aliquod exemplare priuilegium suffragari: sed cum talia priuilegia exemplaria consueuerint cõcedi ecclesiasticis personis, patet ꝙ de ipsis solum contra facientibus loquitur Clem. & sic tenet Io Cald. & alijs rationibus hoc confirmat. Et quærit, si clerici dicunt officium sepulturæ super funus. & postea deponentes funus in loco secreto non ponunt ipsum in humo, vel in alio sepulchro: nunquid sint excommunicati. videtur, quòd non; quia illa Cle. disposuit de sepultura. quod est in humo, vel tumulo mortuum cõdere, & sic propter solam officij celebrationem nõ esset delictum consummatum. ergo non incidunt in pœnam. s̃. eo. li. de elec. c. perpetuę, contrarium tenet ipse ad finem. 6. membri. Per prædicta elicita ex illo solmni tractatu habetis materiam huius c. plenè declaratam.

Rub. De verb. significatione.

SVMMAE.

1 *Templarij, & hospitalarij an dicantur exempti.*
2 *Priuilegium quando conceditur alicui, quòd non possit interdici, vel excommunicari, an poterit suspendi.*
3 *Legatus de latere an liget exemptos.*
4 *Locus desertus quis dicatur.*
5 *Iuramentum de veritate est secundùm conscientiam iurantis.*

CAP. I.

VENIENS. Diuiditur in quinque partes. primò declarat, quid conferat priuilegium fit relationis. Secundò, ibi [illum.] qs dicatur de seruis. & circa ecclesias talium locorum. Tertiò in §. ceterum. deducit articulum decimarũ. Quartò, ibi [in alijs.] fit reseruatio iuris episcopa. & parochia. Quintò ibi [per declarationem.] fit protestatio de iure vtriusque. Positionem casus elicias ex gloss. quæ incipit. sed in quo. nam fratres templarij, & hospitalarij quæstionem habebant cum episcopo Thiberiacen. produxe runt quædam priuilegia Alexandri, & Lucij, de quorum certis verbis dubitabatur, quid significarent. quod hic in principio diffinitur. Sed Inn. tãgit & Abb. clarius, ꝙ hic loquitur de quodam ordine, qui dicitur sancti Iac. & est in Hispania. & sunt laici vxorati certis dieb. in septimana abstinẽtes à thoro vxoris: habent tamen clericos in ordine suo. & sic legen-
1 do, cessarent aliquæ obiectiones, de quib. ꝯ. dicetur. ¶†Not. ꝙ templarij, & hospitalarij non sunt exempti, licèt gaudeant certis priuilegijs. & istud hic colligitur, inquantum iste text. intelligitur de prædictis fratrib. templarijs, & hospitalarijs. vt dixi. s̃. in casus positione. intelligendo autem de quibus ibi dixi, istud notabile hic non cadit: sed bene hoc sentit Io. An.
2 de priuilegijs. c. recepimus. super gl. & in nouel. ¶†Secundò not. ꝙ quando conceditur alicui priuilegium, quòd non possit interdici, vel excommunicari; nunquid ergo poterit suspẽdi? videtur, ꝙ sic; quia hoc. ſ. quòd non possit, non cauetur, iure ergo est concessum. quia casus omissus remanet sub dispositione iuris cõis, vt l. si cum dotem. in prin. ff. so. ma. facit c. susceptum. s̃. e. li. de rescr. contrariũ tenet gl. 5. pro qua alleg. in nouel. s̃. eo. tit. 1. c. is, qui. coniuncto c. responso. cum 1. & 2. ad idem. s̃. titu. & c. 1. §. si quis. coniunctis cum illa Decret. facto. e. ti. & c. episcoporum. s̃. e. li. de pri. & c. 2. s̃. e. li. de offi-
3 dele. ¶†Tertiò not. ꝙ dicit [Romano pontifice, vel legato.] &c. & sic patet, quòd legatus de latere ligat exemptos, & per consequens hoc probatur, secundùm Abb. legatos posse cognoscere de causis exemptorum: quod dicit alibi non ita clarè probari: sed certè hoc non probat: quia ex tenore priuilegij hoc legato competebat, vt patet ex tex. ergo non de iure communi: quia frustra petitur &c. vt l. 1. C. de thesaur. lib. 10. Item sunt ordinarij, & ad instar ordinariorum iurisdictionem habent, vt in prouincijs sibi decretis, vt s̃. eo. lib. de offi. leg. Sed illi in exemptos nil possunt, nisi in casibus exceptis. ergo nec isti. Ber. tenet cum Abb. s̃. de off. leg. c. translationẽ. de quo per Hostiẽ. in summa eo. titu. §. quid pertinet. in princip. & in Specu. eod. titu. §. supereſt. versi. sed nunquid legatus potest suum officium. & in d. cap. quod translationem. vide, an ad ipsum legatum possit appellari omissis medijs. vbi dicit in nouel. de consuetudine obseruari, quòd possit: & an possit adiri per simplicem querelam. dic, vt no. in c. j. de
4 offi. leg. s̃. & vide quod no. s̃. eo. lib. de hære. c. fin. ¶†Quartò no. ꝙ locus dicitur desertus, qui non est habitatus penitus, nec cultus, vel sub Saracenorum &c. quem tex. declara, vt in in glo. s̃. quia nõ nã secundũ eam ad hoc vt dicatur desertus, sufficit, ꝙ vltra memoriam steterit sub potestate Saracenorum: licèt cultus fuerit, licèt Host. dixerit, ꝙ hoc casu priuilegium locum non habeat: sed hoc reprobat in nouel. & tenet cum gl. & secundùm ipsum Hostien. intellectus gl. benignior est, & magis certè literæ applaudit; quia inter habitatum, & incultum ex vna parte, & detentum vltra hominum memoriam à Saracenis cadit alternatiua legis. & sic diuersos casus determinat. Aduerte tamen, quia etiam in inculto, & inhabitato requiritur excessus memoriæ hominum, quod intelligit quò ad hunc casum priuilegij, de quo hic. nam secundum de riuatores locus ideò dicitur desertus; quia non seritur: aut quia habitatio deseritur. & hoc vult litera cum certo temporis spacio quò ad hunc casum. in alijs ergo non sic, vt patet in appellatione, quæ per lapsum anni dicitur deserta: & ecclesia dicitur deserta per non residentiam ministrorum, vt Cle. sicut. & Clemen. si appellationem. de appella. & 7. q. 1. cap. si quis presbyter. & de cleri. non residen. c. 2. & tales clerici dicuntur desertores. 20. q. 2. c. placuit. & legistę habent Rubr. de desertoribus. C. lib. 12. ¶ Quintò no. in §. ceterum. quòd fratres istius ecclesiæ ab eisdem cõstructæ in dictis locis gaudent plena libertate, scilicèt quò ad legem diœcesanam, ad quam ista plena libertas restringitur per hunc text. quò ad legem. ergo iurisdictioni subiacebunt episcopi. & sic coram eo poterunt conueniri, secundùm Innocen. & vide quod no. s̃. eod. lib. de priuileg. c. 1. §. in eos. in 2. glo. & de vtraque lege vide remissiones plenas, vt in glo. est lex &c. ¶ Sextò nota in ver. ab. quòd religiosi clericos instituendos in ecclesijs eis subiectis debent episcopo præsentare, & ab eo examinari. & hoc ideò, secundùm Innocen. quia huiusmodi ecclesiæ non erant exemptę. & ideò clerici per episcopos in eis erant instituendi. secus autem si ecclesiæ essent exemptę ex toto: qa tunc instituentur clerici per fratres. 16. q. 2. c. 1. Sed tunc si populus non esset exemptus. rector ecclesię institutus per episcopos recipiet curam ab episcopo, & reddet sibi rationem populi, & ibit ad consilium episcopale, & recipiet statuta synodi, & respondebit de quarta parte decimarum, & mortuariorum, & huiusmodi, quæ sibi à populo obuenerunt: & præstabit sibi reuerentiam, obsequium, & honorem ratione populi, & alia, quæ alij rectores præstant episcopo. argumen. supra de priuilegijs. cap. ex ore. & de maio. & obedien. cap. quod super. Ista sunt verba Inn. quæ hic refert in nouella: in qua plenius, prosequitur hoc de iure episcopi super institutione in ecclesijs exemptorum, & circa ipsos exemptos ratione talium ecclesiarum, cuius dicta retuli. s̃. e. lib. de capel. mona. c. 1. ideò hic non decido. ¶ Septimò not. in ver. à quib. euidenter probari secundum Host. quòd de iure communi debetur canonica decimarum. ad idem. s̃. de decimis. c. qm̃ & ꝙ. dudum. & de præscrip. c. de quarta. de offi. ord. c. cõque-

rente. aliàs non esset priuilegiũ, secundũ eum. ¶ Octauò nota. in fi. quòd ad Papã pertinet declaratio, si super verbis priuilegij quæstio oriatur. concor. s̃. de iudi. ca. cum venisset. Et vtrùm requirat talis interpretatio partium præsentiam, vel iuris ordinem. & per quem fiat, si quæratur de dubio sententiæ inferioris iudicis, compositionis, priuilegij, statutorum, & similium. vide. s̃. eo. c. olim. in nouel. post Inno. & Host. & per Bar. in l. ab executore. ff. de app. facit. s̃. de postu. præla. cap. 1 ibi [nostrum interpret. mandatum] &c. ¶ Opponitur. & videtur, ꝙ per istos fratres frustra fuerit priuilegium impetratum super decimis non soluendis; quia ad hoc de iure cõmuni non tenentur, vt. c. ex parte. 1. de decimis. Sol. si dicamus, quòd iste tex. intelligatur de alijs religiosis, quàm templarijs, & hospitalarijs (prout quidam intelligunt, vt in principio dixi) tunc cessat istud contrarium. Si verò intelligas de prædictis secundũ Host. Io. Mo. & Arch. dic ꝙ isti grauantur in vno; quia soluunt, ad quod non tenentur, per præalle. cap. ex parte. sed statim releuantur in alio; quia soluunt cleri. sui ordinis, iuxta regu. de parochi. cap. 1. & de iureiuran. l. eum qui. in prin. vnde dicebat Ioan. Mona. In habentibus symbolum. i. conuenientiam, facilior est transitus. de testa. ca. requisti. §. secus. & alibi dicit lex. Absumptum nõ videtur, quod in corpore patrimonij retinetur, vt l. Imperator. §. fi. de leg. 2. Boa. dixit ideò hos fratres teneri ad solutionem maioribꝰ sui ordinis, ad saluandum eorũ cõscientias, propter opi. quã habet, Papam decimas remittere non posse, cum sint de iure naturali. de quo de deci. c. à nobis. vel secundũ eum intelligatur, ꝙ soluunt de his, de quibus, priuilegio cessante, deberẽt. ¶ Secundò op. dicitur in fin. ꝙ vtriq; parti remanent salua iura sua, & defensiones. sed contra. aut ista reseruatio respicit iura, quæ competunt partibus tẽpore sniæ: & illa nõ sunt salua; quia lege cauet, ꝙ post sniam, quæ transiuit in rẽ iudicatã, non pñt produci nouæ defensiões, siue iura, vt l. sub spe cie. C. d̃ re iu. & C. sẽ. rescin. nõ pos. l. 2. & c. suborta. de re iud. Aut dices, ꝙ ista reseruatio respiciat iura in posterũ acquirẽda: & tunc frustra adijcitur, cũ talia per sniam non lædantur. de ex. c. pe. & l. an & eadem. §. qui cum partem. ff. de excep. rei iud. & l. se. eo. titu. & l. fi rem meam. & l. se. eo. ti. Sol. intelligę, ꝙ ista reseruatio concernat iura tempore sniæ competentia, non quæsita postea: sed tunc stat contrariũ prædictorũ iurium. Sol. istud cõtrariũ, vt in gl. fi. in nouel. aliter soluit. sed sol. gl. plus placet. ex qua collige, ꝙ snia, quæ fertur super declaratione verbi, vel intẽtionis ambiguę, nõ pręcludit viã probationibus, sed iuribꝰ ꝓducẽdis post ipsã sup talibus iuribus declaratis: qñ verò non de dubia intentione, sed de ipso iure cõpetente esset quæstio post snïam, alijs probationibus, & defensionibus est via præclusa. Sed nunquid per reseruationem in snia conseruari possint: puta, condẽno te in centum, nisi. T. vsq; ad annum probauerit, se soluisse, & similia. in nouel. sentit, quòd Papa hoc possit ex plenitudine potestatis. & sic non alius. circa quod vide, quod no. de sepul. cap in nostra. in nouel. super ver. probauerit. Declaratur autem interesse fructuum, & expen. an possit in sententia reseruari. dic, vt not. Inn. in cap. sæpe. de app. & cap. fin. quod me. causa. facit l. idẽ Labeo. fami er. ¶ Quærit Ioan Andr. post Ioan. Mona. quid in cũbat episcopo probare, & qd religiosis. So. vt in ea: ex qua vnum not. ꝙ qui nititur ex priuilegio super certo iure, in eo quòd excederet terminos priuilegii, diceretur esse in mala fide: & per consequens nullo tempore præscriberet, vt cap. vigilanti. & c. fi. de præscrip. Ex quo arguit Lap. cõtra epm Fæsulanum, quòd vltra priuilegium exemptionis ecclesię sanctę Mariæ in campo florum, quòd ibi possit causas suorum clericorum, vel ad suum forum spectantes audire: non possit tamen præscriptionem allegare contra episcopum Florentinum in his ſ. quæ non sunt in priuilegio expressa facit ad hoc quod not. s̃. eo. li. de priui. c. cum personæ. super glos. & sic in fin. ¶ Vltimò scias, quòd Ioan. Mona. hic posuit vnam magnam gl. quæ principaliter tractat, quid venit in probatione, cum monasterium priuilegiatum super decimis noualiũ, & certæ parochiæ agit contra rectorẽ parochiæ, quasi possessorẽ earum: & ecõtra rector agit contra monasteriũ, vt illa sibi dimittat in pace. Oportet. n. monasterium probare tãto tempore loca illa fuisse inculta, siue inhabitata, ꝙ nõ sit memoria in contrariũ: vt sic possint dici noualia ad culturam redacta, vt cap. quid per nouale. de verb. sig. qualiter ergo dicere debeant super hoc testes, & qualiter testes rectoris parochialis contrarium deponẽtes. Io. An. hic, vel alibi dictam glo. non ponit, sed remittit ad Spe. de proba. § j. & ver. vlt. Quæritur, qualiter. Spec. super ista materia coniungit glos. Innoc. cum ista alia, quam super isto articulo posuit Innocen. s̃. eod. cap. quid per nouale. & alia, quam posuit de priui. cap. fin. & quia sunt vtiles, & recitatæ ad literã, sicut iacẽt: iõ alio ordine eas prosequar magis clarè, quibusdam additis, vt patebit in fine. ¶ Quærò ergo quomõ deponẽt testes monasterij probare volentes, quòd locus fuerit incultus, & inhabitatus, vel à Sarracenis detẽtus vltra hominum memoriam, & dicatur de sertus, vt vult ista Decre. in §. illum locum. vel quomodo probabitur, quòd non extet memoria, quòd quãdoq; cultus fuerit: vt sic dici possit non extet memoria, vt d. c. quid per nouale. vbi Inno. tradit primò vnum modum, qui sibi nõ placet: deinde alium in ver. melius. vbi dicit, quòd debent dicere, omnium esse opi. communem, sed non vidisse, vel audisse eos, qui viderint, vel audiuerint, quando culta fuerit hæc possessio. ff. de ꝓbat. l. si arbiter. Sed contra istum modum obijcit. nã sedm eum si hoc modo probabitur, memoriam alicuius facti nõ extare, de leui probare poterit, quòd non extet memoria legis Moysi: nec de Christo, & de multis, quæ in lege noua, & veteri referuntur: cum nullus sit, qui hoc viderit, vel audierit illa suo tẽpore facta esse: sed tñ hoc dicere, est absurdũ, & hæreticũ. Sol. dicit ibi Inn. dictum testimonium non esse ita latè accipiendum: sed ita restringendum. non vidimus, qui viderint. & hoc leue est. nec qui audierint, suo tempore factum; id est in communi opinione habebatur, ꝙ possessio, de qua agitur, non colebatur, sed locus erat: vel transeuntibus bestijs, vel paludibus patebat. Si verò velles addere [nec audiuimus, nec vidimus illos, qui viderint, vel audiuerint suo tempore, vel ante tempus eorum factum] malè intelligeres, & prædictæ absurditates, & multę aliæ sequerẽt. ista (vt credo) est eius intentio in d. c. quid per nouale. circa istam probationem noualis. Sed in isto. c. à prin. gl. mag. vsq; ad ver. sed qd rectis. tradit alios deponẽdi modos: vbi sup eo, qd. s̃. dcm est de modo deponendi, ꝙ nõ vidit eos, qui audierint factum suo tempore, refert quoldam dicere (& fortè non malè) ꝙ idẽ si audiuerint ab alijs fcm, non tpe ipsorum, à quibus audiuerint, sed ante ab alijs: puta audiui à Io. ꝙ tpe Iusti. hæc loca colebantur. sed ab eo tempore citra, est communis opinio, ꝙ fuerint inculta. si enim à Iustiniano audiuisset, indubitatum esset, quòd non probaretur præscriptio. Idem si non dicat de certo homine, sed nominat certum factum; vt si dicit, se audiuisse, ꝙ prædicta loca colebantur eo tempore, quo fuit conflictus Sarracenorum cum Christianis: sed postea fuerunt inculta. & illa est quorundam opi. fatentur tamen, ꝙ non debet confusum tempus dicere: puta quia culta fuerint à tẽpore Christi citra. sed certũ dicere debet, vt ẽ prædictũ. ſ. tpe Iustii. vel conflictus. Aliqui tamen sedm eum dicunt contrarium. ſ. ꝙ nõ sufficit dicere, ꝙ audiuerint ea culta tẽpore Iustiu. vel tpe conflictus; nisi dixerit, ꝙ audiuerit, vel viderit suo tẽpore cultа. ponit alium deponendi modum. ſ. ꝙ est cõis opinio omnium habitantium circa loca, quæ monasterium dicit noualia, & etiam aliorum. qui de his curam agitant: vel melius, omnium. ꝙ circa hoc arbitrantur, nullum, qui viuit, vidisse, qñ talia fuerunt culta. & oportet hos arbitrantes, vel habitantes, qui ꝑdicta opinantur, esse duos, vel tres, siue plures, vt iudex arbitrabitur. & adijcient in suo testimonio, quòd nun-

nunquam viderunt aliquos, qui dicerent se vidisse illa loca coli. vel audiuisse ab alijs prædecessoribus sursum in infinitũ prædicta loca suo tempore coli. ¶Sed iuxta prædictos modos quærit. quid si testis interrogatus responderit, aliquos, sed paucos, & sine ratione opinari contrarium. credit proba ri præscriptionẽ. Sed qd si dicat, parem partem opinari con trarium, sed sine ratione credit probari præscriptionem, cre dit Inno. non valere testimoniũ; qa nõ est testis distinguere, qd faciat cum ratione, vel sine. Sed quid si dicat. Audiui ali quem sæpè vidisse, vel audiuisse, q suo tempore culta fuerãt prædicta loca, sed ipse non credit; quia cum interrogasset ab eo de causa dicti sui, vel de circunstantijs, non respondit ei, vel respondit ei falsum: respondet, q per hunc testem non probatur præscriptio; quia cum hic testis non esset iudex il lius, à quo audiebat loca culta, non tenebatur ei respondere: sed si falsam causam subiecisset dicti sui: tunc posset dici, quòd benè probatur præscriptio, dummodo cõstet causam, quam dixit, falsam, & etiam eum eam dixisse; quia fortè non est sibi credendum, q eam dixerit, nisi pars monasterij hoc probet. Sed quærit Spe. vbi s. verò qd si nõ est. pone, quod nõ est. qui viderit, vel audiuerit, quòd fuerint culta: apparent ta men aliqua signa (puta ædeficia antiqua, vel locus est vici nus alicui castro antiquo, & depopulato.) dicit Specu. quòd quò ad præstationem decimarum debent pro cultis haberi: qa ager est locus, q sine villa est. ff. de verborum sign. l. ager. & per ædificia probatur aliquid. C. de admi. tut. l. lex quæ. & C. de ali. præst. l. 3. i 2. q. 2. c. quatuor. in fin. & c. aurum. 24. q. 2. c. sanè. & ff. de albo scrut. l. 1. & 2. ita dicit Specul. in d. §. 1. de probatio. vers. quid si non est. & hæc ita dicta sunt de mo nasterij testibus probare volentibus nouale, siue memoriam non extare, vt dixi. Sed quæro, qualiter testes rectoris paro chialis debent deponere ad probãdum contrarium, dicit, q debent probare esse communem opi. hominum, q prædicta loca culta fuerint: vel audiuerint, quando prædicta loca cul ta fuerunt. & hoc sufficit, licèt non probent aliud. Sed quid dices, si testes vtriusque partis hoc dixerint? dicit Innocen. hoc arbitrio iudicis relinquendum, qui partibus præferatur. & cum testes iuxta prædicta deponere debeant de commu ni opinione loca illa fuisse culta, vel non, præferentur digniores, & verisimiliora dicentes. c. in nostra. de testibus, & c. præterea. Sed aduertendum, quòd testes monasterij deponentes de communi opinio. loca nõ fuisse culta à tẽpore, de quo nõ extat memoria: vel se non vidisse eos, qui viderint, vel audierint, deponunt negatiuam. Testes verò rectoris parochialis deponentes communem opi. esse, ea fuisse culta, vel se vidis se, & audisse eos, qui ab alijs audierint ea loca suo tempore culta, deponunt affirmatiuam: vnde duo tantùm vel de com muni opi. visu, vel auditu (vt dicitur) deponentes prẽferunt; cum testes monasterij dicerent contrarium, iuxta theoricã glo. l, diem proferre. § si plures. ff. de arbi. & s. eod. lib. de arbi. c. 1. & hoc tenẽt quidam. Alij tamen dicunt hoc discretio ni iudicis committi; quia vtrunque testimonium est admissũ contra ius; qa de auditu; licèt testimoniũ monasterij sit ma gis cõtra ius; quia est de auditu, & etiam astruit negatiuam. hæc autem satis probantur in prælleg. l. si arbiter. ff. de ꝓb. vbi glo. quærit, an duo testes sufficerent: qui dicerent se vidis se, vel audisse illum, qui vidit, vel audiuit. videtur, q non: quia ille, quem isti viderunt, non sufficeret; quia solus, ergo nec i sti. contrarium tenet ibi [nec ad rem] q ille non sufficeret, nam nec aliquis sufficeret pro se: sufficiunt tamẽ duo testes, qui audiuerint eum stipulari secundùm Azo. ita dicit ibi. Sed contra hoc vide aperte s. de test. c. licèt ex quadã. Sed dt, q ibi loquitur, qñ in illa prima persona non consistit veritas, sed probatio veritatis, & ideò quia probatio ex probatione assu mitur, non debet esse maioris auctoritatis probatio assum, pta, q illa, ex qua assumitur, vt in Authen. si quis in aliquo. C. de eden. sed hic in tali persona consistit veritas, scilicet me moria. & sic hæc est probatio veritatis, nõ probationis: & sic bene dicit illa glo. secũdùm Ric. & Cyn. ibi in additionibus. hæc vera, quando testificatur de auditu, vel memoria alte rius. quando verò de communi opi. oportet, q dicat se à mul tis audisse, quos interrogatus si nominat, bonum est: sed si di cat. non habeo memoriam de aliquo, quia nec recordor de aliquo certo: sed quia sic communiter dicebatur, videtur va lere testimonium, secundùm Inno. & de aqua plu. ar. l. in sum ma. §. idem Labeo. Dicunt etiam quidam, q si constet p cõ fessionem, vel alio modo, q à centesimo anno citra ante lit. contest. fuerunt prædicta loca culta: quantuncũq; monaste rium probet pro se oĩa supradicta, tamen succumbet: qa tũc oporteat eum probare p̃scriptionem, cuius non extat memo ria. hæc non est tas, q est infra centũ annos, vel parũ minus, in quã posset extẽdi memoria hominũ, sicut vita. ff. qui. mo. fusfr. amit. l. an vsusfructus. secus si per confessionẽ, vel alio modo non constet de anteriori: sed constet à ducentis annis citra culta fuisse; quia tunc valet monasterij probatio prædicto modo facta. ita dixit Inno. vt refert Spec. in d. §. 1. ver. sunt autem. hæc sunt dicta Inn. super prima probatione. Sed glo. in d. l. si arbiter. & §. item Labeo. prælleg. se breuius expediuit, vt vtrobique not. ¶Sed pro pleniori declaratione cõ tra prædicta oppo. nam secundùm dicta. s. recipitur testimo nium de auditu. Item recipitur testimonium de opinione, siue credulitate aliorum. Sed contra vtrunque opponitur, & vi detur, q testis debet deponere super eo, quod percipit visu, & aliter non valet eius testimonium, vt l. testium. C. de testi. & l. qui testõ. §. veteres. ff. de. testa. Solu. dicit Do. Bald. q testis id, super quo deponit, debet percipere ex quinq; sensib. cor poris, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus. vnde intellectus testis debet decidi, & causari à sensu. & idem debet esse in teste, in sensu, & intellectu, & non diuersum. & istud, quod residet in mente alicuius non per sensum, sed excedit sensũ, dicitur iudicium, & non testimonium, vt dixit Innocen. in c. cum causam. de test. & ideò cum quinque sint sensus corporis, vt prædixi, & no. in l. quod meo. §. fi. ff. de acqu. pos. id, qd non clauditur sub altero istorum sensuum, nõ cadit directò in testimonium, secundùm eum: qualiter autem super quolibet sensu debet reddere causam, plenè in d. c. cũ cãm. & plenius in d. l. testiũ. per Cyn. vbi quantùm ad propositum, q in casu nro, quando quæritur, vtrùm extet alicuius rei memoria necne; ideò sufficit testimonium de auditu; quia deponit de memoria facti operis, vbi veritas negotij comprehenditur per aspectum oculorum. tamen per auditum eorum, q ab illis audiuerint, qui viderunt fieri. Concludo ergo, q si est q̃stio de eo, quod percipitur visu (vt de numeratione, & percus sione, & similibus.) debet fieri testimoniũ de visu. si est q̃stio de eo, quod ꝓcipitur auditu (puta quòd. T. promisit mihi cẽtũ.) dẽt fieri testimoniũ de auditu. vtrũ aũ hoc casu possit cæ cus testificari. & qd iuris si paries, vel cortina esset in medio inter testes, & cõtrahentes. Glo. tenet. q valebit testimoniũ, vt d. §. item Labeo, de quo ibi per Cy. in d. l. testium. & in Spe cul. de test. §. 1. ver. sed nunquid cæcus. de ratione super alijs sensibus idem dicas, q reddere eam testis debeat, prout illi sensui adaptatur. ¶Sed restat dubium, quãdo deponit d̃ cre dulitate, & opinione aliorum; vt memoriam non extare, cum hoc non percipiatur visu, auditu, gustu, odoratu, vel tactu, sed iudicio intellectus tantùm, quo modo hic accipitur tale testimoniũ in casu, quo quæritur, vtrùm extet memoria, nec ne? Solu. dic quòd aut credulitas est proxima, & cõiuncta sẽ sui, per quem veritas scitur. Aut est separata, & remota. Pri mo casu valet testimonium. ponit exemplũ in teste deponẽte, q. T. credit. S. cognouisse. B. qa vidit eos in lecto nudos actus agẽtes, quos faciũt seculares cõmiscẽtes: nescit tñ, an rẽ intrinsecã peregerunt: sed firmiter ex prædictis actib. opinatur, q sic. certè illa credulitas est cõiuncta sensui; ideò sufficit ad plenè probandum, vt c. præterea. de test. & de præsump. c. literis.

literis, idem in filiatione, quæ non potest verè probari: sed per credulitatem indubitatam: vt si viro, & vxore simul habi tantib. vxor parit: præsumit. n. q ex viro: & valebit dictũ testis de credulitate coniũcta cũ sensu, & rõne probabili, vt prædi ctũ est, vt l. filiũ. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & l. Lucius. de cond. & dem. & hoc etiam no. Bar. in d. §. itẽ Labeo. & hoc sentit Inn. dum dicit, q hic cõis opi. idem est, q cõis creduli tas; & iõ probat, & ẽt credulitas cum aliqua rõne. licèt. n. lin gua facilè moueatur ad loquendum, qd̃ vult, sic & caro facilè monetur ad illicita. anima tñ non facilè mouetur ad aliquid credendum, sed præcedente ratione tñ. & tanquàm so lus Deus scrutator. de iud. c. nouit. ideoq; qui de cõi opinio. deponit, interrogatus qũo scit hanc esse cõem opin. rñdebit, nescio; quia solus Deus scit: sed credo, quia sic verbis exprimebatur. 22. q. 5. c. humanæ. Vel aliam subijciet credulitatis causam. & si interrogabitur, à quibus audiuit: respondebit, vt s. dixi in ver. hic verò qñ &c. Ad prædicta adde quod no. Io. And. post Inno. s. de iur. cal. c. in causa. vbi dicit ad literam, q ita possum bona conscientia confiteri, quæ indubitanter no ui: vel quæ firmiter credo, sicut ea, quæ vidi. quia non vidi Christum crucifixum: tamen hoc firmiter credo. Item non vi di Constantinum, Iul. vel Iustinianum Imperatores: tñ ipsos bene noui. ad hoc facit, qd̃ dicit Aug. Quia spes ẽ certa expe ctatio futuræ beatitudinis: quia de futura beatitudine nõ põt esse certitudo sciẽtiæ, sed credulitas tñ. Sic est de iusto de veri tate dicenda; quia iurans potest illa asserere vera esse, de qui bus non dubitat, licèt ea non viderit. & lex dicit factum sci ri, & indubitatum esse, quod communi auditu percipitur ab antiquis. ff. de aqua plu. arcen. l. in summa. §. item Labeo. & in Spec. de proba. §. 1. ver. & nota. q testis non tantùm iurat de veritate, sed de his, quæ in eius præsentia facta sunt. C. de testi. l. testium. hoc intellige, vt dixi. s. sic & procurator iurat in animam constituentis de veritate dicenda. & de consue tu. ratione curiæ in animam suam approbata hodie. s. eo. lib. de iuramen. calum. c. 2. §. 1. Et cum bona conscientia respon dere potest vera esse, quæ scit, vel ab alijs, in quorum animas iurauit, intelligit vera esse. s. eo. lib. de testi. c. præsentium. Ex cuius dictis concludit ibi Host. q ꝑ iuramentum de veritate est secundùm conscientiam iurantis: nec esset periurus, qui, quod falsum est, affirmat verum, credens sic esse: sic & iudex secundum iura pronunciat, sed non iurat simpliciter pronun ciare, quod iustum fuerit, sed secundùm quod sibi visum fue rit, vt in Auth. iusiurandum quod præstatur ab his. §. equius. colla. 1. ad idem. s. eo. lib. de re iudi. c. 1. ver. contra conscien tiam. ita dicit ibi. quæ sunt notanda, & coniungenda his, quæ s. dicta sunt. Sed quærit Inn. vtrùm prædictæ probationes de communi opinione cum prædictis adiectionib. de auditu il lorum, qui ab illis, qui viderunt, vel auditu illorum, qui ab alijs audiuerunt suo tempore factum, habeant locum in om nibus factis? dicit Inn. q habent locum in omnibus, quę exce dunt metam centum annorum. puta si negetur Constantinũ fuisse Imderatorem Romanorum, vel Carolum Regẽ Franciæ; vel si negetur aliquem fuisse notarium, vel prælatum. in his omnib. est eadem æquitas. Subdit aũt notabiliter Inn. q licèt probatio cõis opi. etiam cum prædictis adiectionibus, non sufficiat, nisi in his, quæ excedunt metas prædictas: tñ & in his, quæ sunt circa metas ꝑdictas, sæpè multum valet: quia transfertur onus probandi in reum, arg. s. de ꝓsum. c. quia ve risimiliter. & c. illud. & C. de testam. l. 1. & in Auth. ibi posita. & C. de sen. l. 2. & hæc vera videntur, vt ipse dicit, si dẽ con tractus alicuius ꝓlati mortui non valere; quia non fuit præla tus: vel contra instrã tabellionis mortui, q non fuit tabellio: vel contra filios, q non fuit matrimonium inter parentes: & dẽ ille viuere, qui cõi opin. dẽ mortuus. & sic in fin. ar. prędictarum legum. & 24. q. j. c. 1. & de offic. ꝓto. l. Barbarius. secus autem si ꝓlatus viueret, vel tabellio, vel maritus. Nam in his casibus, & si. si prædicti agerent: puta quia prælatus repete ret suam ecclesiam, in cuius possessione alius esset: vel tabel lio peteret aliquem cessare à diffamatione sua super eo, quòd non esset tabellio. nam in his casibus non videtur, q cõis opi nio transferat in alium probationem. & est ratio; quia multa sunt pro reo. s. quia est in possessione, & quia negat: quod nõ est in alijs casibus: tamen & huic aliter subuenitur, vt no. in d. c. illud. & de resti. spo. c. sæpe. Item hoc est verum, qñ talis, qõ vertitur inter principales: sed si inter alios; puta si aliquis pe tit aliud ex contractu prælati viuentis, vel per instrumenta ta bellionis viuentis: sufficit. n. actori probare cõem opin. quòd habebatur pro prælato, vel notario, quousque probetur con trarium, ar. C. de testa. l. 1. & C. de sen. l. 2. est rõ diuersitatis; quia principalis persona magis debet habere paratas proba tiones sui status, quàm alius. ita dicit hic Inn. & Spe. in d. §. 1. de prob. licèt ecõuerso. Addo, q etiam si ipsi principali, suffi cit sibi quasi possessio, si sibi quæstio moueatur: nec tenetur, si agat de iuribus prælaturæ, ostendere. sed sufficit quasi possessio, vt no. in c. transmissam. de elec. & c. nihil. & in nouel. Adde etiam quod no. in c. illud. de præsum. in nouella. vbi plenius de testimonio matrimonij, & prælaturæ, an pro bari debeat, vel sufficiat quasi possessio cum fama. tenet q sic, in antiqua possessione, non in recenti. & quæ sit recens, vel antiqua, arbitrabitur bonus iudex. dicit & ibi de testimo nio ordinationis, an s. præsamatur, si cõi opi. quis clericus re putatur. dic, vt in c. innotuit. de eo, qui fur. or. per Inn. qui sub dit, differentiam inter cõem opinio. & notorium. dicit. n. q cõis opin. est tantùm de præteritis longè, & quæ non possunt probari per testes de visu. notorium autem est de ꝑsentibus, vel proximis præteritis, & quod facilè probari potuit per te stes de visu. & vt dicit, non mireris, si sufficiens reputetur à iu re probatio cõis opin. indubitanter. n. reputari debet, q om nes hoĩes com. opinati sunt sine contradictione tanto tpe, à quo non extat memoria, vt d. l. in summa. §. idem Labeo. de acqua plu. ar. ista elicio ex glo. Inn. & ex dictis Spec. quæ visa sunt mihi vtilia, & notanda pluribus additis, vt vidistis. Ego etiam dico, q communis opin. est etiam vtilis ad probationẽ rerum præsentium, & quandoque sufficit; vt ad probandum paupertatem alicuius, vel q vergeret ad inopiam. probantur enim illa per communem vulgi opin. vt probatur in l. vbi ad adhuc. C. de iure dot. & plenius per Bar. in l. si constante. sol. matri. Ad probandum etiam alicuius mortem sufficit com munis opinio, siue fama, vt dixi. s. post Inn. & plenè per Bar. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad. testa. aper. Sed hic quærit, an illa communis opinio debet esse in toto populo: vel sufficit, q sit in aliqua eius parte? Tho. de Piperata in quodã suo tra ctatu. de fama. dixit, q in hoc aduertendum, quale erat negocium, de quo tractatur. si. n. erat magnum negocium (vt de morte regis, vel vnius magni viri) requiritur fama totius ciui tatis. in negocio verò non ita notabili sufficit opinio, siue fa ma viciniæ, quod dictum placet Bar. in l. cum quidam. §. qd dicitur. & ibi Bald. ff. de acq. hær. ad hoc facit l. 1. in prin. ff. ne quid in flu. pu. ibi [aut æstimatione eum colentium] & l. cum delanionis. §. a finam. ff. de fun. instr. ibi [in qua præsumptio ne sunt, qui in regione commorantur.] & per ista melius in telliges, quæ supra dicta sunt post Innoc. super probatione per testes: de cõi opi. q aliquis fuit prælatus, tabellio, vel ma ritus; vtrùm debet intelligi de cõi opi. hoĩum, qui sunt in ciui tate, vel in rure: ex prædictis collige, & adde qd no. Bar. in l. de minore. §. & pluriũ. de qõ. & de consc. di. 4. c. sanctũ. vbi fa ma, q̃ est inter hoĩes, diffinit sic. Fama est cõis ꝓclamatio ex sola suspitiõe, & incerto auctore ꝓueniẽs. fama verò hoĩs dif finit, vt l. cognitionũ. §. estimo. de var. & extra. co. sup alijs, q̃ ꝑdictis. oportet sumere qñq; ꝓbatiões ex cõi vulgi opinione. vt Bar. plenè tangit in l. Labeo. ff. de sup. lega. Cuius dicta (quia notanda sunt) pro intelligentia prædictorum breui ter hic adiungam. dicit ergo, q habemus tria. primò cõmu nem vsum loquendi. secundò cõem vsum vtendi. tertiò com

munem vsum intelligendi. Quærit ergo. cum quis vult ꝓbare alterum ex istis tribus, quanti tpis vsus requiritur. gl. in d. l. Labeo, videtur dicere, ꝙ vsus longi temporis, dum dicit. [& sic vsitata.] iste autem vsus fit per cursum longi temporis, vt l. de quibus. ff. de legi. & l. consuetudinis. C. quæ sit lon. consuetu. in singulis ponit exemplum. & primò in cõi vsu loquendi. Testator habet multos equos. legauit alicui palafrenos suos. certè si dubitatur, qui veniant app. palafrenorũ, dè clarabitur ex cõi vsu loquendi. ad declarandum aũt hunc cõmunẽ vsum loquendi formabo articulum, ꝙ à decem annis citra, & per ipm tẽpus cõis erat vsus loquẽdi in hac ciuitate, vnde est testator, vel vbi cõuersabat, ꝙ equus talis cõditionis appellabatur palafrenus. & quare debeat dicere, ꝙ à decem annis, & citra. dicit per ea, quæ dicta sunt; quia tantum tempus requiritur ad vsum inducendum. quare etiã dictũ sit. vñ erat testator, vel vbi conuersabatur? certè; quia talis locus debet inspici, vt l. nummis. de leg. 3. si testis interrogatus, quomodo hoc scit. respõdebit, ꝙ per dictum tempus audiuit equum talis conditionis sic vocari. quare aũt dico audiuit? certè ex eo, quia testis debet concludere id, qđ per sensum corporeum comprehendit, vt l. qui testamento. §. fin. de test. & l. 1. ff. de his, quæ in test. delentur. & ideò si testis de hoc interrogatus, quomodo scit, responderet; quia sic communiter dictum, non probaret; quia non testificatur aliquid, quod suo sensu percipiat. facit quod no. Inn. in d. c. cum causam. & qđ dixi s̃. in ver. sed pro pleniori. Sed quid dices, si testis apertè *deponit de causa scientiæ*; quia dicit sic, communiter audiui dici, & non repetit dicto tempore, vel in dicta ciuitate: an ꝓbet? videtur, ꝙ non; quia licèt primò dixerit contenta in articulo vera esse: tamen in ratione, quam reddit. locus, & tempus non debent intelligi repetita, arg. l. qui fundum ff. de cõtrahen. empt. contrarium tenet; quia si rationẽ dicti testis intelligimus de alio loco, vel tempore, q̃ testificatus fuerit, esset sibijpsi contrarius, nec valeret eius dictum. sed non debemus eius verba taliter accipere, scilicet vt in falsum incidat, vel vt eorum testimonium nullum sit, vt c. cum tu. de test. & l. quotiens. de reb. dub. ¶ Quæro de cõmuni vsu vtendi: pone exemplum in l. quod si nolit. § qui assidua. de ædil. edic. & de agri. & censi. l. domini prædiorũ. lib. 11. & l. si prius. de aqua plu. arc. & quantum tempus in hoc requiritur, dictum est. s̃. de decem annis. articulus autem sic debet formari. à decem annis citra, & per ipsum tempus communis vsus fuit in ciuitate Perusij, ꝙ qui emeret pannum de lino, haberet ad mensuram brachij maioris: testis deponet contenta in articulo vera esse. interrogatus de causa scientiæ; quia sic vidit ementes, & vendentes in dicta ciuitate à decem annis citra, & per dictum tempus. si autem interrogabitur, quot personas vidit. dicit, ꝙ stabitur arbitrio iudicis. nam si factum est quotidianum, requiritur, ꝙ talis vsus sit factus à multis personis: secus si nõ est ita quotidianum, vt d. l. cum quidam. §. qđ dicitur. de acqui. her. & quod dixi. s̃. in ver. sed. Sed quid si testis diceret se vidisse à mille personis, sed de hominibus non recordatur. dicit, ꝙ sufficit, vt l. testium. de testi. C. faoit quod dixi s̃. post Inno. in ver. hæc vera, quãdo. ¶ Quæro vltimò de *communi vsu intelligendi*. pone exemplum in l. in vsu. de ver. signi. certè deponit testis, ꝙ à decem annis citra. & per ipm talia, & talia verba in dicta ciuitate audiuit ab hominibus loquentib. de hoc. & sic esse intelligenda. & subdit Barto. ꝙ illa sunt vtilia ad ꝓbandum cõem opi. hominũ, q̃ q̃nque ꝓbãda est, vt l. arbiter. de proba. ꝓbabitur autem communis opi. ꝓbato aliquo ex supradictis secundum ipsum. & per istam gl. Inn. satis confusam, & obscuram in pluribus dictis habebis perfectius, & plenius declaratam.

S V M M A E.

1 *Defectus euidens in aliquo ex sensibus corporeis impedit promouendum.*

2 *Manifestum, & euidens differunt.*
3 *Canonici an possint facere statuta sine episcopo.*
4 *Coniuratio quid sit.*
5 *Ciuitates Tusciæ, quæ de facto in temporalibus non cognoscunt superiorem, an possint simul confœderari.*
6 *Crimen an possit probari per instrumentum.*

CAP. II.

1 COnstitutionem. Diuide, vt in prima glo. ¶ †Not. ꝙ euidens defectus in aliquo ex sensib. corporis impedit ꝓmouẽdũ. de istis sensib. dictũ ẽ. s̃. c. ꝓxi. & idẽ addit hic de defectu memoriæ, & intellectus. Iuriscõsul. pulchrè ꝓsequitur vitia animi, & vitia corporis, & per exempla declarat in l. 1. §. si fic fiendũ. vsque ad fi. legis. cum l. se. & se. & circa istum obiectum euidẽtiæ defectus scíæ, vel personæ vide quæ dicta sunt in c. si fortè. s̃. eod. lib. de elect. cuius tenor hic reperitur. ideò ibi dicta etiam hic cadunt. ¶ †Secundò not. ꝙ non est differentia inter euidens, & manifestum. de quo in glo. mag. Ex qua not. ꝙ illud dicitur euidens, quod per visum corporeum percipi non potest: sed iudicio, & oculo intellectus, vel memoriæ. hi enim defectus non possunt ad oculum demonstrari, sed per locutionem. hinc dicitur in Euangelio. Nam & loquela tua te manifestum facit. lex dicit, ꝙ dicitur euidens, quod potest probari per legitimas coniecturas, vt l. licèt Imperator. de leg. 1. & l. si quis loculpes. de manumiss. testa. Sed dices. isti defectus inuisibiles, cum non appareant in euidenti, requirunt examinationem; ergo non videtur idẽ, quod manifestum, quod oculis se exhibet, & in cõspectu. Sed dic, quòd cũ per breuem examinationem possit hic appare re, perinde dicitur haberi, ac si esset euidens in cõspectu. Nã secundum Ioan. And. in nouella. ista sunt paria. aliud esse certum, vel leuiter posse fieri certum. ff. de dam. infec. l. damni. §. Sabini. & C. de adult. l. quid. facit quod not. qui matr. accu. pos. c. insuper. & quod ibi not. in glo. 1. Ioan. Mo. ponit exemplum, cum promittitur vinum, vel granum, quod est in horreo: quod per apertionem horrei fiet certum. ff. de verb. obli. l. vbi ãt non apparet. §. si qui vinum. sic si examinabitur electus scienter, quid sit ibi in horreo suo. facit 22. q. 5. c. humanæ. facit prædicta l. Licinius. ff. qui. ad li. procla. non licet. vbi paria sunt aliud in esse cõsistere, vel in eo statu, qui de proximo rem producit in esse. Circa istam primam partem. c. nofin. glo. 4. vbi paria sunt in expressione euidentis defectus ex primere quid sit euidẽs, vel aliud, quod importat illud idem, per alia tamen verba. puta dico, ꝙ caret oculo, vel naso, & si. defectus enim isti de sui natura sunt euidentes. licèt ergo in eorum oppositione non opponatur euidens, non per hoc potest dici exceptio inepta proposita. cum natura defectus oppositi euidentiam præsupponat. c. ad audientiam. de appella. facit quod not. Inno. in simili. in c. fin. de libel. obla. & l. certum. si cert. peta. ¶ †Tertiò not. in §. certum. ꝙ canonici possunt facere statuta sine episcopo. quod intellige, vt in glo. ex hoc. Cap. enim non põt absque episcopo, vt gl. dicit. Ad contraria de. c. cum dilectus. de cle. non resi. & c. cum omnes. de constitu. & c. constitutus. de rescrip. dic, vt hic per Archid. &

2 3

4 per Ioan. And. in iuribus prælleg. ¶ †Quæro post Archi. qa hic fit mentio de coniuratione, & eius pœna. quæro, quid est coniuratio, siue conspiratio? & dic secundùm Vgo. ꝙ cõiuratio est plurium in vnum iuratio, & differt à conspiratione; qa coniuratio fit cum iuramento, sic dicta à coniurando, & simul iurando in vnum. conspiratio sit petitio tantum, dicta à conspirando. hoc præmisso ponit q. facti. In monasterio sancti Petri de Perusio Abbas est dilapidator, & bonorum monasterij consumptor. quinque monachi eiusdem monasterij videntes suum monasterium in temporalibus labi, iurauerũt insimul se iuuare, & defendere pro posse, tam contra Abbatem, q̃ contra quancunq; aliã personam monasterium suum destruentem: super hoc factum fuit publicum instrumentum, hoc

hoc facto dicebat Abbas ex hoc eos coniuratores à iure reprobatos. contrariu n dicunt monachi, dicentes: nos hoc fecimus pro honore, & defensione nostri monasterij. quæritur quid iuris contra monachos, ꝙ ex hoc censendi sint conspiratores, alleg. ꝙ monachi prohibentur tractare etiam illa, q̃ ad monasterij vtilitatem pertinent absque auctoritate episcopi, vel abbatis. 15. q. 1. c. monachi. tit. 2. c. qui verè. & 18. q. 2. c. diffinimus. & 20. q. 4. c. 2. & 3. per quæ iura patet, ꝙ ẽt in honestis, & licitis monachus à se voluntatem habere non potest. Itẽ coniurationes non ex zelo iustitiæ, sed fomite odij procedere videntur. de simo. c. licèt Heli. in fi. & c. per tuas. vnde conspiratores, & coniuratores vniuersaliter pellunt. 3. q. 4. c. conspiratores. 11. q. 1. c. coniuratio. cum 4. c. seq. & s̃. de re iudica. c. cũ l. & A. & hæc plenè ponunt Innoc. & Hostien. de elect. In c. bonæ. Item per leges seculares etiam talia probantur. C. de his, qui ad eccle. confu. l. denũciamus. & C. de monopolijs. l. 1. & C. de colle. illici. l. j. & in 10. coll. de pace tenenda. l. hac edictali. §. conuenticulas. pro hac parte bene facit quod not. Innocen. de testi. cog. c. fi. vbi dixit, quòd omnis coniuratio, siue conspiratio præsumitur illicita. & inducit pœnam contra conspiratores. In contrarium arguitur, & videtur, quòd vbi ex causa licita, & honesta fit simul in vnum concordia, & vnio, ibi non dicitur esse conspiratio, siue coniuratio, sed potius concordia. vt ff. de colleg. illi. l. 1. Nam quandoque conspiratio in bonam partẽ accipitur. in Authẽ. vt cum de appel. co. §. si quis de prædicts. vbi dicitur, ꝙ beatissimi Patriarchæ vna conspiratione, & concordia rectã præ dicant fidem. ad hoc alleg. qđ not. 11. q. 1. c. si qui clericorũ. vbi dicit Ioannes, ꝙ coniurationes, quæ fiunt super re licita, licitæ sunt. quod probare videtur illud c. dum dicit [rebelli cõiuratione.] & ibi [auctoritate interdicẽte.] vbi dicit Lau. ergo si non interdicit auctoritas, bene possunt clerici contra suum episcopum coniurare, si malè versatur in administratione. & de tali bona coniuratione loquitur. s̃. de elect. c. cũ ecclesia. & de causa possess & proprie. c. cum olim. & de testi. co c. fi. 3. q. 1. c. nulli. & 100. dist. c. ꝓcipim⁹. s̃. de treu. & pa. c. 1. & hoc approbant Inno. & Host. in in d. c. cum l. & A. quæ Decre ẽt in bona conspiratione loqui vr. nam ibi in prin. dr, ꝙ aliqui monachi erant in causa nomine aliorũ, & de aliorũ mandato. ꝓ quod constat, ꝙ ibi coniuratio interuenit, & tamen nõ fuit ibi re, ꝓbata. & ad idem de actu prælatorũ. & qđ no. 2. q. 2. c. quia ea. per quod ẽt patet, ꝙ talis coniuratio non est à iure reprobata: sed licita, & honesta. ergo admittenda, & non punienda & hæc planè no. Gof. & Host. s̃ de iud. cap. exhibita. vbi dicunt, quod in casu licito admittitur cõspiratio: qñ. l. clerici statuunt inter se, quòd teneant se simul: nec p mittent prælatum dilapidare bona, nec excõicatum admittent. arg. 22. q. 4. c. si ad peccatum. Nec ob. quod no. in c. si q clericorum. vbi dicitur, ꝓsumptio; debet enim exponi. i. temeritas. & idem probatur eadem q c. si clerici. vbi dicit, [an per coniurationem.] vbi patet, ꝙ loquitur de illa coniuratione, q̃ crimen est. s. quando est diuisio, quod in malum sonat. de cõfec. dist. 2. c. primo. Nos autem loquimur de illa, q̃ causa boni fit, & non odij fomite. pro hoc s̃. de iureiu. c. petitio. vbi patet, ꝙ non ob. iuramentum; dumtamen non fiat machinatio. quę ce ssat in q. proposita. Non ob. c. fin. de te. cog. nam ibi loquitur in machinatione occulta. quod patet; qa dicit ad hæc cælanda. de tali etiam loquitur. 7. q. 6. c. secundum. nos autẽ d tali non loquimur: sed de eo, quod est licitum. similiter respõdetur ad § ecce. 8. q. 2. vbi loquitur de mala ꝓpter utilitate monachorum. sicut etiam loquitur Hostien. hic in sum. de iureiur. § fi. ver. si verò temerarium. vbi dicit, quòd prædicta de mala tenentitate debent intelligi: & sic loquitur hæc constitutio. & hanc partem tenet Hugo in d. cto cap. si qui clericorum vt etiam hic refert Ioan. Andr. in nouella. credo etiam probabiliter posse dici, quòd ista decisio est bona, quando apparet, & est exorta ex aliqua causa legitima de præsenti cõtra prælatum, & superiorem: puta quia iam dilapidat, malè tractat personas, & bona monasterij. & sic fundãtur, & ꝓsupponunt termini q. prædictæ, scilicet ꝙ prælatus iam dilapidabat tempore coniurationis monachorum. sed si contra superiorem nihil apparet de præsenti iniustum, vel præsumptum illicitè, non credo licitè subditum coniurare, vel conspirare contra prælatum in casu, quo melius esset in posterum se iuuare contra eum. & sic intelligo hoc c. vbi patet ꝙ coniuratio istorum contra imperantres non fuit inita super re illicita: puta quòd defenderent se vsque ad ius, vel sententiam, quantum possent. ista enim conuentio non sonat in delictum; quia licitum est se defendere vsque ad ius, & sententiam superioris, quantùm potest quis: tum quia, vt dicit text. allicit subditos ad peccandum, videntur propter hoc conspiratores. incitat enim eos talis conuentio ad iurgia: quæ licèt per se non sint in se mala: tamen quia malum ex eis sequi potest, reprobantur à iure, vt not. in c. & si Christus. de iureiur. & ad hoc tendunt causæ, quas assignat litera in ver. statutum quoque. & hoc est, quod fortè volunt Docto. ꝙ prima facie omnis coniuratio præsumitur illicita, & ad malum finem fieri, nisi appareat contrarium, vt not. Inno in c. 1. de schisma. & s̃. dictum est. malum autem finem intelligo eoipso, ꝙ non subest legitima causa de præsenti. & super futura contra prælatũ, vel superiorem non possunt coniurando prouidere. & sic intelligo *eorum decisiones. Item quæstio loquitur*, cum fit coniuratio licita super re communi, vt est defensio bonorũ ecclesiæ, vt c. si quis presbyterorum. de re. ec. non alie. Si verò nõ super re cõmuni, sed propria alicuius de collegio fiat coniuratio. puta si prælatus alicui de collegio iniuriam intulerit, vel grauamen. quod nos de ipso collegio coniuramus, & promittimus communibus expen. de iure defendere iuxta posse. etiam hæc conuentio videtur illicita, & contra reuerẽtiam, & honorem, qui debetur superiori. pro hoc facit quod not. Barto. in l. sodales. ff. de coll. illi. quòd exceptis illis actibus, qui nominantur in l. fina ff. de iu. im. omnia alia collegia omnes colligationes, omnes aliæ sectæ sunt prohibitæ. & ideò illæ sectæ, quæ fiunt in ciuitatibus, quæ non fiunt sup his, quæ habent simul tractare, sunt prohibitæ. item istæ ligę, quę fiunt inter ciuitates, & inter principes, & barones non valẽt, vt dixi post Inno. in c. dilecta. de exc. prala. & quod ipso not. in d. c. 1. de schisma. Non ob. l. non dubito. de cap. vbi dicit, ꝙ ciuitates inuicem fœderantur, & colligãtur. nam illud est verum, quod ciuitates aliæ, non amicæ, vel liberæ fœderantur populo Roma. sed plures Comites, vel barones, qui essẽt sub vno domino, rege, vel principe, non possunt istam confederationem facere. regulariter enim sunt sodalitia, & colle-

5 gia prohibita, vt s̃. eod. c. 1. † Ex istis collige, quòd ciuitates Tusciæ, quæ de facto in temporalibus non recognoscunt superiorem, possunt simul confœderari tanquam liberæ: sed plura castra, vel villæ, quæ essent sub vna ciuitate, vel dominio, hoc non possent, vt dictum est. & ita ipse not. in d. l. sodales.

6 ¶ Vltimò † inducit glo. istum text ad q. quòd per instrumẽtum possit probari crimen. de quo s̃. eod. lib. de iureiuran. c. cũ in impositionibus. in 4. glo. & C. ad leg. Aquil. l. contra negantem. in 1. glo. Ioan. And. refert se disputasse, quòd crimẽ probatur per instrumentum, vbi de voluntate illius, contra quem producitur, cõfectum fuit instrumentum, vt hic, aliàs non posset. vt in regula semel malus. de regulis iur. in Mercur. & dicit, quòd per instrumentum directè non probatur crimen. Nam etiam in contractibus notarius non potest cõficere instrumentum contra me, me non mandante, in Authen. de tab. ad fin. 1. col. 4 coll. hæc vera, nisi per me, vel me volente, & mandante confiatur instrumentum, per quod ipso facto crimen meum probetur: indirectè autem benè potest probari crimen per instrumentum. puta dico te rupisse pacem; quia me vulnerasti. si vulnera probo per testes, & pacem per instrumentum, probatum est delictum. alia

exempla etiam vide.idem tenet Bartol.in l.ſenatus.ff.ad Turpil.& per Cy.in l.pennl. C.de ꝓbationib.

ADDITIO.

2 ¶ Manifeſtum.Adde quid dicatur manifeſtum.Bar.in l.3.ff.de furt Spe.in tit.de no,cri.§ 5.l,licet.Imperator.de le.1.l.ſi tutor cũ q I.C.de pericu. tu. Et an manifeſtũ, & notorium differant.vide Inno.in c.cua. & in c.ſicut.de cohab cle,& mu & in l.cues C.de app.Bal.in l ſi C de edic,diui Adri.tol.Bar.in Auth.qui ſemel.C.quomodo,& quando iudex.

SVMMAE.

1 *Monachi conſerunt ſe quandoq; ad habitandum in cellis.*
2 *Monachi poſſunt ſoli in cellis habitare.*
3 *Cellæ appellatione an veniat prioratus, vel eccleſia.*

CAP. XIII.

PRiuilegium. Dicit Io. An. nõ diuiditur, quia pendet vſque ad vltimam dictionem. ¶† No.ꝙ monachi quandoq; conferunt ſe ad habitandũ in cellis,& ſic ad viram ſolitariam.quæ quando ſit expediens,vide ſ̃.de regu.c,ſanè. in fi.glo.vlt.vbi dicit, ꝙ id, quod poteſt eſſe ſolitarium ſibi,per ſe debet eſſe ſufficiens.ſ̃.de ſta.mo.c.2.vnde ſolitudo conuenit contẽplãti,qui iam peruenit ad perfectũ.qđ dupliciter contingit à do no Dei,vt Io. Baptiſta , qui ſanctificatus eſt in vtero matris, cum puer erat,in deſerto. Luc.1. ſecundò per exercitium virtuoſi actus.ad Hebre. 5. Perfectorum cibus eſt ſolidus corũ. ſ.qui per conſuetudinẽ exercitatos habent ſenſus ad diſcretionẽ boni, & mali.ſubdit aũt,ꝙ ſi vita ſolitaria ſumat abſq; præcedẽti exercitio vitæ ſocialis, periculoſiſſima eſt:niſi per diuinam gratiam ſuppleatur.concor Senen.ad Lucillum.epiſtola 10. Crates(inquit) cum vidiſſet adoleſcentulum ſecretò ambulantem,interrogauit, quid illic ſolus faceret.Mecũ, inquit,loquor.cui Crates:Caue inquit,rogo,& diligenter attende, ne cum malo homine loquaris. & ſubdit. nemo eſt ex imprudentibus, qui ſibi relinqui debeat. tunc enim mala cõſilia agitat.tunc aut alijs,aut ipſis futura pericula ſtruit: tunc cupiditates improbas ordinat.tunc quicquid aut metu , aut pudore celebrat,animus exponit.tunc audaciam acuit, libidinem irritat,iracundiam inſtigat. hæc ille. vitam ergo ſolitariam commendat Tullius in Scipione Affricano : qui dicebat nunquam ſe minus ocioſum eſſe, quàm cum ocioſus : nec minus ſolum , quàm cum ſolus eſſet ; magnifica vox , & magnifico viro , ac ſapiente digna,quæ declarat illum, & in ocio de negocijs cogitare , & in ſolitudine ſecum loqui : vt neque ceſſaret vnquam , & interdum colloquio alterius non egeret. Itaque duæ res, quæ languorem afferunt ceteris , illas acuebant ocium , & ſolitudo. ita dicit Tul. libro 3. de offi. in prin. ſubdens,quòd cuperet, ſibi hoc verè liceret dicere. quod ſi tanto viro non licuit. qualiter idiotis, & ſimplicibus heremiticam , vel aliam vitam eligentibus ſolitariam licet ꝓpſi videant. An autem vita ſolitaria ad contemplandum,& Deo vacandum ſpecialiter deputata ſit melior,quàm actiua. dicit Io.An.hic,quòd 12. ſunt, in quibus vita contemplatiua præeminet actiuæ , vt dicitur in ſum. de virtutibus , vbi tract. de præeminentia vitæ contemplatiuæ ad actiuam. Io.An. remittit ad no. per ipſum in d.c. ſanè. in magna glo. vbi arguit pro contemplatiua de eo , quod ſcribitur Luc. 10. Optimam partem elegit Maria. per Mariam autem figuratur vita contemplatiua. de reg. iur. c. licèt.ad fin. Item hæc vita eſt certior, & ſecurior : ergo tenenda . de pæn.diſt.5.c. 1. in fin. in contrarium arguit de d. c. licèt. de regu.ibi [ſicut maius bonum] &c. cum littera, quæ ibi ſequitur , ſi ergo in actiua eſt maius bonum , ergo melior . Item actiua tendit ad charitatem proximi[Maioris autem charitatis] &c. Io.15.Item ſicut maius eſt illuminare,quàm lucere tantùm,ita vtilius eſt cõtemplata alijs tradere,quàm ſolum contemplari.Idem probat Philoſophus.1.Aethi. Melius eſt bonum gentis, quàm hominis. ad hoc facit quod no. Io.And.in c.cum ad monaſteriũ.in fi. iſta argumenta ibi tango poſt ipſum. Tullius de hoc pulchrè loquitur,& cõcludit, quòd vita actiua eſt longè melior, quàm comtemplatiua tan
2 tùm in lib. 1. de offi.ad fi. ¶† Secundò no. quòd monachi poſſunt ſoli in cellis ſecretis,& ſeparatis ab hominum communione,habitare : & ſic de vita ſociali fit tranſitus ad hanc vitam ſolitariam , tanq̃ ad vitam perfectiorem. quod dic, vt in c.ſanè.in nouel. ad fi.glo. mag.& c.cum monaſterium. de elect.& iſti ſunt heremitæ,qui quãdoq; non ſunt porfeſsi: neque clerici,ſed meri laici:& tunc vtrùm iſta vita habeat votũ annexum; ita ꝙ non poſsit contrahere. dic, vt not.7.q.2.§. ecce. Item ſubſunt epiſcopo , & hãt priuilegiũ clericorum. qđ dic,vt no.16.q.1.c.qui verè.& vide quod nota.in c. vt lex continentię. 27.q.2. de conuerſis eccleſiæ ſæcularis, vel re-
3 gu.v de ẽt quod not.in c.2.de inſti.¶†Tertiò no.ꝙ appellatione cellæ non venit prioratus,eccleſia,vel capella. videbatur,ꝙ de prioratu poſſet intelligi per c.præterea.de tranſac. ꝙ eccleſiæ, vel capellæ venirent nomine cellarũ monaſterij, videbatur per c.q̃ ſit. in prin. 18.q.2.cum ſua glo.Sed dic,ꝙ licèt largo ſumpto vocabulo nomen, cella, poſsit ad prædicta adaptari : tamen (vt dicit Io. Mo.) quando vnum dicitur de duobus: de vno principaliter ipſum ſimpliciter ſumptũ, debet intelligi de eo,de quo per prius,ſiue principalius dicebatur,& eſt caſus expreſſus in hac materia de priui.c.qm̃.& alleg.multa iura,quæ hoc non probant.& ideò dicit Io.And. ꝙ ratio huius tex.eſt,quia cum de cellis datum ſit priuilegiũ, & de illis prius loquamur , vt de ſolitarijs locis,q̃ dupliciter cẽlant, vt ipſe declarat ſuper glo. cella.ad alia referri non debet. facit in Auth. đ nup.§.q in perpetuum. ſi ag.vec.vel emph.& Inſti.de in.na.gẽ.vel ciui §.ſed quotiens.

SVMMAE.

1 *Commenſales Cardinalium,& epiſcoporum habẽt priuilegium.*
2 *Clericorũ tuorũ appellatione cõprehendũtur,qui ſunt de familia tua*
3 *Domeſtici qui dicantur.*
4 *Familiaritas naturalis,quæ dicatur.*
5 *Vt,dictio an faciat modum, vel conditionem.*

CAP. IIII.

SIcut nobis. Cõis diuiſio. in prima conſultatio à verbis duplicis gratiæ cauſata.in ſecunda latior reſponſio,ibi[verum] ratio rũſionis patet in ver. curaſti. ¶ No.ꝙ hic non apparet,ad quẽ Papa dirigat iſtud c.ex quo dat intelligere,ꝙ in quocũq; habẽ
1 te hanc gr̃am vendicet ſibi locũ iſta conſtitutio. † hodie cõmenſales ẽporũ, & Cardinaliũ hãt priuilegiũ de iure cõi ſup officio dicendo.de quo in Clo. dignum.de cele.miſ.hæc autẽ duo priuilegia,de quib.in tex.nõ hãt de iure cõi: ſed habere poſſunt ex priuilegio, vt hic patet. De primo ſcilicet de poteſtate conferẽdi cõmenſalũ ſuorũ bñficia, ꝙ de iure cõi nõ habeant,ſatis cõſtat. De alijs,ſ.an poſsint fruct.bñficiorũ ꝓpre re in abſentia,ac ſi ꝓſonaliter reſideret,vt cõmenſales Cardinalium:dic vt in Cle.de cle.nõ re.c.cum dilectus.ſup gl.in nouel. de eſpo ipſe no.eo.ti.in c.ad audiẽ. in gl. fi. ¶ Sedo not.ꝙ hic licèt effectus gratiæ cõcernat clericos iſtos , quib.gratiã facit. tamen gratia, & priuilegium dicitur ipſius principalis domini, cui fit.& propter hoc dicit Io.Mo. ꝙ priuilegiũ quãdoque conſiſtit in perſona priuilegiati.ſ̃. eo.tit.de concel.ꝓbẽ.c.qa cunctis.§.ex parte.& qñque derivatur in alios,vt hic & eod.ti.c.quamuis.poſt prin.ibi [gr̃am tibi factã.]& hoc facit ad q.Old.cũ concedit ſubditis indulgentiã manus porrigentib.adiutrices in opere in alterius diẽce. cõſtituendo, an valeat.tenet ꝙ non; quia gratia intelligitur concerniere illud opus cẽ diẽceſ.licèt effectus indulgentiæ deriuetur in ſubditos,vt dixi in repe.c.poſtulaſti. de ſo.comp & aduertendum ſm̃ Io.An.qa propter hoc.(ſ ꝙ vtilitas effectus huius gr̃ę nõ cõcernit priuilegiatũ, ſed tertiũ,)eſt minor ambitio,q ſi ipm cõcerneret.nõ nimis ſtrictè,nec nimis latè eſt interpretãda:non nimis ſtrictè ex eo,ꝙ appellatio bñficij debet in ipa accipi latè,vt ẽt maiora cõprehendat,vt c.pe.ſ̃.eod.& quod ibi in

ibi in nouel.& c.ſi pp.de reſcrip. vbi ẽt in nouel.de beneficijs exẽptorum,an veniant in hac gratia.Item extenditur ad familiares clericos commenſales tpe datę:& ad eos, qui ꝓ data loco cedentium, vel decedentiũ ſubrogantur , qđ plenè ꝓbat in nouel. ſuper ver. exiſtãt.vbi eiſdẽ rõnibus cõcludit, ꝙ dictum priuilegium ſiue gratia extẽdatur ad beneficia ẽt poſt eam acquiſita.& non reſtringi ad illa,quæ habebãt clerici tpe datæ ipſius priuilegij . & dicit hæc ſatis ꝓbari ex eo, ꝙ videmus has gratias dari dignitatibus.& maximè ſm̃ ꝙ ipſe no.ſ̃.eo.li.de reſcri.c.ſi.ſuper.4.gl. Ex quò cum ſint ppetuæ , fateri oportet , ꝙ illi participant ẽt.qui nati non erant tpe,quo datæ ſunt,ergo fortius nondum bñficiati.Nõ nimis latè ẽt eſt interpretanda iſta gratia ex eo,ꝙ appellatio clericorum tuorum , ſumitur multum ſtrictè in ipſa . licèt aliàs latè,vt in tex.& gl.pone.cõceditur,&c.tenet ergo mediũ illa gratia;quia participat de fauore,& odio,& capit ab vtroq; , vt per proxi.dicta patet.Sed tunc eſt dubium, cum ſimul cõcurrunt fauor, & odiũ:an dici debeant priuilegia odioſa, vel fauorabilia.dicit Io.An.ꝙ odioſa,vt patet ex no.ſ̃ eo.de ſo. compe.c.ſi diligenti.in 1.gl.Ego remitto de hoc ad not.ſubtiliter per Batt.poſt gl.in l. qui exceptione.ff.de condi.inde.
2 ¶†Tertiò not.ꝙ appellatio clericorum tuorum comprehendit illos,q ſunt de familia.in nouel.poſt Io.Mo.dicit Io. An. ꝙ meus,tuus,& ſuus,ad diuerſos loquendi modos relata, referũtur ad idem ſuppoſitum. Vnde ego Pet.dicã de hoc ſexto li.iſte liber eſt tuus : duo extranei ad me verba dirigentes dicent,eſt liber ſuus. Idem in clerico alicuius familiaris.nam ille talis dicet clericum meum, tertius ſibi dicet clericũ tuũ: duo extranei dicẽt ſuum. Aduertendum tñ vtilius , ꝙ iſta, & ſimilia ꝓnomina poſſeſsiua ſignificant dñium,vel quaſi,vt l. Quintus.§.argentum.ff.de aur.& ar.leg. & idem ſi tertius dicat,iſte liber eſt Pet.nã genitiuus importat ẽt dñium.de quo in rub.de no.oper.nun.per Bar.Tangit tñ hic Io.An.de illo, qui habet rem cõem cum alio, vtrũ poſsit dicere ipſam ſuã, ſiue iſta res eſt mea.all l.quæ dicit,ꝙ ver.ſuum.ambiguũ eſt. vtrũ de toto,an de parte ſignificet,vt l.pupillus.§.verbũ.ff.e. & ideo ille,qui iurat ſuũ non eſſe,debet adijcere:nec cõe eẽ. facit qđ no.ff. de ꝓcu.l.Põpo.§.ſed & is.In cõtrariũ ꝙ nõ ſit ambiguum.ff.de inter.ac.l.ſi defenſor. § & idem. de ex. rei iu.l.ſi quis cũ totum.§. 1.Io.Mo.rñdendo dicit, ꝙ vt accidẽs denoẽt ſubiectum,oportet ꝙ ipſi ſubiecto conueniat in totum,vel ꝓ parte maiori.ff.de le.3.l. legatis ſeruis. §. ſi vnus. & ideo ver.meum.de vi verbi debet intelligi, ꝙ ſit meũ ſimpliciter.& in omni ſui parte,ſeu maiori.& qđ dicit d.l.pupillus. debet adijcere &c. debet intelligi dubitationis tollendæ cã,vt ibi not.Concludit ergo,ꝙ id, qđ habeo cõe cũ aliquo, nõ põt propriè dici meum.ff.de ri.nup.l.illud. 1.rñ.& de au. & arg,le.l. Quintus.per iſta reprobat gl.quæ eſt in l.Pompo. §.ſed ſi is.prę.al.q̃ dicit,ꝙ ſi iudex pronunciat rẽ meam eſſe, non valet ſuia,tanq̃ incerta:niſi dicat meam totã,qđ non eſt verum:nam cum dicit meam,intelligit de tota.idem tenet in l.ſi rem.ff.de rei ven.& l.de pupillo.§.qui nũciat.de oper.no. nũ.& hoc no.Bar.poſt Dy.in l.legatis vxori.de lega.2.qñq; tñ quò ad certos actus illud,quod eſt cõe,cenſetur meum,vt d.l.illud.2.rñ.& fit hoc ibi fauore matrimonij. C.de ſer. cõma.ſit qñq; fauore libertatis,q̃ omnibus rebus fauorabilior eſt.ff.de re.iu.l.libertas.per iſta,q̃ tangit Io.An. non habetis hoc declaratum.& gl.iu.ciui.ẽt diuerſimodè loquunt.nã in l. 1.C.de cõdi.inſti.dicit,ꝙ id, qđ cõe eſt, meum eſt.vbi ẽt reperit expreſſum in dubio.ſecus alibi dicit , ꝙ id , qđ cõe eſt, meum eſt fictè,nõ verè,vt l.id qđ noſtrum.de reg.iu.ſſ.Et iõ dicit Bar. ꝙ qñq; aliud eſt cõe pluribus vt vniuerſis : & tunc qđ cõe eſt,meũ non eſt,vt l.in tñ de re.di.ff.& Inſt.eod.ti §. vniuerſitatis.& ff.de in ius vo.l. ſed ſi hac. §. qui manumitti tur. Aut eſt cõe pluribus vt ſingulis.& tunc aut quæris, an ſit meum quò ad diſpoſitionem partis meæ.& dicit, ꝙ ſic, vt l. ſerui electione.§.Labeo.de le.1.& l.2.de con.inſti. Aut quò ad diſpoſitionem partis ſocij.& tunc nõ eſt meum,vt l.falſo. C.de co.re.alie.aut quò ad diſpoſitionẽ ſup toto. & tunc aut res erat ad hoc deſtinata:& dr̃ meum, vt l.in tñ §. in cõe.ff. de re.di. & l.ſi ædes.cõ.diui.Aut nõ erat deſtinata ad hoc.& nõ dr̃ meum,vt l.Sabinus.cõ.di.Fallit in certis caſibus,quos enumerat in d.l.Labeo.vbi ponit iſtam diſt.& ſubdit,ꝙ vbicunq;.ſ̃.dictum eſt, qđ cõe eſt,meũ eſt, debet intelligi fictè, non verè,vt d.l.id qđ noſtrum.no. & probaẽ in l. illud.de ri. nup.¶ Quartò no.tenorem huius priuilegij,dũ in eo dr̃[cedentium] &c. nec declarat adhuc , vt iſte priuilegiatus taliũ clericorum beneficia cõferat:in cuius manibus ſit ceſsio facienda.& iõ dicit in nouel.ꝙ vbi aliud nõ exprimit̃,debet fieri ceſsio in manibus eius,ad quem ſpectat.ad hoc.ſ̃.de ꝓbẽ. c.dudũ. vbi receptio renũciationis fuit expreſsè permiſſa. ſ. ꝙ ceſsio fieri poſsit ĩ manib' iſtius priuilegiati,arguit Archi. nam conceſſa ſibi collatione,vr̃ ſibi conceſſum oẽ id, per qđ ad collationem peruenitur.ff.de iur.om.iu.l.2.& c.preterea. de offi.dele.ſic in conceſsione alicuius principalis vr̃ conceſſum ẽt id,quod ei cohæret. 1.q.1.c. ſicut Chriſtus.44.diſt.in prin.Item oĩa eiuſdem generis debent eodẽ iure cenſeri , vt no.95.diſt.c.illud.in vlti. gl. Cum ergo conferre non poſsit, vbi vacet,ꝓ conſequens ptãtem habebit renunciationẽ accꝑtandi.ff.de ſer.vrb.ꝓd.l.3.§.fi.& de ac. em. l.creditor. & de bo.va.l.1.li.10.& c.qm̃.& ſ̃.tit.1.In contrarium arguit;quia ver.[cedentium] debet ciuiliter intelligi, vt ceſsio ſit iuridica,& talis,quæ faciat beneficium vacare,ſ.facta in manibus ſui ſuperioris.7.q.1.c.ẽps de loco.de renun c.admonet. & c. qđ in dubijs.6.q.1.c.denique. nec debet priuilegiũ Papæ ius alterius abſorbere.99.diſt.c.ſi.de eccle,ædi.c.ad audiẽtiã. 2. de confir.vti.vel inu.c ſi.de off.or.c.licèt.nec debet princeps ius alterius perimere.licèt poſsit differre . C. de preci Imp. of.l.quoti.per renunciationem aũt talem,ſi fieri poſſet in manibus huius priuilegiati,abſorberet ius epi,qđ habet in pſona renũciante cõtra.c.ſatis puerſum.56.di.& ſufficere debet priuilegiato,ꝙ ſine alterius præiudicio poſt renunciationem in manibus deſtituere valentis factam, bñficium cõferre poſſit.de priui.c.in his. Archi.hic arguendo pro,& cõtra ꝓtranſit.ſed hæc vl.pars placet Io.An.ſ.ꝙ ceſsio fieri debet in manibus illius,ad quẽ ſpectat, vbi in priuilegio aliud nõ exprimit̃.¶ Quintò not. ꝙ plu. requirunt ad veritatem priuilegij in hac forma cõceſsi:primò ꝙ pro ſe.ſcđò,ꝙ non quæſiti ꝓpterea,vel recepti.tertiò,ꝙ ſuis expẽ.& cõtinui ſint domeſtici.commenſales.in eo,qđ dr̃[pro ſe]per hanc gr̃am non debẽt participare nec potuli,nec aſini deferrati:qui nõ ſunt ꝓ, ſed contra:nã principalis rõ cõſideranda eſt.de aucto.ꝓſtan. l.1.in prin.& de ſta.ho.l.q̃ritur.& Arch.monebat ꝙ eadẽ iura, vt caueret,ne haberet aliquos nõ ꝓ ſe, ſed ad finẽ priuilegij participandi.ſepe enim(vt dicit) cõpertum eſt,ꝙ volẽtes bñficia concedi nepotibus , faciunt ſe talium capellanos , vt ipſi priuilegiati eis renunciantibus illis nepotibus illa conferãt. interdũ ẽt priuilegiati hoc ꝓcurãt, cũ ſpes ẽ proximę vacationis,vt ſuis cõferre poſsint. dicit ẽt,ꝙ ad finẽ fructuũ ꝓcipiendorũ qdã ꝓcurãt capellanias taliũ . cõtra oẽs ꝑdictos facit hæc litera,dũ dicit [nõ q̃ſiti ꝓpterea,vel recepti] aliqđ ergo ꝓdeſt nõ procuratũ: qđ ꝓcuratum non prodeſſet, ſiue affectatum,vt l.2.§.ſimili n:õ.ff.ſi qs cau.& Inſti.de exeu.tu. §.item tria.ff.ex q.ca.ma.l.item hi.& l.& qui.& ff. de accu.l. eos accuſare.in fi.1.rñ.habes ergo, qũo intelligitur verbum,
3 pro ſe,& ver. non quæſiui propterea &c. † Sequitur & tertiũ [tui domeſtici] &c.ſuper hoc q̃rit Io.An.qui dicãtur domeſtici.hic dicit,ꝙ non ſumitur pro conſtitutis in dñica, vel patria ptãte : nec ꝓ prius aſtrictis aliquo vinculo cognationis, ſeruitutis,vel quaſi:ſed ꝓ liberis pſonis.de q̃bus.ſ̃.e.lib.c.auctoritate.§.fi.de priui.ſeipſos deputãtib' ad ſeruitiũ honeſtũ alicuius domini,q̃ mercenarijs æquãtur;quia ꝓ mercede ſeruiunt,ſaltem victus ſtrictè ſumpti: vñ dicit[tuis expen.] contrahit hæc ergo familiaritas cõi conſenſu accipientis,& rece

ad forum Eccleſiæ, vel cum bona conſcientia retineri. quod leges conferunt in caſibus ſupradictis, & ſimilibus, non repo to: quia ibi plenè proſequor vltra Bar. qui hoc tetigit in Extrauaganti ad reprimendū. ſuper ver. denuntians. & Inn. in c. plerique. de immu. eccl. & c. nouit. de iudi. in nouel. & p Bal. de vſur. Auth. ad hæc. vbi plenè, & l. 1. C. de ſum. Tri. per eum. & vltra ipſos aliquas vtiles qōnes Io. Cal. & aliorum ibi refero de prædicta materia, quæ optimè applicantur ad materiam iſtarum regularum, quæ ſolum ſtatuunt, nō remitti peccatum, niſi &c. Sed an vbicunque quis arguitur de peccato, poſſit trahi ad forū Eccleſiæ contentioſum, ibi videas. ¶ Secundò oppo. & vſ. q̄ ad remiſſionē peccati non ſolum reſtō ablati: ſed cordis contritio, & oris confeſsio requirantur, vt in reg. peccati. de pœ. di. 1. §. denique. & c. fidera. & c. fi. cum multis ibi ſol. Iſte autem textus innuit, q̄ ſola ſatisfactio ſufficiat, quare malè. ſolu. illud. c. per alia limitatur. & ſic iura in ribus concordantur. & circa hoc vide quod dixi. s̄. in euidentiali. Alibi Hoſt. reuocat in dubium, vtrūm ſola cordis cōtritio ſine confeſsione peccatum deleat. Et vſ. relatis multorū opi. tenere quod dixi. s̄. in prin. videlicet, q̄ vinculum, quo ligatur quò ad Deum, ſola cordis contritione remittit: ſed vinculum, quo ligatur, quò ad Eccleſiam remittitur, cum per ſacerdotē ſoluitur: vel per ſūam Eccleſiæ relaxatur. Sed dices, ſi Deus peccata remittit per ſolam cordis contritionē, abſolutio Eccleſiæ, vel ſacerdoris, vel ſententia Eccleſiæ militantis nihil reperit, quod relaxet. de pœn. diſ. 5. c. diuina clementia, & ſic fruſtra requiritur, cōtra iura, quæ dicunt ſuperfluis cautionibus non vtendum. l. ſtip. §. diuus. ff. vt leg. no. caueas. & l. non cogendum. §. Sabinus. de procu. Sol. dicit canon. Ita impartitur à Deo largitas mīæ; vt non relinquatur iuſtitia diſciplinæ. de pœni. diſt. 1. c. nullus. & c. ſi peccatum. & c. quem pœnitet. impartitur autem à Deo largitas miſericordiæ peccatori propter contritionem, ne æterna pœna crucietur: ſed ne delictum remaneat impunitum, commutatur in temporalem. Deus enim, cum ſit iuſtus, & miſericors, ex miſericordia pœnitenti ignoſcit, non reſeruans peccatum ad pœnam æternam; ex iuſtitia verò impunitum non relinquit delictū. Aut enim homo punit, aut Deus. ſi quid purgandum remanſerit, punit igne purgatorij, quod ſuperat omnē pœnam, & tormenta, quæ pati potuiſſet in hoc ſeculo, vt ait Aug. de pę. diſt. vlti. c. fin. Si ergo pœnitentiam iniunctam à ſacerdote in hac vita peccator peregerit, ab illa pœna purgatorij liberatur, iuxta not. per Hoſtien. in tit. de remiſ. §. ad quod valent. ver. illud autem conſulimus, & magna eſt poteſtas ſacerdotis in iſta pœnitentia iniungenda, qui fungit vice Dei, & eius loco poteſt abſoluere pœnitentem. 1 1. quæſt. 3. c. abſit. & de pœn. diſtinct. 1. c. verbum. & c. multipliciter. & not. Hoſtien. in ſumma de pœni. §. cui confitendum. in princ. & ſub. §. qui recepta. verba ergo Dyn. qui dicit in reg. peccati, quòd per
1 ſolam cordis contritionem Deus peccata remittit. † Intellige quò ad pœnam perpetuæ gehennæ: non autem, q̄ non debeant in hoc ſeculo, vel futuro pœnis temporalibus purgari; quam purgationem ſola contritio non excludit. Item nec ſolutio, vel ſatisfactio fienda proximo per hanc reg. peccatum, per ipſam enim non eſt eccleſiæ ſatisfactum, vt in ſimili de ſenten. excommu. c. cum deſideres. §. fin. Nam (vt dixi) in peccato etiam Deus offenditur, cuius mandata peccator tranſgreditur: pro qua tranſgreſsione iudex Eccleſiaſticus, & Chriſti Vicarius imponet pœnitentiam ſalutarem, iuxta not. in ſumma per Hoſt. de pœn. §. quæ pœnitentia. in princ. vt ipſe dicit, eod. ti. §. quibus, & qualiter. in pe. col. ver. ſed nunquid ſufficit, in hoc ſæpè delinquunt plurimi ſacerdotes, qui credentes ſufficere ſatisfactionem, nil aliud impo nunt, ſed ſimpliciter abſoluunt; & ſimiliter peccatores delin quunt, qui, poſtquam ſatisfecerint, credunt non eſſe neceſſe amplius confiteri. Sed certè, vt dictum eſt, per rationem de peccato ſatisfecit proximo: ſed hoc non ſufficit, niſi Deo, & Eccleſiæ ſatisfaciat, vt prædictum eſt. Concludo igitur, quòd his tribus concurrentibus, ſcilicet cordis cōtritione, oris cōfeſsione, & operis ſatisfactione, eſt pœnitentia fructuoſa. & per conſequens quò ad Deum deletur peccatum in totum: de pœn. diſt. 3. c. perfecta. ¶ Tertiò contra prædicta immediatè oppo. & videtur, quòd ſi proximè dicta vera ſint, fruſtra per Eccleſiam conceduntur indulgentiæ, ſiue remiſsiones, p quas quò ad pœnam temporalem imponendam ab Eccleſia à pœna purgatorij liberat peccator; quia non punit Deꝰ, neque homo; poſtquam per indulgentiam pœnitentia, ſiue pœna debita gratis remittitur. & quòd ita etiam remittat, patet in Clem. ſi dominum. in fin. de reli. & vene. ſan. & patet hoc expreſsius in verbis c. ad liberandum. de iudi. in parte deciſa, quæ poſtea Hoſtien. refert ibi, & glo. ſimiliter Io. An. in nouel. facit c. accedentibus. de priuileg. & de pœn. & remiſſ. cap. fin. de iſtis indulgentijs, ex quibus inſurgit gratuita, & liberalis remiſsio peccatorum, patet etiam in literis Pape Nicolai tertij, in quibus concedendo indulgentias tranſferentibus ſe in ſubſidium Terræ ſanctæ, vtitur ad literā iſtis verbis. ¶ Vt eiuſdem Terræ negocium eò libentius, atq; eò feruētius proſequi ſtudeatis, potiorem fructum ex veſtris laboribus vos noueritis percepturos. Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum auctoritate confiſi: & illa, qua nobis, licèt indignis, Deus ipſe ligandi, atque ſoluendi contulit poteſtatem, omnibus, qui vexilli Dominici charactere inſigniti perſonaliter proprijs ſumptibus in prædictæ Terræ ſubſidium proficiſci curauerint, ſuorum peccaminum, de quibus veraciter corde contriti, & ore confeſsi fuerunt, plenam veniam indulgemus, & in retributione iuſtorum ſalutis æternæ pollicitamur augmentum &c. Et ſubdit de alijs, qui expenſis alienis (perſonaliter tamen) acceſſerint: & de alijs, qui iuxta qualitatem, & facultatem ſuam perſonas idoneas expēſis proprijs deſtinabunt (quamuis perſonaliter ipſi non vadant) ſimiliter plenam cō cedimus veniam peccatorum. Subiungit. De illis, qui non iuxta facultatem, aliqua tamen contulerint: vel perſonas aliquas proprijs ſumptibus miſerint, vel de ſuis bonis temporalibus ad aliquas deſtinandas contribuent. & generaliter omnes, qui de bonis temporalibus ad aliquas deſtinandas aliqua miniſtrabunt, prout ſingulis fuit diuina inſpiratione ſuggeſtum &c. Decernit omnes dictarum indulgentiarum fore participes.] Ex iſtis liquidò apparet, quòd per Eccleſiam pœna debita pro peccatis, modico fortè dato, remittitur per tales indulgentias, prout poteſt ex prædictis ſtudioſus lector aduertere. quod an conueniat diuinæ iuſtitiæ, & veræ ſint tales indulgentiæ in conſpectu Dei. arguo quòd non, pluribus rationibus. & primò; quia nulla lex Noui, vel Veteris teſtamenti, vel ab Apoſtolis (ſuper iſtis indulgentijs reperitur edita. In nouis autem caſibus dicit Imperator erubeſcendum ſine aliqua lege loqui, vt l. illam. C. de col. & in Authen. de trien. & ſemiſ. §. conſideremus. quod etiam non eſt decreto Dei, vel Apoſtolorum ſancitum, non videtur ſuperſtitioſis adinuentionibus præſumendum. c. inter corporalia. de tranſ. ¶ Secundò arguitur à diuiſione. Aut dicit iſtas indulgentias prodeſſe impœnitentibus: aut pœnitentibus. ſi pœnitentibus, eſſet abſurdum remittere pœnam ei, qui retinet odium Dei. de pœn. diſtinctio. 3. c. ſanè cauendum. & c. nihil prodeſt. de pœn. diſtinctione 1. §. hoc idem. & diſtinctio. 3. c. irriſor. & diſtinctio. 4. c. vel eis. Eſt enim impœnitens, contumax, & rebellis Deo. Et tales etiam contumaces, & rebelles lex humana proſequitur, omnem eis audientiam denegando. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſed ſi dū decreto. ex quib. cau. maio. facit. c. ad abolendam. de hære. & c. ſuper eo. eod. tit. hoc eod. lib. Aut dices prodeſſe pœnitentibus: & hoc videtur impoſsibile; quia contra diuinā iuſtitiam; quæ licèt propter contritionē dimittat culpam, nō tñ pœnam cōmenſurandā delicto. vnde Deute. 25. ſcđm modū delicti

delicti erit plagarum modus. c. felicis. de. de pę. eo. li. & Apo. 18. Quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tñ date illi tormentum, & luctum. & alibi. Quanto tpe erraſſe te noſti: tanto nihilominus humilia teipſum. de pę. di. 1. c. vide. quinimo ꝓductior debet eſſe pœna, q̄ delictū fuit. de pę. di. 2. c. productior. & c. pœna. & per illas indulgentias quantitas pœnę non commenſuratur delicto; quia pro modico corporali labore, vel pro modica datione pecuniæ oīs pœna deleatur. & hoc non cōuenit diuinæ iuſtitiæ, cui debet ſe humana iuſtitia cō formare. 1 1. q. 3. c. tunc vera. & oportet, q̄ iuſtus miſereatur iuſto: aliàs non eſt in eo iuſtitia. facit de pę. di. 1. c. quem pœnitet. & c. nullus. & c. ſi peccatum. & qđ dixi. s̄. in 2. oppo. Itē pro peccatis mortalibus quantuncunque abolitis per contritionem quò ad Deum imponitur pœna purgatorij, q̄ excedit oīa tormenta, & cruciatus, quos potuiſſet pati in hoc ſęculo. de pę. di. vlt. c. fi. In hoc ſeculo ieiunia, & alia quàmplura corporis afflictiua indicuntur pœnitētibus. 33. q. 2. c. amouere. & c. felicis. de pę. eo. lib. Quòd ergo pœnæ corporales adeò graues tollantur indulgentia (vt pro paruo opere meritorio pecuniæ, vel laboris corporis) non congruit diuinæ iuſtitiæ, nec humanę, per iam dicta. ¶ †
2 Tertiò confirmat hoc; quia procuratores, & miniſtri non poſſunt venire contra legē Dñi, nec factum eius impugnare. Cle. ne Romani. de ele. & l. ſi hoīem. ff. manda. & 21. diſt. c. inferior. Sed Papa eſt Vicarius Ieſu Chriſti in terris. & oīs Chriſti actio ſua debet eē inſtructio: ſed nō apparet Chriſtū dimiſiſſe pœnas gratis, ſed bene culpas. Nec venit ſoluere legem, qui ſoluit per illas indulgentias, dum pœna debita pro peccatis gratis remittitur, contra iura alleg. s̄. proximo articulo. Vnde dicit lex, q̄ facti quæſtio in arbitrio eſt iudicantis: pœnæ verò perſecutio eius voluntati non mandatur, ſed legis auctoritati reſeruat. l. 1. poſt prin. ff. ad Turpil. Nec pōt facere iudex, quin damnatum furti ſequatur infamia. l. non pōt. ff. de fur. debet enim Papa iura tueri, non pro libito deſtruere. c. iuſtum. & c. cum ad noſtram. de elec. & qđ no. de offi. archipreſ. c. fi. in nouel. ¶ Quartò fic. præſuppoſita oī lege diuina, pariter & munda na, quæ dicunt publicè intereſſe, ne malitia remaneat impunita, c. vt famæ. de ſent. exc. & l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. Et præſuppoſito canone, quo cauetur, q̄ facilitas veniæ incentiuū tribuat delinquendi. 23. q. 4. c. eſt iniuſta. & 35. q. 9. c. loci. ibi [ſi ea, quæ malè vſurpantur, omittimus, exceſſus viam alijs aperimus] vī ergo ex iſtis, q̄ ſi Papa, vel alius prælatus prætextu ptātis Clauium pœnas maximas in hoc ſeculo pro peccatis ſuſtinendas per indulgentias remittat, abutatur Clauibus datis Petro, & ſucceſſoribus in ędificationē, nō in deſtructionem. de pę. diſt. 6. in prin. 24. q. 3. c. non in perpetuum. Cum enim dictæ leges ſeculi ſcriptæ, ſint rationabiles, & fundatæ ſuper cōi bono. 4. diſt. c. erit aūt. iniuſtū eſt p̄fata conſideratione eas tranſgredi. 61. diſt. c. miramur. & de poſtu. præla. c. bonæ. 1. Cum ergo iſtæ indulgentiæ certis locis, & perſonis, & eorum priuata conſideratione concedantur: videntur iniuſtæ, & dicendæ ſunt diſsipationes, & non diſpenſationes. & per conſequens qui vtuntur eis, non ſunt tuti coram tribunali æterni iudicis. ſicut in ſimili. c. cum æterni. de re iud. s̄. eo. li. facit qđ no. Bar. in c. non eſt voti. de voto. in glo. & quod ibi ſuper ea in nouel. & c. de multa. de præb. in
3 nouel. ¶ † Quintò, & vltimò confirmatur hoc alia ratione. Qui non ſatisfacit, non dicitur pœnitens. de pę. diſt. 1. c. tres ſunt. & c. quamobrem. & diſt. 3. c. totum. & c. ille rex. & hinc eſt, q̄ ille, qui ſatisfecit, non abſoluitur. 14. qōne. 6. c. ſi res aliena. & de conſe. diſt. 4. c. ſine pnīa. ſed initium pœnæ debitæ pro delicto eſt pars ſatisfactionis, vt patet in iuribus alle. s̄. in 2. ar. in fi. ideò non videtur ſatisfeciſſe, & per conſequēs ob peccatū non remiſſum in foro conſcientię malè ſecurum, cum Dei præceptum impunè calcauerit propter dictam indulgentiam vicarij Ieſu Chriſti: cui tñ fuit viſum ſatisfieri, & pœnā debitā pro peccato ſubire. facit. 15. q. 6. c. iuratos. Deꝰ enim non acceptat diſpenſationem Eccleſiæ, niſi ſecundum iuſtitiam. de pę. diſt. 1. c. quem pœnitet. de conſec. diſt. 2. c. q̄ ſceleratè. & 24. qō. 3. c. non in perpetuum. & d. c. cum æterni. Ex iſtis quinque rationibus ſic efficaciter deductis videtur, q̄ iſtæ indulgentiæ peccatoribus (quantuncunque pœnitētibus, & confeſsis) parum, aut nihil proſint, niſi ſatisfaciant, prout iura volunt. alleg. s̄. in 2. articu. & confirmantur prædicta; quia per duo ſacramenta expiantur peccata, ſcilicet per baptiſmum, & pœnitentiam. Et pœnitentia appellatur ſecunda tabula poſt naufragium. de pę. diſt. 1. c. ſecunda poſt naufragium. & de ſum. Trin. o. 1. ergo non per indulgentias, quæ non ſunt ſacramenta prædicta, ſed inferiores: quod patet; quia conceduntur ēt per non habentem poteſtatem Clauium, vt ſunt electi, & confirmati, ēt non presbyteri, qui poſſunt eas concedere, vt c. accedentibus. de exceſ. præla. in nouel. & ibi per Ioan. Cald. quod ſecus eſſet in pœnitentia, & baptiſmo: quæ non poſſunt miniſtrari, ſiue conferri, niſi à ſacerdotibus, qui habent poteſtatem Clauium. c. verum. & c. multiplex. de pę. diſt. 1. & remiſ. s̄. ad Hoſt. in 1. op. Iſtæ ſunt fortes rationes, quas habui pro maiori parte ex repetitione ſolemni, quam fecit recolendæ memoriæ ſummus Decretorum Doc. D. Gaſp. de Cal. in Romana curia de ca. noſtra. s̄. de pę. & remiſ. multum tamen ad eorum corroborationem. ex quibus rationibus apud antiquos, & modernos reuocatur in dubium: vtrum indulgentiæ tantum valeant, quantum ſonant: & refert ipſe de hoc multorum opin. de quibus in c. quod autem. s̄. de pęn. & remiſ. in ſum. eod. tit. Et iſte primò dixit, quòd tñ valent, quantum in eis reperitur indultum, ſiue remiſſum. poſtea dixit ſe neſcire. Alij dicūt eas valere quò ad delicta ignorātiæ tollenda. Alij quò ad venialia. Alij quò ad pnīa negligenter peractam. Alij quò ad diminutionem pœnæ in purgatorio. Alij quò ad conuerſantium deuotionē, & fidē ſuſcipientium ipſas. Alij aliter opinantur. Sed idē D. Gaſpar dicit, quòd ipſæ opi. nimium diminuunt, & vilificant theſaurum, & poteſtatem Eccleſię militantis: cuius regno p̄ſidentes antiquis tpibus, & modernis iſtas indulgentias concedunt. Et licēt de eis in Veteri, & Nouo teſtō non ſit expreſsè cautum: tñ ſanctos Patres, qui eas inſtituerunt, credendū eſt ab Apoſtolis, & alijs ſanctis patribus habuiſſe, & non erraſſe 12. diſt. c. quis neſciat. ad hoc. 11. di. c. eccleſiaſticarum. de cele. miſ. c. cum Marthæ. poſt prin. Itē fundāt ſuper ptāte Clauium, contra quam nō eſt tutum diſputare. de exceſ. pla. c. tanta. & 50. di. c. vt conſtitueretur. & tradita eſt ſacerdotib⁹ hæc ptās, quibus à Dño dictum eſt. Quorum remiſeritis peccata &c. & dixi. s̄. in 2. oppo. per Hoſt. in ſum. de remiſ. §. qui remittit. & §. quis poſit. fundantur ēt ſuper merita Sanctorum, qui ſanguinem innocentem effuderunt in augmentum fidei, & militantis Eccleſiæ, quorū merita dū Eccleſia in cōmuni, & ſingulari ī diuerſis officijs cōmemorat, vt de reli. & vene. ſanc. c. 1. s̄. hoc eo. lib. etiam credendum eſt, q̄ ipſi in paradiſo pro Eccleſia Catholica, & peccatoribus intercedant. vnde de Paulo ſcribitur, q̄ in orationibus ſuis ſine intermiſſione orabat Deū ꝓ Romanis. 22. di. c. ſac. ſan. Oīones ēt aſſiduæ Eccleſiæ militantis pro peccatorib. apud Deum ipſis veriſimiliter ſuffragantur. Vñ dicit canon. Credēdum eſt eī, & fidei pietas hoc expoſtulat credere, q̄ oēs eleemoſynæ totius Eccleſiæ, oīones, & opera iuſtitiæ, & mīæ ſuccurrant recognoſcenti mortem ſuam ad conuerſationem. de pę. diſt. 6. c. 1. ver. laboret. Iſta ergo maxima merita, & beneficia, q̄ ſancti patres, & martyres reliquerunt in terris, ſunt ſatisfacientia compenſare cum pœnis, q̄ eſſent aliàs peccatoribus irrogandæ. Et his circūſcrip. ſufficeret ſolum meritum paſsionis Chriſti, qui ꝓ peccatoribus orauit, & cuius liuore ſanati ſumus. Quia ergo vnus pōt alium à debito liberare. l. ſoluēdo. de neg. geſt. & l. ſoluit. de iud. vī quòd merita paſsionis Chriſti, & ſanctorum martyrū ꝓ indulgentias poſsint ēt cōicare, & participare cum peccatoribus: vt ſic per merita iuſtorū le

nientur pœnę,& ſupplicia peccatorum.& ſic poteſt intelligi dictum Ambroſij de pę.diſt.3.c. ille rex. Peccatum (inquit) aut donatur,aut deletur,aut tegitur. donatur per gratiã.deletur per ſanguinem.tegitur per charitatem. donari dr̃ propriè per baptiſmum.quia ſine omni pœna ſunt dona baptiſ. de conſec.diſ.4.c.ſine pęna.Donari enim dr̃,quod nullo iure cogente datur.de reg.iu. l. donari. Deletur (dicit ibi tex.) p ſanguinem,i.per paſsionem,& fidem, quã quis habet de paſſione Chriſti;& illud propriè fit per indulgẽtiam. Tegitur p charitatem.i.ſatisfactionem,& alia bona opera.vt iſtæ indulgentiæ proſint.per prædictã rationẽ idẽ tenet Hoſti.in ti. de pę.& re.§.ad quid valent,& inquãtum.vbi appellat hæc merita ſanctorum orationes in cõmuni , & alia opera theſaurũ Eccleſiæ, quem per talos indulgentias cõicat peccatoribus : vt pro ipſis ſoluantur.& per iſta tolluntur oĩa quaſi argumẽta cõtraria,quę locum habent de ſtricto iuris rigore.Sed vbi in peccatore reperitur cordis contritio,item confeſsio,& ſatisfactio facta proximo:q̃ pœna debita pro peccatis nõ poſſit p ſacerdotes Eccleſiæ minorari,& in totũ remitti, eſſet rigoroſum dicere, & in Dei miſericordiã non ſperare, contra c.multiplex.de pę.diſt.1. Sententia ergo, ſiue opi. quæ vetat miſericordiam,fugienda eſt.50.di.c.ponderet.in fin.Item in Veteri,& Nouo teſtõ multa ſunt exẽpla,ex quibus ſola cordis contritione,& conuerſione ſunt oĩa peccata dimiſſa.patet in Dauid,in beato Petro,& beato Paulo,& alijs, de q̃bus de pœni.di.2.§.nunquid ẽt Dauid.per Hoſtiẽ.in ſum. de pę. §.quibus.& q̃d dicit in ver.q̃d cõtritio.et 50.diſ.§.ecõtra.& c.quia tua ſanctitas,& c.quia.& c.põderet. Ex quib⁹,& alijs multis ſimilibus clarè liquet de magna Dei miſericordia erga illos,qui conuertuntur ad cor. veriſimile eſt ergo hãc poteſtatem eius Vicario,& ſacerdotibus reliquiſſe.ſ.relaxandi pœnas: alioquin,dicit canon , contra Claues Eccleſiæ datas diſputabitur.Quodcunque ligaueris,&c. Matthei.16.& 50. di.c.vt conſtituerẽtur.Non ob.q̃ pœna legis auctoritati,nõ iudicis voluntati mãdatur;quia hoc verum, niſi ex cauſa.Nã tunc põt mitigare pœnas iuxta not.in l.quod ergo. §. pœna grauior.ff.de his, qui no.infa.Item Imperator , qui præeſt tẽporalibus,delinquentibus indulget,& in integrũ reſtituit,vt patet.C.de ſenten.paſ.per totũ.ergo & Papa, qui præeſt curæ animarum , põt per indulgentias relaxare pœnas alias p peccatis condignas. & in hac opi. reſidet idem D. Gaſpar in prædicta repetitione:qui tñ conſuluit iſtis, qui remiſsionem pœnarum per indulgentias ſunt conſecuti,ne abſtineant ꝓpter hoc à bonis operibus. quamuis enim ſint ex indulgentia immunes:tñ ex contemptu poſſent ligari. 11.q.3.§.notãdum.Idem cõſuluit Hoſti.in præall.§.multa alia,quæ de iſtis indulgentijs vtiliter proſequitur hic , omitto . ſed ſolum pro
4 intelligentia prædictorum tangam poſt eum . ¶ † Quid eſt
a indulgentia[a] & dicit,q̃ indulgentia eſt remiſsio pœnæ temporalis,debitæ pro peccatis actualibus pœnitentium, non remiſſæ in abſolutione ſacramentali facta à prælato rationabiliter, & ex rationabili cã per compenſationem de pœna indebita iuſtorum. Exponendo ſingula verba dicit,q̃ in diffinitione ideò dicitur[remiſsio]quia omnis indulgẽtia eſt remiſsio,ſed non econuerſo . & ſic remiſsio ponitur loco generis, vt patebit.¶ Ibi [pœnæ.]hoc dicitur ad differentiam remiſſionis culpæ,quæ culpa contrahitur per peccatum.& iſtã,mediante contritione,ſolus Deus remittit.de pę.diſtin.1.§.hoc idem.& c.verbum.& de pę.diſt.4.c.nemo tollit.& ideò dicitur abuſio , quando quis dicitur abſolui à pœna , & culpa. Contrahitur enim ex rancore,& odio inter Deum,& hominem per peccatũ generato:quæ culpa dicitur maculare animam.1.quæſtio.1.c.ventum.& ex hoc meretur pœnam æternam,quæ per contritionem aboletur, & commutatur in tẽporalem:quam ſi non ſubit, vel ſi non patitur in hoc ſęculo, patietur in futuro.de pę.diſtinct.1. c.ſi peccatum.& c. multiplex.& 5.diſtin.c.qualiter.& de rap.c. ſuper eo.¶ Ibi [debitæ] nam pro quolibet peccato debet imponi , vel ſuſtineri pœna.de pœn. diſtinct.1.c.Deus.& c.tres ſunt. Item dicitur,debitæ,ad differentiam indebitæ, quam ſuſtinuerunt ſancti martyres.& hanc indebitam , quaſi per modum compenſationis , & retributionis beneficij ipſis ſanctis martyribus conſueuit Eccleſia peccatorum pœnas debitas per indulgentias eneruare,vt ſ̃.dixi.¶ Ibi [debitæ pro peccatis.]dicit ad differentiam pœnæ, qua Deus punit aliquos in hoc ſeculo ſine culpa,vt in cæco nato.Ioan.9.& ſimilibus.de pœn.diſt.3. ¶ Ibi[pro peccatis actualibus] hoc dicit ad differentiã pœnæ, quæ inſligitur pro originali , quæ non remittitur , niſi in baptiſmo,& immediatè à Deo.de conſe.diſtinct.4.c.firmiſſimè.¶ Ibi [pœnitentium] hoc ideò dictũ eſt; quia impœnitens non gaudet indulgentia,vt dictum eſt.ſ̃.in hac.3.oppo. in ſcõ argumento . ¶ Ibi [non remiſſæ in abſolutione ſacramẽtali.]quæ ſi non remittitur in totum,relaxatur per indulgentias id,quod reſtat de pœna. quòd enim ibi remiſſum fuit,non poteſt amplius remitti.argum.32.quæſtio. 3. c. qd̃ verò non formatum.& de deſponſ.impub. c.ad diſſoluendũ. & quòd ſacerdos poſsit remittere pœnam irrogandam propter offenſam Dei,& Eccleſiæ,non priuatam illatam proximo,no.Hoſtien.plenè in titu. de remiſ.§. quid remittit ſacerdos.verſic.remittit igitur.& iſta remiſsio ſacerdotis, q̃ fit in confeſsione,appellatur remiſsio priuata. quæ autem fit per indulgentias,eſt generalis,publica, & ſolemnis. eod. titu. §. quis poſsit.¶ Ibi [facta à ꝑlato Eccleſię.]quia non valeret,ſi non eſſet poteſtas in faciente.de iure pa.c.quod autem. cum
5 concor. ¶ † Sed hic incidenter quæro , an presbyteri , maximè rectores parochiarum, poſsint indulgentias concedere ? & videtur,quòd ſic.quia ipſi ratione curæ,& ordinis videntur ſucceſſores Apoſtolorum. 21.diſtinctio. c. in nouo. 12.quæſtio.1. c.videntes.& ibi no.quòd omnes fuerunt pari ratione prædiți.& 18. quæſtione.1. c. loquitur. & ex prærogatiua ordinis presbyteralis videt̃ deſcendere iſta poteſtas indulgentiarum, quę verſatur circa animarum ſalutem, & peccatorum remiſsionem , & ſolis presbiteris conceſſa ꝑ illud Euangelij . Amen dico vobis , quodcunque ligaueritis &c. Matth.18.& Ioan.20. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata . facit. c. omnis. & c. cum ex eo.de pœn.& remiſ.& dixi.ſ̃.in 2. op. Item hæc remiſsio peccatorum procedit à poteſtate Clauium.de pœni. diſtin.1.c. agite.& c.multiplex.& c.verbum . Sed inferiores ſacerdotes nõ habent Claues.de ſumma Trin.c.firmitèr. in fine. de conſecra.eccle.vel alta.c.aqua.Ex his infertur,quòd indulgentiæ, per quas pœnitentię eneruantur , poſſunt concedi à ſimplici ſacerdote. & quòd carens ſacerdotali ordine , non poteſt ipſas conferre.Alij,vt Archid.ſ̃. eod.lib. de pœni. & remiſſio.c.Romana.tenẽt, quòd ſolis epiſcopis hoc competat ratione epiſcopalis dignitatis . hinc eſt ſecundùm eum , quòd electus confirmatus hoc non poteſt. & hoc nõ. Hoſtien.ſ̃.de exceſ.præla.c.accedentibus.Tertij dicunt , quòd concedere indulgẽtias cõpetat ratione dignitatis,vel iuriſdictionis ẽpalis.& hoc tenet Hoſtien.in ſumma de remiſsio.§.quis poſsit. & aduerte,quòd dicit,epiſcopalis iuriſdictionis. & non epiſcopalis ordinis.ex hoc enim inferas, quòd electi,& confirmati,ſed non confirmati, poſſunt concedere iſtas indulgentias.quod tenet Ioã.Cald.in c.accedentibus.de exceſsi.prælatorum.in additionibus ad nouel.Concluditur tamen, q̃ ſi nõ ſit ſacerdos,q̃ debeat abſtinere, inferens aliud , q̃ Abba. & inferiores prælati (quantuncunque presbyteri) non poſſunt concedere indulgentias.quod tenet D. Gaſpar in d. repetitio.vbi etiam tenet,q̃ hæc non poſſunt præſcribere, vel conſuetudine vendicare , ẽt ſi habeant epiſcopalem iuriſdictionem.Non ob. q̃ poteſt præſcribi poteſtas excõicandi ; quia aliud eſt in excommunicatione,quæ poteſt competere inferioribus prælatis permiſsione iuris , & hoĩs : aliud in indulgentijs concedendis,quia ex ẽpali iuriſdictione competit,vt prędictum

prædictum eſt.Non ob. quòd remiſsio peccatorum pendeat à ptãte Clauiũ,& per cõſequẽs cõpetat etiam ſimplici ſacerdoti:quia illud verũ de claue fori pœnitẽtialis:non ãt de claue iuriſdictiõis, & dignitatis.& hinc eſt,q̃ ſimplex ſacerdos nõ poteſt excõmunicare; quia illud nõ cõpetit rõne ordinis tm̃. de quo no.2.q.1.c.nomẽ.& de offi.ord.c.ſi ſacerdos. & c.cũ ab eccleſiarum.eo.tit.¶ Iuxta ꝓdicta dubitatur de legato de latere,& videtur,q̃ non poſsit.qa hoc nõ **eſt iure expreſſum.** & q̃ ſanctorum patrum & c.2.q.5.c. cõſuluiſti. **Contrarium** tenẽt oẽs. ſ. q̃ poſsit. quia poteſt facere ſtatuta **perpetua** , & maiorẽ iuriſdictionem habet poſt principem in prouincia.c. ſi abbatem.de elec.ſ̃.eo.lib.& c.ſi.de offi.lega.& tenet Spec. in ti.de lega.§. ſupra eſt.in 3.colum.ver. poteſt etiam indulgentias.vbi dicit,q̃ propter reuerentiam Concilij debet lega
6 tus ſe conformare cum alijs prælatis. ¶† Ex prædictis etiam
b argue , q̃ duæ ſunt Claues ♭ Eccleſię. quod patet ex quibuſdam iuribus, quæ loquuntur in plurali,Claues. Quædam tamen alia loquuntur in ſingulari.de exceſ.prę̃la.cap.tanta. D. Gaſpar dicit, q̃ duæ ſunt Claues. vna ſacramentalis:alia iuriſdictionalis.Prima eſt clauis ordinis;quia illam poteſtatem non poteſt exereere,qui non eſt in ord.ſ̃. de ſum.Tri. c.1. & de conſue.c. quantò. Secunda dicitur **auctoritate dignitatis,** vel iuriſdictionis,hanc conſequitur quis per canonicam electionem,& confirmationem,vel multitudinem, vel aliam ac quiſitionem dignitatis miniſterij , vel officij eccleſiaſtici. de elec.c.tranſmiſſam,de maio.& obe.c.cum in eccleſijs.de hac plenius in prædicta repetitione.& per Hoſt.in ſumma de remiſ.§.1.¶ Sequitur in diffinitione[rationabiliter,& ex cauſa rationabili.] Iſtud ponitur ad diferentiã diſsipantium,nõ diſpenſantium theſaurum Eccleſiæ,quorum indulgentiæ nedum valent,quantum ſonant: ſed penitus non valent. ad hoc de pæni.diſt.1.& diſt.5.c.conſideret.videtur.n.tñ clauis. & ſic aperire non valet.24.q.3.c.non in perpetuũ.vel poteſt dici,q̃ ſit tanta:quia fides ſubditi tanta eſſe põt, q̃ ad illam cõſequẽdam acceptatur à Deo.15.q.vlti.c.ſi.de cõſe di.4.c. baptiſmi vicẽ.vñ abſoluitur quis à putatiuo ꝓlato.licèt.n.ꝓlatus peccet,tñ ex fide meretur abſolutionem. de elect.c. dudum. & q̃d ibi no.Idẽ dicit in ꝓdicta repetitione.Hoſt.ſentit, q̃ ꝓciſè valet,ẽt ſi fuerit indiſcretè conceſſa.puta remittit pnĩam, ſeu pnię partem pro tribus denarijs: peccat tñ prælatus ſic indiſcretè remittens,vt ipſe Hoſt.no.in tit.de remiſ.§. ad qd valet.¶ Sequitur in diffinitione [per recompenſationem pænæ indebitæ iuſtorum.]Iſta verba expone,vt dixi. ſ̃.in c.contrariorum. ver. fundatur etiam ſuper meritis ſanctorum &c. ¶ Poſtremò circa iſtas indulgentias quęro,an æquè per malos prælatos concedatur indulgentia, ſicut per bonos. videtur q̃ nõ. 1.q.1.c.remiſsionem.de conſec. diſt.4.c.quomodo **exaudiuit.** facit ad prædicta. 3.q.7.cap. in grauibus. pro hoc **quod dicitur**[non eſt iudex niſi ſit in eo iuſtitia]de ver.ſig.c. **forus.ad idem.** 1.q.1.c.maledicam.Item peccator conſtitutus in mortali non participat de indulgentia.ergo multò fortius prælatus malus non videtur poſſe conferre.ar.cap. cum Marthæ.de cele.miſ.ibi[beatius eſt dare,quàm accipe.]Ho. dicit,q̃ per bonum miniſtrum fit remiſsio ex officio, quandiu ab Eccleſia toleratur. Vnde Matth.24. **Super cathedram** Moyſi ſederunt principes & phariſei. nec voluntas ſacerdotis obeſſe,nec prodeſſe poteſt: licèt multum per benedictionem poſsit.1.q.1.c.dictum.pro hoc optimè.1.q.1.c. inter Catholicam.cum multis.cap.& 15.q.vlt.& iſtam opi.tenẽt omnes,vt in d.repetitione no.Et hęc ſufficiaut de materia indulgentiæ,quę bene ad propoſitum iſtarum adaptatur:quia per iſtas fit remiſsio peccatorum , concurrentibus ſatisfactione,& alijs de quibus in tex.¶ Quartò principaliter op. dicit tex.quòd debet reſtitui ablatum:aliàs non remittitur peccatum. Sed contra , quia multi ſunt caſus , in quibus eſt impoſsibilis reſtitutio ex parte debitoris:puta cum debitor laborat inopia. in quo caſu ſecundum iſtam regulam debitor iſte inops eſſet in caſu damnationis , poſtquam eſt ſemper in peccato : quia non reſtituit ablatum . ſed certè hoc dicere eſſet abſurdum , & contra iura, quę non obligant quem ad impoſsibile,vel difficile quo ad pænam , vt no.in l.continuus.§.cum ita.ff.de ver.ob.& cap.2. de teſti. cog. Item quòd ad reconciliationem cum Deo oris confeſsio , & cordis contritio ſufficiunt cum propoſito reddendi , cum commodè poterit,quod improbè extorſit.Solu. dicit gl. q̃ aut q̃s eſt debitor ex contractu,aut ex delicto. ſi ex contractu, ſufficit, ſi ſit inops,q̃ cedat bonis,vt remittatur ſibi peccatũ:ſi aũt ſit debitor ex delicto: tunc ſi non poteſt ſoluere , debet luere in corpus. & iſta caſtigatio in corpus liberat eum à debito, prout ſentit gl. ¶ Sed occurrit dubium , vtrum hoc ſit verũ, inuito creditore:qui dicit,q̃ vult potius in carceribus detineri,q̃ verberari ſic,ne à debito iõ liberetur.Io.An.poſt Inn.refert quoſdam dicere,q̃ non habet locũ iſta cõmutatio, cum agitur ad intereſſe: ſed tunc cũ agitur ex delicto,ad pænam, vel pnĩam imponẽdã.& hoc ſi placet actori.12.qõ.2.c.frater nitas.ſicut iudex procedit ex officio ad pænam imponẽdam, vt ſ̃.de maledi.c.2.Alij dicunt, q̃ dicta cõmutatio habet locum,cum pœnæ applicentur fiſco:quod eſt dicendũ in dubio in l.agraria.de termino mo.per Bar.Sed vbi applicantur certis perſonis,non fit cõmutatio eis inuitis.& ita no.in c.Odoardus. de ſolu. & hoc videtur ſentire Innocen. q̃ creditoris ſit electio,vtrùm velit eum caſtigare,vel in carceribus (vt ſic dixerim) macerari.Alij dicunt, quòd eſt electio ipſius debitoris,vt refert Bal.in l.fin.de inĩu.te. vbi tenet,quòd aut creditor debet habere fidem de debito , donec veniat ad pinguiorem fortunam:aut eligere, quòd fuſtibus cædatur. nam in carceribus,poſtquam conſtat de delicto,nõ debet detineri.ad hoc.ff.de iure pa.l.diuus Veſpaſianus, §. fi.& quod no. in l.q̃ ſi minor.§.ſi feruus.de mino.ſi tñ ipſe debitor eligat ſtare in caceribus,& nõ cędi,audiẽdus eſt,vt no.Bal.in l. q̃cũq;. C.de ſer.fugi.q̃d eſt verũ,ſi eſt inops.ſecus ſi idoneus ad ſatisfaciendũ:quia tũc eligens potius ſtare in carceribus , quã ſoluere,audiri non debet.ff.de polli.l.de pollicitationibus.Colligimus igitur,quòd pœna pecuniaria remittitur, ſi commutatur in corporalem.facit l.quid ergo.§.pœna grauior. de his, qui no.infa.& non ſolum fit iſta commutatio in prædicto caſu inopiæ.ſed in certis alijs,& inter alios, cum pœna ordinaria non cadit in delinquentem:puta eſt pœna manus, quam non habet, vel habet aridam : tunc fit commutatio in aliam, vt not.Bald.in Authen.ſed nouo iure.C.de ſer.fugi. & l.2.C. vt infra certum tẽpus. 15.q.6.c. quia iuxta. & vide qd̃ not. Bal.in l.nullũ.C.de teſti. & l.2. C. de ſpor. Et iſta intelligo in foro iudiciali:ſed in foro pnĩali , vtrum debitor ex delicto teneat vltro ſupponere ſe caſtigari in corpus , vt dimittat̃ ſibi peccatum , prout vult iſta regula, dubito,vtrum ſola confeſsio cum intentione reſtituendi,cum poterit,ſufficiat iſti obligato ex delicto,ſicut obligato ex contractu.Nam in iure fori non ſufficit,vt in iſta gl.iure verò poli non tenetur ſe ſubijcere tormentis,quò ad liberationem ab obligatione,qua tenetur homini ex delicto illo.Sed quantùm ad obligationem, qua tantùm ſatisfacere Eccleſiæ de peccato,& offenſa in Deum tenetur, recipiat hanc luitionem in corpus in penitentia à ſacerdote:ſuper quam vide not.per Hoſtien.in ſum.de pæ. §.quibus.verſi.ſed nunquid ſufficit.pe. col. & hæc ſunt vera, cum eſt euidenter in totum inops. quod qualiter probetur, not. ipſe Bal.in l.quicunq;. facit quod not.in l. vbi adhuc.C. de iure do.& l.ſi fideiuſſor.§.1. ff.qui ſatiſ. cog. ſi autem non in totum,ſed pro parte ſit inops. dic , quòd exigitur , quatenus facere poteſt , non vltra : vt ſic eadem ſit ratio de toto quò ad totũ,quę eſt de parte quò ad partẽ. l. quæ de tota.ff. de rei ven.de hoc per Hoſt.in d.§.quibus.pe.col. vbi quid iuris,ſi debitor poteſt commodè ſatisfacere,& hoc recuſat,ſed petit dilationem : creditor negat , vtrũ abſolui poſsit in foro pœnitentiali. cui adde quod not. in d. §. quibus. ver. quid ſi

difficilis sit restitutio. & ibi plenè de effectu istius cessionis. & vide qđ statim dicã in ver. vlterius quæro. & hæc sint dicta, cum debitor propter inopiam nihil põt soluere: vel põt, sed cum magno incommodo. Sed qd dices, si põt soluere, sed nõ absq; personæ suæ periculo. pone exemplum cũ mulier certa est so concepisse, pturit, vel partũ suppositum, quẽ vir, vt filium educauit, & hĩdem instituit. vel tanquam filius, & abintestato successit. mulier de hoc conteritur, & reatum suum cognoscit, videns maritũ suum educasse filium adulterinum vt proprium, vel ptũ suppositum, & eius futurum heredẽ. hoc tñ nõ audet reuelare, & virũ suum rigidũ, & seuerũ nouit: vel si nouit mitẽ, non audet bonam famã suam hac de cã denigrare. qualiter aũt cõsulatur suæ saluti? dicunt quidã, q̃ durãte, siue stante hac fraude, non vĩ, q̃ debeat intelligi pœnitẽs. de pe. & remiss. c. quod quidã. 14. q. 5. c. & si res. mõ stãte fraude, iste pater putatiuus priuat suos consanguineos sua hereditate, contemplatione istius filij putatiui, quos aliàs non priuaret. C. si quis ali. test. phi. l. 1. Et iõ per discretum sacerdotem est ei pnia iniungẽda. de pe. & remi. c. officij. ¶ Sed restat dubiũ, qualiter de expensis sit restõ facienda: vtrum ei, qui alit filiũ alienũ: vel de hereditate sua illis, qui fuissent sibi verisimiliter successuri, si vir iste non credidisset istum fore eius filium: qui vt filius ex testamento, vel abintestato hæreditatem possidet. Hostien. considerat, vtrum ex reuelatione veritatis fienda marito mulier posset incurrere periculum, aut non posit. Primo casu vt credat pro posse reuelando hoc filio in secreto; quia simplex vel spiritualis. & tunc si ei credat, consulat, & inducateum, vt ab illa hereditate abstineat. quod si facit, mulier erit tuta, nisi de expensis factis in talem filium putatiuum, quas ipsa, non ipse filius, restituere tenetur. Nam illa habuit malam fidem: iste bonam, vt l. certum. C. de rei vendi. Sed si filius non vult matri credere: vel est sibi, siue marito periculum reuelare: tunc non est aliud remedium, quàm vt ipsa de suo restituat venientibus abintestato marito: vel alijs institutis cum eo heredibus portionem suam, quã habuit de hereditate patris putatiui. vel si tales non extant, faciat inde eleemosynam de consilio, & consensu diœcesani pro anima illius mariti. nam in hoc gerit vtiliter negocium suum. 12. q. 2. c. quatuor. & no. Hostien. in d. §. quibus & qualiter. sub. §. quid de prædã ementibus. ver. quid si non põt reperiri. & ver. quid si filius. ¶ Et hoc verũ, quando mulier põt de proprio satisfacere, vt s. dictum est. Si verò non potest, tunc doleat de peccato, & disponat in mente sua satisfacere, cum primum poterit iuxta posse suum. ¶ Sed restat dubium, qualiter illi læso restituat, vt non prodat ei peccatum, & culpam suam? dicit Hostien. quòd per medium sacerdotem debeat fieri restitutio, dicendo: vnus, qui læsit, tibi hoc restituit. vel in alio casu dicat, quòd non potest ei restituere; ideò sibi remittatur pro salute animæ suæ. Vbi tamen hoc sacerdos non posset dicere sine suspitione, & infamia mulieris, cuius culpa posset per hoc detegi, vel suspecta haberi (& fortè tormentis subijci) melius est tacere ex contrario, & sufficiet mulieri. 22. quæstio. 2. cap. ne quis. & ita not. Hostien. in d. §. quibus & qualiter. in fin. primæ col. nam patet ex his, quòd semper in defectum eorum, quibus esset restitutio facienda, fiet erogatio pauperibus, vt prædictum est. facit quod not. Hostien. in summa de vsur. §. qua pæna. sub. §. alia à iudice. ver. quid si venerat. cum ver. præcedenti & se. Sed de iure ciuili videtur, q̃ bona, & iura illius, cui erat restitutio facienda, deferantur in fiscum, vt in heredem, si hoc vult, vt l. 1. C. vnde vir, & vxor. vel si non vt heredẽ, tanquam bona vacantia occupet illa, vt l. 1. ff. de iur. fisc. & sic videtur, quòd ista erogatio in pauperibus non procedat de iure ciuili. Solu. oportet fateri contrarium, quòd semper heredi fiet restitutio, qualiscunque sit heres, fiscus, vel alius, qui de iure succedit. his non apparentibus, veniunt paupe-
7 res, prout gloss. dicit. ¶ † Vlterius quæro. quid si debitor potest restituere, sed cum magno eius incommodo; quia nihil sibi remaneret ad victum: videtur, q̃ in totũ. ar. eius, quod not. in l. Nesennius. §. fi. ff. de re iu. qđ credo verum, si malè ablata sunt illa, quæ hĩet penes se, vt d. §. fi. Si verò non haberet: tunc si est debitor ex contractu, videtur secundum glo. q̃ integrè, nisi cedat bonis: sed certè in foro conscientiæ etiam sine cessione, videtur teneri vltra quàm commodè facere possit. Nam cessio est actus iuris ciuilis, secũdùm quem non debet regulari conscientia, sed secundùm veritatem, & secũdum Deum. vnde vltra quam satisfacere possit, deducto ne egeat, non videtur in foro pœnitentiali teneri ad restitu-
8 tionem, vt credo. pro hoc cap. in literis. de rap. & cap. cum tu. de vsuris. quæ iura loquuntur in criminibus. Et tamen vltra facultates non debent inquietari pœna canonica, siue spirituali priuationis, videlicet sepulturæ. ¶ † In vsurario vtrum teneatur in totum, & deducto ne egeat. glos. quòd insolidum c. cũ tu. de vsu. Gof. Arch. contra. de c. quanquam. eodem tit. & lib. idem Host. in d. cap. cum tu. Et hæc opi. secundùm Ioan. Andr. videtur vera in foro pœnitentiali. prima in foro iudiciali, vt in d. cap. cum tu. in nouel. super glos. licèt. ¶ Quin tò principaliter op. & videtur, quòd quandoq;, etiam si non restituatur ablatum, remittatur peccatum: puta cum res perit casu fortuito: tunc enim ipse interitu liberatur, l. si ex legati causa. ff. de ver. ob. & l. item si verberatum. de rei ven. & l. quod te. si cer. peta. So. gl. prima sentit illud contrarium, & dicit, q̃ istud c. debet intelligi, cum restitutio est possibilis; qa res extat: secus si res perierit, ita q̃ restitui non põt. Tunc enim, dicit gl. tenebitur ad æstimationẽ, non obstante quod dixi, q̃ eius interitu liberetur: quia illud verũ, cum culpa sine mora debitoris nõ præcesit interitũ ipsius speciei. Sed si præcesit: tunc ad æstimationem tenebitur, vt in l. subtractum. C. de fur. In casu ergo huius ca. debemus intelligere, quòd præcesserit mora, & culpa: & hoc propter illud verbum [peccatum] aliàs non teneretur ad æstimationem, vt in contrarijs. ¶ Sed hic occurrit dubium, vtrum istud sit verum, si res debita eodem modo fuisset peritura penes creditorem, siue dominũ. Ad hoc vide, quod not. plenè Bar. in l. quod te. præalle gata. vbi refert opi. & ponit suam, quòd post moram teneatur de interitu indistinctè, si species est debita actione personali. l. nemo. §. fin. de ver. ob. per Barto. sed si reali, distingue, vt no. in d. l. si verberatum. cum l. se. Sed quicquid sit in foro iudiciali, remanet mihi dubium in foro pœnitentiali, in quo loquitur istud ca. an peccator ammodo teneatur, postquam res perijt, peritura eodem modo penes creditorem. Et glo. relata ad tex. sentit, quòd teneatur propter peccatum, quod iam contraxerat. In contrarium facit. quia creditor licèt offensus ex rapina, tamen post interitum non videtur prosequi interesse, sed vindictam legi morosam de interitu propter de lictum. & fic istud interesse, quod petit creditor de re sua, quæ perijsset eodem modo penes eum, potest dici pœna ex parte soluentis, & etiam recipientis: sed pœnarum exactio non est licita iure poli. 12. quæstio. 2. cap. fraternitas. Sed ibi loquitur, cum res ecclesiæ extat, & cum ea petebatur, vt augeretur pœna legalis quadrupli, vel dupli. quod non potest facere Ecclesia de honestate, vt ibi. Sed in priuatis personis, & iure poli videtur licita pœnarum exactio, quæ descendit ex lege, vel canone contra delinquentẽ, de quo per Hostien. in summa de pœnis. §. quibus. sub. §. interfectoribus. ver. sed nunquid possunt. & in ver. de pæ. §. quid de accusatoribus. versi. quid si pœna. ¶ Sed aduerte, quia quæstio non formatur, vtrum creditor in foro conscientiæ possit petere à debitore morosò interesse rei suæ peremptæ, quæ pijsset similiter apud eum: in debitore enim ex delicto (puta furti, vel rapinæ) potest peti etiam in foro conscientiæ. Sed in debitore ex
9 contractu, in quo sola mora absq; delicto alio potest deprehendi, est † maius dubium, vtrum æstimationẽ in foro conscientię iustè petat creditor, postquam etiam apud eum perijsset.

ijsset. plus. n. delinquit, qui furatur, quàm qui interpellatus non soluit. ibi. n. delictum, & offensa in faciendo, hic in omittendo, & negligendo. & inter istos iura faciunt differentiam. l. si seruum. de verbo. ob. & l. si mora. so. ma. ¶ In quæstione autem supradicta non quæro, an creditor petere possit: sed vtrum debitor vltro se offerre debeat, vt peccatum sibi remittatur. multa. n. sunt, quæ exactus tenetur soluere, sed non vltro se offerre: vt si ex iniusta sententia quis deberet, & in multis exemplis, de quibus. s. in prin. primæ opi. & quod not. in Cle. pastoralis. de re iudic. in illa. q. vtrum iustè condemnatus ad mortem in foro conscientiæ teneatur expectare supplicium, si potest ipsum vitare, de carcere fugiendo. & saluo iudicio theologorum, credo, q̃ teneatur vltro se offerre, & soluere interesse rei peremptæ, si erat debitor ex delicto: secus si ex contractu, licèt sit in mora soluendi. postquam. n. naturaliter res pijt, vel peritura fuisset apud dominum, illa obligatio in recessu contracta, propter solam moram in foro conscientiæ non videtur efficax. debet enim bona conscientia prosequi damnum suum, quod prouenit alieno delicto ex negligentia non soluendi, quæ non est propriè delictum, qđ intelligitur per hoc ver. peccatum. in tex. positum. includit. n. verbum, peccatum, in se culpam ex animo. prædicta procedunt in debitore generis respectu certę speciei, vel in debitore generis simpliciter, vel in debitore quantitatis, vtrùm liberetur per interitum ante moram, vel post moram. plenè videas in prędicta l. quod te. per Bar. & Bal. qui quærũt de no. q. cum contingit reprobatio monetæ certi generis per statutum: vtrum debitores in pecunia illius formæ, siue generis liberentur? videtur, q̃ sic, sicut si cum perijsset, & effusum esset totum vinum Cãpanię, siue cellarij, de quo debebam tibi dare decem salmas. ar. l. in naue. ff. loca. Nam eadem videtur ratio in debitore generis subalterni respectu interitus totius generis. q̃ per interitum speciei certę, l. in ratione. §. incertæ. ad leg. fal. ipsi tenent contrarium, & concludunt: tñ remanet obligatio in materia, siue massa, vnde alia pecunia redacta fuit ad formã: quia perẽptio formæ specificatæ nõ extinguit debitum secundùm iura, quod de illo gñe supereset, vt l. illud. §. quæsitum. & qđ ibi no. ff. de le. 3. & est casus in fi. in c. olim. de consi. facit qđ no. Bar. & Bal. in d. l. quod te. vtrum difficultas ꝓstationis impediat, est clarum, si est pœna spiritualis excõicationis, periurij, vel similis. c. 2. de test. cog. Si verò aliud. dic, vt l. continuus. §. aliud. ff. de ver. ob. quod est vtile scire in materia huius regulæ. vtrũ videlicet interim, dum non potest satisfacere, contrahat peccatum, vt sic etiam interim re perempta remaneat obligatus. Si enim non contrahit, liberatur tali interitu: secus si contrahit, vel peccat interim, dum non potest satisfacere. & procedit quæstio quò ad obligationem, qua tenetur ꝓximo, non quò ad illam, qua tenetur Ecclesiæ, vel Deo: qa mitius agit Deus, & Ecclesia, q̃ hõ, vt l. Celsus. ff. de arbi. & d. c. 1. ¶ Sextò opp. præsuppositio, q̃ ista dictio, nisi, ponatur, prout. ꝯ. dicam. innuit iste tex. q̃ facta restitutione eius, quod indebitè est ablatum, remittatur peccatum. Sed contra. in delictis consumatur venia pœnitentię, cum ipsa rei restitutione coniuncta definit esse nocens, vt l. qui ea mente. de fur. & l. pe. vi bo. rap. Sol. dicit Dy. ibi secundum rigorem iuris ciuilis, hic autem de benignitate iuris canonici, quod imitatur in hoc ius diuinum, ergo. sol. vt supradixi in secunda
10 oppositio. † Nã propter peccatũ obligat quis Deo, Ecclesię militãti, & proximo: per restitutionẽ remittitur peccatũ, quò ad ꝓximũ: non aũt quò ad Deum, vel Ecclesiã, quibus (vt ibi dixi) ẽt obligatur Ecclesiæ, videlicet q̃ cõfiteatur peccatũ, & pnĩam agat, & Deo, vt in corde conteratur; & de ista vltima satisfactiõe ꝓ cordis cõtritionẽ nõ curauit lex ciuilis, sed de primis duabus: nã ẽt si satisfacit pti læsæ, obligatur ad pœnã fisco: & etiam econuerso, soluta pœna, remanet obligatus pti. l. 1. C. qua. ciui. ac. præ. cri. & ꝓ hoc dicit gl. in se. q̃ pœna formæ pœnitẽtialis non tollit pœnã legalẽ, vt not. in c. de his. de accusa. ¶ Ex prædictis contrarijs venio ad aliquas vtiles quæstiones: pro quarum pleniori, & clariori intelligentia ꝓmitto, q̃ in restitutione malè ablatorum qñq; contingit difficultas in restituendo ex parte debitoris: puta qa inops, vel non põt absq; suo periculo, vel magno incõmodo: & de his dictum est. s. in quarta oppo. & remissiuè repetam in 1. qõ. Quandoq; contingit difficultas in restituendo ex parte ipsius rei ablatæ. & ibi etiam de hoc tetigi. Quandoq; cõtingit difficultas ex parte creditoris. & de hoc in gl. 1. & de his omnibus prosequitur per quęstiones principales, & accessorias principalibus coaptandas, & ipsarũ materijs. ¶ Primò igiẽ quæro. dixi. s. in 4. oppo. qd iuris, cum restitutio est impossibilis propter interitum ipsius rei: vel propter restituẽtis periculum. Sed pone, q̃ alia ratione est impossibilis, vt in hoste occiso, vel mutilato, vel infamia lacessita, vel virginitate corrupta. ista. n. non recipiunt æstimationem pecuniariam. l. fi. de his, qui dote. vel effu. & l. pe. si quadru. paupe. fecis. di. in q̃ bus dicitur, q̃ liberũ corpus deformati non recipit æstimationem, similiter nec corrupta castitas potest restitui. l. 1. C. de rap. Qualiter igitur, qui sic offendit, satisfaciet, vt peccatũ remittatur? rñdeo. in his, & similibus casibus, non cadit dicta satisfactio: sed fit quædam æstimatio per leges, quę pronident, vt habeatur tota operarum remissio, quibus carituras est ex eo, q̃ inutilis factus est propter cicatricem, aut deformitatẽ: ideò non debetur æstimatio; qa liberũ corpus & c. vt ibi. & per Host. in summa de iniur. & dã. da. §. qbus. ver. illud certum est. & ver. sed qualiter. in raptu honestarũ dñarum, & virginis tenẽtur raptores: quia bona sua dãtur in solatium tam atrocis iniuriæ, & offensę. l. raptores. C. de epis. au. & 27. q. 1. c. si quis rapuerit. similiter propter offensam illatã in dñm priuatur vasallus feudo, & reuertitur ad dñm; vt saltim (dicit text.) habeat suæ iniuriæ vltionem in 10. coll. quæ fuit prima causa. c. boues. §. deniq;. interfectoribus clericorũ limitatæ sunt certæ pœnæ per cano. contra tales. 17. q. 4. cap. subdia. & c. se. & hoc propter præcedentẽ pniam. c. 1. de pę. & no. Hostien. in summa de pæ. §. quæ quis. sub. §. interfectoribus. & ibi cui ista pœna debeat applicari, in ti. de sen. ex. §. qualiter. hæc absolutio. sub §. serui. ver. si cui. vbi de æstimatione iniuriæ irrogatæ per quem fiat, & cui debeat applicari de fama autem læsa, siue lacessita qualiter fiat satisfactio. no. Host. in summa de pæ. §. quibus. sub. §. quid de accusato. ver. obligantur etiam tales. sicut enim publicè diffamauit, ita publicè confiteri oportet se mẽdaciũ, & falsum dixisse, & in super ab infamato veniam postulare. Ad hoc. 14. quæstio. 6. c. si res. 2. quæstio. 1. cap. quidam. & 6. quæstio. 1. c. deteriores. Ex pdictis exẽplis, & multis similibus apparet, q̃ multi sunt casus, in quibus non cadit vera restitutio ablatorũ, in quibus iura ꝓuidẽt, cõmutando in aliud, qđ non põt directò cõstitui, siue reddi. ad hoc qđ no. in l. 2. §. 1. si cer. pe. ¶ Sed remanet dubiũ, vtrum iura, q̃ careant pœnis in pdictis casibus, & si. sint sequenda in casu huius cap. vt s. non remittatur peccatũ, nisi (vt iura statuunt) restituatur ablatũ. ¶ Ad hoc dico, q̃ locũ habent in casibus, vbi loco interesse iura ita modificant; vt in amissis operis, & perdendis propter mẽbrum debilitatum, vel propter falsum, & mendacium purgarẽt infamatum, vt dictum est: pœnam autem amissionis bonorum contra raptores, vel pecuniariam contra interfectores clericorum, vel æstimationem iniuriæ irrogatę, vtrum pro remissione talium peccatorum teneatur à se exigere, & satisfacere, vel vltra quos offendit, videtur, quòd non in capit. fraternitatis. 12. quæstio. 2. c. sicut. nec etiam pœna vltimi supplicij tenentur tales vltrò se subijcere, & seipsos accusare. de pæ. dis. 1. c. non tibi dico. ¶ Ego credo, quòd de dictis pœnis canonicis, & legalibus tenetur satisfacere, vt peccatum remittatur: quia subrogantur loco inæstimabilis interesse, & impossibilis restitutionis rerum malè ablatarum. vnde videtur talium pœnarum exactio licita, etiam in foro conscientiæ, maximè vbi sunt

vbi sunt in æquitate fundatę, vt plenè dixi in c. possessor. ℣. e. tit. in repetitione ipsius. moram, aut pœnam applicando parti, vt dupli, vel quadrupli in furto, & similibus: quia est pœna ex parte vtriusq; , vel pœnam applicando fisco. peccatum autem in corpus non credo, quòd teneatur vltro soluere, & non exactus à se exigere: quia ista possunt dici ablata, vel quòd succedant loco ablatorum, seu loco publicæ vindictæ, ne maleficia remaneant impunita. & sic cessat ver. huius regu. [restituatur ablatum :] quia hic nihil sublatum. Item quia ista publica, & pœnalis vindicta expeditur per viam ac-
11 cusationis. † Nam nemo sine accusatore damnatur, vt cap. nostrum. vt eccle. bene. l. rescripto. §. si quis. de mu. & ho. & canon dicit, quòd illaudabile genus est accusationis. 2. quæstio. 7. cap. si quis episcopus. Item peccator offerendo sponte pœnam seipsum proderet. quod non est in precepto legis, vt d. cap. non tibi dico. facit l. 11. de bo. eorum, qui mor. sibi consci. vbi tex. dicit, quòd licitum est vnicuique, qualitercunque potest, sanguinem suum redimere: ergo non effundere, deferendo seipsum; & occulta peccata non habent vindictam, vt dicit canon. & propter hoc gloss. in d. Cle. pastoralis. quæ dicit, quòd iustè damnatus tenetur expectare vltimũ supplicium, & non debeat recedere de carceribus, & vitare hoc supplicium, si possit, fortè non bene sentit. nam natura hoc abhorret, & refugit: ideò & omne animal tueri salutem desiderat. mortẽ verò tanquam perniciem deuitat, vt ait Boetius. facit Clo. pastoralis. vbi dicit, quòd etiam dæmones hoc deuitant. pro alijs merè pœnis pecuniarijs, quòd non laudabiliter exigantur, est tex. in d. c. fraternitatis. 12. q. 1. per ꝓdicta patet, quòd gl. si. in prin. bene dicit, ꝙ vbi nihil est ablatum, sed dãnũ datũ; ex quo nihil adest damnum dãti, sed abest dãnum passo, non dimittitur sibi hoc peccatum, nisi restituat damnũ. & sic habet locũ regula. ¶ Sed quæro. istud. c. loquitur, cum res peruenit ad aliquem vitio, dum dicit [ablatum.] Quid ergo si cum ti. puta emit animalia, vel res depdatas in bello, vel furto subtractas: an teneatur restituere? Sol. in subtractis furto, vel rapina. dic, quòd emit mala fide, aut bona. Si mala, tenetur, etiam re perempta, quamplurimi fuit ex tempore contractus: quia scienter emendo, furtum commisit: ideò semp fuit in mora, l. 2. & l. qui iumenta. de fur. & l. si vt certo. §. sed interdum. ff. commoda. & hoc habet locum nõ solum in primo, sed ẽt in scdo, tertio, & vlteriori malæ fidei emptore. l. vbi. ff. de mino. & l. sed & si lege. §. siue aũt. de peti. here. & c. si bñficia. de præbẽ. ℣. eod. lib. Aut emptor emit ignoranter: & tunc aut eius ignorantia fuit crassa, & supina (quia communiter publicè dicebatur, ꝙ res erat rapta, vel furata:) & non excusat eum talis ignorantia, sed habetur pro malæ fidei emptore. 17. q. 2. c. si cupis. & l. 2. C. de fur. Aut eius ignorantia fuit probabilis; & tunc excusatur à furto, sed tenetur reddere, postquam sciuit postea ad alium pertinere. Nam ex tunc, nisi restituat, incipit esse possessor malæ fidei, vt d. l. 2. facit l. qui contra. C. de nup. Potest autem agere contra venditorem suum ad recuperationem pretij, & interesse, si res est ab eo euicta per sententiam, iuxta not. de contrahen. emp. c. fin. ¶ Sed restat dubium, si iste emptor, ad hoc vt restituat domino, monet ipsum, vt moueat sibi litem; quia vult per sententiam restituere, aliàs non posset pretium ab actore suo recuperare. do. dicit. nolo me litibus implicare; quia dubius est litis euentus, nec habeo probationes in promptu. restituc, si vis, postquam scis in tua conscientia, ꝙ sit mea: aliàs non dimittitur peccatum. & c. vt hic. respondeo text. alibi dicit in simili, quòd emptor debet subijcere vnũ. qui ab eo petat nomine veri domini, & euincat per sniam, & sic agat cõtra venditorẽ ad ptiũ, l. at qui na. §. cũ me absente. de nego. gest. Sed certè tam emptori, quàm illi, quẽ subiecit, difficile esset probare dominium, vel quasi dominiũ veri dñi: si nõ essent instructi de probationibus, & iuribus, q̃ prætendit verus dñs in illa re, Et ideò saluo iudicio saniori, dico, ꝙ verus do. tenetur suscipere iudiciũ cõtra verũ emptorẽ: & de furto, siue rapina, vel de suo titulo fidẽ facere, si vult illa onera recusare, procuratorẽ constituere, & iura competentia, & probationes in iudicio exhibere: & tunc remanet dubium, si contra dictas probationes exhibitas pronunciari cõtingat. vel quia minus sufficientes, vel per iudicis imprudentiam, cuius erit damnum, vel veri domini, vel emptoris. & crederem in his casibus, quòd veri domini. nam emptor nõ tenetur sibi reddere, nisi illi fidem faciat, quòd sit sua, vel sibi ablata. Nã absq; sententia reddere non potest sine detrimẽto, siue damno pretij, & interesse: quod non posset recuperare, nisi per sniam euincatur ab eo: non enim timore cõsciæ tenetur emptor bonæ fidei ius suum dimittere indiscussum. l. illud. de peti. here. nec illi credere, ꝙ sit sua, quia communiter, & publicè oẽs dicunt. Ad hoc ipse potest rñdere, & dicere: certè ego bona fide emi, & pretiũ solui: vnde non possum pcisè dici prædo. l. si rem & pretium. de pe. hr̃. ne ergo ipse do. & ego patiamur damna, faciat illud, quod debet ex parte sua, suscipiendo onus iudicij, & probationum: & hoc modo sibi, & mihi consulet: aliàs nolo, quia sine iudicio restituendo perderem interesse meum: & certè credo, ꝙ bñ dicat. Nõ ob. l. 2. de fur. quia intelligo illam. l. qñ do. egit contra emptorẽ, & obtinuit: tunc. n. nõ põt obijcere de pretio sibi restituẽ do à do. intelligo ergo istam regulã, qñ ille, apud quem repe ritur res ablata, non hẽt manifestam cãm retinendi: sicut est causa, de qua supra, ex præcepto legis inducta; ne sine sententia restituat, si vult damnum pretij, quod incurreret, euitare, vel propter expẽsas bona fide factas, vel etiã (qđ plus est) si emisset scienter, tñ bona fide restituat dño, recepto ptio, & interesse suo; cũ alias dñs rei ipsam recuperare nõ potuisset, vel non ita de facili. cẽsetur enim iste emptor bonę fidei, nec cõmittit furtum. l. falsus. §. pe. de fur. quinimmo si ita emendo fuerit protestatus, ꝙ emebat nomine veri domini, & vt sibi restitueret, haber actionem neg. ge. si vtiliter negocium domini gesserit, vt prædictum est. facit l. sed an. de neg. ge. l. Nesennius. & de admi. tu. l. nõ existimo. & ita not Hosti. in sum. de pen. §. quibus. sub. §. quid de prędam ementibus. in prin. in versi. sed nunquid emptor. vbi circa hoc quærit in versi. si quis emat. & o. Pone statutum est, quòd si quis emit rem publicè in mercato, non teneatur restituere, etiam vero domino postea venienti. Respondet, ꝙ tale statutum non põt seruari sine peccato. ideò eo non obstãte nihilominus euincẽtur res, si extat: aliàs liberatus est emptor. ego dubito, de hac eius decisione Papa no. in cap. quæ in ecclesiarum. de consti. potest enim lex, & statutum auferre rem vnius, & dare alteri ex causa iusta. Sed statutum reputat causam iustam, si emerit in publico foro, vnde iustè possidet & c. l. iustè. de acqui. pos. Non ob. quòd superuenerit scientia rei alienæ: quia ista non nocet post acquisitionem iam factam ex causa onerosa. c. fi. de prescri. & no. in c. 1. de consue. præben. & tenet Io. An. in c. possessor. ℣. eo. in 6. articulo. Sicut enim ratione tpis, siue præscriptionis lex statuit de dominio acquirendo: ita etiam posset hoc facere lex ratione loci, arg. l. vinum. ff. si. cer. pet. vrgent in simili aliæ rationes, de quibus plenè in d. 6. articulo. Sed contra opi. theologorum dicentium, quòd etiam si post præscriptionem completam veniat scientia rei alienæ, tenetur restituere, vt not. in d. capit. 1. de consue. præben. ¶ Sed occurrit quęstio, quę sæpe contingit in prouincia Patrimonij, vnde mihi origo est in ipsa. Nam quædam gentes armorum, durante schismatis tempestate, occupauerunt ciuitates, & castra; & illam prouinciam, (quandoq; tenendo cũ vno, quandoq; cum alio de istis, de papatu contendentibus) afflixerunt annis. 30. & vltra. quandoq; contigit, ꝙ clandestinè rapuerunt castra istius domini, & illius, & in ista se reducendo faciunt magnam guerram dominis, & ciuitatibus, & suis cõuicinijs. dñi, quorũ sunt, non pñt recuperare de facto: sed vicini domini, qui læduntur, & quorum territoria depræ dan-

dantur ab illis, ipsa emunt mãgnis quantitatibus pecunię, & retinent: quæritur, an dicantur emptores malæ fidei, & sic pe ccent: & videtur, ꝙ sic, postquam emunt à prædonibus, & latrũculis, & sciunt ad alium pertinere; ita ꝙ succedunt scien
13 ter in vitium c. sæpe. de resti. spo. l. 1. C. pro empt. & l. cum quærebatur. C. vnde vi. ex quo sequitur, ꝙ etiam non restituto pretio tenentur ad restitutionem: aliàs non dimittitur peccatum, vt in ista reg. & l. 2. C. de furtis. In cõtrarium est, quia licitum est vnicuiq; redimere vexationem suam iniustè illatam. c. cum ver. issent. de insti. Item postquam res suas aliter defendere non poterãt, licitum fuit sibi emere alienas, ex quibus patiebantur iniqua, aut deprędationes, & furta, vt l. si quis fumo. §. 1. ff. ad leg. Aquil. vbi casus est. Authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet. Item quò ad dominium dicti castri occupati poterit dici dictum castrum perditum, postquã erat ab hostibus occupatum sine spe recuperationis. facit quod no. Cyn. in l. 2. C. de iure emphy. in quæstio. & l. per seruum. de peti. here. Item istis vicinis fuisset licitum dictum castrum vi, vel furto occupare, postquam propter eius causam, & recep. à prędonibus opprimebãtur: multò iustius potuerunt emere, & iustam habent causam retentionis: donec eis pretiũ fuerit restitutũ, & fortè ẽt dãna illata dicti castri occupati. & quanquã dñs sit verus dñs; quia furto subtractum fuit: tñ iustior est causa vicinorũ, q̃ sua, qui similiter certant de dãno vitãdo. & hanc partẽ credo verã. & gñaliter non posset absurdè dici, ꝙ in foro conscię loquendo, ꝙ si res tua ad me peruenit sine vitio, ꝙ competat mihi ius retentionis sine peccato, si ex aliqua causa res mihi obligatur in specie, vel quãtitate, & mihi non satisfit. Ad hoc quod no. Cy. in l. si commode. & l. si non fortẽ. §. si centũ. de cõdi. inde. & l. 1. C. ẽt si ob chiro. pe. Si autem cum vitio peruenisset ad me; quia eum scienter emo à fure, vel à prædone. vel egomet furto subtraxi, vel spoliaui. & in foro contentioso certum est, ꝙ non possem pro debito, in quo mihi tenetur, retinere, vt d. l. fi. per Cy. Sed in foro conscientiæ, vtrum possem sine peccato retinere, nisi restituas, in quo mihi teneris. Credo saluo meliori iudicio, quòd possim, nec habet locum ista reg. peccatum. Nã debet intelligi, cum retineo cum peccatõ, & contra cõscientẽ: sed non possem dici cum mala conscia retinere, si paratus sum reddere, quod debeo: quia tu es ille, qui peccas principaliter, denegando reddere id, quod debes. Ad hoc qđ not. Inn. in d. c. olim. il. 1. de resti. spo. vbi licitum est 14
furari rem meam, quã indebitè tenes, vt no. 1. dist. c. ius gentium. Sed idem videtur, si subtrahã tibi aliam rem tuam: quia recusas reddere mihi rem meam. & licèt canones contrarium statuunt: certè hoc faciũt propter bonum publicum, ne quis dicat ius sibi ipsi. l. extat. ff. quod me. cau. Sed conscia non habet iudicem, nisi Deum, qui ad cor respicit, non ad manum, vel factum eius: ergo rem meam si sic subtraho, vel spolio de bitorem meum, qui in me peccat, est Deo notum, quòd non facio animo lucrandi, sed rem meam, vel debitum consequẽdum: non ergo peccat apud Deum, qui sæpe aliter iudicat, quàm iudex corporum. c. 1. de re iudi. eo. lib. & c. literis. de restit. spo pro hoc facit quod dicam post Host. in proxima quęstione. Nam si possum furari à fure, vt restituam vero domino: multò fortius vt liberem à peccato. ¶ † Iuxta prædicta
12 etiam quæro, vtrum furi, raptori, vel vsurario possim rem raptam, vel subtractam, siue malè extortam furripere, vt restituam vero domino? Ad hoc dico, ꝙ in foro contentioso hoc non esset licitum. sed delictum: de fure, & inuasore vtrum agere possit, si ab ipsis res vitio furti, vel violentiæ affecta surripiatur. dic, vt no. in l. 1. §. qui à me vi. ff. de vi & vi arma. & l. itaq; . de fur. In foro pœnitentiali, dicit Host. in cap. quibus ius. §. quid de accusatoribus. versi. quid ergo. si ideo quis sub trahit furi, vt restituat vero domino, videtur sic excusatus. ar. l bona fides. depo. Nam vtiliter gerit negotium furis; ergo cogitur hoc habere ratũ. ff. de neg. ge. l. sed an vltro. §. 1. non tamen possem à fure, ab vsurario, vel raptore ita furripere, vt ex hac faciam ecclesiam. quia non sunt facienda mala, vt veniant inde bona. 30. q. 1. c. nosse. 32. q. 4. c. sic non sunt. 14. q. 5. c. fortè. & c. neq; . ¶ † Tertiò quæro de rebus occupatis in bello, vtrùm efficiantur occupantium. & distingue duo membra, siue tria. Nam aut est bellum illicitum, aut licitum, aut dubium. & de bello licito, siue iusto vide in d. §. quibus, & qualiter. Quid de rapina, vel præda, quot requiruntur, vt sit bellum iustum. vide per Host. in summa de treu. & pa. & tetigi. ℣. eo. lib. de homi. c. 1. de præmisso in primo casu nulli dubium, quòd ablata sunt restituenda. Sed est dubium, inquantum quilibet teneatur pro occupa. & rap. in bello iniusto: & de auctoritate, & duce belli non est dubium, ꝙ tenetur non solum de rap. & de prædationibus proprijs, sed etiam omniũ aliorum, quos secum duxit, & similiter de homicidijs, & scelebus perpetratis in tali bello non solum à suis, sed contra suos, vt l. qm̃. C. ad leg. Iul. de vi pub. sed de comitantibus eũ, vel consiliarijs suis, vtrum de rapina, & damnis datis à se teneatur, vel de damnis & rap. & socijs & comitibus suis. & an pro parte de talibus, an in solidum quilibet teneatur. & an vnius solutio liberet alios. prosequitur Hostien. in d. §. quibus. ver. sed nunquid qui sequuntur. & habuit ab Innocen. in c. sicut dignum. de homici. cuius dicta reassumpsi, & plenè scripsi in c. accessorium. ℣. eo. in q. prin. ideò non prosequor. Secundo casu qñ bellum est iustum, siue licitũ: tunc res deprædatæ efficiuntur occupantium. 1. di. c. ius gentium. & captus in bello licito (quia seruus efficitur) peccat, si aufugit. Sed vbi bellum est illicitum: tunc licet aufugere. de cap. l. nihil interest. Ex his infero secundùm Hostiẽ. ꝙ si Christianus est captus in bello inito cum Saracenis, non põt subtrahere, vel furari aliquid Saraceno, cuius est seruus, nec ab eo recedere, nisi Saraceni cogant eum captum ad infidelitatem: tũc enim captiu⁹ eripitur, & libertati donatur. Nam in hoc casu cum de subuersione fidei agatur, magis obediẽdum est Deo, quã hoibus. 11. q. 3. c. qui resistit. & c. Iul. Ideò nõ tenetur surripiens res illius isto casu, vt in d. §. quibus. sub. §. quid de accusatoribus. ver. quid si Christianus. secundùm Host. Ex quibus dictis ibidem collige, quòd ab infidelibus, dum nobiscum pacificè viuunt, non possumus res eorum rapere, siue furari, siue alio modo illicito vsurpare: quia iusta rerum dominia ita sunt apud eos, sicut apud nos, vt not. in cap. quod si his. de voto. in nouel. vbi omnino videas. ¶ † Sed hic quęro, vtrum princeps sine peccato possit repellere Iudeos, & Saracenos de regno suo, & eis bona auferre. Et an Papa possit hoc principibus præcipere, vel persuadere. & videtur, quòd non, postquàm inter Christianos volunt viuere pacificè, & honestè. Nulla enim molestia in persona, vel rebus est eis isto casu inferenda. C. de Iudęis. l. nullus. & ℣. eod. titu. capit. multorum. Hinc est, quòd contra Christianos præscribunt. 16. quęstio. 3. cap. porro. & ibi no. 23. quæstio. 7. cap. si de rebus. peccat ergo dominus, si sine causa eos spoliat: nec Papa debet eis auferre bona, sed debet eos, quandiu potest, tolerare. 45. distin. cap. qui sincera & cap. de iudęis. cap. & si Iudęos. & est ratio prædictorum, vt per eorum commercium eos Domino lucrifacere possimus. 23. q. 4. cap. infideles. & ar. 11. q. 3. c. ad mensam. & de diuor. c. gaudemus. & c. quantò. & Iudęi maximè tolerandi sunt: quia per eorum codices alios infideles conuincimus: cum de Christo dño nostro veraciter per eorum codices veritatem, & fidem nostram probemus, postquam. n. codicibus volunt credere, credant illis, vt dicit beatus Augu. super psalmo. 40. beatus Hiero. assignat aliam rationẽ, quia in lege cauetur, ꝙ in fine seculi illuminabuntur, & reliquiæ Israel saluæ erunt. & hoc expleri non posset, si licitum eos esset de toto orbe expellere. & ita Hiero. in nouel. Innocentum. & illud est, vbi Christianis non immineret periculum, vel scandalum, vt not. Innocen. in c. super his. ℣. de voto. Ex omnibus enim prædictis ideò expelli possunt,

& prius

& priuari bonis: quia postquam pietate, & ex gratia ab Eccle
sia tolerantur, vt dicit tex. in d. ca. & si iudæos. si ea abuntur, priuilegium merentur amittere, tanquam ingrati, vt ibi, exemplo ancillæ, & filij eius. cum. n. esset ingrata, & molesta dñæ suæ, per quam Ecclesia figuratur, dictum contra eã fuit: Eijce ancillã, & filium eius. 23. q. 3. c. si ecclesia. nã per mortẽ Christi effecti sunt serui, vt d. c. & si iudęos. & propter hoc dicit Arch. q̃ princeps, qui eorum dñs est, põt eos vẽdere. 40. di. c. qui sincera. & etiam bona. 4. di. c. fraternitatẽ. per Arch. multò ergo fortius eos expellere. ar. C. de ser. expor. l. 1. & 2. & hæc vera, vt dixi, vbi viuerent quietè, & nõ immineret scã dalũ: aliàs nõ deberet Papa ꝑcipere, vel persuadere hoc prin cipibus, per not. in d. c. qđ super his. & nihil ad eũ de his, qui foris sunt. de diuor. c. gaudemus. & in hoc residet obiectio q. 2. & ista intelligo, dummodo quietè velint viuere inter nos. Sed si habent regna, & prouincias separatas à nostris, & ibi dem iurisdictionem exercent, & omnia tenent: vtrum licet Christianis illis volentibus in pace viuere, bella mouere, & bona eorũ occupare sine peccato? pro solutione illius. q. scié dũ est, q̃ inter illustres pręs canonũ Inn. & Host. fuerunt op. vtrũ. s. apud infideles rerum dñia, iurisdictiones, & possessio nes possint esse sine peccato. Nã si sic, non possent in eis in quietari. occupari, vel inuadi sine peccato. & hãc op. s. q̃ sint dñia, possessiones, & iurisdictiones apud eos sine peccato, te nuit Inn. in d. c. qđ si. sup his. probatur primò. quia in rei verita tẽ. Dñi est terra, & plenitudo eius. & c. de deci. c. tua nobis. sed ipse Dñs hæc oĩa subiecit rationabili creaturę, ꝑp quã oĩa fecit. Gene. primo. & l. in pecudũ. de vsur. & fuerũt ista à prin cipio oĩbus cõĩa, quousq; iure gentiũ distincta sunt dñia, & regna diuisa. 1. di. c. ius gen. & ff. de iust. & iu. l. hoc iure. & no. s̃. de sum. Tri. & fi. Catho. c. 1. super verbo dispositio. ex quo patet, q̃ ab initio rationabilis creaturæ non erãt in bonis alicuius, ideò occupanti concedebãtur, vñ Deutero. 40. Omnis locus, quẽ calcauerit pes vester, vester erit. & not. q̃ dicit po stea, vester erit. quasi nõ liceat alteri postea vlterius occupa re, postq̃ ab altero occupatũ est: vñ Prouer. 22. Ne transgre diatur &c. & lege naturali prohibitũ é, ne quis alteri faciat, qđ sibi fieri non vult, vt in prin. Dec. Ex quibus patẽter ostendi tur, q̃ pro omni rationabili creatura ista sunt à Deo ordi nata, qui solem oriri facit non solũ super bonos, sed etiam su per malos, & omnia volatilia pascit. Matthe. 5. in fi. Qui dat escã omni carni. psal. & q̃ vnus ab alio non caperet, nec alte ri inferret violentiam, expresè prohibuit, dicens. Ne furtum facies. per qđ dictum omnis violentia, & rapi. prohibetur. Exo. 20. & 13. q. 5. c. 1. Ex istis infert Inn. q̃ possessiones, & dñia, & iurisdictiones sunt apud infideles: & ideò non liceat fidelibus, nec Papę auferre ab infidelibus quæ tenent. i. quæ sine peccato possidẽt, & Deo auctore, per ea, quæ dicta sunt. facit l. iustè. ff. de acqui. poss. Nam ad fidem non sunt com pellendi, sed gratia diuina vocandi. 40. dist. c. de iudęis. & 23. dist. ad fi. Et per ista dicit, quòd si populus alicuius ma gni principis infidelis conuerteretur ad fidem, & ipse rema neret in sua infidelitate, deberet tolerari per Papã in sua iu risdictione, & dominio. nisi immineret periculum fidei, vel ipsorum fidelium; qua tunc posset cogi ad recipiendum pre tium, vel cõmutationẽ. s̃. de iude. c. fi. nã & alibi amittit quis res suas sine causa, puta fauore libertatis. C. pro qui. cau. ser. acci. lib. l. 1. multò ergo fortius ratione fidei, & religionis, & est summa ratio. facit de reli. l. sũt pśonæ. Et hęc vera sñ Inn. nisi in sancta terra, de qua iustè põt Papa infideles expellere, & eis bellũ indicere, & ad Christianorum dominium reuoca re. Nam & prædicatione Apostolorum, & iusto bello deuicti sũt ab Imperatore post mortẽ Christi: ideò Papa ratione Ro mani Imperij, qđ obtiet, põt, & debet ipsam ad suam iurisdi ctionem reuocare, tanquam iniustè ab illis fuerit spoliatus. Ex quo etiam dicit Inn. q̃ hæc ratio sufficit in omnibus alijs terris, in quibus aliquando Romani Imperatores iurisdictio nẽm habuerunt. Item etiam prædicta vera: nisi infideles ma lè tractarent, & opprimẽt Christianos in eorũ terris habitã tes. Nã tũc posset ẽt Papa eis præcipe, q̃ eos nõ molestẽt, & eos ab eorũ iurisdictione eximere. Et si malè eos tractarent, posset ipsos iurisdictione, & dñio priuare, & bellum contra eos ipse tantùm Papa, & non alius, si talibus non obediant, indicere, & contra eos implorare auxilium brachij secularis secundum Inno. cuius op. vt videtur, est, q̃ nisi in prædictis ca sibus, infideles iustè possideant terras suas, iurisdictiones, & dominia: nec sine peccato, exceptis prędictis casibus, spo liari ꝑ valeant. Sed Host. videtur velle, q̃ op. Inn. sit vera in infi delibus, qui dominium Ecclesiæ recognoscunt. nam tales bene sunt ab Ecclesia tolerandi; quia nec ad fidem sunt præ cisè cogendi, vt prædictum est. & in talibus toleratis ab Ec clesia potest habere locũ, quod scribitur prima Petri. c. 2. Ser ui obedite in timore dominis, non tm̃ bonis & modestis, sed etiã discolis. prima ad Thi. 6. princ. Serui honore dominos suos dignos arbitrentur. Alij autem infideles, qui nec pote statem Ecclesiæ Romanæ, nec dominium recognoscunt, nec obediunt, omni regno, principatu, & dominio sunt indigni; si cut illi, qui terram sanctam, vel alias partes, quas Christiani acquisiuerunt, occupatas tenent, quòd debent auctoritate Ecclesiæ impugnari. Nam secundùm Host. in aduentu Chri sti omnis iurisdictio, principatus, & dominia subtracta fue runt ab infidelibus, & translata ex causa iusta ad fideles. ꝓba tur, cũ à Christo à gẽte in gentẽ regnũ trãsfertur propter in iustitias, iniurias, contumelias, & vniuersos dolos. Ad hoc c. translato. de consti. vnde ipse Dei filius Iesus Christus prædi xit Iudæis. Matth. 21. Auferetur à vobis regnũ, & dabitur gẽ ti facienti fructus suos. habenti autem principatum commi sit Petro, & suis successoribus, vt patet in eo, quod le. & no. s̃. eod. lib. de homi. c. pro humana. & qui fi. sint le. c. per vene rabilem. §. rationibus. & hac ratione de iure infideles debẽt subijci fidelibus, nõ econuerso. patet in eo, qđ legitur, & no. in capit. multorum. & capit. & si iudeos. & vide Reperio in istis op. Oldra. adhærere. op. Host. quam format, an contra Saracenos Hispaniæ fit bellum licitum, eis volentibus in quie te, & pacificè viuere. nam dicit cum eis bellum licitum ea ra tione. quia cum illa prouincia Hispaniæ fuerit Christianoru, ibi fuerunt monasteria, ecclesię, & alia pia loca, vbi lau dabatur, & colebatur Christus, & suberant Romanæ Ec clesię: & Saraceni occupauerunt illam prouinciã, spoliantes nos, propter peccata nostra, permissione Dei terra, à qua fuimus violenter expulsi: vnde bellum est licitum, & debet iudicari defensio, & non inuasio. quod etiam tenet Innocen. dum dixit, q̃ hæc ratio sufficit in omnibus alijs terris, in qui bus vnquam Romani Imperatores &c. vt superius retuli. Et aduerte, quòd istam rationem Innocen. Oldra. adducit pro opi. Hostien. Nam hęc ratio Innocen. adaptatur ad om nes iurisdictiones, terras, & regna, quę occupãt infideles: non enim est reperire locum, in quo nomen Christi non fuerit laudatum, & cultum: vnde de Apostolis legitur, quòd in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ ver ba eorum. 30. distin. ita Dominus & Saluator discipulis suis dixit. Eritis mihi testes in omni Iudea, & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. pro hoc. 21. distin. cap. in nouo. de Christo etiam scribitur. Omnes reges terræ adorabunt eum, & om nes gentes seruient illi. 23. quæstio. 4. cap. displicet. Omnia enim subiecta sunt Christo, oues, & boues, insuper & omnia pecora campi. per oues intelligimus Christianos, de quibus ipse loquitur. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues mea s, & bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis. 8. quæstio. 1. cap. in scripturis. Sed per boues, & pecora cam pi intelligimus Saracenos, tanquam bestias ratione caren tes, qui relicto Deo vero, colunt idola. & de his plenè in His toria scholastica. cap. de fuga agni. Item Ecclesia figuratur in Sara, cui dictum fuit. Eijce ancillam, & filium eius, ne habeat

habeat portionem cum filio libere. 22. quæstio. 3. cap. dixit Sara. & cap. recurrat. Ex quibus concludit Hostien. & Old. q̃ hodie non est iurisdictio, nec dominium, nec honor, nec potestas apud infideles, cum sint funditus incapaces. & ita no. in q. 67. Ex cuius opi. sequitur, q̃ Christiani possunt sine peccato, furto subtrahere, rape, occupare, & inuadere loca, & terras infidelium, qui Ecclesiam, vel eius dominiũ non reco gnoscunt: nec in terris morantur, sed in regnis, & terris à no bis distinctis, & separatis, etiam si velint nobiscum pacificè conuersari. Nec isto casu habebit locum ista reg. peccatum non remittitur. quia secundùm prædicta istud non est pecca tum: videtur tamen in verbis suis innuere Inno. & Hostien. quòd etiam in casibus, in quibus dicit hoc esse licitum, quòd requrat auctoritas Papæ, & Eccle. sed esset tunc modicũ, aut nullũ dubiũ: qa eius diffinitioni, & determinationi esset in hę rẽdum: nec peccatum contraheret, qui auctoritate Ecclesiæ occuparet. Sed circunscripta Papæ auctoritate, remanet mi hi dubium: vtrum peccent, qui occupant proprio motu. Nã si opi. Hostien. est vera, quòd non sit apud infideles posses sio, vel dominium, seu iurisdictio, eorum bona sunt vt bona vacantia, & pro derelictis habita. ergo occupantibus conce duntur, sicut illa, quæ in nullius bonis sunt; vt aues, pisces, la pilli in littore maris, & similium. Institu. de rerum diui. Si ve rò opi. alia esset verior: tunc in rebus ipsorum, sicut Christia norum, committeretur furtum, oppressio, & rapina: vnde in ferrem secundùm Innocen. quòd tali infideli repetenti corã iudice Christiano rem raptam, vel subtractam ministrari de beret iustitia. Sed (secundùm Hostien. secus, tanquam nulla fuerint apud ipsum infidelem ipsum dominium, seu possessio talis rei. Vnde illa prohibitio. non furtum facies & c. nõ liga ret Christianos furripientes res infidelium: nec illa. qđ tibi non vis fieri, alteri non facies. 1. di. in prin. & multa diuina le ge prohibita non ligarent Christicolas, si liceat eis rapere, deprædari, & occupare bona infidelium sine peccato: & hęc satis viderentur absurda. Et pro tanto, saluo iudicio cuiusli
15 bet melius sentientis, credo op. Inn. veriorem. ¶ † Moueor primò, quia bona hostium tunc fiunt nostra, & capti fiunt ser ui, cum est eis bellum indictũ, vt l. hostes. de capti. ex tũc er go, cum occupãtur in bello, incipiunt esse nostra: ergo prius erat dominiũ apud eos: quia qđ de vno tpe permittitur, de alio prohibetur, vt l. statulibe. ff. de lega. 2. facit c. nonne. de præsum. quinimmo in tali bello capti Christiani efficiuntur serui ipsorum, vt patet in eo. ti. de capti. & dixi. s̃. q̃ non põt sine peccato fugere, vel furari suis dominis, vt dixi. s̃. in prin. huius tertiæ quęst. & ipse Host. hoc sentit in d. §. quibus & qual. versi. & dixi. vbi s̃. si enim essent penitus incapaces do miniorum, & bonorum (vt ipse dicit) ergo nostri ab eis ca pti non fierent ipsorum serui. Cuius contrarium ipse firmat.
16 ¶ † Secundò probo. Infideles non sunt ad fidem cogendi, sed sunt exhortationibus inducendi. 45. distin. cap. de iudęis. 23. quæstio. 10. cap. ad fidem. sed si intellexerunt, quòd de iu re nostro, & diuino non sunt dñi rerum suorũ bonorũ, iuris dictionum, & similiũ, & sine peccato põt ab eis furripi: certè efficerentur in sua perfidia nequiores, & metu iusto amissio nis bonorum retraherent se à fide nostra. ar. c. abbas. qđ me tus causa. vbi est iustissimus metus, amissio omnium bonorũ Item si Eccle. tolerat personas eorum in sua infidelitate, in matrimonijs, & alijs, vt sępe prius dictũ est, vt c. gaudemus. de diuor. quare non ita in dominijs, iurisdictionibus, ac bo nis, quæ possident? non occurrit ratio, immo contraria: quia semper bona, vt necessaria, sequuntur conditionem personę. c. 1. de iure pat. eo. lib. & Authen. in gręsi. C. de sac. san. eccl. Item quæ tolerantia Ecclesiæ esset ista: & quæ exhortatio salubris ad fidem, si auferret eis bona, dominiũ, iurisdictio nes, & honores, certè ista non esset exhortatio, sed dura coa ctio, cũ sine istis boĩs tpalibus non posset vita hoĩs diu dura re. arg. 1. q. 3. c. si quis obiecerit. & esset quædã coactio indi recta, iõ prohibita. c. tuæ. de procur. & ea. cum quid vna via. 17 de procu. ¶ † Tertiò probat. Infideles, & eorũ bona tẽpora lia nõ vident arctari apostolicis cõstitutiõibus: quia nihil ad nos de his, qui foris sunt. vt d. c. gaudemus. Sed Hosti. & Inn. videntur sentire oppositum, dum dicunt, auctoritate Papæ bona eis esse subtrahenda. Et dum Innocen. dicit, q̃ Papa, & non alius, potest eis bellum inferre, si non obediant: & hoc idem Romanũ Imperiũ, quod obtinet & c. per quorum dicta videtur Imperatori subtracta potestas indicendi bellum infidelibus, & de rebus ipsorum inuadendis, & occupandis, vel aliquid disponendi, quod est cõtra iura, & dicta sanctorum, quibus cauetur, q̃ istæ duæ pătes distinctæ sunt à Deo f. Sacerdotiũ, & Impiũ, Papæ ſpiritualiũ, & Imperatori tpaliũ administrationẽ liberã cõferendo. in Auth. qũo oportet epi. in prĩ. & c. soli. de maio. & obe. & 96. di. c. cũ ad verũ. & 8. dist. c. quo iure. & dixi plenè in repetitione. c. canonum statuta. de constitu. post princ. sed nec in legibus Imperialibus, nec etiã canonibus reperitur cautum, quòd apud infideles non sint possessiones, dominia, & iurisdictiones. & quòd possent ab eis auocari, si non fuerit contra eos bellum indictum. nam etiam, si non essent ipsorum, vt dicit Hostien. tamen rema nerent sub iurisdictione Imperatoris tam ipsi, quàm eorum bona, iurisdictiones, cum sint laici, & bona temporalia: vt sic redeant ad naturam suam, & dominium naturale, cui sub sunt omnes nationes, & dominus mundi est, & temporalia eius protectioni commissa, & executio gladij temporalis, vt plenè dixi in d. c. canonum. & ante, & etiam post aduentum Christi per Imperatorem acquisita, & possessa. debent ergo ad ipsum, tanquam antiquum dominum, res suę deuolui, & suis legibus bona talium regulari, etiam si vera esset op. Ho stien. non canonicis constitutionibus, vt prædictum est. facit cap. cum dilectus. de ordi. cogni. ¶ Quartò pro ista parte fa ciunt rationes Innocen. de quibus. s̃. gratia enim hominum, & ad ipsorum vsum Deus cuncta creauit, vt d. l. in pecudum. de vsur. & dat escam omni carni, & solem suum oriri facit su per bonos, & malos, vt dictum est supra, & adde quòd de hę reticis, & schismaticis specialiter est permissum in certis casi bus, vt bona eorum possint à fidelibus occupari propria au ctoritate: aliàs hoc non licet. de quo in cap. præsidentes. s̃. de vsur. eod. lib. in nouel & not. Hostien. in summa de hæreticis. vers. sed nunquid Catholicis. in casibus ergo alijs improuisis non videtur licitum bona talia occupari. facit de hæreticis. c. excommunicamus. ¶ Quintò quæro. dictum est supra proxi. quæstione de bello indicto à Papa, vel Imperatore. Sed quid de bello indicto à superiore cõtra subditos, rebelles, vel con tumaces; vel de bello dominorum, principum, & ciuitatum, qui sibi varijs ex causis, & discordijs mouent bella: vel de bello, quod vult inferre priuata persona ad defensionem per sonę, vel rerum suarum, & iurium recuperationem. In his e nim bellis potest probabiliter dubitari, vtrum sine peccato gerantur, & vtrum capti fiant serui, vel res ablatæ occupan tium. de his omnibus tangit Innocen. in d. cap. olim causam. & primò de bello ad suarum rerum defensionem. & illud est semper licitum incontinenti, etiam sine superioris auctori tate: nec in tali est auctoritas principis necessaria, cum sit bellum à iure concessum, etiam conuocando amicos. l. 3. §. cum igitur. & quod ibi not. de vi & vi ar. capit. dilecto. supra de sent. excom. eodem libr. ex interuallo autem dicit Inno cen. quòd si habet superiorem, non licet sua auctoritate: im mo temeritate arma mouere est ius sibi dicere. C. de iudic. l. nullus. & l. extat. quod me. cau. 3. quæstio. 2. cap. 1. Au ctoritate verò superioris (si non potest rem suam recupe rare, vel suum prosequi) licitum est ei arma mouere, & bellum indicere ad sua recuperanda, & etiam furtiuè tol lere. ar. 22. quæstio. 2. capit. quinimmo potest rem suam fo rari sua auctoritate, si superiores non habeat. ar. qui fi. sint le gi. c. per venerabilẽ. §. 1. immo plus sentit Inn. q̃ si non sit iu

dex,q̃ poſsit facere iuſtitiam:tunc licitè poſsim. qđ ſi q̃s, qđ ſuum eſt,iniquè occupauerit:non tñ vr̃,q̃ illi, qui ipſam rem iniquè tenebat,reſtituere teneatur.ar.c.cum dilectus.§.1.de or.cogni.& c. bona fides.depoſi. Et hoc ſiue per mẽdacium, vel fraudem, calumniam, ſeu per quodcũq; aliud peccatum rem ſuam occuparet,quamuis de peccato, & iniquitate pẽnitentiam agere debeat; quia ſub ſpe veniæ peccare non debuiſſet.de cle.excõ.mini.c.illud.& ita Inn.in d.c.olim. in gl. magna. ver. auctoritate verò ſuperioris habita &c. Ego aliter dixi,& plenius in hoc.ſ.in 3.q.principali.ver.ſed hic occurrit dubium.cum ſe.ver.& gñaliter proſequi ẽ Inn.in ver. illud ẽt ſatis p̃t concedi.& ver. quid ſi non ſit indictum bellum.de bello iudiciali,quod infert iudex ad ſuę iuriſdõnis p̃tectionem,& iuſtitiæ executionem contra ſubditos, qui reddunt ſe rebelles,& inobedientes.& dicit hoc licitum ẽt p̃latis,iuriſdõnem,& merum imperium habentibus; quia iſta eſt iuris executio,quæ non hẽt iniuriam, vt l. iniuriarũ.ff de iniur.facit præalle.c.dilectus.de ſen.excõ.eo.li. Eſt (vt dixi) aliud bellum,qđ mouẽt inter ſe principes,vel ciuitates quotidie,maximè in Italia, vbi de multis ciuitatib.& dñis, quãtuncunq; recognoſcãt de iure ſuperiorem. ſ. Eccleſiam, vel Imperatorem : tñ de facto non habent iuriſdõnis executionem, nec poſſunt per dictorum ſuorum ſuperiorum ſententias coerceri:q̃ an licitè hac de cã moueant bella inter ſe,ita q̃ rapta,& deprædata fiant occupãtium,no.Hoſt.in ſumma de pœ.§.quibus & qualiter.ver.hoc tñ teneas.de treu. & pa. §.qđ ſit iuſtum bellum.ver.lex aũt aſſerit.& ver. quid aũt de comitibus noſtris. ego de hoc in quadam mea diſputatione, q̃ incipit.Orta diſcordia.vbi qñ tale bellum ſit licitum,& an deprædata fiant occupãtium, plenè ſcripſi in ſolutione.1.q. vbi retuli Bar.Io.de Lig.Inno.Hoſt.Oldra.& alios,ideo hic non repeto.Sed moueo vnam.q. quã habui bis de facto Venetijs.vbi vigente guerra inter ipſos,& Ianuenſes multa nauigia deprædata ſunt,& q̃dam de illis mercantijs deprædatis,& raptis emerunt.Similiter cum legerem in Senẽſi ſtudio ordinariè Decretales,ſuperuenit guerra inter ipſos,& Florẽtinos,& maximæ prædæ rerum,& animaliũ hinc inde factæ, & venditæ,& diſtractæ fuerunt:poſtea in pace inter ipſas ciuitates firmata pactũ fuit, ne de talibus p̃dationibus redderetur alicui iuſtitia cum plenaria liberatione iniuriarũ,damnorum,& ablatorum.Sed multi,qui emerunt mercantias, & animalia deprædata, dubitabant, vtrũ talis liberatio,quitatio,& abſolutio facta à ſuis cõmunitatibus, in foro conſciæ reddat eos tutos,& ſine peccato poſsint licitè retinere.& vr̃, q̃ non;quia † vniuerſitas non p̃t remittere debita ſubditorum,nec ſuper eis tranſigere, vel paciſci ſine conſenſu ipſorum dñorum,qui paſsi ſunt damna.facit qđ no.in l.1.C.quę ſit lon. conſue. Præterea decreta, & ſtatuta debent tangere vniuerſos de populo,non particulares aliquos,qui ſunt damnum paſsi;quia tunc non eſſet lex cõis,ſicut eſſe debet. 4.di. c.erit autem. & c.cum oẽs.de conſti. Nam iuſtius videretur, q̃ fieret primò damnorum contributio in populo:vt ſic quilibet conferret de populo in hoc onere, non aũt totum hoc onus aſcribere damnum paſsis. & ſic eos iure ſuo tantũmõ ſpoliare,vt d.c.cum omnes.Et hanc partem tenet Hoſti. niſi caſu,quo aliter pax haberi non poſſet;quia tunc ex iuſta cã, tanquàm vrgenti,& iuſta videtur valere remiſsio, & tranſactio.ſ.dicta,tanquàm eorum negotium fuerit vtiliter geſtũ. & ita not.Hoſtien.in d.§.quibus,& qualiter.ad fi.ver.ſed pone,q̃ guerra. Ego dixi de hoc in c.de noſtra.de iureiur. vbi de pace facta ſub prædicta forma, & ſecundùm vnum intellectum Innoc.pro bono pacis vniuerſitas potuit ſic ſtatuere: ex quorum dictis ſequitur, q̃ illi, qui occupauerunt animalia, pannos, & alias mercantias de nauibus, non peccant,ſi non reſtituunt ſic ablata. Super hoc eſſet ſubtilius inquirendum de iuſtitia, vel iniuſtitia huius belli.nam ſi fuiſſet iniuſtum ex vna parte,& iuſtum ex alia,poſſet dici,q̃ ſi ex parte iniuſta pugnant,ad talem liberationem,& remiſsionẽ etiã pro bono pacis factam non purgaretur peccatũ poſsidẽtis ũ bona deprædata,& rapta:nec cõſenſus,& quitatio p̃t tales abſoluere à peccato imprudẽtũ ſubditorũ, pro quorũ dãnis non poſſet agere,vel ipſa remittere.vt no.in c.ſicut & ibi dixi poſt Inno.de iureiuran. Sed quando eſſet dubium, ex qua parte bellum debeat dici iniuſtum.Hoſtien.in d.§.quibus,& qualiter.ver.quod autem dictum eſt teneri illos &c.Vbi per eum, qualiter teneantur de prædatis, & raptis illi, qui ſunt principalem dominum, & belli auctorem comitati. dixi in dicta reg.acceſſorium.Et vtrùm dicti comites,ſi ſunt paſſi damna in bello (puta deprædati,capti, redempti, vel vulnerati) habeant actionem contra vocantem eos ad prædictum bellum iuſtum,vel iniuſtum.& dic,vt plenè no.in prædicto.c.ſicut.in nouel. poſt Innocen.& l.qui multa.C.ad leg. Iul.de vi pu.Et iſta ſufficiant, quantum eſt de materia belli. Quantùm ad declarationem huius regulæ quædam alia ad fidem facientia vide in d.§.quibus,& qualiter.ver.& q̃d ſi ſumus.cum verſ.ſe.in duabus colum.& vtrum ad iuſtam defenſionem licitum ſit inuocare auxilium infidelium p̃ciſorum ab Eccleſia (vt hæreticorum,ſchiſmaticorum, & ſimilium) dixi plenè poſt Oldra. in dicta diſputatione noſtra, quæ incipit. tota diſcordia &c. ¶ Quintò quæro breuiter de quibuſdam quæſtionibus concernẽtibus ver. ablatum, poſitum in iſta regula.& primò, quid ſi non ſit aliquid ablatum, ſed negligentia, vel auxilio alij damnum datum: vel de artificijs reprobatis quæſitum,vel extortum: nunquid tales teneantur ad reſtitutionem. Hoſtien. in d.c.quibus, & qualiter. tangit de prælatis, per quorum negligentiam eccleſia ſua patitur damnum:& tenetur reſarcire,vt d.§. poſt principium tangit etiam de iudicibus perperã, & iniquè iudicantibus : vt puta, Ptãs literarum ignarus de conſilio aſſeſſoris fert vnam ſententiam.Nam aſſeſſor tenetur, & officiales, qui conſentiũt, vt in ver.quid de officialibus.& in ver. quid de aduocatis,p̃ſequor,ſi imperitia, vel ignorantia aduocati clientulus perdit iuſtam cauſam:vel econuerſo propter cauillationes, vel aſtutias aduocati cliẽtulus reportauit pro ſe iuſtam cauſam, vel ſententiam:dic vt ibi cum ver.ſeq.& in verſi,quid de teſtibus corruptis &c.vbi tenẽt teſtes ex falſo dicto,ſi iudex eorum dicta ſecutus,tulit ſententiam.facit.c.ſicut nobis. & q̃d ibi no.de teſtib.ibi quid iuris,ſi non cadit reſtitutio, vt in homicidio,adulterio, & ſimilibus, ſicuti propter falſum teſtimonium.Subdit in ver.quid de concedentibus &c.¶† Quid iuris de condentibus leges iniquas, dicit teneri inſolidum ſtatuentes,conſultores,ſcriptores,executores,iudicantes, & ſeruantes.cui adde quod not. Innoc.in c.plerique.de immu. eccl.per Hoſt.in ſum.de cenſi.§. ex quibus cauſis. ver. quia ſi moneta. & ſequenti.& in ſumma. de conſti.qualiter conſtitutionibus derogetur,proſequitur Hoſtien.in d.§.quibus.& qualiter de iniuſtis lucris,an teneatur reſtituere,& cui.& primò de prælato,qui dat hiſtrioni,vel meretrici,dicit, q̃ peccat mortaliter.86.di.c.donare.p̃dicti etiã,qui taliter receperunt,an teneantur ad reſtitutionem vide.14.q.6.c. ſi res. ſi verò cã eccleſiæ, & ſic pro ſuſtentatione naturæ,cõferant: tunc poſſunt,dũtamen abſtineant à peccato.86.diſ.c.paſce. 12.q.2.c.ſi illi.&c.vt epiſcopi.facit quod no.62.di.c.Hadrianus.cui autem fiet iſta reſtitutio.dicit ipſe,q̃ non illi,qui dedit,ſed ſuo ſucceſſori.17.quæſt.4.c.ſi quis in atrio.Illi ergo, qui eſt particeps in delicto, non debet reſtitui : ſecus ſi non ſit particeps:licèt aliàs malus.& ſic nõ ob.de deci. c.tua nobis.& ita not.in d. §. quibus. & in d. ver. de his, quæ donauit. ¶ †Tangit etiam de luſoribus, & aleatoribus nunquid poteſt repeti,quod in alea eſt amiſſum.refert opi.Ray. quòd non, ſi voluntate, vel cupiditate proceſsit ad ludum: & dicit,quòd non poteſt repetere:quinimmo ſi vicit, in foro conſcientiæ tenetur reddere: ſecus autem ſi attractus, vel coactus, vel importunitate allectus, vel cauſa recreationis

nis luſit cũ aliquo modicũ.in iſtis caſibus.n.nõ tenẽt.facit ad hãc di.14.di.c.nõ famæ.de ſimo.c.dilect⁹.ſi quadrup.pau.ſe. di.l.i.§.cũ ariotes.Sed Hoſt.indiſtinctè tenet,q̃ poſsit repete re,per l.ſi.in fin.de aleato.dicit enim,q̃ lege Græca alearum vſus vſque ad 50.annos repetitionem admittit. Nam ex quò ludus eſt illicitus,& reprobatus, bono animo fieri nõ p̃t.ff. de fur.l.in furti actione.in fi. nec in foro cõtentioſo eſſet credẽdum ei,q̃ diceret ſe luſiſſe cauſa recreationis, cum cõiter ſub ſpe vincendi hõ ludere conſueuit ad aleas, vel taxillos.l. nam ad ea. ff. de leg. & ita not. in d. ver. quid de luſoribus. ¶Subdit in ver.quid de negociatoribus &c.quid iuris,reſpõdeo,q̃ quædam negotia ſunt de ſe illicita (vt vſura,meretricium,ſimonia,& his ſimilia,quæ ſine peccato committi non p̃ſit.) & iſta ſunt clericis,& laicis interdicta,& oẽs obligant, ex quò ſunt doli capaces.14.q.4.c.ne hoc quoq;.& 1.q.1.c. reperiuntur.88.di.c.fornicari.Quædã ſunt negotia,q̃ ſui natura non ſunt inhoneſta,ſed adiũcta cã,ex perſona, & loco, ex tpe,ex iniuſto exercitio,& fraudulenta intentione ſunt illicita. Ex pſona,puta in clericis,negotia ſecularia, de quib⁹ ſ.ne cle. vel.mo.per totum.& ibi in ſumma per Hoſt. Ex loco,qa in lupanari.l.itẽ ſi vnus.ff.de arbi.vel in eccleſia mercari,& iudicium exerceri.de immu.ec.c.decet.eo.li.16.q.7. c.& hoc.diximus ex iniuſto exercitio,ſiue corrupta intẽtione.qđ p̃t exemplificari in contractibus,vel quaſi, & in oĩb⁹ actibus mechanicis,vt textoriæ,ſutoriæ,becharię,& ſimiliũ, & in mercationibus,ſiue negotiationibus.dic de iſtis vt d.§. ſub.ver.qđ de negotiationibus.& quia leuia ſunt,ſufficiat re
21 miſiſſe,& duo ex p̃dictis hic plenius attingere.¶† Et primò vtrũ peccet;qa vendit carius,& emit vilius:vr̃,q̃ ſic.88.di.c. eijciés.vbi vr̃ expreſſum.14.q.c.quicunq;. In contrariũ facit c.nauiganti.de vſu.vbi iſtud plus reprobatur,ſi prouenit rõne illius tpis,puta pp dilatam ſolutionem rei; puta frumẽti, 22
vini,vel olei,quã in æſtate emit vilius,q̃ fuit tunc tpis veriſimiliter valitura,vt in d.c.nauiganti. In alijs ergo caſibus vilius emere,& vendere carius de p̃ũi,non vr̃ peccatũ,maximè qa vſq; ad dimidiam iuſti p̃tij ius canonicum,& ciuile tolerant læſionem.c.1.& c.cum dilecti.de emp.& ven.Si igitur eſt vtroq; iure permiſſum,ergo nullum peccatũ, qđ fit legis auctoritate.vr̃ ẽt,q̃ licitum eſt contrahentibus ſe decipere ſine dolo.l.in cauſæ.§.pen.ff.de mino.& l.Gracchus.de adult. & 13.q.4.c.qui peccat. D.Io.Cal.format iſtam.q.in d.c. nauiganti.q.9. Ex quibus dictis collige,q̃ aut negotiatio ſit ob lucrum,qđ ordinatur ad aliquem effectum neceſſariũ,vel honeſtum;puta ad ſuſtentationem ſuæ domus, vel pro pauperibus indigentibus, vel pp publicam vtilitatẽ,ne neceſſaria ad victum patriæ deſint:& in iſtis caſibus,ſi rõne ſui laboris ſuperlucratus eſt, ſic familiæ prouidendo:vel aliàs iuſta cã carius vendat,non peccat, poſtq̃ p̃tium eſt mutatum, & auctũ rõne loci,& tpis:vel fortè pp periculũ,cui ſe expoſuit, tranſferendo rem de loco ad locũ. & ita tenuit Beatus Tho. ſcda ſcdæ.q.87.ar.4.Et ita ẽt no.Hug.& Lau.13.q.3.c.ſi quis cleri.Aut non ob cãm aliquam ex prædictis,ſed ſolum ſpe lucri emit vilius,& vendit carius:& tunc,aut tali ſpecie nõ mutata 23
in ſubſtãtia,nec loco,nec tpe.& tenet Io.Cal.q̃ talis peccet. qa fateri oportet iniuſtitiam in tali emptione, vel venditione,in re, vel p̃tio eſſe:ergo turpe lucrum. ne cle. vel mo. c.1. Aut ſpecie mutata in ſubſtantiam. puta emit ferrum,& fecit inde aliq̃d inſtrumentum,vel ex infecto argẽto, vel auro fecit poculũ:& iſtud eſt licitum,& nõ peccat vẽdendo plus:qa illud plus eſt p̃tium induſtriæ,non materię.Item ſi rõne mutationis loci vendit carius: puta emit frumentum in Apulia, 24
vbi eſt vile,& vẽditur Bononiæ multò plus pp penuriã p̃fatis anni. Nam iſtud plus (vt dixi) p̃t dici qæſitum ex opera, induſtria,labore & periculo.& hoc eſt licitum.91.di.c.clericus. Item ſi rõne tpis cõtingat talis mutatio;puta emit tpe, quo cariſtia ſuperuenit.hoc verũ, niſi in aliorũ diſpendiũ ſic emiſſet,vt ſeruaret in tpe cariſtiæ ex cupiditate,& non pp publicam vtilitatẽ:puta vidit victualia patriæ alibi trãſportari, vel pp abundantiam diſsipari: tunc.n.ſine peccato p̃t emere,& in tpe cariſtiæ conſeruare, ſicut fecit Ioſeph Gen.41.vt no.Hoſt.& Io.An.in c.1.ne cle.vel mo.Et adueꝛre;qa Io.Cal. in oĩbus caſibus loquitur in mercatoribus, ſiue in negotiatoribus,qui emunt, vt poſtea vendant cum ſuperlucro : ſed in emptionibus,& alijs cõtractibus,vel quaſi ſuper rebus, quæ ſunt in cõmercio noſtro, non cã negotiandi, ſiue mercandi, ſed pro ſe retinendi : vtrum ſine peccato poſsit emere vilius, vel vendere carius,q̃ cõiter valeat.& Io.Cal. ſentit,q̃ ex parte ementis vilius ſit peccatum. & ſimiliter ex parte vendẽtis carius;quia negari non p̃t,quin ſit iniuſtitia in tali exceſſu. quod dictum poſſet tolerari, ſi maxima ſubſit neceſsitas ex parte vendentis vilius:puta emendo frumentum pro ſuſtentatione familiæ tpe magnæ famis,vel redimendi ſe ab hoſtibus hoc facit,aliàs non venditurus:vel econuerſo emit carius à vicino rixoſo, vel inhoneſtè in domo vicina verſante. ſ iſtis enim exemplis, & ſimilibus iſte exceſſus in pluri, vel in minori fundatur ſuper cauſa irrationabili,& vrgenti; ideò ſubuertendum, nedum in foro conſcientiæ, ſed in foro ciuili. Quandoque contractus non fundatur in neceſsitate tali,ſed in libera voluntate emendi carius,vel vendendi vilius:tũc,vt tetigi,ſemper ſtandum eſt legali,& canonicæ iuſtitiæ,quę tolerant hunc exceſſum vſque ad dimidiam iuſti p̃tij,vt l.2.C. de rei ven.& c.1.& c.cum dilecti.de emp.& ven.& hẽat huc caſu locum regula illa!, q̃ tm̃ res valet, quantũ vendi poteſt. l. p̃tia rerum.ad leg. Fal. cadit.n. affectio ſingularis in rebus qñque.l.ſi in emp.de mino.& l.ſeruus.ff.mandati.& d.l.p̃tia. Si quis ergo pp ſingularem affectionem emit plus, q̃ valeat; vt Codicem, vel Digeſtum,in quo à pueritia mea ſtudui, & memoriam collocaui,non peccat (vt credo)qui mihi plus iuſto p̃tio vendidit:aliàs pro iuſto p̃tio non venditurus.† Item debet lex conſcientiæ conformari cum lege ſcripta. & quod lex ſtatuit,arbitrare iuſtè ſancitum. & nõ diſputato de legis conſcientia.4.di.c.erit aut.in iſtis.n.ſic dicitur. Ne innitaris prudentiæ tuæ.c.ne innitaris.de conſtit.& ſentiendo contrarium,ſubtraherent ſe multum homines à cõi cõmercio,ſi cõuenta inter ſe,omiſſa legali iuſtitia, eſſent ad forum ſcrupuloſum conſcientiæ redigenda,contra illud, quod legit. Noli eſſe nimis iuſtus.& ſanguinẽ elicit, qui nimis emungit.4.diſ. c.deniq;. Item cum quilibet teneatur ſcire cõe p̃tium rei ſuę. l.quiſquis.de reſcin.ven.vendendo minus,vr̃ donare iſtũ exceſſum,& ſimiliter emẽdo plus,vr̃ donare p̃tium rei ſuæ,qđ excedit.vt d.l.quiſquis.& l.1.de condi.inde.& l. cuius per errorem.de reg.iu.in mercatoribus ergo, ſiue negotiatoribus habeat locum quod dicit Io.Cal.q̃ ſit peccatũ emere vilius, & vẽdere carius, nulla interueniẽte mutatione,vel cõmerciũ accipere in eadẽ re,& pſona hoc agẽte,& frequẽter vt mercatores.frequẽtia.n. talis ĩ ſe reddit illicitũ, qđ in ſuo genere eſt licitũ,& pmiſſum.vt c. & ſi Chriſtus, de iureiu.de iſto foro conſcię,vel diſcordia à l.canonica,vel ciuili multa, & pulchra ſcripta aliorum Doctorum noſtrorum in vnum redegi
23 in repetitione c.poſſeſſor malæ fi. ſ.eo.¶† Vlterius q̃ro circa vſurariũ, vtrũ teneat reſtituere q̃q̃d lucratus eſt ex vſu. & vr̃,q̃ ſic,tanq̃ lucrum productũ ex radice infecta.14.q.5. c.neque.1.q.1.c.principatus.& c.fertur.cum ſi.benefacit l.ſi rem,& pretium.in fi.de pe.hær. vbi etiam poſſeſſor bonæ fidei tenetur reſtituere quod lucratus eſt de re aliena. Item ſolutio.vſurarum fiunt indebitæ.c.debitorem.de re.iu. ergo & totum id,qđ inde p̃cipitur,debet reſtitui. de condi.cã da.l.q ſe debere.& l.indebiti.de cond.inde.†Item vſura eſt rapina. 14.q.4.c.ſi quis vſuram.ſed raptor tenetur, ergo &c.In cõtrarium;quia nullo iur.hoc cauetur, ſed tantummodo de vſura extorta:ſed erubeſcimus, cum ſine lege loquimur, l. illam. C.de col.Item nummus habitus ex re furtiua, non eſt furtiuus.ff.de fur.l.q. vas. §. fi. ergo nec ſimiliter de vſura p̃ceptũ poteſt dici vſura. Item dominium vſuræ tranſlatum eſt in

vſurarium, vt no. 15.q.4.c.ſi quis vſurã. quod ergo ex re ſua quæſitum eſt, non tenetur reſtituere. Et hanc opi ꝙ teneatur reſtituere ſolam vſurã, tenet Tan. & Bar. Brix. in q. venereali, quæ incipit. Aliquis accipit. Hoſti. tenet, ꝙ vltra vſuras tenea tur ad expenſas, & intereſſe, in quo continetur lucrum, & dã num, de eo, quod cer. lo. l. 3. §. fi. cum l. ſequen. Io. An. in d.c. nauiganti. circa fi. refert Beatum Thom. ſecunda ſecundæ. q. 78. ar. 3. vbi dicit, ꝙ aut vſura conſiſtit in re, quæ vſu conſumit̃, vt pecunia: & tunc lucrũ ex ea prouenies non ſubiacet reſtitutioni; qa tale lucrũ nõ eſt fructus rei, ſed humanæ induſtriæ. facit de deci. c. paſtoralis. tenetur tũ vltra talem vſuram reſtituere damnum, ſiue nocumentum debitori prouenies ex prædicta extorſione, ſi͂a eum. ſed latius Hoſti. dicit, vt ſ̃. Quandoque vſura conſiſtit in re, cuius vſus non eſt conſumptio ipſius rei: & in ea operatur natura, pluſquam induſtria, in arboribus, animalibus, & ſimil. quæ naturaliter in ſeipſis fructum producunt ſine hominis induſtria: tamẽ principaliter ex re ipſa prouenit; vt in penſione domus, vecturæ equorum, & ſimilibus: & in iſtis, & ſimilibus vſurarius nõ tenetur reſtituere non ſolum dictas res per vſuram extortas: ſed etiam quæ percepit ex illis. Aut ergo pro vſura eſt extorta pecunia: & lucrum inde prouenies vſurarius nõ tenetur reddere. Aut res alia, quæ non vſu conſumitur, ſed natura à ſeipſa, vel opera hominis operatur: & tenetur reſtituere ipſã rem cum omnibus inde perceptis: vtrum autem tanꝝ malæ fidei teneatur de percipiendis, & de conſumptis. vel tanꝝ bonæ fidei: & de his non teneatur. cogita. dubium mihi facit, ꝙ habet dñium, & habet dñi voluntatem, & pecuniam mutuauit. non prorſus ergo põt dici malæ fidei, ſicut prædo. & hinc eſt, ꝙ Io. Cal. dicit, ꝙ dicta diſtinctio, vtrum ſit res vſu conſumptibilis, necne, non habet locũ in furto, vel rapina, ſicut in vſura; quia in illis non transfert dñium, ſicut in vſura. multa alia dubia ſuper vſura mouit, & decidit D. Io. Cal. in d. repetitione. c. nauiganti. quę non ꝓſequor, vt plenè reaſſumpſi in ca. quãquam. ſ̃. de vſur. eo. lib. & adde, quod no. Hoſtiẽ. in
25 d. §. quibus, & qualiter. ¶ † Quæro quinto, vtrum de prædictis lucris illicitis (puta ex vſura, furto, raptu, meretricio, iniuſto bello, iniuſta ſententia, pedagio tali, vel alia extorſione illicita, vel aliquo turpi lucro ꝓueniẽtibus) liceat facere elemoſynam: vel vxori, filiſs, & familię de talibus alimenta percipere ſine peccato. de hoc gl. in c. ex traſmiſſa. ſ̃. de deci. & cum ea concor. ibi Hoſti. nam aut loquimur de decimis, vtrũ prædicti ſoluere teneantur. & ſubdiſtingue inter prædiales, & perſonales: vt in prædialibus, quãtuncunque quis ſit iniuſtus poſſeſſor; ſiue Chriſtianus, ſiue paganus, ſiue iudęus, ſiue hæreticus, teneatur. ff. de pac. l. inter debitores. C. ſine cenſ. vel reli. l. 1. Nam decima, ſicut tributum, eſt onus reale; idcò ſequitur poſſeſſorem. de deci. c. cum ſit. & c. de terris. & c. paſtoralis. In perſonalibus aũt an de prædictis iniuſtè quæſitis debeat quis ſoluere decimã, tenet Hoſt. ꝙ ſic, ſi ſit translatũ dñium irreuocabiliter; vt ĩ quęſitis ex meretricio, vel hiſtrionatu. ſecus autem in quæſitis, in quibus non transfertur dominium: vel ſi transfertur, competit repetitio, vt in vſura, & cum turpitudo verſatur ex parte recipientis tantùm, prout in ſimonia illicita, pedagio, vel gabella, vel barataria, furto, & ſimilibus. Subdit tamen Hoſtiẽ. ꝙ licèt non teneatur quis ad reſtitutionem, & irreuocabiliter ſit translatum dominiũ: tamen ſi talis illicita acquiſitio eſt notoria, non debet ſacerdos recipere talem decimam, ne videatur delictum approbare, vel peccatorem in peccato nutrire. Secus autem dicit, ſi talis acquiſitio illicita ſit occulta, quamuis hoc ſciret prælatus. 32. quæſtio. 5. c. Chriſtiana. 6. quæſtio. 1. c. ſimonia. Et quod dictum eſt in decimis, eadem diſtinctio eſt adhibenda in oblationibus, & eleemoſynis, an poſſint recipi, & dari pauperibus, & de talibus illicitè acquiſitis, vel extortis dicit Ioan. Andr. quòd eleemoſynæ poſſunt recipi ab excommunicato, & peccatoribus, quamuis notorijs, cum ad ipſas omnes teneantur. 80. diſtinctio. c. non ſatis. in fin. nam omnibus ſuadendæ ſunt; quia per eas ad pœnitentiam merentur homines citius peruenire. 26. diſtinct. c. deinde. oblationes autem à talibus non recipiuntur. 20. diſtin. c. oblationũ. & c. earũ. nam ratio differentiæ eſt; quia eleemoſyna fit in occulto, de ſimo. c. ſicut nobis. ĩ fi. ideò nihil ad eccl. ſi fiat in publico; cum per hoc non mutet naturam ſuam, quæ eſt, vt fiat in occulto. Matthe. 5. oblatio verò in publico, quod ideo non ꝓhibetur, ne peccator inde conſoletur, & Eccleſia videatur approbare peccatum ſecundùm Innoc. Aduerte tamen; quia hoc, quod dictum eſt, ꝙ poſſunt recipi eleemoſynæ à peccatoribus, non intelligas de ipſis rebus illicitè acquiſitis, vt res ipſę detineantur, ſecundùm Ioan. An. Non bene capio iſtud dictum, niſi in rebus illicitè quæſitis ſubiacentibus reſtitutioni; vt in rebus ſubtractis, & alia quacunque extorſione, ꝙ qua detur repetitio. Sed in quæſitis ex meretricio, vel hiſtrionatu, credo, ꝙ inde poſſet fieri eleemoſyna: quinimmo totalis erogatio, & diſtributio facienda poſſet fieri per ipſam meretricem, vel ipſum hiſtrionem, vel alium, qui iniuſtè quæſiuit irreuocabiliter. Conclude, quòd peccator etiam notorius, & excommunicatus poſſunt, & tenentur ad eleemoſynas, etiam de illicitè acquiſitis, pro quibus non competit repetitio contra ipſos, & in foro conſcientiæ, & in foro canoni co ſunt liberati, ſi erogauerint. Nam, cum ſint ſua irreuocabiliter quò ad forum contentioſum, debent poſſe diſponere, & ad eleemoſynam tenentur. ad hoc de pœn. diſtinct. 2. c. religioſus. ſ̃. de teſti. eo. libr. in 1. quæſtio. Et dicuntur iſta lucra illicita, non quòd interſit alicuius ipſa repetere, ſed vt ille, qui illicitè acquiſiuit, ſi ſaluti animæ ſuæ vult conſulere, erogare debeat, vt not. Hoſti. in d. § quibus, & qualiter. ver. quid de his, qui excommunicati. & ver. vbi verò nullius intereſt. vbi tamen Hoſtien, ſentit, quòd talis erogatio debeat fieri auctoritate diœceſani. quod intelligo in extortis illicitè, in quibus non eſt translatum dominium: vel ſi translatum fuit tunc irreuocabiliter, quandoque ſunt pauperibus eroganda, ſi incertus eſt ille, cui debeat fieri reſtitutio. hoc enim caſu non eſt illi, qui extorſit, tam lata poteſtas concedenda, vt pro ſuo arbitrio diſtribuat: ſed diœceſani prouidẽtia. c. cum ſit. de iude. & dixi in d. c. religioſus. in 1. quæſtio. plenè. & adde prædictis, quod no. Hoſti. in ſum. de iude. §. & in quibus grauetur. ver. 2. & de teſta. ver. quid ſit effect⁹ ſub. §. 1. ver. & prodeſt. & de pignore ſub. §. cum cõſtet. § & qualiter admittantur. & ver. maximè. & ſeq. Et de iſtis decimis ſoluendis, vel nõ, de illicitè acquiſitis vide glo. in c. ex transmiſſa. de deci. & per Hoſti. in ſum. illius titu. §. de quibus rebus, & §. & vtrum præſcribi poſſit. ſub. §. ſcribitur vtrum de illicitè acquiſitis. & per Io. An. de eleemoſynis, oblationib⁹, & mortuarijs recipiendis à peccatoribus, vel non, vide in c. cum voluntate. de ſen. excom. ſuper ver. eccleſiæ. ¶ Poſſet vlterius circa iſta illicitè extorta, ſiue immoderatè, & de vendi tione merciũ, de lucratione pedag. commercijs, & ſimilibus probabiliter dubitari, ſi non põt exceſſus talis ab eo, qđ fuit licitũ, diſcerni. Nam de aliquibus extorſit plus iuſto ptio, de aliquibus quod iuſtũ fuit: & in talibus longo tpe implicitus, & verſatus non poſſet de leui licitum ab illicito ſeparare. Nã fortè mixtis omnibus pecunijs talibus emit magna palacia, domos, & ſimilia ſine dolo, & bona fide, & magnos habuit redditus. & hæc ſæpe contingunt in maximis aduocatis, doctoribus, procuratoribus, & mercatoribus, qui non poſſunt de facili diuidere quæſita licitè ab illicitis, quæ conſiſtunt in quodam exceſſu. certè ſaluo iudicio meliori, in talibus eſſet adhibenda ſubtilis indagatio, & præ ceteris attendenda cõſuetudo illius aduocati, doctoris, artificis, vel ſimilis: vtrùm fuit improbus, auarus, exactor: an curialis, & gratus, vt vidi de facto Senis vnum, qui multas pecunias rufticis mutuabat cum termino, & illi ruſtici non volentes in termino ſoluere, donabant ſibi opera ruſticana, pullos, lignum, bladum,

bladum, fœnũ, & ſimilia: ex quibus minutis munuſculis ditiſſimus factus eſt, omni pactione ceſſante, ſicut ſcribit: Ex multis paupertatibus diuitiæ fiunt. Eps dicebat iſta exacta illicita, & hunc fuiſſe vſurarium mentalẽ; quia non mutuaſſet, niſi ſub ſpe talium munerum: quia licèt eſſent minima, & gratis data, intentio eius erat corrupta. Illi ruſtici de contrata eo mortuo examinati, ſunt teſtificati, quòd vir pauperibus gratus non eſt repertus ſimilis illi, & erat ita dilectus ab oĩbus, ꝙ malè faciebat eps moleſtare heredes eius, cũ liberè ea dederint: & tunc etiam ſponte ſibi remittunt. Iſtã. q. cum in veritate de facto Senis contingeret, hic Boñ. poſtea diſputandã aſſumpſi, ſed in ſcriptis non redegi. Et cõcluſi propter cõſuetudinem longã, & frequentẽ eum fuiſſe vſurariũ mẽtalẽ. facit c. in ciuitate. de vſu. Ad propoſitũ ergo redeundo dico diſcretionem, & ſeparationẽ iſtã de licitis, & illicitis acquiſitis fiẽdã arbitrio boni viri, ꝙ põderato prin. bonorũ taliter quæ fitorũ, & exceſſu illicito veriſimili, debeãt æſtimare ſubtiliter quantum poſſunt aſcẽdere, ſiue ad quantã ſummã licita ſint, & ad quantã ſint illicita, cõſiderãs cõſuetudinẽ ipſius acquirentis, & vulgi op. facit etiam. l. 1. C. de ſen. q̃ pro eo qđ inter eſt. & Inſti. de ac. §. curare. facit qđ no. in c. cum in officijs. de teſta. in nouel. vbi de ſimplici mixtura, & c. quanquam. ſ̃. de
26 vſu. eo. lib. ¶ † Sed hic quęritur, vtrùm vxor filij, & alij ex familia poſſint de talibus iniuſtè quæſitis ſumere vitæ neceſſaria, vel ſumendo peccent. Hoſt. de hoc not. in d. §. quibus & qualiter. ver. quid de his in d. §. quibus. qui inde comedunt, & induunt. & videtur quòd non peccent, ſed excuſantur, ſi non habeant aliud, vnde viuant: dummodo peccatori non conſentiant, ſed reprehendant raptorem, & ad reſtõnem inducant, ar. 11. q. 3. c. quoniã multos. & de ſen. excõ. c. cum voluntate. & hoc verũ, ſi põt eſſe ſpes correctiõis: aliàs nõ. ſi ſit talis ſpes, dixit Ray. ꝙ vxor, filij, & familia, ſi ſũt aliqua iuſtè quæſita, de illis debent viuere: ſed ſi nulla ſint de iuſtis, quærant ſibi victum ſuis laboribus, ſiue ab amicis: vel etiam petant hoſtiatim potius, quàm comedant de rapina. Si autem raptor ille hoc non patitur: tunc vxori Hoſt. dat tria remedia, & vltimum eſt, ſi aliter nõ poteſt facere, debet potius de rapina, & extortis illicitè comedere, quã perire fame, cũ intentione tamen reſtituẽdi, qñ poterit. ad hoc de cõſe. di. 1. c. ſicut. & di. 5. c. diſcipulos. Et ſubdit Hoſt. ꝙ in omni caſu redat debitum viro, niſi aliud ſubſit impedimentum. 33. q. 5. c. dicat. & c. ſm̃. & c. vno. Et iſta ſunt dicta Hoſt. in d. §. quibus & qualiter. ver. ſed quid de his, qui inde comedunt. cum ver. ſe. ex quibus collige, ꝙ vxor iſta ex eo, ꝙ maritus præbeat ſibi victum de quęſitis illicitè, non poteſt, neq; debet petere ſeparationẽ thori. pro hoc. c. 2. de diuor. Alij verò de familia (vt filij, & ſimiles) vtrum teneantur ab eo diſcedere potius, quã cũ eo manẽdo, de talibus illicitis victũ ſumere, arguẽdo à caſu ſpeciali. de vxore vr̃, ꝙ potius debeat inde diſcedere, q̃ de rapina comedere. Et intelligo cum prębet victũ vxori, & familiæ de quæſitis illicitè, in quibus nullũ habet dñium: vel ſi habet, tenetur tũ ad reſtitutionem: ſed ſi ad reſtitutionem, nõ tenenr̃, vt cũ lucrat̃ de negotiatiõe ſibi ꝓhibita, veluti meretricio, hiſtrionatu, & ſimilibus, fortè familia de talibus alimẽta ſumẽdo, non tenẽt ad reſtitutionẽ: qa ſunt illius ꝓpria, licèt iniuſtè acquiſita. nã erogare põt talia ꝓ libito voluntatis, vt dixi: ergo & familiam inde alere. facit. 81. di. c. nõ facit. ¶ Quæro. 7. & reſpicit ver. reſtituat. pone ꝙ vſurarius, fur, vel raptor ablatũ non reſtituit, ſed dñs gratis ſibi remittit, & liberat: vtrũ ꝑ iſtã remiſſionẽ, & liberationẽ gratuitã remittatur ſibi peccatũ? Glo. 2. primò allegat, ꝙ ſic, niſi in caſibus, in quibus iura requirunt realẽ reſtitutionẽ, & ſtatuũt nõ pro deſſe remiſſionem, vt in iuribus allegatis in gloſſ. Secundò arguit contrarium, inhærendo ver. reſtituatur, quod eſt in tex, ſed Ioan. And. in nouel. ſuper iſta gloſ. refert Dy. tenere hoc, ꝙ ſufficiat gratuita remiſsio, ſi res erat reſtitutioni parata, quaſi tunc fingatur reſtituta, & poſtea reſtituenti donata. de dona. inter vi. & vxo. l. 3. in fi. & l. ſingularia. ſi cer. pe. Io. An. putat animum ponderandum. nec putat illum tutum, qui gerit in mente non reſtituere, remiſsione non facta. & iſtam opi. teneo in c. ſtatutum. §. aſſeſſoris. de refer, ſ̃. eod. lib. quia Deus interrogat cor, non manum; cui nullum ſecretum latet, & omnis voluntas loquitur. c. in ciuitate. de vſu. do. Fede. de. Se. diſputauit iſtam quæſtionem, & tenuit indiſtinctè, ꝙ liberalis remiſsio ſufficiat cum oris confeſsione, & cordis contritione, etiam ſi vſurarius geſsiſſet in mente non ſatisfacere: quæ opi. tolerari poteſt in foro conſcientiæ, quãdo ille, cui erat reſtõ facienda, liberali aĩo remittebat, etiam ſi vſura rius, fur, vel raptor vltimò reddere noluiſſet. nam iniutus liberari poteſt à creditore. l. ſoluendo. de neg. geſt. & l. ſolu. & iudicium. de ſol. Qualiter autem præſumi debeat talis remiſſio liberalis, vt dixi in extorta, ſuper hoc refero quaſdã notabiles coniecturas in c. quanquam. de vſu. ſ̃. eod. lib. in 3. q. & eas etiam ponit Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de vſu. ¶ Sed di ceret aliquis, videtur indiſtinctè dicendum, ꝙ remiſsio non liberet vſurarium, ſicut non liberat pactum de non petendo. cap. ad noſtram. de iureiur. Tango & ſoluo iſtud contrarium in d. cap. quãquam. in 3. q. plus enim operatur remiſsio; quia aufert, & perimit totum ius crediti, ac ſi ſolueret. l. ſolutionis verbum. de ſolut. ſed pactum de non petendo non diſſoluit obligationem, ſed obligat ad non petendum. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. de pac. ¶ Iuxta prædicta quæro Aliquis obtinet prælaturam vnius canonicè: vtrum poſsit purgari talis defectus, ita vt remaneat in prælatura, vel omnino cedere te neatur? & videtur quòd teneatur præciſè dimittere, ſicut furem furtiuam, & vitium furti, vt l. 1. C. de vſucap. pro emp. fur enim, & raptor dicitur, qui tenet beneficium vnius canonici. c. dudum. de elec. vnde dicitur malę fidei: quia contra iura poſsidet. ỹ. eo. c. qui contra iura. nec vr̃ poſſe ſuppleri defectus ſolẽnitatis, niſi oĩa reponant̃ in priſtino ſtatu. l. hr̃des pa lam. ff. de teſta. Et hinc eſt, ꝙ etiam poſt confirmationem poteſt obijci contra formam, & contra perſonam electi, & confirmati, & de criminibus accuſari ad depoſitionem prælaturę. c. cum olim. de dolo & cõtu. pro hoc. 72. diſt. c. ſi. vbi dr̃, ꝙ nullus non canonicè electus ordinetur. & ſi contra præſumptum fuerit, deponatur ordinans, & ordinatus. Aduerte, ꝙ ego iſtam materiam examinaui in c. 1. ſ̃. eod. in 6. quæſtio. hic autem latius reaſſumendo præmitto; quia electio habet plures partes, de quibus Inn. in c. publicato. ſ̃. de elect. quandoq; etiam eſt minus canonica ex defectu eligentium: quia ſuſpenſi, excommunicati, vel aliter inhabiles ad eligendum. ſ̃. de conſue. c. cum dilectus. Qñq; eſt minus canonica ex defectu ipſius electi, ratione criminis, vel defectus, iuxta no. ſ̃. de poſtu. c. fi. Qñq; eſt minus canonica ex defectu formæ nõ ſeruatæ. c. quia propter. ſ̃. de elec. Quandoq; eſt minus canonica; quia facta per impreſsionem, per metũ, per dolum, per ſimoniam. ſ̃. de ele. c. bonę. & de ſimo. per totum. & de ele. c. per inquiſitionẽ. Qñq; eſt minus canonica propter defectũ in confirmatione commiſſum: quia fortè forma nõ ſeruata, de qua in cap. fin. ſ̃. eod. lib. de elec. vel quia dolus, & ſurreptio interceſsit. Si ergo alter eo ex prędictis caſibus reperitur minus canonica: vtrum omnia cedere teneatur, vel peracta pœnitentia, ſiue diſpenſatione obtenta poſsit in tali beneficio remanere. Io. An. ponit iſtã materiã ĩ c. ꝙ ſicut. circa quã revocat primò in dubiũ, vtrũ iſte, donec dignitatẽ poſsidet, poſsit dici ꝓlatus, ſiue ſpõſus eccleſiæ. & vr̃ ibi tenere Inn. & Doct. ꝙ non. in c. nihil. e. ti. & legiſtæ idẽ tenẽt in l. Barbarius. de offi. ꝓfi. geſta verò ꝑ talẽ in ordinatiõib⁹, in collationibus bũficiorum, in iudicijs, cõtractib⁹, & ſimilibus vtrũ rema neãt firma, & valida: licèt ille poſtea deponatur? diſputauit Io. Cal. & ego dixi plenè in repeti. c. acceſſoriũ. ỹ. eo. c. cũ dilectus. de cõſue. & per Inn. in d. c. veritatis. de do. & cõtu., ꝓſequẽdo igit̃ ſingulos caſus: dic, ꝙ qñq; eſt nullus pp defectum formæ omiſſæ. Qñq; ex defectu eligẽtiũ eſt minus canonica.

& hoc dupliciter, vel pp eorum inhabilitatem, vt dixi, vel pp impreſsionem eis illatam: vel qa nunq̃ à principio conſenſerunt, ſed finxerũt ſe eligere. Primo enim caſu eſt mala ex defectu formæ, ſi poſtea eligentes in eum ſponte conſenſerũt, & admiſerunt, vtrũ purget iſte defectus per ſubſequentẽ cõſenſum: vt ſic reddere non teneat. & in matrimonio carnali vſ ſufficere hic conſenſus ex poſtfacto, facit qđ no. in c. lras. de coniug. lepro. & c. non debet, de conſan. & affi. & c. 1. de eo, q duxit in mrimonium, quã pol. per adulte. De matrimonio verò ſpũali eſt dubium; qa non contrahit nudo conſenſu eligentium ſine obſeruantia formæ. c. qa pp. s̃. de elec. vnde ſi illa ſolemnitas eſſet de iure poſitiuo, eius omiſsio nõ vſ impedire intentionem bñficij cum bona conſcia, ſi cõſenſus eligentium ſuperuenerit. nam talis conſenſus producit naturale vinculum: vſ licèt iur. ca. poſitiuo non valeat talis electio; valet tñ iure naturali pp talem conſenſum, & naturalis ſola ſufficit ad retentionem. C. de compen. l. ẽt. pro hoc l. Iul. de condic. inde. verus. n. debitor abſolutus per iniuſtã ſniam naturaliter remanet oblig. vſ in foro conſcíænon tenet ſponte ſoluere. ad hoc qđ no. Inn. in c. quia plerũq; de immu. ec. Item ille, qui hẽt volũtatem dñi, licèt non ſolemnitatẽ, iuſtè poſsidet, ſiue tenet, velut naturale debitum pp conſenſum, licèt non ſolemniter accõmodatum. de condi. inde. l. 1. & l. cũ qs. de iur. & fac. igno. ergo iſte ſimiliter platuram pp conſenſum eligentium. ꝓterea formæ ſunt inuẽtæ in electionib' pp euitandas lites, q̃ oriebanẽ ex varietate formarũ in electionibus. c. qa pp. ceſſante ergo iſta cã, debet ceſſare conſtõ. l. adige. §. q̃uis. de iure pa. pro iſta parte faciunt iura, & rõnes, de q̃bus per me in repetitione. c. poſſeſſor malæ fidei. in 1. q. s̃. eo. vbi in ſimili q. tenui, qꝓ inſtitutus in teſtõ minus ſolemni hr̃ditatem in foro conſcíæ iuſtè poſsidet, poſtq̃ hẽt teſtõris voluntatem: licèt nõ iur. ſolẽnitatem. ꝓterea defectus formæ ſubſtantialis in electione, vſ purgari in confirmatione legitimè ſubſecuta. Nam iſta cõfirmatio hẽt vim ſniæ diffinitiuæ, c. fi. de elec. s̃. e. li. Non ob. qꝓ ẽt poſt confirmationem poteſt amoueri à beneficio pp defectũ formę. c. cum olim. de do. & cõtu. qa licèt poſſet amoueri, tñ nõ vltro, antequ amoueatur, dẽt talem platuram dimittere. ſimiliter in condemnato iniuſtè, q licèt poſſet ad ſolutionem compelli: non tñ vltro ſpõte tenetur ſoluere, vt no. Inn. in d. c. ſicut. ſic hæres non faciens inuentarium, licèt vltra vires hr̃ditarias non obligeẽt ad debita. l. fi. C. de iur. delib. tñ non exactus ſponte in foro conſcíæ non teneẽ vltro ſoluere, vt no. Bar. & poſt eum Bal. in rub. de acq. here. Alia ſimilia de hoc reperies in d. 1. q. & argumenta cõtraria: ſed ꝑcedentẽ opi. q̃ eſt Inn. veriorẽ credo, in caſu, quo ſit nulla ſolũ ex defectu formæ ſubſtãtialis. & ad hoc tẽ dunt ꝑcedentia arg. Hanc opi. intelligo, qñ ꝑceſsit electio capitulariter. Si aũt nulla ꝑceſsit electio, ſed ꝓ electo ſe ingerẽs confirmatus fuit: licèt poſtea recipiat vt electus, & cõfirmatus in eccleſia per canonicos: non vſ, qꝓ talis receptio capitulariter, vel ſingularis hẽat vim, ſiue figuram electionis; nec talis potentia, & tolerãtia canonicorum producat naturalem conſenſum, de quo loqtur Inn. nam & in ſimili figura matrimonij carnalis operatur certos effectus. l. 3. de donat. inter vir. & vxo. Concludo ergo, qꝓ in electione concordi, & capitulari ꝑcedenti, licèt nõ ſolemni totaliter ex defectu formæ, hẽat locum opi. Inno. & hoc operatur illa effigies, & figura, ar. c. nuper. de biga. Sed vbi nulla penitus ꝑceſsit electio, receptio, & admiſsio canonicorum ad plaruram, non hẽt vim electionis, nec facit eum electũ. ar. l. Herennius. ff. de Decu. & hæc ſint dicta, vbi eſt defectus in forma, non in cõſenſu eligentium. Si aũt ſit nulla ex defectu eligentium; qa ſunt excõicati, vel ſuſpenſi. c. cum dilectus. de conſue. tunc ſecus, ſi corrupti pecunia, vel coacti, vel dolo inducti ſunt ad eligendum iniuſto metu. In iſtis exẽplis, & ſimilibus ſi electus ſciuit eligẽtium defectum, corruptionẽ, vel impſsionem, in his vſ, qꝓ cedere teneaẽ, nec purgentur tales defectus p abſolutionem ipſorum eligentium, & conſenſum ſuperuenientẽ, per hoc. n. non purgatur defectus, & mala fides ipſius electi ſciẽtis eligẽtes inhabiles, corruptos, ſiue coactos: licèt in iſtis vltimis, videlicet in eligentibus per impreſsionẽ. ſi poſtea ratificant, & conſentiant tali electioni, vſ electio confirmari, per l. 2. qđ me. cauſa. ſicut carnale matrimonium confirmatur à conſenſu, licèt à principio metu cõtractum. c. cũ locũ. de ſpõ. nõ. n. poſſunt eligentes iſto caſu argui, ſiue culpari, ſicut cũ excõicati, vel corrupti eligũt. hoc verum, niſi electus impreſsionẽ ipſam ꝓcurauerit, vel de iſta particeps fuerit. ar. c. alma. de ſen. excõ. s̃. eo. li. facit qđ no. i c. ſi alicuius. de ele. vbi electus ſimoniacè ẽt ignoranter non põt poſt-penitẽtiam remanere in ꝑlatura, quã habuit à principio vitio ſimoniæ à ſe, vel ab alio ẽt non ignorãte commiſſę. nec poſſunt iſti defectus purgari, niſi res in prãtem dñi reuertatur cum affecto vitio reali, vt dixi. s̃. nam licèt electus corruptionis, vel impreſsionis, vel doli particeps egerit pniam de peccato. hoc tñ non prodeſt ad retentionem rei malè quæſitæ, ſi non reſtituit, vt in iſto. c. Sed quid dices, ſi ex 10. canonicis tres, vel quatuor ſunt paſsi metum, vel corrupti pecunia, vel excõicati: alij verò ſex liberè, & canonicè vna cum ꝑdictis elegerũt: vſ, qꝓ electus iuſtè in foro cõſcíæ poſsit retinere ꝑlaturam, poſtq̃ hẽt conſenſum maioris partis habilis ad eligẽdũ: quinimò in foro iudiciali eẽt valida, ſi aliorũ vitium ignorabat. facit. c. cũ. I. & A. de re iudi. & quod no. de ele. c. illa. & qđ no. in reg. vti le. j. eo. ¶ Sed hic quærit de contẽptu vnius, vel pluriũ: vtrum ipſis contradicentibus, vel non ratificantibus, cedere teneatur? & vſ, qꝓ non, poſtq̃ à maiori parte aliàs legitimè eſt electio celebrata: licèt. n. contemptus poſsit inſtare, vt caſſetur electio, vt c. quod ſicut. de ele. tñ anteq̃ caſſetur, non peccat electus retinẽdo. nam iſtud iudicis officiũ licèt ſit de rigore iuris introductũ, tñ de æquitate nõ dẽt caſſari; qa electus in hoc non deliquit, ſed contemnentibus dẽt pœna imponi. ar. l. quod maior. ad muni. facit qđ dixi. s̃. de omiſsione formæ canonicæ, q̃ non ob. electo in retinendo, ſi habet quod eſt de iure naturali. ſ. eligentium volũtatem. Plus dicunt quidã, qꝓ contempto nõ comperit iudicis officium, niſi vt caſſetur electio: ſed ſola exceptio, ſi petatur confirmatio, vel cõſecratio per electum: vnde poſt conſecrationem non põt agi, vel excipi de contemptu. Subdit Inn. alios tenere, qꝓ ſemper contemptus poteſt agere, & ſemper peccat electus, tenendo contra voluntatem contempti. Sed huic opi. ob. quod dictum eſt. s̃. de omiſsione formæ ſubſtãtialis, quæ debet fortius operari contra electum, q̃ contemptus vnius, vel duorum: & tamen concludit ibi Innoc. qꝓ cedere teneatur. nam, vt dictum eſt. s̃. iſtud ius caſſationis, competens contempto, eſt valde rigoroſum; quia de æquitate, quod põt facere totum Capitulum, vel maior pars eo preſente, & contradicente: multò magis eo contempto, & abſente, ar. l. ſi dotem. ſo. ma. Item punitur qui non deliquit, vt dictum eſt, & credo mediam oppoſitionem æquam: vt poſt confirmationem non poſsit contemptus agere, ſed purgetur iſte defectus, ſicut quidã alij, de quibus poſt confirmationẽ ſolemnem non põt qõ refricari, ſicut nec poſt diffinitiuã ſniam, vt prædixi. Nam poſtq̃ electus bonus eſt, & habet conſenſum Capituli, ad qđ prodeſt contẽpto petere caſſationẽ, cũ ea caſſata iterũ poſſent eũ eligere: tanq̃ igitur ſua non interſit, nec eccleſię, nec canonico. nõ vſ audiendus, ſi velit reſcindere quod à Capitulo, vel maiori parte factum eſt. ar. c. 1. s̃. de his, quæ fi. à ma. par. Ca. Nã ad eius petitionẽ caſſari, & ſtatim iterum à Capitulo eligi, eo in nito, eſt cõtradicere ſine cã ſine vtilitate: ideò malitijs hominum obuiandum eſt l. in fundo, de rei vendi. & maximè illis, qui ſe ingerunt, ſolum vt noceant nihil laturi, l. 2. ad Tertu. Eſt alius caſus, cum ſcilicet nullitas electionis cauſatur ex parte electi; quia non eſt idoneus ſciẽtia, moribus, vel ætate, vt eſſe debet. c. cum in ciuitate. de elec. inhabilis ratione defectus, vel criminis, vel irregularis, vt not. de ta-

libus

libus in c. fi. de poſtu. præla. vel commiſit dolum in negotio electionis: vtrum ergo ſi electio de ipſo celebrata aliàs eſt canonica, & confirmatio, cedere teneatur: vel peracta pnia, vel obtenta diſpenſatione, poſsit remanere in prælatura. & in patientibus defectus, de quibus. s̃. morum, ſcientiæ, vel ætatis: vſ, qꝓ purgatis iſtis defectibus poſt promotionem nõ tenetur cedere, poſtq̃ res puenit ad caſum, à quo poſſet inoꝑe. c. placet. de conuer. coniu. In cõtrariũ. c. ſi eo tpe. de reſcri. s̃. eo. li. Et in foro iudiciali non vſ dubiũ, qꝓ poſtq̃ electio fuit vitioſa, nõ conualeſcat, vt d. c. ſi eo tpe. Sed in foro cõſcientiæ vtrũ poſsit retinere prælaturã, ſi mõ purgati ſunt defectus, ſuperuenientę ſcientia, moribꝰ, & ætate: videtur qꝓ non; quia conſenſus eligentium à principio fuit nullus, vt in ca. cum in ciuitate. de elec. nec de nouo conſenſerunt, ſed ex veteri conſenſu in nullo ſibi obediunt, vt prælato: quinimmo nouus cõſenſus ſine noua, & ſolemni electione non videtur. eum facere prælatũ. facit ad prędicta qđ plenè, & ſubtiliter no. Inn. de eo, qui dux. in ma. quã pol. per adul. & breuiter in c. fin. de coniug. ſer. in gl. facto. & in c. non debet. de cõſan. & affi. ſup verbo libere. in ꝑdictis eñ locis hr̃, qꝓ ſicut matrimoniũ nullum à principio propter aliqđ impedimentũ canonicũ cõfirmatur, illo impedimento ceſſante, & ſuperueniente illo conſenſu, qꝓ poſſent de nouo cõtrahere: ita ergo hic in mrimonio ſpũali vſ dicẽdum. Præterea ſupra tenui poſt Inn. qꝓ defectus formæ ſubſtantialis non nocet in retẽtione prælaturæ, in qua dicta forma ſufficit, ſi conſenſus eligentium interuenit: ergo & hic ſufficere debet purgatio, ſiue ceſſatio prædictorum defectuum quò ad legem, vt cedere non teneatur: quia omiſsio formæ eſt maior defectus, quàm prædicti, qui ſunt quodammodo qualitates quædam, quæ facilius abolentur, quàm defectus ſubſtantialis, l. in delictis. §. ſi detracta. de noxa. & ca. ei cui. & cap. ſi pro clericis. de præben. ſupra eodem lib. pro hoc etiam facit, quod not. Inno. in d. cap. quod ſicut. vbi quid iuris, ſi electus eſt criminoſus, & tacuit. Nam peracta pœnitentia de peccato, dicit ipſe, qꝓ licitè retinet prælaturam. 57. diſ. cap. ſicut ſemel. niſi ſecundùm eum eſſet tale peccatum; quod peracta penitentia impediretur executio. de renunc. c. niſi cum pridem. vel niſi tacuiſſet irregularitatem ſuam: tunc enim modis omnibus offerre debet renunciationem ſuam,
27 & peccat tenendo beneficium. ¶ † Sed occurrit hic dubium: vtrum ſuperior poſsit diſpenſare ſuper irregularitate, etiam non vocatis illis, ad quos pertinet electio, confirmatio, vel ius aliud, vt præſentiandi: videẽ, qꝓ non. quia iſte non intrauit per oſtium, & malum habuit ingreſſum propter defectum diſpenſationis; & in tempore, quo diſpenſatum fuit, non habuit prædictorum conſenſum. Contrarium tenet Innocen. in d. ca. niſi cum pridem. Nam ſemel habuit conſenſum prædictorum: vnde non poſſunt hodie reſilire. & ideò etiam eis non vocatis diſpenſabit ſuperior, vt ipſe ibi not. ſuper ve. indulgeri. & ſuper hoc vide quod not. Innocen. in d. cap. dudũ, de elec. ſuper ver. electionis tempore. & cap. ex tenore. de tempo. ord. vbi omnino videas de iſta diſpenſatione ſuper criminibus cum promotis, vel promouendis per Innocen. ad de etiam quod not. in cap. quamuis. de reſcrip. s̃. eodem lib. Quandoq; in negotio electionis interceſsit dolus electi. & hoc dupliciter, vel mente conceptus, vel actibus, ſiue verbis expreſsus: & in quolibet ex prædictis caſibus Innocen. in d. cap. quod ſicut. ponit op. & tandem vltimò ita ſubdit. melius videtur, quòd ſiue dolus ſit mente conceptus, ſiue exterius ad verba, & actus tranſiuit, ſemper peracta pœnitentia, remanet ſecurus in beneficio. licèt enim peccauerit in ingreſſu, ꝓpter hoc tamen non tenetur renunciare, vt in cap. fi. de ſimo. nec reſtringo, quòd poſsit agere pœnitentiam, remanendo in ordine ob peccatum tantũ mente conceptũ; immo idẽ dicimus, etiam ſi ſit in verba, & opus emiſſum. & illa Decre. licèt. loquitur in ſimonia tantùm mente concepta; de dolo autem in confirmatione commiſſo, non. de dolo & cõtu. c. cum
28 olim. Iſta ſunt verba Inn. qui refert op. aliorum dicentium, qꝓ vbicunq; dolus circa electionem commiſſus eſt, ſemper renũciare tenetur, & eodem modo, ſi vnum de electoribus pro ſe rogaſſet, pro prima opi. facit, quia dolus eſt vitium perſonale, & peccatum mortale: vnde ſicut alia peccata electi non vitiant electionem, vt prędixi; ita nec iſtud. Ego credo dicendum de iſto dolo commiſſo in electione, ſicut in alijs contractibus: vt ſicut in illis dolus dans cauſam contractui reddit contractum nullum; vel annullandum, iuxta not. in d. l. bonam fidem. de ac. & obli. & l. eleganter. ff. de do. ita & multò fortius in contractu electionis, vbi contrahitur ſpirituale vinculum inter eccleſiam, & electum. cap. cùm inter canonicos. de elec. in hoc vinculo debet omnis dolus abeſſe, & omnis puritas adeſſe; ideò magis dolus videtur inficere in eo, quàm in alijs contractibus. & hoc verum credo, quando dolus electi dedit cauſam contractui; quia abſq; illo non erant eum electuri. Sed ſi incidit in contractu; quia erant electuri, ſed non ita citò, & ipſe doloſè procurauit, ne mutarent propoſitum: vel econuerſo, vt differrent, vt eum poſtea eligerent, vel obſequia prębuit. iſtis enim exemplis, & ſimilibus dicitur dolus incidere in electione, nec taliter electus renunciare tenetur, ſecundùm vnam op. Innocen. nam is corde in dolum incidit, ſed non dedit cauſam electioni. nam ſi dedit, vt dixi, non credo hoc delictum poſſe purgari ad effectum retentionis ipſius beneficij, niſi dimittatur, quantuncunq; in hoc delicto diſpenſet ſuperior, vel electus pœnitentiam agat. nec eadem ratio eſt habẽda in iſto peccato, ſicut dictum eſt. s̃. in alijs non tangentibus, nec inficientibus ipſam electionem. In dolo dante cauſam electioni non poteſt dici, quòd electus habuerit vnquam voluntatem eligentium. nam ex illo dolo cauſatur error in eligẽtibus: & qui errat, non conſentit. l. ſi per errorem. de iuriſdi. om. iudic. diſpenſatio ergo ſuperioris, vel pœnitentia de peccato non ſupplet defectum cõſenſus eligentium. In metu autem, vel alia impreſsione bene eſt conſenſus: vnde dicitur, coacta voluntas eſt, vt no. in cap. cum inter. ff. de ele. purgatur ergo per ſubſequentem conſenſum tacitum vel expreſſum. cap. cum locum. de ſpon. & hæc ſunt dicta de dolo ipſius electi. de dolo autem tertij in electione commiſſo ſi dedit cauſam electioni, videtur idem eadem ratione ex defectu conſenſus eligentium, qui illum non fuiſſent aliàs electuri. In alijs contractibus dic, vt d. l. eleganter. de dolo. Ad hanc conſiderationem meam facit ſimile de reſcriptis ad lites. s̃. de reſcr. c. ſuper literis. nam ſi ibi viciatur reſcriptum ad lites propter ſuggeſtionem falſitatis, vel ſuppreſsionem veritatis: quia tacite, vel falſitate expreſſa, princeps nullatenus conſenſiſſet: multò fortius & in beneficijs eſt hoc dicendum, & in foro conſcientiæ, de quo loquitur ibi [non dimittitur peccatum] &c. vt in iſta regula, in qua ſiñ omnes debet fieri illi reſtitutio, à quo extortum eſt. Sed in caſu noſtro iſta prælatura eſt extorta ab electoribus propter talem dolum, ergo ea eſt reſtitutio facienda per renunciationem, & dimiſsionem ipſius prælaturæ, & iſta ſufficiant circa iſtam materiam ſatis neceſſariam clericis, & prælatis Deum timentibus, quorum elec. vel prouiſio in alio ex prædictis peccat, vel in forma, ſiue modo prouiſionis, vel in perſonis eligentium, vel electi, vel ratione doli, vel metus, ſine impreſsionis; vtrum dimittatur tale peccatum, ſi non reſtituatur. hoc eſt vtrum cedere teneatur, vel purgato quoquo modo tali peccato, ſiue vitio, & qualiter remanere poſſit in beneficio. quæ dicta originaliter ſunt Inn. in d. c. quod ſicut. per me latius hic diſcuſſa ad correctionem cuiuſlibet melius ſentientis. ¶ Quandoque peccant ex perſona collatoris, vel prouiſoris, vel confirmatoris, qui non habent canonicum ingreſſum: vtrùm valeant geſta per eos? dixi plenè in regu. acceſſorium. & per Ioan. Calde. in ſua diſputatione. & capit. nihil. de elec. & capit. ſi beneficia. de præben. eodem libr. vbi tetigi. ¶ † Octauò quæro, quid

de ablatis, vel damnis datis ab illis, in quibus non cadit peccatum, nec titulus criminis, vt in furiosis, dementibus, non doli capacibus, & similibus. in istis enim non cadit culpa, vel dolus. l. diuus. ff. de offic. præsi. satis enim ipsi furore, vel dementia puniunt, vt ibi. & ad hoc l. 1. C. de fal. mo. l. 2. de iure codi. Ad hoc dico, quòd regula ista non habet locum in personis ipsorum: quia non cadit in eis peccatum, siue delictum tali tempore. In administratoribus autem ipsorum, q̃ eorum nomine res alienas occupatas, vel mala fide tenent, credo habere locum istud c. quia debent restituere, & agnoscere bonam fidem. l. quotiens. de admini. tut. In dominis autem, quorum animalia dant damnum, probabiliter dici potest, eos debere noxaliter: vt vel damnum emendent, vel animalia dent pro noxa, sicut in foro iudiciali tenerentur. l. in delictis, & per totum ff. de noxa. Sed remanet dubium de vniuersitate, cum occupat aliena castra, territoria, vel aliàs iniustè agit, extorquendo gabellas, vel pœnas illicitè: & videtur, quòd non habeat locum ista regula; quia vniuersitas est res inanimata, & persona ficta, & repræsentata, l. mortuo. ff. de fideiuss. ergo in ea non cadit peccatum, sicut nec in rebus, quæ anima carent, vt l. 1. ſi quadru. paup. fe. di. & hinc est, quòd sẽtentia excommunicationis, vel alia censura, quę animã absq; non cadit in vniuersitatẽ. c. Romana. §. in vniuersitatẽ. de sentẽ. excom. ſ. eo. lib. vt enim dicit Inno. vniuersitas, Capitulũ, populus, & huiusmodi sunt noſa iuris: vnde sumpta vt corpus vnicum, non cadit in eis delictum, cum ibi sint pueri vnius diei, & idem sit populus, qui fuit, iam sunt centum anni. l. proponebatur. ff. de iudic. ex delicto autem præmortuorũ delinquentium punirentur, qui sunt hodie. & hoc iniquum, vt vnus alterius delicto puniatur. l. sancimus. C. de pœnis. &c. quæ sunt de his, quæ ſi. à ma. par. Cap. 23. q. 3. c. 1. In contrarium, q̃ peccare posset vniuersitas: nam potest in ferre metũ. l. metum. §. animaduertendum. qđ me. cã. potest bona posſidere, & contumax esse, & per consequens missionem pati: & ſi non ministratur in ea iustitia, potest mulctari, & plecti. 23. q. 2. c. dixit dominus. & cum ista omnia requirant animum. l. 3. in fi. de acqui. poſ. & l. licèt. C. eo. tit. & l. 1. quod cuiusque vniuer. no. ſatis ex istis infertur, q̃ in ea cadit animus, ſi. n. habet animum, & per consequens peccatum. & tunc habet locum ista regula. In vniuersitate quid dicẽdum? Ad hoc dico, q̃ Hoſt. firmat istam q. in ciuitatibus, & collegijs mutuantibus sub vſuris, nũquid singuli sunt vſurarij? & videtur, q̃ nõ: quia causa vniuersitatis non est singulorum. 12. q. 2. c. q manumittitur. Contrarium tenet ipse, dicens, q̃ illi de vniuersitate, qui huic delicto consentiunt, tenebuntur etiam singulariter, non tanquam vniuersi, sed tanquam singuli. de vſu. c. conqueſtus. & in d. §. animaduertendum. Et dicit hoc verum in illis, quibus in mente illud factum placet, & ratum habẽt; vel non prohibẽt, cum hoc posſit. de sen. excom. c. quanò. & ita not. Hoſt. in ſumma de pœni. §. quib. & qualiter. ver. qđ de ciuitatibus. & credo hoc bene dictum in pœnis, quæ ligãt animam, quæ non cadũt in vniuersitatẽ propriè sumptã: quo casu ligantur culpabiles tantùm, tanquàm singuli, vt est casus in c. ſi sententia. de senten. excommu. ſ. eod. lib. Quandoque verò ex delicto, vel facto vnius alius obligatur per l. vt l. obligamur. ff. de actio. & obligatio. & vtrùm in isto, quẽ lex, vel constitutio obligat, habeat locum ista regula? & videtur, quòd non; quia non nascitur talis obligatio ex consensu proprio, sed lege. pro solutione recurre ad no. 14. q. in princ. & c. ſi habes. vbi pœna temporali sæpè vnus p̃ alio corporaliter flagellatur, & ciuitas quandoque aratrum patitur, vt Carthago, & Troia. quod qſi sit uerum, vide in l. facta. ff. de pœ. per Bartol. & Innoc. in c. grauem. de senten. excommu. pœna verò ſpirituali, qua anima afficiatur, vnus pro alio nõ punitur, vt d. c. ſi habes. ¶ Sed contra prædicta opp. & videtur, quòd ſi vnus gerit actum, indiſtinctè omnes obligentur, ſi obtentum fuit per maiorem partem, l. maior. ff. ad muni. Solu. quãdoque illi de vniuersitate gerunt actum voluntarium, vel cõsuetum in vniuersitate: tunc quod maior pars facit, omnes fecisse videntur. Secus ſi prouiderent circa id, quod non est necessarium, nec consuetum: tunc enim non obligantur nisi cõsentientes, non autem absentes, & contradicentes secundùm Cy. in l. 1. post prin. de ma. cõ. Est aduertendũ ſm D. Bal. ibi, quòd vbi agitur de obligatione vniuersitatis, non obligantur absentes, & contradicentes; nisi vbi esset arduum negotium, vt de subiectione, & submiſsione ciuitatis. de hoc tamen vide per Bar. in l. 1. de albo ſcri. & in Spc. in tit. de syn. constitutione autem, siue ſtatuto vniuersitatis omnes ligãtur, & obedire tenentur, nisi esset iniqua; quia tunc licitum est ipsam circumuenire, & in foro conſcientiæ non tenentur ea ſequi. Ad hoc quod no. in c. pletique. de immu. ec. in nouel. & l. fi. C. no ua vec. inſti. non. po. per Iaco. Bu. Ex istis etiam inferas, q̃ vniuersitas potest esse in mora, & per consequens põt mulctari pecuniaria pœna: nõ autem corporis afflictiua, vt c. grauiper Inn. vbi q̃n obligatur, qualiter, ſinguli obligẽtur ad restitutionem: an per capita, an per ſolidum, & libram. i. iuxta facultates. dic vt ibi. & l. 4. ff. de re iud. p̃ Bar. & ita in d. l. aut facta. prædictis adde quod dixi ſ. in 4. q. in illa quæſtione, vtrùm dimittatur peccatum, ſi quis non restituit ablata: quia ita p̃ ſtatutum populi est prouiſum, ne posſit peti restitutio subtractorum. & circa hoc etiam declarandum esset; vtrùm Papæ, vel Imperatoris auctoritate posſit quis retinere male ablata sine peccato. circa quod vide, quod dixi in repetitione. c. canonum ſtatuta. de constitutionibus in ſ. oppo. vtrùm diſpoſitio legis, vel canonis indicentis obligationem liget in foro conſcientiæ. facit quod dixi in c. malæ fidei poſſeſſor. ſ. eod. in repetit. ¶ Quæro nonò. dictum est ſ. in 4. opp. de principali debitore, in quo habet locum ista regula, nisi excuſet propter inopiam, vel alia ex causa, vt ibi. quid in hærede illius, qui restituere tenebatur: vtrùm in eo habeat locum ista regula. & proculdubio est dicendũ, q̃ ſic, ſi hæreditas est ſoluendo; quia hæres, & defunctus eadem persona censentur, in Authen. de iureiuran. à mo. præ. post prin. & hoc verum etiam in obligatione, quæ descendit ex delicto. vt ſcilicet hæres ſatisfacere teneatur, etiam ſi ad eum ex delicto nihil puenerit, vel non fuerit cum defuncto lis conteſt. de iure canonico. quod ſecus esſet in his caſibus de iure ciuili, vt no. in d. c. parochiano. de ſepul. & c. cũ tu. de vſu. ¶ Sed restat dubiũ. ſi hæreditas non est ſoluendo, & hæres non fecit inuentariũ: vtrùm teneatur vltra vires hæreditarias ex delicto defuncti? D. Fede. de Senis tenuit diſputando in foro cõſcientiæ, quòd non, & fortè idem in iudiciali, ſi descendit dicta obligatio ex delicto: quia cum lex ciuilis in dictis caſibus, ſcilicet cum nihil ad hæredem peruenit, vel non fuit lis conteſtata cum defuncto, non obliget hæredem, vt l. 1. ff. de priua. deli. & cõſtitutio canonica dictam obligationem ex delicto moderetur vſque ad vires hæreditarias pro ſolutione animarum, vt d. c. cum tu. cum. c. quamquam. & ſimilibus. non videtur enim, q̃ talis modificatio extendatur per d. l. fin. ad ſolidum debitum integrum propter inuentarium non confectum. nam causa finalis conſtitutionis canonicæ in æquitate fundata (ſcilicet ad ſalutem animarum) non potest adaptari vltra facultates defuncti: ſoluere autem compulſo propter non confectũ inuentarium non cederet ad ſalutem, & dimiſsionem peccatorum defuncti, de alieno ſcilicet ſatisfieri. c. eam te. de iureiu. ceſſat ergo causa canonica in eo, quod est vltra facultates, ergo & conſtitutio, vt l. adigere. §. quamuis. de iure patro. Non obſt. q̃ lex ciuilis præſumit hæredem non conficientem inuentarium habuiſſe de hæreditate tantum, quod ſufficiat ad ſatisfaciendum creditoribus, & etiam propter contemptum legis teneatur in illo vltra, vt d. l. fin. de iure deli. Nam ad hoc dico, q̃ conſtitutio canonica ob ſalutem animarum inducta fundatur ſuper veritate, non ſuper præſumptione legis, quæ quandoque fallit. c. à nobis. de ſent. ex com. Item dictã obligationem

gationem in eo, quod est vltra, lex induxit in pœnam hæredis legis bñficium cõtemnentis, vt dicit tex. in d. l. fi. Sed, vt dixi, per ſolutionẽ hæredis in eo, quod est vltra, nõ liberatur anima defuncti: nec d. l. fi. cogitauit de constitutione canonica, q̃ limitet legem, ſiue corrigat, in quantum ſtatuit obligari hæredes defunctorum vſque ad vires hereditarias ex delicto d̃functi. Et posſet generaliter non abſurdè dici, q̃ in omnibus caſib. in quibus heredes conueniunt, inquantum facere posſunt, vt d. l. ſunt quidam. cum l. ſeq. in eiſdem non mutat natura obligationis p̃p inuentariũ non cõfectum; qa hæc nõ fuit intentio illius l. fi. ſ. augere effectum obligationis limitatæ per canones, ſiue leges. quod mihi est nouũ dictum, & notabile. Ex quo etiam ſequitur, q̃ p̃pter omiſſum inuentariũ non perdit hæres bñficium cedendi bonis. & ista ſint dicta, vtrùm ex delictis defunctorum hæredes teneãtur vltra vires hereditarias ex omiſsione inuentarij. ¶ Sed restat dubium in lijs obli. deſcendentibus ex contractibus: vtrùm ſi heres non fecit inuentarium, teneatur in foro conſcientiæ vltra vires hæreditarias. nam in foro iudiciali, q̃ teneatur, non est dubium, vt in d. l. fi. & quod de ista q. plenè ſcripſi in repetitione. c. poſſeſſor malæ fidei. ſ. eo. tit. in 3. oppo. vbi quia dixi latius; ideò hic nõ repeto, ſed ibi de ista, & alijs dubiis. De noſtra, quando potest imputari creditori negligentia, ſine mora, hic plenè videas, & maximè in prima q. de illo, q̃ poſsidet hæreditatem ex teſtamento non ſolemni, vel eam repetit à venientibus ab inteſtato in foro conſcientiæ, tenẽdo eam contra voluntatem defuncti, licèt minus ſolemni.

¶ Iuxta prædicta quæro. inter hæredes est obligatio ipſo iure per l. 12. tabul. l. 1. ſi cer. pet. & l. pro hereditarijs. de acq. hære. pone ergo, q̃ vnus ex heredibus efficitur non ſoluẽdo: nunquid alter conuenietur inſolidũ, ſi portio ſua ſufficit? glo. format istam q. in c. quãq̃. de vſu. in duobus heredibus vſurarij, quorum alter efficitur non ſoluendo. & tenet, q̃ alius inſolidum conueniri poſsit. primò quia bona vſurarij ſunt obligata pro restituendis vſu. ergo cum penes alterum deprehendantur bona ſufficiẽtia ad ſatisfaciendum creditoribus, merito conueniri poterit. l. pro hereditarijs. præallegata, p̃ hoc tex. in d. c. tua. vbi quatenus ſe extendit hereditas, obligatur. Item dicta ſatisfactio æris alieni est inducta pro ſalute animæ defuncti. † Inopia ergo vnius ex heredibus non liberat 29
animam iam defuncti à peccato, ſed restitutio ablati de bonis defuncti, vt in isto c. Et aduerte, quia istæ rationes vrgẽt non ſolum in hæredibus vſurarij, ſed in omnibus heredib. q̃ ſuccedunt defuncto obligato ex delicto, vel contractu. postquam enim canones obligant heredes vſque ad vires hereditarias pro ſalute animæ teſtatoris: videtur, q̃ ille, penes quẽ bona defuncti deprehenduntur ſufficere, teneatur, quaſi in bonis defuncti ſit magis fauendum ſaluti animæ, quàm hæredi: potius etiam creditoribus, qui certant de damno vitando, quàm heredi, qui certat de lucro captando, ergo &c. l. fi. C. de codicil. ¶ Quid dicendum? in foro iudiciali videtur, q̃ uis ſtet in hoc, vtrùm bona defuncti p̃ ſatisfactione æris alieni, ſiue ex contractib. ſiue ex delictis deſcendat, ſint tacitè obligata, & pro vſuris restituendis. glo. ſentit, q̃ ſic, ſi peruenerit res ad aliquem titulo lucratiuo: ſecus ſi oneroſo, vt c. cum tu. de vſu. quod tenet Ioan. And. eod. tit. & li. c. 2. Archi. ibi contra, cuius opi. teneo in d. c. cum tu. niſi in caſu, in quo conſtaret rem, de qua agere quis vult hypothecaria, emptã de pecunia vſuraria. & in hoc ſit vera opi. Ioan. And. in debitis verò alijs deſcendentibus ex delictis, vel contractibus, p̃ qb. nulla ſit in bonis hypotheca contracta, videtur, q̃ ex quò inter heredes ſitobligatio diuiſa per l. 12. ta. non augeat in p̃ſona vnius ex hæredibus propter inopiam alterius, vt l. legatorũ petitio. ff. de leg. 2. quod habet in ſe rationẽ p̃p culpã in
non exigendo ab illo, qui deſijt eſſe ſoluendo: quando autẽ 30
talis culpa imputari non poteſt: tunc rationes factæ ſuperius multum vrgent pro creditoribus, & contra heredes in foro eccleſiaſtico, in quo tex. dicit, q̃ ea ſunt diſcretione cogendi; qua parentes, ſi viuerent, cogerẽtur. ita dicit text. in d. c. tua. ſed debitor cogeretur pro modo facultatum, vt c. cũ tu. eod. tit. ergo per conſequens & ipſius heres, cum ſit eadem perſona cum eo in Authen. de iureiur. à mo. præ. poſt prin. obligatio enim deſcendens ex canone, puidente ſaluti animæ de linquentis est modificata ad eius bona, & ipſa videtur affectare quò ad reſtitutionem malè ablatorum. & ſic non est curãdum, vtrùm alter deſierit eſſe ſoluendo, poſtquam ſuperſunt bona, quæ ſufficiunt in perſona alterius coheredis. & in heredibus videtur Hoſt. tenere iſtam opi. in d. c. tua. vbi de hoc dixi in 2. not. & in foro eccleſiaſtico, vt dixi, poteſt iſta opi. tolerari fauore animarum, vt à peccatis ſoluantur. Sed in foro ſeculari non videtur, q̃ poteſt dicta opi. ſuſtineri: poſtquam. n. obligatio est diuiſa ipſo iure per leg. pro hæreditarijs portionibus. vt d. l. 1. ſi cer. pet. & not. Cy. in l. ſi plures. in 1. q. de cõdi. inſer. non videt, q̃ potio æris alieni, quo vnus obligat ex heredibus propter eius inopiam accreſcat alteri, vt d. l. legatorum petitio. habet ergo locum quæſtio in obligationibus diuiduis natura, & effectu. in obligationibus autem diuiduis, vel indiuiduis iuris beneficio, fortè de duobus reis, vel de fideiuſſoribus, contrarium eſt dicendum, videlicet q̃ quilibet ex heredibus teneatur inſolidum: quod dic, vt p̃ Bar. in l. eadẽ. §. Cato. & l. 2. § ex his. de ver. obl. ¶ Quæro vlterius qd iur. in non heredibus, ſed alijs, ad quos bona delinquentis p̃bantur deueniſſe titulo ſingulari: an de eo teneantur ſatisfacere damnum paſsis. reperio iſtam q. tactam per D. Fed. de Senis. in vſurario, qui nihil habuit, niſi quod extorſerat p̃ vſuram, qui tradidit filiam ſuam nuptui Sempronio, cui dedit mille nomine dotis: deinde mortuo Sempronio, dictæ filiæ vſurarij reſtituta ſunt mille per heredes mariti. dubitabatur, ſi bona patris non ſufficiunt pro vſuris reſtituendis: vtrũ dicta filia de p̃dicta dote debeat ſatisfacere creditorib. vſurarij tam in foro cõſcientiæ, q̃ in foro iudiciali? & in foro cõſcientiæ vr̃, q̃ dicta filia teneat de dicta dote recepta ſatisfacere creditorib. per illa, q̃ dixi ſ. in 6. q. ver. ſed hoc q̃rit. đ tali. n. pecunia illicitè extorta nõ potuit à p̃re dotari: ſicut nec de tali pecunia alimenta percipere, vt ibi dixi. Item mulier ī d. dote cõſtituta ſibi de extortis illicitè habuit titulum lucratiuum, l. fi. de his quæ in frau. ergo creditores, qui certant de damno vitando, ſunt ſibi præferendi, vt ibi. Non obſt. q̃ pecunia reſtituta ſibi ab heredib. viri nõ ſit illa ſibi data à patre in dotẽ, ſed diuerſa; quia dos eſt quid vniuerſale, vt not. Bar. in l. 1. ſo. ma. Sed in vniuerſalibus vna res ſuccedit loco alterius, l. Imperator. ff. de leg. 2. & maximè in vſuris, vt not. Ioã. And. in d. c. tua. de vſuris. & c. cum tu. vbi dicit Io. An. quòd ſi poſſeſsiones prius emptæ vendantur, & iterum de ipſarum p̃cio emantur aliæ: illæ ſuccedunt loco priorum quò ad onus ſatisfaciẽdi creditoribus: ergo multò magis pecunia loco pecuniæ; quia facilius recipit functionem, & compenſationem, quàm ſpecies pro ſpecie. l. 2. & l. ſingularia. ſi cer. pet. & hoc credo verum in foro conſcientiæ, & iudiciali canonico, vbi bona defuncti penes heredes non reperiantur ad ſatisfaciẽdum creditoribus: aliàs prius ipſi, q̃ ſingulares poſſeſſores bonorum defuncti, eſſent diſcutiendi, maximè ſi teneamus illam opi. q̃ bona vſurarij, vel aliter delinquentis nõ ſint obligata, ſiue hypothecata pro ratione malè ablatorum, vt dixi in d. c. cum tu. in 3. q. circunſcripta autem quæſtio non remaneret dubia in foro ſecu. q̃ creditores ex causa vſuræ, vel alterius delicti non poſſent aduocare ſibi iſtam dotem reſtitutam ab hæredibus viri hypothecatam, poſtquam rei vendicatio, vel alia realis, vel ẽt perſonalis nõ reperitur competere dictæ filiæ, niſi per tit. de his, quæ in frau. cre. vt in d. l. fi. de hac q. aliter ſcripſi in d. c. cum tu. in 5. quæſtio. ſed hoc magis placet. ¶ † Decimò quæro, quibus', vel cui debebit fieri 30
reſtitutio malè ablatorum? glo. in iſto c. dicit, q̃ ei, à quo extortum eſt, vel eius heredibus, ſi extant: quibus non extantibus,

bus,pauperib. erogabitur,vt glo.declarat hoc,vt ſ̃.in 4.oppoſitione. ver.ſed reſtat dubium. quòd ad defectum omniũ, qui ad hæreditatem veniunt ordine ſucceſſiuo,admittentur pauperes, & per conſequens etiam poſt fiſcus: & hoc cũ eſt certus is, à quo eſt extortum. Si autem incertus,tunc ſubdit glo. ꝙ erogabitur pauperibus. quibus autem pauperibus, & per quem fiet iſta erogatio.ꝟ.dicam. ¶ Sed iuxta prædicta q̃ro.apparet euidenter,ꝙ onus de vſuris, rapinis, & alijs illicitis extorſionibus eſt multum:nec tamen illi, à quibus extorſit,repetunt:vtrùm ſtatim, vel quo ordine ſint iſta malè ablata pauperibus eroganda,ſi fortè vnus de Florentia extorſit, & quæſiuit illa illicita in aliena patria,& longinqua,vt in Frãcia,Anglia, Alamania, vel Vngaria.eſſet iniquum dicere, ꝙ epiſcopus Florentinus poſſet,illis aliter non certificatis,erogare iſta pauperibus,& illos poſtea venientes ſuo iure priuare.c.non putanda. 3.q.1.Ioan.And.tangit in c.quanquam đ vſur.ſ̃.eod.lib.in nouel. & ibi etiam refero in 6.q. & ibi etiã de hoc in glo.3. vbi de edicto publicè proponendo. ſi eñ in termino in edicto præfixo non comparet, qui hoc ſciuit,imputabitur ei:aliàs non.c.cum in tua.qui ma.ac. poſ. & quod no.in Spe.de ſecundo decreſt.§.nunc videndũ. ver.ſed pone. & hoc credo verum, ꝙ imputetur ei, ſi venit poſt reſtitutionem factam inter pauperes: vtrùm aũt poſſet reuocare erogata in eos, non obſtante lapſu termini perẽptorij, & fortè ſic.nam & ſniа reuocat, veritate poſt patefacta, vt in c.2.de pur.vul. & de condi. ſine cã.l.ſi fullo. & l.admonendi. de iure iur.pauperes.n.in eo, quod eſt eis erogatum, habent cãm lucratiuam.illi autẽ,quib.eſt ablatum,habent cãm oneroſam: igit̃ præferendi,& de ſuo eis inuitis eleemoſyna non retinẽda,vt d.c.nõ eſt putanda.facit.l.ſi.C.de codi.¶ Vlterius q̃ro. ſi bona raptoris, vel vſurarij non ſufficiunt ad reſtituendũ omnia malè ablata,vel inſolidũ, an ſint exoluẽda primò venientib. donec ſufficiant facultates. ego tango iſtam materiã in c.quanq̃.de vſu.ſ̃.eo.li.in fi.Et poſt Lap.dico, ꝙ heres ſiue ipſe raptor primò debet ſatisfacere creditorib. ſecũdò dãnum paſsis inſolidũ ſine aliqua detractione tertiò legatarijs,& alijs,qui cãm lucratiuam cõſequũt, detracta falcidia. & hoc ſi ſimul veniunt. nam ſi ſeparatim,liberatur hẽs ſoluẽdo ꝓ ordinẽ cuilibet venienti:dumtũ ſit ſine dolo,vt l.ſi.§. & ſi p̃fatam.cum § ſeq.de iur.delib.& ita ibi ſcripſi:ex quo vr̃, ꝙ non ſufficientibus facultatibus,teneatur heres præciſè ſoluere creditoribus, ſiue debentibus recipere, qui primò eum requiſiuerunt ſuper ſuis debitis malè ablatis:nec poſſet contra primò venientes excipere de debitis aliorum, vel retẽtione vti ex eorum perſonis.quod de iure verũ credo inter creditores chirographarios,quibus conſulitur per legem, vt ſint vigilantes ꝓ ſuo debito exigendo.l.pupillus.de his,q̃ in frau. cre. In foro aũt cõſcíæ vtrùm hores, q̃ teneãt ꝓ malè ablatis vſque ad vires hereditarias, (vt non vltra de iure canonico, vt d.c.cum tu.) ſit liberatus ſoluendo integrè primò venienti bus:vel ꝓ rata debeat cuilibet ſubtrahere,& pro alijs poſtea venientibus retinere partes ſuas?in hoc dubio non videt̃ mihi, ꝙ debeat induci differentia inter forum iudicialem, & forum cõſcientiæ, cum ſm̃ vtrunque ſint ſeruandæ leges: q̃bus cauetur, ꝙ debitor tenetur ſatisfacere creditorib. qui ab eo petunt abſque deductione æris alieni, vt d.l.ſi.§.& ſi præfatam.l.inter eas. de re iud. & d.l. pupillus.quandoque tamen creditor,qui primò exegit, tenetur reddere alijs creditorib⁹ poſtea venientibus, ſi ex priuilegio, hypotheca, vel alio iure ſint in ſuis creditis præferendi,vt d.l.pupillus.& l.priuilegia. Sed debitor, ſiue eius heres conuentus nõ poteſt de dicto iure alterius creditoris contra agentem excipere.Vtrùm autẽ cautionem ab eo, cui ſoluit, poſsit exigere pro creditoribus alijs,qui tenentur ab eo recipere. & certè ad cautionem iſtam non credo creditores arctari, niſi in caſibus expreſsis in iure.ſicut eſt.ff. ſi cui plus, q̃ per leg. fal.l.1.& per totum. ſimiliter non videtur,quòd peccent recipiendo eius totũ debitum,& non pro rata;quia hoc non reputat lex ad culpam, ſcilicet vigilare pro eius debito conſequendo,vt d.l.pupill⁹. ¶ Pro pleniori declaratione huius 10. q.princi.quæro. cum de incertis,& malè ablatis debet fieri erogatio inter pauperes,de quibus pauperibus debet intelligi:an de illis,qui ſunt de domicilio teſtatoris: an de illis,vbi illicitè rapinas,vel fœnus.extorſiſſet,vt poſui exemplum ſ̃.in prin.huius q. ? Et videtur,ꝙ debeat intelligi de pauperibus illius loci, vbi habet domicilium,qui extorſit illicitè. Nam ad dictum locũ lex expreſſè ſe retulit in l.ſi quis ad declinandam.& l.nulli.C de epi.& cle. Nam iſte extorſit vſuras, vel alia lucra illicitè in aliena patria, vt aduena, & vt viator: ergo non ibi, ſed in patria propria,debent pauperibus erogari: poſtquam ex talib. illicitè extortis non videretur cum illis pauperibus contraxiſſe.arg.l. heres abſens.de iud.præterea iſta ſatisfactio concernit forum pœnitentiale, vt pote ſalutem animarum reſpiciens:ergo in foro domicilij,non in loco, vbi deliquit, debet agere pœnitentiam,vt no.in c.1.16.q.1. ¶ In contrarium facit, ꝙ in iſta reſtitutione incertorum videntur pauperes ſubrogari loco illorum, à quibus ſunt illicitè extorta.ergo ſicut illis,ſi de eis conſtaret,reſtitutio eſſet facienda:ita pauperib. patriæ ſuæ, qui ſunt veris creditoribus magis coniuncti ſecundùm ordinem charitatis, arg. 87. diſt. c. non ſatis. nam in numero pauperum eius loci, vbi eſt extorta, de facili verſimiliter reperirentur de proximis, & coniunctis prædictorum, à quibus ſunt extorta illicitè. ergo iſta tanquam indebita ratione incertitudinis, iuſtius eſt ibidem inter pauperes erogari, quàm inter pauperes extraneos ignotis illis, à quibus extorta ſunt. Item ille, qui extorſit, tenetur ratione contractus, vel delicti ad illum locum ſe conferre, & ibi ſatisfacere, vbi deliqt, vel cõtraxit.l.cõtraxiſſe. đ ac.& ob.c.1.de rap.& c.Romana.§.cõtrahẽtes.de fo.com. ſ̃.eo.li. ergo cũ ſubrogẽt loco illorũ, à q̃b. extortæ ſunt, illi đ bẽt eligi,q̃ ſunt de terra ſua.arg.l.1.§.hæc actio.ff.ſi quis te. li.eẽ iuſſus fu. Ideò ſicut lex intelligit de pauperibus domicilij teſtatorum in ſuis bonis erogandis, vt d.l.ſi quis ad declinandam.& l.nulli. ita in caſu noſtro intelligamus de pauperibus loci,in quibus contracta ſunt debita,vel delicta commiſſa.aliàs ſequeretur,ꝙ iniuſtè extorta hic Bononiæ poſſent diſtribui inter pauperes Alamaniæ,Angliæ,vel Hyberniæ.hoc eſt contra interpretationem legum, quæ interpretantur in ſimili de pauperibus illius loci,& non totius orbis.l.id quod pauperibus.& l.nulli.& l.ſi quis ad declinãdã.palleg.& maximè.quia iſta bona erogant̃ tãquã debita, nõ vt lucra reſpectu debitoris,qui extorſit.& hanc ꝓtẽ tenet Hoſt.in c. cũ tu. de vſur.& Arch.poſt Ray.14.q.5.c.nõ ſanè. Sed Fed.de Se. cõſilio ſuo 32.tenet, ꝙ ẽt in loco domicilij poſſet fieri erogatio inter pauperes.q̃d probat quibuſdã rõnibus,vt plenè retuli in d.c.cum tu.in 6.q. pro qua opi. facit quod no. Io.An. in c.ſi pr̃.de teſta.ſ̃.eod.lib.in nouel.ſuper glo.licèt circa &c. vbi tenet, ꝙ fideicommiſſarius,cui eſt commiſſa nominatio pauperum, poteſt nominare pauperes, etiam de domicilio teſtatorũ,ſi veniunt,vnde volunt.& intelligit Federic.opinio. Hoſtien. Arch. & Ray.in conſilio animæ,quorum opi.etiam in foro iudiciali videtur validioribus rationib. poſſe defendi, & maxima ꝙtate fulciri,vt ꝓbant rõnes aſsignatę ſuperius, q̃ concludunt contra Io.An. inquantũ dicit, fideicõmiſſariũ poſſe nominare paupes vbicunq;, & non arctari ad nominã dum illos de domicilio teſtatoris, tanquam eius executor. ¶ Vltimò quæro.ille, q̃ extorſit,vel ipſius heres, ſiue executor teſtamẽti vult erogare pauperibus vſuras, vel alia illicitè extorta: epiſcopus ſe opponit, & dicit, ꝙ ipſe debet facere iſtam erogationem, & iſtam diſtributionem:q̃ritur ad quem ex eis pertineat. Ego iſtam qõnem plenè examino in c. religioſus.de teſta.ſ̃.eo.lib. in 1.q. & relatis contrarijs opinionã bus dico,& põdero tex.in c.cum ſit.de iudęis.inq̃ũ dicit epiſcopi ꝓuidentia &c.quod quidẽ verbũ nõ ſonat,vt eps ma

nu ſua accipiat,ſed vt in erogando prouidentiã adhibeat.nõ dẽt ergo eps ab iſta diſtributione.excludere eũ, qui extorſit, vel eius executores,ſiue hr̃dẽ,quorum intereſt: vt ſine ſuſpicione fraudis diſtributio fiat.ar.l.Quintus.§.Pomp.ff.de annu.le.quinimmo in caſu,in quo eps dẽt erogare (q̃d eſt, q̃ nullus eſt deputatus executor in teſtamento) debet facere diſtributionem publicè,expreſsis pauperum nominibus,quantitate eroganda, & alijs, quæ habentur in d.l.nulli. de epi. & cler.ꝓpter intereſſe igitur p̃dictorum ſunt vocandi ad erogationẽ dicta prouidentia epiſcopi faciẽdam, vt d.c.cum ſit.de iude.ar.l.de vnoquoq;.de re iud.& l.nam ita di.de adop.l.iuris peritos.§.cum oriundus.de excu.tu, & c.cum illorum. de ſen.excom.& hoc verum intelligo de prædicto concurſu. de vſuris,& malè ablatis,de rapina,furto,vel alia extorſiõe, ex qua non ſit tranſlatum dominium in accipientem,vel tranſlatum ſit irreuocabiliter;puta ſi per metum, vel turpiter accepit.Si autem ſit tranſlatum irreuocabiliter;vt in meretricio, vel cum eſt turpitudo ex parte vtriuſq;,vel ſi accepit vltra verum rei precium,in iſtis caſibus abſq; epiſcopo ille, qui extorſit,vel heres eius,vel executor poterit eligere, & erogare inter pauperes, maximè ſi de talibus incertis non appareat, niſi per ſuam confeſsionem,vt c.ſignificaſti. de homi. maiorem igitur habet poteſtatem in extortis illicitè per rapinam, furtum,vel aliter ex delicto,in quibus qui rapuit nullum quę ſiuit dominium:quàm in alijs, in quibus irreuocabiliter acquiſiuit,vt ſcripſi in d.c.religioſus. In illis nanq; pecunia erogãda,vel male ablata prouidentia epiſcopi ſunt diſpenſanda recto iudicio rationis, & publicè ſicut dixi, in raptorum præſentia, vel heredum eorum propter ipſorum intereſſe,vt diſtributio ſit vera,non ficta.In alijs, in quibus dominium ille,qui extorſit,ſibi irreuocabiliter acquiſiuit,ipſe vel eius heres manu ſua diſtribuet,poſtquam ſua ſunt.l.in re mãdata.C. man.plenius prædicta retuli in prædicto,c.religioſus.& primò opi.Hoſt.& do.Fed.concludentium indiſtinctè pro eps. Secundò opi.Arch.poſt Vinc.Ioan. And.& Ber.cum quo cõcor.Pau.de Elea.Io.Calde. & Recuperus de ſancto Miniato. Tertiò opi.Io.And.qui dicit non referre, per quem facta ſit erogatio, dummodo fcã fuerit bona fide. Nam quicunq; eã ex eis fecerit, ſatisfactumeſt iuri, & conſultum ſaluti animæ peccatoris.nam poſtquam eius nomine negotium vtiliter geſtum eſt p rſtõnẽ malè ablatorũ, peccatũ dẽt ſimiliter intelligi remiſſum,vt in iſta regula,in qua finẽ facio, laudes humiles referẽs Deo Saluatori noſtro Ieſu Chriſto. publicè quidẽ repetij eã,vbi erat iã ſacrũ Conciliũ cõgregatũ, & in ſcriptis poſtea Boñ.redegi 1412.die 3.Iunij.Ego Pet.de Ancha.minimus V.I.D.ad correctionẽ, & ſup.cuiuſlibet meli⁹ ſentiẽtis.

ADDITIONES.

a ¶ Indulgentia.Adde ꝙ ſtrictè ſumi deber.Inn.& Hoſti.in c.licet,de tranſac.Bar.in marga.ver. indulgentia. & in l. humanitatis. C.de impub.& alijs ſubſti.

b ¶ Claues. Adde quòd claues Petri Apoſtoli ſunt plures.no.Car.in Cle.1. de ſepult.gloſ.§.1.2.o.diſtin.

c ¶ Niſi.de hac dictione,niſi, vide quæ ſuperius dixi.

EPITOME BREVIS OMNIVM, Quæ ab auctore ſunt in hac præſenti reg. peccati venia.pertractata.

SVMMAE.

1 *Homicida occultus an poſſit in beneficio manere.*
2 *Vſuræ an ſint omni iure prohibitæ.*
3 *Mercatori an licitum ſit mutuare pecuniam cum lucro veriſimili.*
4 *Mutuans an poſſit recipere obſequium verbale.*
5 *Emptio fructuum ad vitam,an ſit licita.*
6 *Vſura in quibus rebus committatur.*

a SVMMA omniũ, q̃ diffuſa ſunt in repetitione reg. Peccati venia nõ dat̃, niſi correcto primo.& hoc đ primo.in ſecũdo no.multũ plenè de dictione,niſi: a q̃ ponat, vel nõ, & vtrũ appoſita cõtractibus reddat ſuam principio conditionalem, vel reſoluendam.& de illa.q.ſi promitto non vẽdere,niſi tibi: vtrùm per hoc cogar tibi vendere.In prima oppo.ꝙ correctio, & contritio ſine ſatisfactione non ſufficit:& quæ ſit ratio,ibi vide,vbi tex.an poſsit quis accuſari de delictis, de quibus egit pœnitentiam. & ſic forus iudicialis tollat pœnitentialem. Item quid de criminoſis poſt pœnitentiam quò ad legem promotionis,vel executionẽ ordinum ſuſceptorum, vel ſuſcipiendorũ. & de diſpenſatione quaſi cum criminoſis in executione ordinum, vel beneficijs
1 obtinendis.¶ † Et no.de homicida occulto, vel notorio:vtrũ poſsit in beneficio retineri, ſiue manere, vel quærere. & ex diſpenſatione in ſuſceptis ordinibus miniſtrare.& cum ex de licto quis obligatur pluribus; vtrùm ſnia lata cum vno profit,vel noceat alijs.¶ In ſecunda opp.ꝙ venia peccati dat̃ ẽt per pœnitentiam,confeſsionem,& contritionẽ.¶ In 3. op.ꝙ venia pœnæ interdum datur etiam non correcto, ſed non venia culpæ,& quare hoc.2.quia dicitur.qui egit pœnitentiam, & contritus eſt, dicitur nouus homo, & non debet amplius dici peccator.Vtrũ iſta abolitio turpis noīs extẽdatur ad oēs criminoſos:vel poſt pœnitentiam, vel condemnationem, vel abolitionem non poſsit dici homicida, vſurarius,fur, vel raptor.Et an,qui impunè cõmiſit homicidium,ſiue furtum,poſsit dici homicida,ſiue fur: vt ſic repellatur ab officijs, à quibus tales,vel ſimiles repelluntur per ſtatutũ.& no.iſtam.¶ In quarta oppoſitione; vtrum confeſsio non pœnitentis debeat audiri,& pœnitentia ei iniungi.& ſi debet, ad quid ei profit, poſtquam dicit ſe non poſſe à delicto ſiue peccato abſtinere.& vtrùm bona opera ſibi proſint,cum non ſit in ſtatu ſalutis.¶ In 5.op.breuiter vtrũ admittatur pœnitentia in delictis. ¶ Deſcendo ad quæſtiones in materia vſurarum. In quarum prima examino, quid eſt vſura. Item vtrùm ſola ſpe præmij mutuando dicatur vſurarius ex receptione præmiorum,& teneatur in foro conſcientię, vel iudiciali talis vſurarius menta
2 lis.¶ † In 2. q. vtrum vſuræ ſint omni iure prohibitæ. & dubium eſt,an per leges Iuſtiniani, quę inter ſe videntur contrariæ. ¶ In 3.quæſtio. quare prohibitio vſurarum eſt ita omni iure rigoroſa,& ſtricta: & obijcio multis modis, quòd ita rigoroſè ſtatui non debuerit.& ſoluo,quòd debuerit ſic ſtrictè prohiberi pluribus rationibus, & quia poteſt quandoq; quis ex pecunia debita aliud cõſequi, & exigere vltra ſortẽ. quæ ſit ratio in illis caſibus, ꝙ poſsit abſq; vitio vſurarum, & no.dictos caſus:& vtrũ pecunia poſsit exigi abſq; vitio vſurarum. & no.dictos caſus:& vtrum pecunia poſsit vendi, locari, vel commodari. ¶ In.4. q. vtrùm exactio pœnæ appoſitæ dationi,vel facto poteſt dici vſura:ſi dationi, eſt dubium: ſi facto,eſt certum,ꝙ ſit. ſed reſtat difficultas.ſ. factum adijcitur obligationi,dationi,vel delationi pignorũ,vel parere laudo ſuper datione pecuniæ lato, & hæc ſub pœna: vtrum videatur pœna appoſita dationi, vel facto ? & quid ſi ſtipulor mihi dari tertiæ perſonę.vtrùm pœna maxima adiecta datio ni pecuniæ per canones, vt priuatio ab emphyteuſi valoris mille propter canonem non ſolutum trium ſolidorum? & an leges,q̃ pmittunt vſuras pp morã nõ reſtitutæ dotis vxori ſoluto mr̃imonio,poſsit peti,tanq̃ pœna legalis: & q̃ eſt differentia inter pœnã & vſurã: & an in teſt. poſsit cõtra non ſoluentem legata ꝓuideri,vt ſoluat.1o.annua,donec ceſſauerit. ¶ In 5.q.vtrũ poſsit ibi cõtrahi ſocietas: vt q̃ ponit pecuniã tm̃,habeat dimidiam,vel tertiam partem lucri.& ſi ponit dictã pecuniã ſuo periculo,ad lucrũ,& dãnũ?tenet,ꝙ ſic: ſed ſi ad lucrũ,& nõ ad damnũ,eſt dubium, & ſi ſuſceptio periculi pecuniæ facit dictũ contractũ licitũ:vtrũ ergo idem in aduentitia pecunia,& vtrùm in diuiſione ſocietatis capitale ab vno
3 poſito debeat ſibi eſſe ſaluum. ¶ † In 6. quæſtio. vtrùm ſit licitum mercatori mutuare pecuniam cum lucro veriſimili, quod lucraturus fuiſſet cum illa pecunia mutuata, ſi ad illum locum iuiſſet pro mercibus pretio viliori comparandis, & carius vendendis,& vtrùm ſit peccatum emere rem vilem carius,

carius, quàm valeat, & econuerſo emere eam minus. Et no. primâ q. ſi volo emere poſſeſsionẽ pro cẽtũ. tu vis, vt mutuẽ tibi dicta centum, & ſoluere interim, quantum fuiſſes ibi percepturus de fructibus dictæ poſſeſsionis. ¶ In 7. q. quid iuris ſit. ſi poſt contractũ creuit æſtimatio rei mutuatæ, veluti pecuniæ, frumenti, vel argenti: vtrùm poſsit peti licitè illud pl⁹, vel ſit vſura. & quid iuris, ſi ſit dies appoſita ſolutioni pecuniæ, vel frumenti: & tunc temporis, videlicet ſolutionis, valet plus: an poſsit peti, ſi creditor in diem in centum dicit debitori. ſolue ſtatim quinquaginta, & libero te à reſiduo. vtrũ iſtud ſit vſura? & eadem quæſtio ſi debitum erat purum, & ſoluendo ſtatim ſine litigio remittitur ſibi certa pars: an qđ
4 retinet ſit vſura. ¶ †In 8. q. pulchrum dubiũ: vtrùm pro mutuo poſsit quis ex pacto recipere verbale obſequium, vel vt fideiubeat, vel aliud, quod nil debitori noceat, vt ire ad furnum, vel molendinum creditoris, vel intrare ſcholas ſuas; qa erat Doctor legẽs. illud enim, quod ex his cõſequor, ipſe ſolueret, vel faceret, & hoc eſt vſura, cui teneor reddere. ¶ In 9. quæſtio. ſi volo ſoluere meo vſurario debitum, vt extricetur curſus vſurarum. ſocius antedictam pecuniam petit à me mutuo cum pacto ſoluendi meo vſurario, vel mihi dictas vſuras: vtrùm poſsim eas petere, ſaltim tanquã intereſſe? iſta q̃ſtio viſa eſt dubia antiquis. Ego addo aliam in pſona mea cõtingentem. quia coloni poſſeſsionum petunt tempore cõductionis boues periculo dominorum, & quædam alia grauia, à quibus vt exonerer, mutuo ſibi centum, vel ducentas lib. retinendas, donec duraverit cõductio: vtrùm iſtud ſit vſura, inquantum propter dictum mutuum exonerer à prædictis oneribus. & quid iuris ſi mutuo ciuitati, vt me exoneret à collectis. ¶ In 10. q. refero quæſt. ſubtilem diſputatam cum iuris præſumptione. Contractus eſt fictus, & celebratus in fraudẽ vſurarum; quia vſurarius emit minori precio, & cum pacto de reuendendo: tamen in rei veritate probatur, q̃ erat vera emptio, & venditio: vtrùm ergo venditor inhęrendo iuris pſumptioni poſsit petere ex computatione fructuum, qui exq̃rebatur dicto minori precio, vel omnium. pulchra eſt quæ-
5 ſtio, & teneo contra eius deciſionem. ¶ †In 11. q. vtrùm emptio reddituum, ſiue fructuum alicuius poſſeſsionis ad vitam ſit licita, maximè, ſi ille tantũ vixit, q̃ percipit quadruplũ vltra precium ſolutum à principio: in quo principio redditus, qui emuntur, ſunt incerti, & tempus incertum. & vtrùm propter dilatam ſolutionem priorem, de ipo prædio, vel alijs rebus venditis ſit licitum vendere ſatis vltra, q̃ venderem, ſi ſolueret mihi ſtatim. & nota limitationem. c. nauigãti. ¶ In 12. q. proſequor, quando omnia ſunt certa. ſ. quãtitas annorum, & redditus, qui emũtur ad tempus certum. puta 15. annua tibi debita nomine penſionis, vel affictus emo pro centũ vſque ad 10. annos. & ſic cum ſim in decennio pro certo amplius percepturus: vtrùm illud amplius ſit vſura. & ſi ſit; quare magis in emptione ad tempus certum, q̃ incertum, vbi nõ eſt vſura, & in q. proxima. ¶ In 13. q. quid iuris, cum quis emit fructus incertos talis poſſeſsionis ad tempus certum, veluti ad quinquenniũ: vtrùm, ſi plus in illo quinquennio p cipiat, ſit vſura. ¶ In 14. q. quando redditus ſunt certi, & tempus incertum: puta ad vitam, vel pro ſe, & ſuis hæredibus emit tributum, vel annuas penſiones à monaſterio. & hic plenè proſequor quæſt. quam diſputaui de impręſtitis Venetorum, ex quibus multi percipiunt annuatim à Communi tantum pro centenario: puta 5. in perpetuum, & quotidie vendũtur, permutantur, & de vno in alium varijs titulis transferũtur: vtrùm ergo talis perceptio ſit vſura; quia pecuniã parit. & vtrùm ſimiliter ſit vſura, quem emere, & ſuper ipſis cõtrahere. ¶ In 15. q. de emptione nominum debitorum conſiſtẽtium in pecunia an ſi emo actionem ad mille pro 800. vtrũ illa ducenta, q̃ poſtea exigo vltra à dicto nomine, ſit vſura. & ſi Doctor ſalariatus, qui debet habere centum de ſuo ſalario à Communi vſque ad 6. vel 8. menſes, recipiat ea ſtatim à Theſaurario cũ diminutione quartæ partis: vtrũ iſta quarta pars, quam pro ſe retinet Theſaurarius, ſit vſura. quia ſolum eam lucratur; quia ſoluit ante terminum. Item ſi volo recuperare ab vno Communi, vel magno domino id, quod mihi tenebatur, ſed vult, q̃ mutuem ſibi mille, & ſatisfaciet poſt de toto debito: vtrùm ſi hæc facio, ſit vſura. & quid ſi nõ poſſum aliter recuperare quod meum eſt: vtrùm iniuſtè detinẽti poſsim mutuare ſub vſura, ad finem recuperandi meũ de-
6 bitum ab eodem. ¶ †In 16. q. quæro, in quibus rebus cõmitatur vſura. & quare magis in rebus, quæ conſiſtunt in pondere, numero, vel menſura, q̃ in alijs. & quare mutuum ſimiliter magis in iſtis cõſiſtat, q̃ in alijs. ¶ In 17. q. vtrũ lucrũ, p̃ueniens ex pecunia, vel re per vſuram extorta, debeat reſtitui, ſicut dicta vſura. ¶ In 18. q. ſi vſurarius non poteſt omnibus ſatisfacere, quia inops: vtrùm primò venientibus debeat ſatisfacere inſolidum, an pro rata. Item, vtrùm bona vſurarij ſint pro vſuris reſtituendis tacitè obligata, ita q̃ poſsint bona eius aduocari per hypothecariam à quolibet poſſeſſore. Item ſi vnus ex hæredibus efficitur non ſoluendo: vtrùm onus eius accreſcat alijs coheredibus vſque ad vires hereditarias. ¶ In 16. q. vtrùm per epiſcopum domicilij, vel per eum, in cuius ciuitate, & diœceſi vſurarius fœnus exercuit, debeat fieri diſtributio incertorum inter paupes. ¶ In 20. q. vtrùm dictam diſtributionem debeat facere epiſcopus, vel heres, ſiue executor; ſi vnus fortè de alio non confidat, q̃ fideliter diſtribuat. ¶ In iſtis 20. principalibus quæſtionibus & 32. acceſſorijs ſit iſta regula expedita vtiliter, & de rebus quotidianis, maximè in foro conſcientiæ, & in omnibus dubijs vtrùm ſapiant vſuram.

ADDITIO.

a ¶ Venia. Adde Dy. hic Car. Alex. in c. deniq;. in prin. 4. di. Doct. in l. quid ſit. de ædil. edi. & l. qui ea mente. de fur.

SVMMÆ.

1 *Peccati venia datur correcto.*
2 *Offenſam vni illatam, an alius remittat.*
3 *Niſi, & præter, an differant.*
4 *Criminoſus poſt pœnitentiam, an poſsit promoueri.*
5 *Delictum obligat quem Deo, iudici, & proximo.*
6 *Pœnitentia an habeat locum in delictis attentatis, & nõ cõſumatis.*
7 *Vſura quid ſit.*
8 *Caſus de iure canonico, in quibus aliquid vltra ſortem recipitur.*
9 *Pœna regulariter eſt permiſſa contra factum ſuum venientes.*
10 *Pœna an præſumatur in fraudem vſurarum.*
12 *Pecuniam dans mercatori, vt de lucro participet, an ſit vſurarius.*
13 *Iudicium diuinum per humanum non debet mutari.*
14 *Lex poſitiua an reddat perſonam inhabilem ad contrahendum.*
15 *Fructus incertos ad tempus certum emere, an ſit licitum.*
16 *Nomina debitorum an poſsint emi.*
17 *Vſura in quibus committatur.*
18 *Vſurarij bona vtrùm pro vſuris reſtitnendis ſint tacitè obligata.*

CAP. V.

PEccati venia. a Super regula. ſ. proxima Ioan. An. tractauit de materia vſurarum ſatis vtiliter: cuius dicta, ſiue dubia reaſſumam ſuper iſta reg. breuiter. & addam alia quàmplura varijs locis diſcuſſa, de quibus apud viros conſcientiæ timoratæ quotidie dubitatur, vtrùm ſapiant vſuram, vel non. ex quibus, & ex his, quæ dixi ſ. reg. proxi. & reg. poſſeſſor malę fidei. ſ. eod. multa dubia (in quibus viri Catholici, & timentes in ſuis agẽdis Deum offendere, dubitare cõſueuerunt) tãguntur, & deciduntur. Pro cuius regulæ clariori intelligentia præmitto quod dixi. ſ. cap. proxi. in princ. & pone in ea caſum per cap. legat. & l. Manicheos. C. de hære. ibi [delicti veniam pœnitentibus damus] per epiſtolam inter claras. in fin. C. de ſum. Trini. ibi [Eccleſia non claudit gremium rede unti]

1 unti] de hærẽ. c. ſup eo. & c. vnò. de ſchiſ. ¶ †Not. primò ex reg. q̃ peccati venia dat̃ correcto. qs aũt det ſibi dictam veniam. dic, qđ Deus, cuius maieſtas ex peccato offendit, vt in
2 Pſal. Tibi ſoli peccaui. † Offenſam aũt vni illatam alius non remittit. c. cum deſideres. de ſen. exc. & l. iuris gen. §. ſi paciſcar. de pac. & qđ no. in l. venia. C. de in ius vo. per Bald. poſt Bar. in hac ego venia peccatori danda ſĩ Io. Mo. principalis agens eſt Deus, & patiens, ſiue ſuſcipiens eſt peccator cõtritus, & pœnitens. & iſta duo. ſ. agens, & patiens requirunt in actionibus hoĩm; quia actus actiuorum ſĩm Phylo. ſunt in patiente bñ diſpoſito. vnde Aug. ſuper epiſto. ad Corin. 3. Qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. Scd̃ò pondera verbum [correctio.] nã eſt verbũ gñrale, & indiffinitè ponit in reg. ex quo patet, q̃ oẽm correctionẽ neceſſariò ſubeũdam pro peccato includere vr̃, vt ſatisfactionẽ p̃ximo, & Eccleſiæ militanti. & hæc verſat̃ in oris cõfeſsione, pœnitẽtiæ p̃ pecca. receptione, & cordis contritione, ex quib. reſultat pœnitentia fructuoſa, vt dixi. ſ. c. proxi. in prin. ¶ Scd̃ò not. q̃ ſĩm p̃eximũ notabile iſta dictio [niſi.] ponit actũ, cui adiungit. nã hic iũgit cum hoc participio [correcto,] & præſupponit, q̃ correcto dat̃ venia, ſicut in p̃cedenti reg. præſupponit, q̃ remittat̃ peccatũ, ſi reſtituat ablatũ. ex quo colligit Dyn. q̃ iſta dictio ponit, cõtra qđ immediatè opponit de l. Titio. § fi. de manu. teſta. vbi illa verba teſtõris ad ſeruũ relata [liber ne eſto, ni ſi rõnes reddideris] nõ inducũt dationẽ libertatis: licèt reddiderit rõnes, vt hic p̃ eũ: ſed ſubtilius, & clarius p̃ dñm meũ Bal. & Lambertinum de Salinis in l. ſi eũ. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cau. Dicit. n. q̃ qñ p̃cedens orõ erat negatiua actus: tũc ponit actum. & ita in c. iſto. & ſ. proxi. nam in l. Titia. non erat ibi habitus. ſ. libertas in ſeruo, & iõ dictio [niſi] ponit ibi promittendo, nõ inducendo. nã intendebat teſtõr ad diminutionem potentiæ libertatis ſerui, niſi rõnes reddiderit: nõ ergo debet operari augmentũ. i. libertatis dationẽ, ſi reddiderit, ſed amotionẽ obſtaculi p̃cedentis, qđ teſtõr apposuit libertati: quatenus ego excludit orõ negatiua p̃cedens, eatenus põt includere dictio ſubſequens: non aũt includit diuerſum qđ ab orõne prima ſĩm Bal. in d. §. q̃ iniuriarũ. ¶ Et hæc theorica facit ad qõnem, quam format ibi gl. ſi promitto nõ vendere, niſi tibi: vtrum ſi nemini volo vendere, poſſem cogi ad vendendum? dicendum eſt, q̃ non; quia p̃cedit negatiua orõ potẽtiæ, ſiue libertatis, & reſpicit actum de futuro: ideo dictio [niſi] non diſponit de præſenti, ſi nolo alicui vendere. nam in dicta qõne oratio præcedens non ponit venditionẽ, ſed negat vendendi poteſtatem: ergo dictio [niſi] ſubſequẽs illud idem econuerſo facit; quia ponit ptãtem vendendi, non neceſsitatem, ſĩm Iac. But. in d. §. qui iniuriarum. & hæc vera, cum dictionẽ [niſi] præcedit oratio negatiua; quia tunc dictio [niſi] ponit qñque ptãtẽ. Quãdo verò præcedit oratio affirmatiua: tunc dictio [niſi] ſubſequens priuat. l. ſi feriatis. de fer. & l. extraneo. de ven. in poſſ. mit. Adde, q̃ dictio [niſi] qñque ponitur reſolutiuè. vt vendo tibi fundũ, niſi alius meliorem conditionem attulerit: & tunc venditio eſt pura, ſed reſoluenda in euentũ conditionis. Quandoque ponitur conditionaliter; ita quòd facit actum conditionalem à principio, vt not. in l. 2. & ibi exempla. ff. de in diem adiect. & c. illo vos. de pign. vbi eſt caſus notabilis. & l. obligationum fere. de ac. & ob. In dubio verò vtrum dictio [niſi] reddat diſpoſitionem puram, ſed reſoluendam, vel à principio conditionalem. glo. ſimpliciter in d. l. 2. tradit bonam doctrinam. Et ſubdit, quòd quando in vltimis voluntatibus ſiuè à principio, ſiue poſt diſpoſitionem apponitur, ſemper facit diſpoſitionem conditionalem. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condi. & demonſtra. ¶ Sed hic incidenter quæro, quid in ſententijs: puta iudex mandat Titio, vt de poſſeſsione diſcedat, niſi compareat infra tres dies, de grauamine oſtenſurus: vtrum iſta dictio [niſi] veniat ad reſolutionem ſententiæ, ſi compareat: aut reddat ſententiam conditionalẽ à principio, ſicut in vltimis voluntatibus? Iac. But. contrarium putat. ſ. q̃ potius inducat reſolutionem ſuiæ, q̃ reddat ipſam cõditionalem à principio; & ita per eum videas in d. §. qui iniuriarum. Do. Bal. in l. Aqui. ff. de tranſac. tenet, q̃ tale præceptum ſit conditionale à principio, & dictio [niſi] ponat̃ pro [ſi non.] & idem ibi ſentit, & dicit, q̃ tale p̃ceptum videat̃ à principio fuiſſe conditionale, ſicut in legatis, in quib. non refert, vt dixi, utrùm dictio [niſi] p̃ponat̃, vel poſtponat̃. & iõ ſtatim Titio cõparẽte, expirat p̃ceptũ, & reſoluit in ſimplicẽ citationem, ſĩm Bal. ibi. c. noſtra. de coha. cle. & mu. Cõclude ergo ex p̃dictis, q̃ aut dictionem [niſi] p̃cedit oratio negatiua. & tunc ponit qñq; actũ, qñq; potentiam. Aut p̃cedit orõ affirmatiua: & tunc negat, ſiue excipit in contractibus qñq; per modum reſolutionis, qñq; non, vt in d. l. 2. ſed in vltimis voluntatibus ſemper p̃ modum conditionalis diſpoſitionis à principio, ſiue præponat̃, ſiue poſtponat̃, & idem dixi in iudice, vt no. in d. §. conditio. & videtur caſus in d. c. præterea. de app. vbi de ſen. exc. ,plata, niſi ſolueris infra. 20. dies &c.
3 ¶ †Sed quęro, vtrùm ſit differentia inter dictionem [niſi] & dictionem [præter] quãdoque. n. ſumit implicatiuè, ſcilicet quando ponitur ſuper eo, quod nullo modo includebatur ſub præcedenti oratione. l. 1. in fin. de pig. act. fallit ratione irrationabilis odij vitandi. c. dudum. de elect. per Innocen. ¶ Venio ad oppoſitiones, quæ poſſunt elici ex glo. & primò oppo. innuit iſta regula, quòd peccati venia non detur, niſi correcto. contra videtur, quòd non detur, niſi primò ſatisfaciat læſo, & Eccleſiæ, vt ſ. c. proxi. & c. cum deſideres. de ſen. excom. plures enim ex delicto offenduntur, Deus, iudex, & proximus. c. 1. de crim. fal. debet ergo omnibus ſatisfieri, vt dixi. ſ. c. proxi. in prin. & hic caderet prima oppoſitio, quam feci ibi. poſtquàm enim per cordis contritionem Deus abſoluit, talis abſolutio videtur delere omnem ſatisfactionem, alijs faciendam. dic, vt ibi in ſecunda oppo. ver. ſed dices. nã (vt ibi dixi) per cordis contritionem Deus remittit offenſam ſuæ maieſtati illatam, non illatam proximo, vel miniſtro iuſtitiæ, quem dimiſit in terris, vt paſceret oues ſuas, & vt euellat, diſsipet, ædificet, & plantet. c. ſolitæ. de ma. & obe. & hinc eſt, quòd licèt iudex ex cauſa ſuper delicto tranſigat, vel componat, per hoc non præiudicat offenſo, quin poſsit petere intereſſe ſuum: ſicut nec econuerſo offenſus paciſcendo ſuper crimine, præiudicat reipublicæ in punitione delicti, vt l. iuris gentium. §. ſi paciſcar. ff. de pac. & quod no. Doct. in l. venia. C. de in ius vocan. vbi per Bart. & Bald. bene ergo dicit gl. hic, quòd licèt per cordis contritionem delictum ſit deletum quò ad Deum: adhuc tamen poteſt de dicto crimine accuſari. 34. quæſtio. 2. c. ad monere. vbi de hoc. ¶ Sed contra hoc immediatè oppo. & videtur, quòd ammodo accuſari non poſsit; quia incipit eſſe, quod non fuit, & videtur eſſe nouus homo. 50. diſtinctio. c. ferrum. ſic etiam in baptiſmo delicta delentur. Solu. illud verum quò ad ſe, & ipſius ſalutem, non autem quò ad præiudicium proximi, vel quò minus poſsit accuſari de dictis criminibus, vt not. in d. c. admonere. & 26. diſtinctio. c. deinde. vbi videas etiam, an
4 tollatur infamia prius contracta. ¶ † Quid dices quò ad legem promotionis: vtrùm poſt pœnitentiam criminoſus promoueri poterit, vt prius promotus, & officium ſuum exequi. Archi. hoc plenè not. in c. de his. 50. diſtinct. & primò examinat de criminibus occultis, q̃ poſt peractam pœnitentiam regulariter non impediunt executionem officij Eccleſiaſtici. nam peccator occultus non eſt obnoxius Eccleſiæ militanti, quæ non iudicat de occultis. 32. quæſtione. 5. c. Chriſtiana. poſt princ. ergo poteſt celebrare, & vti ordinib. ſine peccato. fallit hoc in crimine ſimoniæ. 1. qõ. c. ſi quis. c. neque. & 3. q. 7. c. requiritis. & idem in crimine homicidij, quantũcunque occulto, & quantuncunque egerit pñiam. nam talis non promouetur, nec ſuſcepto ordine vtitur, vt no. in c. quæſitum. de temp. or. vbi Vin. vidit tenere, q̃ homicida occul-

tus post pactam pniam posit ministrare in ordinibus. qđ tenet Arch. cõcurrẽte dispẽsatione epi, qđ dicit colligi ex dicto Lau. & Io. de cõse. di. 1. c. 1. in gl. sed mirũ. ver. sed ego. sm aliã op. de qua. s. tenet Host. in summa. de homi. §. qua pœna. ver. sed & sm canones. & vide quod no. 6. q. 3. c. sacerdotes. Illud autem certum est, ꝙ homicida, si promoueatur, recipit ordinem habitu: sed non quò ad executionem, & similiter titulũ in beneficio. c. cum nostris. de conce. præbẽ. per Inn. in d. c. de his. per Arc. in c. studeat. vbi de homicida, an teneat bñficiũ in titulum, an in stipendiũ, & quis cũ eo dispenset in bñficio, an alius, quàm Papa. Alia verò crimina vtrùm post peractam pniam impediãt executionẽ officij post dispensationẽ, si sint notoria, vel posit in eis ẽs dispensare? dic, vt per Arch. in d. c. de his. cui adde quod no. in d. c. testimoniũ. de testi. vbi vtrũ de crie emẽdatus. & pœnitens posit testificari. ¶ † Sed iuxta
5 prædicta incidenter quæritur. cum ex delicto obligetur quis Deo, iudici, & proximo: ꝙ licèt satisfactũ sit Deo per pniam, non tñ intelligatur satisfactũ proximo de interesse, & iudici de pœna, vt d. c. deinde. & c. admonere. Quid ergo si absoluatur diffinitiuè per iudicẽ Ecclesiasticũ quò ad pœnã fui fori: an poterit per iudicẽ secularẽ de dicto crie amplius inquietari à parte ꝓ eius interesse? videt, ꝙ nõ ꝓ c. de his. de acc. & l. si cui. §. ijdẽ. de acc. & ff. nau. cau. stab. l. licèt. §. fi. vbi de delicto eiusdẽ hois nõ debet sæpius quæri, nec pluribus legibus reus fieri, l. senatus. de legi. Item cum idem sit crimen, quod deduceretur in alijs iudicijs, quod in primo, vr obstare exceptio rei iud. l. cum quæritur. & l. an & eadem. de exce. rei iudi. ¶ Ad hoc dico, ꝙ dicta absolutoria nõ ꝓdest quò ad Deũ, sicut iniusta: sicut nec obesset condẽnatoria. iudiciũ. n. Dei in nititur veritati, nec fallitur. c. cũ æterni. de re iud. s. eo. li. & c. cũ à nobis. de sent. excõ. snia autẽ absolutoria lata ab vno ex prædictis iudicibus, an alteri ꝓiudicet, nõ credo: qa ad aliud agit in vno iudicio, q in alio. nam pœna fori Ecclesiastici, quę tendit ad pniam, non debet tollere pœnam iudicis secularis, quæ tendit ad vindictam publicam, ne malitia remaneat impunita. c. vt famæ. de sen. excõ. & l. ita vulneratus. ad leg. Aql. similiter nec condemnatio quò ad vnum forum præiudicat ratione prædicta. quantùm autem ad interesse (puta vtrùm absolutio in criminali præiudicet in ciuili.) dic, vt l. 1. C. quando cri. ac. & l. si eo tpe. ff. ad leg. Aquil. per Doc. vtrobiq;. & quod leg. & not. 22. q. 5. c. quid ergo. vtrum. s. pœna mortis temporalis, vel alterius cruciatus tollat æternam, vel purgatorij. dic, vt ibi. ¶ Secundò op. & videtur, ꝙ peccati venia det aliter, q ꝓ correctionẽ, & satisfactionẽ, videlicet p remissiones, vel indulgentias. c. quod autem. de pœn. & remiſ. Solu. indulgentia, siue remissio pręsupponit prædicta. s. veram pœnitentiam, confessionem, & contritionem. Cle. 1. in fine. de reli. & vene. san. ¶ Sed dices, si prædicta cõcurrunt, satisfactio. pœnitentia, & oris confessio. cum per ista peccatum deletum sit, etiam quò ad Deum, superfluò dictæ remissiones, & indulgentiæ conceduntur ab Ecclesia. Solu. vt plenè dixi. s. eodem. c. prox. in. 3. op. ideo hic non repeto. ¶ Tertiò opp. & videtur, quòd detur venia ẽt non correcto. 4. di. c. deniq;. Sol. dicit glo. ibi loquitur de venia pœnæ temporalis, quę ex certis causis quandoq; datur etiam non correcto, istud cap. loquitur de venia pœnæ æternalis, q nõ datur, nisi correcto: correcto aũt datur. & ita intelligitur ista regula. & ad veniã pœnæ æternæ intelligas correctum per solam cordis contritionem, etiam sine satisfactione Ecclesiæ, vel ꝓximi, si dictę pœnæ ppetuæ gehennę per contritionẽ cõmutant in tpalẽ, vt sic ea puniat in pñti seculo, vel futuro: ex tũc. n. incipit esse in gratia Dei, & fruitur suis bñficijs: quod dic, vt dixi. s. ꝓximo. c. in 2. op. in prin. verba ergo Dy. & c. intelligũtur in hęretico, cui pœnitenti Ecclesia parcit, & sibi remittit, sed pniam nõ relaxat. c. cũ super. de hære. s. eo. lib. vnde in Sallustio in Iugurthino ad fi. Cum rex Bochus hostis populi Romani vellet reconciliari, & eius beneficijs, & amicitia frui, ad hæc verba

posit homicida. nã licèt tale homicidiũ sit tolerabile, non tñ laudabile: iõ erit infamis infamia facti: secus in iudice; quia illud est laudabile, cũ faciat ꝓ executione iustitiæ, & officij ne cesitate. & iõ verba homicidij nõ debent ad eũ trahi. ar. ff. de in ius vo. l. quis, & qđ ibi per Doc. no. in q. de barbitõsore. si aũt statutũ dt, ꝙ posit occidi licitè, & impunè: tũc nullo mõ eẽt maleficiũ pp illud aduerbiũ, licitè: qđ n. licet, maleficiũ ñ est. l. 3. §. trãsfugas. de ficca. & C. de sic. l. is q. ibi [nullã rapinã metuere dẽt.] & ita no. Bal. in l. decuriones. C. de his qui no. infa. refert ergo, vtrum lex, vel statutum præcipiat homicidiũ an permittat tantùm. primum enim est absolutè excusabile. secundum excusabile quò ad pœnam fori iudicialis. quantũ aũt ad pœnitentiam, & foꝝ pniale, an sit excusabile, postquã non lege cogente, sed sponte pmittente, hoc facit, & forè priuata inimicitia concurrente. & credo, ꝙ non excusetur quò ad Deum, qui confiderat magis aím, quàm fem. & vide qđ no. Bar. in quadam disput. quæ incipit. Lucanę ciuitatis &c. & in Auth. qui semel. C. quo & qñ iud. Ex his collige, ꝙ qñq; lex pręcipit: qñq; permittit: qñq; consulit: qñq; exhortatur. facit. 4. di. §. hæc & si legibus. & 28. q. 1. c. fin. Adde ad prædicta quod no. Bal. in rub. de vsu. vbi quæritur de constitutio ne synodali, qua cauetur, ꝙ cõtractus vsurariorũ censeantur de duplo veræ sortis. pone ꝙ qs fuit vsurarius, si restituit vsuras, & postea mutuauit: vtrùm dictum instrm mutui censeatur de duplo? Bar. ꝙ. fic. Bal. consuluit contrarium, vt ibi per eum. ¶ Quartò opponit gl. de. c. qđ quidã. & c. officij. de pæ. & remiſ. vbi imponitur pnia nõ correcto. So. dicit gl. licèt imponat pnia, nõ tñ datur remissio, nec prodest talis pnia quò ad vitam æternã; quia nõ põt dici verè pœnitens, vel cõfessus, qui fatetur se non posse abstinere. & ifte est vnus modus, quo homines retrahuntur à vera pnia, cũ cogitant se in bono non posse perseuerare. sunt & quàm plura alia, quæ retrahunt homines à vera pnia, contra quæ Host. ponit exhortationes faluberrimas, quas debet sacerdos facere confitenti, de quibus pulchrè in summa de pę. & remiſ. §. quæ impediant pniam. ꝓ totum. §. Sed dices. postquam non conceditur remissio confitenti, ad quid prodest sibi illa confessio, vel bona opera, quę facit? gl. in d. §. qđ quidã. dicit, ꝙ dicta bona opera qñq; fiunt ab illo, qui est in bono statu: & prosunt ad vitam æternam ꝓ merendam, & pœnam euitandam: quandoq; fiunt ab eo, qui est in malo statu, & peccato mortali: & tunc prosunt ad mitigationem, & ad minus supplicium subeundum. Item ad duo alia, de quibus ibi in glos. cui adde, ꝙ valent ad assuefactionẽ bonorum operum, sicut in baptismo Ioannis. de conse. di. 4. c. non regenerabantur. Item in tali homine non habet Dæmon tantam potestatem, sicut de Iudeo legitur in dialogo, qui muniuerat se signo Crucis. de quo dixit. Inueni vas vacuum, sed signatum, vt not. de conse. disti. 4. c. postea signatur. prædicta probantur de pę. dist. 4. c. si quando & c. quid ergo. & no. in d. c. ꝙ quidam. in nouel. vbi quærit, quid iur. si exi stens in mortali, vel excõicatione dicit horas suas, ad quas tenebatur, si non fuisset in illo statu. dicit, ꝙ sicut dicẽdo libera tur, & pœnam euitat: sic liberaretur faciendo in illo malo statu alia opera charitatis, ad quæ præcisè tenebatur, vt parentes alere, pauperes pascere, & sabbatum custodire. & vide de pæ. dist. 4. c. intermittentes. & c. diuina clementia. vbi bona, quæ per peccatum moriuntur, per pœnitentiam reuiuiscunt. & econuerso, mala, quæ sunt deleta per pœnitentiam, per mala sequẽtia reuiuiscunt ad supplicium. ¶ Quintò opp. & vr, ꝙ peccati venia non detur correcto. i. pnia: † quia nemo in deli ctis consummatis innocentia desinit esse nocens, l. qui ea mẽte. ff. de fur. & l. quid sit fugitiu⁹. de ædil. edi. & l. pe. vi bo. rap. Sol. illa iura loquuntur de venia pœnæ quò ad forum iudicis. istud. c. de venia culpæ quò ad Deum. & rationem differentiæ reddit Dy. s. cap. proxi. facilius enim contrahitur vinculum obligationis quò ad Deum, & sola cogitatione; ideò sola contritione dissoluitur. Sed vinculũ, quo tenetur per leges, non cõtrahit sola cogitatione, sed delicti cõsummatione, vel attentatione, vt l. si quis nõ dicã. C. de epis. & cle. & d. l. qui eamente. ideò difficilius dissoluitur. ar. l. nihil tã naturale. de re. iur. & c. omnis. eo. ti. Et de hac materia vtrum in delictis attẽtatis, & non consummatis, vel consummatis habeat locum pœnitentia. dic, vt d. l. si quis non dicam. per Bald. post Cy. Ia. Bu. & alios in d. l. si quis non dicã. per Bal. post Cy. Ia. But. & alios in d. l. si ea mente. per Bar. Et ista sint expedita, quæ hic tanguntur de materia regulæ per Doc. & glo. Verùm quia in præcedenti regula Io. An. tetigit in stilo nostro iuristarum, & theologorum plura dubia de materia vsurarum: ideò mihi vtile visum est dicta eius succinctè, & alia quàm plura resume re per alios varijs locis tacta, de quibus apud bonos conscię tiæ viros quotidie dubitatur: & ideò primò, quia (vt ait Tullius in proœmio primi libri de officijs) omnis, quæ suscipitur de aliqua re disputatio, debet à diffinitione proficisci, vt sciatur id, de quo disputatur. ¶ † Quæro, quid sit vsura. a Ioan.
7 a Andr. in 1. quæstio. super regu. s. proxima. primò dicit, quòd vsura est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum. in qua diffinitione, vt dicit, ponitur quid materiale in vsura. s. ipsum mutuum: quia naturaliter non gignitur de alio, nisi de mutuo. Item ponitur quid ẽ formalem vsura, scilicet ipsa exactio lucri, siue obligatio in pactum deducta: vbi ergo non ex pacto, vel obligatiõe aliqd offeratur, sed gratis, & liberaliter, potest illud recipi, tãquã gratis oblatũ. fic alibi quædã honestè dantur, quæ non honestè petuntur; vt honores. l. secũda. ad fi. de orig. iur. & alibi canon nullam culpæ maculã ingerit, q nõ ex animentis petitione processit. 1. qõ. 2. c. quam pio. & c. si quis. & 18. dist. c. de eulogijs. ¶ Alia diffinitio vsuræ est. vsura est quicquid sorti accedit. 14. q. 3. ca. pleriq;. cui addit Gof. ex pacto, vel intentione præcedente: ex quo verò valet intentio præcedente. &c. quærit Io. An. vtrùm sola intentio, vel spes lucri constituat hominem vsurarium, non interuenięte aliqua obligatione, vel pacto. refert Gerar. theologum diputasse, quòd non: quia non habet locum diffinitio supradicta: quia non est pacto debita, vel exacta. ergo cessat diffinitio. de dolo. l. 1. Secundò probat per simile in furto, ꝙ non committatur: licèt quis ingressus fuerit animo furandi librũ, quẽ sibi dominus sponte dedit, vt l. inter omnes. §. rectè. de fur. si ergo non cadit furtum, vbi abest voluntas domini: igitur nec vsura, quæ similis est furto. 14. q. 3. c. vsura. Tertiò ꝓbat, ꝙ debet magis considerari liberalitas donatoris, quàm corrupta intentio mutuantis. nam etiam vbi verè fuisset vsura soluta voluntate domini, posset vsurarius retinere quantuncunq; gesisset in animo non restituere: si ergo gratuita remissione vsurarum potest vsurarius liberari: multò fortius à principio liberali domini voluntate non obligari. ad hoc, qđ dixi de remissione gratuita supra proxi. in 7. quæstio. principali. in prin. Concludit ex istis, postquam debitor donauit gratis, per consequens nihil est indebitè vsurpatum: quamuis recipiens, cum mutuauit, hoc fecerit intentione corrupta sub spe remunerationis: non tamen tenetur ad restitutionem. nã hoc nõ fuit error in specie contractus. nam eum vtriq;, dans. scilicet, & accipiẽs cõcesserint aliquid in donatione expressa. quid ergo alter in mente gesserit à princ. non debet attendi. arg. l. si repetendi, C. de condi. ob cau. facit l. si ego. si cert. peta. Ioan. An. in d. 1. quęstio. tenet contrarium, videlicet vbi intentio, & spes lucri est principalis causa mutui, constituitur homo vsurarius, & tenetur ad restitutionẽ in foro conscię, vt etiã ipse no. in c. cõsuluit. de vsu, ꝓ hoc illud Lucę. 6. Mutuum dantes nihil inde sperãtes. & dicit, ꝙ oẽs in iure periti cõiter sic tenent, & fundant se super dicta auctoritate, & alijs auctoritatibus sanctorum, Aug. Ambr. Hier. de quibus. 14. q. 3. & rñdẽt prædictis argumẽtis in cõtrariũ, vt in d. q. s. ca. ꝓxi. Est aduertendũ; qa ad restitutionẽ dictæ vsurę mentalis dicit, ꝙ tenetur in foro cõscię. Sed qd dices in foro cõtẽtioso, si talis intẽtio corrupta ꝓbaret ex cõiecturis: puta ex frequẽtia mutuan

dignum trahit ad ſe illud, quod eſt minus dignũ. c. qđ in du-
26 bijs. & qđ ibi no. de conſe. eccl. vel alta. ¶ † Item bona cleri-
corum gaudent eodem priuilegio, quo gaudent bona eccle-
ſiarum. 16. q. c. ſimiliter. cõtrarium tenet Old. multis rõnib.
& inter alias prima eſt; qa clerici rõne talium bonorũ ſunt
ſubiecti dñis tpalibus. 11. q. 1. c. cum ergo. ver. his ita rñdet.
quo caſu dñm eſt, ꝙ ſicut talia bona pp delictum applicari
debent dño tpali. C. de anno. & tribu. l. indictiones. lib. 10. 8.
diſt. c. quo iure. ſic etiam rõne feudi ſubſunt dño tpali. c. ve-
rum. de fo. compe. & c. Romana. §. debet de appel. eo. lib. ad
hoc de exa. tribu. l. fi. li. 10. quæ vꝫ decidere qõnem. Præterea
de bonis feudalibus eſt expreſſum, ꝙ reuertuntur ad dñm.
10. coll. §. illud. ergo eadem rõne dicendum eſt idem in em-
phyteuſi. Præterea idem Papa ſtatuit in caſu econuerſo. ſ. ꝙ
ſi laicus tenet rem in emphyteuſim ab Eccleſia, & condem-
netur de crimine, pp quod talia bona confiſcantur, ad Ec-
cleſiam reuertuntur. de pœ. c. in quibuſdam. & c. feli. eo. tit.
circa princ. eo. lib. illud ergo ius debet recipere contra ſe, qđ
recipit pro ſe. ff. quod quiſque iur. l. 1. 3. & 4. & C. de hæreti.
Auth. idem eſt. vbi in crimine, maxime eccleſiaſtico, eccle-
ſia admittitur ad bona vſque ad annum, & poſtea perdit il-
lud ius. & patet, ꝙ eſt ſpeciale in illo caſu: ergo in cõtrariũ
eſt ius commune. ad hoc qđ no. in l. addictos. C. de epiſ. audi.
Item confiſcatio fit rõne iuriſdõnis, quæ adhæret territorio.
C. vbi & apud quos. l. fin. ſed eſs non habet territorium, qđ
patet; quia ſi eſs ꝓnũciat inter clericos, iudex laicꝰ exequit.
& hoc ideò, quia eſs non habet ptãtem realiter exequendi.
Auth. de ſanct. epiſ. §. ſi quis aũt litigantium. & in hac opi. re
ſidet, & reſpondet ad contraria. cui adde quod no. Bar. in l. ſi
finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infec. & per Bald. in l. ſi
qs presbyter. C. de epi. & cle. vbi quærit de tali qõne. Cleri-
cus habens ſpurium inſtituit fratrem ſuum hæredẽ: qui fra-
ter tacitam fidem dedit de reſtituendo hæreditatem ſpurio
teſtatoris; ita ꝙ debet ſibi auferri vt indigno, ꝑ l. in fraudem.
ff. de his qui. vt indi. Sed quæritur cui fiſco, an fiſco Eccleſia-
ſtico; qa clericus fuit, qui mandauit reſtitui: an fiſco ſeculari;
quia ille eſt laicus, qui ſuſcepit fidem. & videtur, ꝙ fiſco Ec-
cleſiæ, qui in bonis presbyteri præfertur fiſco Imperij. d. l. ſi
quis presbyter. & in Auth. de eccle. tit. §. interdicimus. & in
Auth. vt cum de appel. cogno. §. ſi verò filij. ¶ In contrarium
primò per regulam l. Pap. §. meminiſſe. de inoffi. teſta. & l. ex
facto. §. fi. ad Trebel. Item quia illa pœna deſcendit à iure ci
vili: ergo debetur ciuili iudici, nõ Eccleſiaſtico. l. ſi qua ꝑ ca-
lumniã. in ver. publi. ortulis. C. de epiſ. & cle. hãc partẽ tenet
ea ratione, quia bona auferuntur de manu hæredis, q̃ eſt lai-
cus, cui erat ius q̃ſitum. ergo applicãtur fiſco Imperij. l. ſi qs
pſbyter. & loquit̃ de immediata ſucceſſione clerici, in quo
magis attẽdit̃ perſona proxima, q̃ remota. ¶ Ex quib. infert
in caſu econuerſo, videlicet qñ clericus accõmodauit tacitã
fidem laico de reſtituendo hr̃editatem laici eius ſpurio: ꝙ at-
tenta pſona, quæ in hoc punit̃, & quæ eſt de foro Eccleſię, ap
plicabit̃ Eccleſiæ. qđ eſt notandum ſm̃ eum. ¶ Iuxta p̃dicta
ẽt quæritur. quia dictum eſt. ſ̃. proximè, ꝙ de crimine cleri-
ci non põt cognoſcere iudex laicus, ẽt ſi deductum ſit in iu-
dicio per modum exceptionis, vel ciuiliter. quid ergo, ſi cle-
ricus productus in teſtem coram iudice laico depoſuit falſũ
teſtimonium: an puniri poterit per ipſum iudicem ſecularẽ?
vñ, ꝙ ſic, per l. nullum. C. de teſti. quam legem Accur. exem-
plificat in clerico. idem ibi Cy. Bal. idem ſentit. dicit. n. quæ-
ro hic de clericis, qũo poſſint puniri à iudice laico. ¶ Reſpõ
deo, ꝙ eſt ſpeciale, ꝙ cle. delir quer do in iudicio ſe aſtringit
foro. Hoſt. tenet contrarium, & dicit, ꝙ illal. nullũ. nõ habet
locum in clericis. 5. di. c. verũ. qualitercunque. n. clericus de-
linquat, iudex ſecularis non habet cognitionem in perſonã:
ſed ad eſm ſpectat cognitio, ẽt de iure ciuili, vt in Auth. ſta-
tuimus de epiſco. & cleri. & licèt clericus delinquendo, vel
contrahendo in aliena diœce. ſortiatur ex hoc ibi forum. d.
c. dilecti. de foro compe. debet intelligi de foro Eccleſiaſti-
co dicti loci, non ſeculari. facit quod not. in Auth. qua in ꝑ
uincia. vbi de crimine agi oportet. non eſt ergo bona ratio;
ꝙ delinquendo aſtringatur de foro. quia hoc non poſſet ex-
preſsè coram iudice laico: ſed bene delinquendo aſtringit ſe
ibi foro Eccleſiaſtico. ca. poſtulaſti. de foro cõpet. D. Franc.
tangit iſtam quæſtionem in conſi. 88. & ita dicit, vt ſequitur.
¶ Item ad id, quod obijcitur, ꝙ iudex laicus non poteſt pu-
nire clericum de crimine accuſatum: ſed dico, ꝙ iudex ſecu
laris clericum agentem, vel accuſantem coram eo calumnio
sè, vel falſa teſtificantem poteſt ex officio ordinariè punire;
ita tamen, ꝙ ſi executio talis pœnæ ſit facienda in perſona,
reſeruetur epiſcopo. ſi verò ſit realis executio facienda in bo
nis, põt eã facere iudex ſecularis, vel diſtringendo eius fide-
iuſſores, quos clericus dedit. C. qui accu. non poſſ. l. 3. & eo-
dem modo poteſt punire clericum in ciuilibus deficientem
in expenſis & hoc ſentit Io. & Archi. ſcilicet, ꝙ iudex laicus
poteſt ex officio punire clericum delinquentem coram eo;
putà falſo teſtimonio, vt no. 5. q. 6. c. presbyteri. & facit qđ
no. de iudi. c. at ſi clerici. & videt in hoc ita reſidere, vbi Lap.
in apoſtilla ſubiungit in contrarium. facit qđ no. Io. An. poſt
Inn. & Hoſt. de foro compe. c. verum. in prima gl. videt æqua
conſideratio Fed. & licèt ſecundùm Hoſti. non poſſit cogno
ſcere iudex laicus incidenter, vt dicto cap. verum. tamẽ quã
do crimen incidit in cauſa facto ipſius clerici accuſantis ca
lumnioſè laicum, non occurrit ratio, quare ſuper calumnia
tali non poſſit ferre ſententiam, poſtquàm cõſtat de ipſo iu-
dici. nam ſi poteſt laicum condemnare de crimine, quare nõ
clericum pecuniariter, vel ſuper eius calumnia ferre ſenten-
tiam, reſeruata pœna epiſcopi auctoritati, non habet in ſe
rationem: ſed bene legitur in contrarium. ff. ad Turp. l. 1. in
prin. nec debet proceſſus calumniæ accuſatoris ſeparari, vel
diuidi à proceſſu principali: vt ſic qui eſt competens in prin
cipali, ſit competens in dependentibus, & connexis. l. 3. ff.
de iuriſd. omnium iudic. & c. præterea. de offic. deleg. æqua
ergo videtur conſideratio Fede. vt ſic de qua re iudex cogno
ſcit, de ea pronunciet. c. cum ſuper. de cauſa poſſ. l. de qua re.
de iudi. executione tamen ſuo iudici reſeruata, vt dictum eſt
de facto clerico poſt delictum. ¶ Et pro confirmatione opi.
Hoſtien. quæro de notabili quæſtione. Vos ſcitis, ꝙ ſententia
lata contra principalem meretur executionem contra fide-
iuſſorem de iudicato ſoluendo, licèt non contra fideiuſſores
contractus. vt plenè no. in c. 1. de iniur. & per Bart. in rub. ff.
iudi. ſol. & l. fi. C. de vſur. rei iudi. per Cy. modò pone, ꝙ cleri
cus agens coram iudice laico contra laicum dedit fideiuſſo-
rem clericum in cauſa reconuentionis, vel fideiuſsit coram
iudice Eccleſiaſtico non ſuo, ſcilicet clerici fideiubentis. vtrũ
ergo clerico his caſibus condemnato fiet executio ſententiæ
contra iſtum clericum fideiuſſorem? videtur, ꝙ ſic, maximè
cũ ſic fideiuſſerit coram Eccleſiaſtico licèt non ſuo. videtur
enim coram eo fideiubẽtem quaſi ibi contraxiſſe; qa in iudi.
quaſi contrahitur. l. 3. §. idem ſcribit. de pecun. Sed contra-
hendo, vel delinquendo in alterius diœce. obligatur in illo
foro. d. c. dilecti. de foro compe. Contrarium no. Cyn. in l. pri
ma. ff. ſi quis in ius voca. non ier. ¶ Idem videtur, ſi fideiuſ-
ſit coram iudice laico; quia illa executio contra ipſum cleri-
cum non fit principaliter auctoritate ſententiæ ipſius iudicis
ſecularis; quia in ipſa nõ apparet condemnatus de ſcripti re
citatione: nec cũ ipſo eſt fundatum iudiciũ, ſed ꝑ eo, ꝑ quo
fideiuſſit.

fideiuſsit. ergo non poteſt dici per talem fideiuſſionem in iu
dicem laicum conſenſiſſe; poſtq̃ cum eo non poteſt dici iudi
cium iniuſtum. potius igitur illa executio fit contra ipſum iu
ris auctoritate propter contractum à ſua promiſsione
cauſatum, quàm à ſententia, non principaliter, ſed indirectè,
ratione ſcilicet præambuli contractus. & quod principaliter
agitur, non quod venit in conſequentiam, debet conſidera-
ri. ff. de donat. inter virum, & vxorem. l. ſi ſponſus §. ſi dona-
tionis. ff. de auctorit. tuto. l. prima. Dy. in l. 1. ff. ſi quis in ius
voca. non ier. tenet contrarium, niſi clericus fideiuſsiſſet de
iudicato ſoluendo coram legato, vel delegato Papæ. iſti em̃,
qui funguntur vice Papæ, cenſentur iud. etiam ipſius clerici;
ideò non poteſt dici conſenſiſſe in iudicem non ſuum. ¶ Itẽ
quia iure acceſsionis repert. extenditur ad perſonas non ex
preſſas in eod. c. 1. de offic. deleg. in nouel. & fideiuſſor eſt
de talibus. ergo venit ſub mandato delegationis. c. præterea.
de offi. deleg. coram ergo alio etiam Eccleſiaſtico iudice ſic
fideiubendo non videtur poſſe illi foro conſentire clericum.
multò minus ergo, ſi coram iudice laico fideius ſit. Ex qui-
bus patet, quòd clericus coram non ſuo iudice cenſetur ido
neus fideiuſſor de iudicato ſoluendo: ſed extra iudiciũ valet
eius fideiuſsio. c. 1. de fideiuſ. & nullitas fideiuſsionis iudicia
lis deſcendit; quia recepta iudicialiter corã iudice nõ ſuo: &
ſic prohibito iudicio totali, videatur prohibita quælibet pars
ipſius iudicij. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. quod eſt notãdũ.
¶ Viceſimo ſecundò quæro de quibuſdam quæſtionibus cir-
ca iſtam iurisdictionem ſpiritualem. Et primò quia iura volunt,
quòd omnis cognitio remittatur ad epiſcopum. ca. tuam. &
cap. lator. præalleg. vtrùm iudex Eccleſiaſticus habeat limita
tum tẽpus, infra quod debeat determinare dictam inciden
tem? videtur, ꝙ ſic, duorum menſium. d. cap. lator. contrariũ
ibi not. in nouel. vbi dic, ꝙ propter malitiam aduerſarij ibi
Papa ſic abbreuiauit. & pondera ex eo, quod dicit, Papã ab
breuaſſe, colligitur, ꝙ ad illum articulum ſimendum nõ poſ
ſet iudex laicus præfigere terminum iudici Eccleſiaſtico. &
hoc not. Barto. in l. 2. ff. de re iudi. alle. cap. ex inſinuatioe. de
appellat. ſuperior verò ipſius Eccleſiaſtici bene poſſet infe-
rioris terminum moderari. arg. eius, quod dicitur in d. c. qđ
Papa moderauit. ¶ Secundò quæro, an ſuper incidenti de-
lata coram iudice Eccleſiaſtico ſit offerendus libellus? quidã
ꝙ non; quia in cognitione huius exceptionis ſubrogatur lo- 28
co iudicis ſecularis. & ſic debet procedere eo modo, quo ille
proceſsiſſet, arg. eius, quod not. in Clemen. prima. de ſupplẽ.
neglig. prælatorum. & l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ſi quis cau.
ſed ſuper exceptione coram eo iudice ventilanda ſine libel-
lo proceditur. ergo idem, cum ſeorſum coram alio eſt exami
nanda facit ad not. per Bar. poſt lac. But. in l. pe. §. ad crimẽ.
de publ. iud. Hoſt. reputat tutius, ꝙ libellus offeratur; quia 29
ab eo, vt principali, pendet in iudicio petitio hereditatis vt
acceſſoria, vt patet in cap. 1. in fin. qui filij ſint legi. ¶ Ego di
co, ꝙ illa ſpiritualis incidens eſt de cauſis, in quibus principa
liter mota, procederetur ſine ſtrepitu, & figura iudicij de q
bus in Clemen. diſpendioſam. de iud. modò non procederet
ſuper illa incidenti ſine aliquali petitione deſcripta apud a-
cta. vt in Clemen. ſæpe. de verbo. ſignifi. Si verò non eſſet de
his, licèt Hoſt. dicat, ꝙ ſit tutius: hoc non nego, ſed de iure
non credo neceſſarium. nam cum plures incidentes ſpiritua-
les poſſ.nt occurrere in eadem cauſa: ſi ſuper ſingulis offer-
retur libellus, & per conſequens ſeruaretur ſolẽnis ordo iu-
diciarius, nimis poſſet negotium protelari, contra mentẽ iu
ris. Itẽ ſi fuiſſet de mente Papæ in d. c. lator. ꝙ debuiſſet libel-
lus offerri, & ſolemnis ordo ſeruari, non præfixiſſet tam bre
uem terminum duorum menſium ad cãm finiendã ſuper il-
lo articulo. nam nimis eſſet breuis dilatio in cã, q̃ libellũ req
reret. ¶ Tertiò ibi q̃rit, vtrũ ſicut iudex laicus remittit inci-
dentẽ ſpũalem ad eſm: ita econuerſo eſs remittere debeat
ad iudicẽ ſecularẽ incidentẽ tẽporalẽ, vt poſsit ipſam diffini-
re? & tenet poſt Tanc. ꝙ ipſam remittere non tenetur. ca. de
prudentia. de dona. inter virum, & vxorem. vbi de quæſtione
temporali dotis cognoſcit iudex Eccleſiaſticus, qui cogno-
ſcit de matrimonio. & idem dicit Vinc. ꝙ ſi in quæſtione na-
tiuitatis caderet quæſtio hereditatis, ꝙ de ipſo poſſet cogno
ſcere iudex Eccleſiaſticus. ſed in d. cap. lator. ideò nõ cogno
uit; quia prius fuerat mota coram iudice ſeculari. quare autẽ
cognoſcit Eccleſiaſticus de incidenti temporali, non iudex
laicus de incidenti ſpirituali? dicit hoc ius vanum cauſari ꝓ-
pter excellentiam iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, vt ibi not. &
probat illam excellentiam per not. in cap. per venerabilem.
qui filij ſint legiti. in nouella. in gloſſ. hoc ſatis. ver. tertia
naturali ratione. in prædicta tamen quæſtione, qui cogno
ſcit de legitimitate, non poſsit cognoſcere incidenter de hæ-
reditate, tenet verum ex eo; quia illa cauſa de ſui natura eſt
de foro ſeculari: nec habet neceſſariam conſequentiã ad le-
gitimitatẽ, ſicut dos ad matrimoniũ, ſine quo non poteſt eſ-
ſe dos. l. 3. ff. de iure do. nam ſi bene eſt legitimus, fortè ex a-
liqua cauſa eſt excluſus ab hereditate. diſtinguit ergo Vinc.
inter cauſas, quæ de ſui natura ſunt de foro Eccleſiæ; vt ſpiri
tualis, patrimonialis, patronatus, & ſimiles. & eas, quæ ſolũ
ratione perſonarum poſsidẽtium ſunt de foro Eccleſiaſtico;
vt cauſæ poſſeſsionum clericorum. primæ nec incidẽter, nec
per reconuentionem poſſunt eſſe coram iudice laico: ſecun-
dæ poſſunt. Si verò eſt quæſtio de foro ſeculari circunſcripta
cauſa ſanguinis, poteſt iudex Eccleſiaſticus incidẽter per re
cõuentionẽ cognoſcere, iuxta no. in d. c. tuam. in nouel. ſuper
glo. fin. vbi ſubdit poſt Hoſt. quòd ſi in ſeculari foro aliqui ob-
jiciatur excommunicatio, vel nõ poteſt agere; quia ſymo-
niacus, vel intruſus, hæc omnia ſunt ad Eccleſiaſticum iudi-
cem remittenda; quia ſunt eius fori, vt ſ̃. de elect. & de ſymo.
per totum. de periurio idem tenet Hoſt. Io. And. contra per
no. in c. ſi. de fo. comp. ſ̃. eod. lib. in nouel in vlt. glo. ¶ Vice ſi-
motertiò quæro de quæſtione, in qua cõſului ad conſultatio
nem Clariſsimi, & Illuſtriſsimi principis Caroli de Malate-
ſtis, qui præ cæteris dominis, quos nouerim, timet Deum, co
lit iuſtitiam. & clerici, & eccleſiæ in ſuis ciuitatibus potiunt
priuilegijs; & libertat. omnib.; qa tñ eorũ vitia deteſtat, nõ
valẽs eos corrigere me cõſulutit: an cõtra cõcubinas ipſorũ
poſſet ꝓcedere, & ſtatuta pœnalia edere cõtra ipſos. & ꝓmò-
vẽ, ꝙ ſic. † quia talis fornicatio eſt dãnata vtroq; iuris ſtatu
to. ergo cõtra ipſos ꝓcedẽdo, nõ vꝫ cõtra canões, ſed canóib.
deſeruire, exaggerando pœnã canonis cõtra tales. ſic. n. vna
poteſtas aliã adiuuat. 10. di. c. ſi in adiutorũ. & c. primo. de
ope. no. nunc. & l. priuilegia. C. de ſacroſ. ec. & 22. q. 5. c. mere
trices. ad hoc facit deciſio quæſtionis diſputatæ per Pileũ, q
tenuit, † ꝙ poſſum accuſare mulierem de adulterio cõmiſſo
per Papã: licèt Papa accuſari nõ poſsit, ar. l. adulter. ff. de a- 29
dul. nec ex eo, ꝙ delinquant cũ perſonis exemptis. i. cum cle
ricis, debent eſſe melioris conditionis, vel iuuari priuilegio
clericorum. hinc dicitur, ꝙ delictum non tribuit immunita-
tem. l. relegatorum. §. fi. ff. de interd. & relega. ¶ Item hoc vi-
detur eſſe de mente oſium canonũ, qui clericis retinentib. cõ
cubinas pœnas imponunt. de fornicarijs autem ſuis nihil di-
cunt, quaſi punitionem relinquant iudici ſeculari. de cohab.
cleri. & mulie. per totum. ¶ In contrarium, quia facit contra
ſtatutum Eccleſiaſticum: nec directè licitum eſt laicum ali-
quid ſtatuere. de immunita. eccle. cap. primo. ſ̃. eod. lib. Sed
in quæſtione prædicta ex proceſſu contra fœminam infama
tus eſt, ſaltem de facto, propter criminis connexitatem. 70.
diſtinctio. capit. tantis Daniel. periculoſa autem eſt cleri-
cis talis infamia. nam vituperatur miniſterium Eccleſiaſti-
cum, in mentibus fidelium ſcandalum generatur, & percu-
tiuntur corda infirmorum. 2. quæſtio. 5. cap. presbyter. &
c. ſi mala fama. ſed cũ cleri. laici oppidò ſint infelti. 2. q. 7. c.
nullus laicus. & c. laicos. non vꝫ ergo per hanc viã indirectã,
ꝙ poſsint eorum crimina in populo publicare. funguntur

enim clerici Dei legatione,& ſunt habendi, vt patres. ideò damnãtur ſuia,ſicut filij Noe, qui ſuorum poſteriorum culpam deridendo oſtendit.8.qó.1.c.qualis.& cap.oꝑt. ¶ Ego tunc diſtinxi,ꝙ contra concubinas notorias,ſiue manifeſtas poſſit ſtatuta facere,procedere,& punire:nec tunc honeſtas Eccleſiæ maculatur,ſed potius defenſatur, & ſacri canones melius cuſtodiuntur,vt dictum eſt ſupra. contra occultas verò concubinas non videtur,ꝙ laicus poſſit ex officio decidere (& ſic detegere crimen clericorum:) & habeant locum rationes allegatæ pro alia parte. & pro hoc facit, quòd fertur Conſtantinum dixiſſe, videlicet ꝙ clamyde ſua cooperiret clericum peccantem,ne ab aliquo videretur.95.di.c.in ſcripturis·hinc dicitur,ꝙ peccata occulta non habent vindictã. 32.q.7.c.Chriſtiana.cum talibus enim in hoc mundo viuere oportet,& tolerare,ſicut Chriſtus Iudam. vt plenè not. in c. mulier.& c.ſi peccauerit.& c.Deus omnipotens.2.q.1.quod ergo dicitur,ꝙ directè, & indirectè non poteſt iudex laicus cognoſcere de delicto clerici,eſt verum, ſi contra ipſum habeatur illa cognitio:ſed ſi contra laicum proceditur de delicto cum clerico perpetrato (puta contra adulteram cum clerico:) tunc videtur poſſe accuſari fœmina,quæ deliquit cum eo.facit lex denunciaſſe.§.fi.ff.de adulterijs.& quod notatur in cap.decreto.de re iudicata.in nouel. licèt propter connexitatem etiam clericus infametur, ſicut per ſuam confeſſionem extraiudicialem.cap.quàm ſit graue. ſ. de exceſſ. prælat.ex quo inſurgit vnum mirabile,quòd ſententia iudicis ſecularis ſufficit ad indicendam clerico purgationem: ex quo per eam laicus condemnatur de delicto cum clerico perpetrato,& operatur hoc infamia, quæ oritur ex ſententia prædicta.non minus enim facit ſententia delictum notorium, q̃ confeſſio extraiudicialis ipſius clerici:quæ tamen ſufficit ad indicendam purgationem.d.c.quàm ſit graue.¶ Vigeſimoquartò quero.Quidam clericus per iudicem laicum citatus, non ſub nomine clerici,ſuper delicto commiſſo, non compa ruit;ita vt poſitus eſt in banno,& habitus pro confeſſo vigore ſtatuti:demum captus dicit ſententiam, ſiue bannum nullum;quia latam contra clericum licèt non incedentem in habitu,& tonſura quæritur,quid iuris.& breuiter omnes concordant in ſententia, ꝙ ipſa ſit ipſo iure nulla ex defectu iuriſdictionis:ſemper.n.poteſt contra ſententiam opponi, etiã ſi conſtitutio,vel ſtatutum dicter,ꝙ nulla exceptio admittatur,vt no.in Clem.1.de ſequeſ.poſſ & illam tenet Cy.& poſt eum Bal.in l.generaliter prælle. Idem Spec.de cita.§.1.ver. ſed pone qđ iudex.& §.pe.in fi.& Arch.15.q.4.c. placita.& Ioan.And.in c.ſacrati.eo.tit.& lib.idem conſuluit Barto.talí ratione.quotiens eſt tale factum,quod à iure reprobatur, taciturnitas eius,qui non poſſet actui conſentire, nihil operatur,vt no.de præben.c.dilectus.cum ſimilibus. Sed clericus eſt huiuſmodi: nam non poſſet in laicum iudicem conſentire.c.ſi diligenti.de foro compet.ergo eius contumacia,vel taciturnitas in comparendo non tribuit iuriſdictionem iudici contra eum.& eſt ratio Ioan.And.in d.c. ſcienti. ¶ Et circa prædicta vnum eſt notandum, quòd iudex ipſe poteſt ſuam ſententiam declarare nullam, vt no.Archi.in d.c.placita. ſimiliter & iudex ſecularis aditus per appellationem, vt not. Bar.in dicto conſ.quod incipitClericus non ſub nomine clericali. & not. hoc nam prima facie vr̃ recurrendum ſup hoc ad Papam,arg.c.expoſita.de arbit. vbi ſuper iniquitate laudi dati ibi per iudicem laicum fuit aditus Papa.de hoc plenè in diſputatione mea de qua ſupra feci mentionem.¶ Vigeſimoquintò quæro. In iſtis ciuitatibus Italiæ ſunt ſtatuta, ꝙ quicunque declinauerit iuriſdictionem Poteſtatis, ſit extra protectionem Communis, nec Poteſtas habeat iuriſdictionem cognoſcendi de injuria, vel offenſa talibus irrogata. clericus ergo citatus coram iudice ſeculari non audet declinare,ne impunè poſtea offendatur: nec etiam litigare, ne locũ in clericis amittat,qui non poſſent expreſsè conſentire, per d.c.ſi diligẽti.nam aliud eſt dicere ſe nolle:aliud non poſſe.l. cũ filius.§ non videtur.ff.de leg.2.C.de leg.l.ab adminiſtratione.D.Bal.dicit,ꝙ nihil debet dicere,ſed comparere patẽter in habitu,& tonſura:tunc enim ipſe non excipit,ſed habitus eum eſſe clericum manifeſtat.c.ſi iudex laicus.de ſenten. excom.eo.lib.per quod.c.dici poteſt illo caſu,ꝙ ad euitationẽ illius periculi talis clericus nihil debet dicere: ſed epiſcopus poteſt eum repetere: nec per hoc diceretur clericus declinare.& dico,ꝙ aut ſtatutum expreſsè loquitur de clericis declinantibus:& non valet;quia contra canones & leges eximentes clericos à iuriſdictione ſeculari,vt dicit Auth. ſtatuimus.& c.nullus iudicum. & ademptio iuriſdictionis iſto caſu eſſet inutilis tanquàm contra Eccleſiaſticam libertatem, vel immunitatem,vt in Auth.caſſa.C. de epiſ. & cler. ¶ Aut ſtatutum non exprimit clericos: ſed generaliter loquitur. ſi quis,vel quicunque declinauerit &c.& tunc ſub illa generalitate dico de iure clericos includi,per ea,quæ no.Ioan. An.in c.eos. de immu. eccle. verùm quia propter generalia verba dicti ſtatuti clerici timent de facto offendi, poteſt iudex Eccleſiaſticus petere declarari,& expreſsè ſtatui, quòd tale ſtatutum non intelligatur de clericis.& ita not.Ioan. And.in d. c.eos.quod eſt notandum ad ſimilia. nam conantur in multis caſibus laici includere clericos ſub eorum ſtatutis indirectè,ad alios dirigendo verba, vel generaliter ſtatuendo, vt ibi per eum Bald.idem ſentit in dicta Authen. ſtatuimus. & non ſolum hæc ſunt vera,cum pœna clericum concernit declinantem principaliter,& directò:ſed etiam in conſequentiam,& indirectò:puta,ſi clericus declinauerit, pater, conſanguineus, vel alius laicus ſoluat centum, paria enim ſunt punire ipſum clericum ex hoc facto, vel punire prædictos: quia idem metus eſt in ſe,& ſuis. l. iſti quidem. ff. quod me. cauſa.& vno offenſo,offenditur & alius.l.1. C. ſi qua.prædi. pote.& prohibito vno coniunctorũ, aliud prohibetur. l.ſi iſti pulatus fuero per te.de verbo. oblig.& l.ſi plagijs.& l.Titia. eo.tit. ¶ Item ſi non valet principale: nec etiam quod ad ipſum eſt cõſequens,& acceſſorium,l.Seius,& Augerius. ff. ad leg.Fal.& hoc tenet Bal.in l.1.C.de indic.viduita.vbi plenius de hoc.facit.c.ſciant.de elect.ſ.eo.lib. ¶ Vigeſimoſexto, & vltimò quero.in omnibus caſibus,in quibus.ſ.cõcluſum eſt, clericos poſſe, & debere litigare in iudicio ſeculari;vt in reconuentione,cum agit contra laicum: vel cum venit pro ſuo intereſſe,& in multis alijs: vtrùm ligabitur ſtatutis illius fori.& quid iuris in caſibus, in quibus leges,& canones, puta in appellando ante ſententiam diffinitiuam, vel in ordine ꝑcedendi,& varia interdicta in iura,& ſolẽnitate,& ꝓbationibus varijs inter vtrunq; ius: & videtur,ꝙ in omnibus debeat ius illius fori conſiderari,& in eius defectum ius ciuile,quod in curia iudi.ſecu.ſeruatur.nam econuerſo iudex eccleſiaſticus inter laicos litigantes in ſua curia ſeruaret canones. de app.c.ſuper eo.vbi laicus litigans in foro Eccleſiaſtico appellauit ante ſent ẽtiam diffinitiuam:qđ ſm̃ leges regulariter nõ licet.2.q.6.c.ante.pro hoc quod no.Lau. ibidem.vbi dic,ꝙ ſi clericus reconuentus fuit coram ſeculari iudice, nõ poteſt ante ſententiam appellare. ¶ Item clericus coram ſeculari iudice debet appellare ad iudicem ſecularem: econuerſo laicus reconuentus coram eccleſiaſtico debet appellare ad Eccleſiaſticum.pro hoc de epiſ.& cleri. l. cum cleri. in fine.vbi apertè innuitur, quòd clericus in cauſis clericorum litigantium in foro ſecularis,fori conſuetudo ſeruari debet. ad hoc 10.diſt.c.certum.& quod ibi no.in 2.gl.& c. ſi in adiutorij. & c.quoniam.in quib.expreſsè probatur,clericos aſtringi in ciuilibus ſecularibus legibus ad hoc quod no. in ſumma. de teſte.§.qualiter conficiatur.ver.verum.vbi dicitur,ꝙ ſi agitur in foro ciuili inter clericum agentem,& laicum reum,iudex iudicabit ſm̃ leges humanas.¶ Item dicit canon. Quod lege firmatur ciuitatis,nulla ciuis,vel peregrini libidine violetur.8.diſtinctio.c.quæ contra morem.12.diſtinct.c.illa.& lex

lex dicit,ꝙ iudex ſeruare debet ea,quæ in eodem oppido frequentata ſunt.C.de ædifi.priua.l.an in totum.& quæ ſit longa conſuetudo.l.1.vbi tenet Accur. debere attendi conſuetudinem,& iura loci iudicij.ff.de varijs,& extraor.cogn.l.1.§. in honorarijs.& Inn.in c.ſi.de feriis.no. quod in aſsignatione termini non ſunt attendendæ feriæ partiũ,ſed iudicis,coram quo cauſa agitatur,& in vocatione teſtium ſtandum eſt conſuetudini loci, in quo iudex iudicat.ff.de teſti.l.3.in fi.In contrarium facit primò; quia ſtatutis patriæ ligantur ſolum ſubditi,& non ſubditos non aſtringunt.l.1. C.de ſum. Tri.c. vt animarum.de conſti.ſ.eo.lib.& c.à nobis.de ſent.excom. & c.quod autem.de pœni.& remiſ.ſed clerici, & eccleſiæ nõ ſunt ſubiecti poteſtati ſeculari. nam diſtinctæ ſunt iſtæ duæ iuriſdictiones; quia duo genera Chriſtianorum ſunt, clerici, & laici.12.q.2.c.duo ſunt.96.diſt.c.erunt autem.ff. de leg.l. de quibus.C.de decuri.l. tantum. ſed conſuetudo laicorum etiam iuſta non aſtringit clericos, vel eccleſias, vt no. Inn. & Comp.& D.Io.An.de conſue.ſuper rub.& Hoſtiẽ.in ſum.de conſue.§.fi.ver.ſed pone,ꝙ inter laicos.& Cy. C. quæ ſit longa conſuetudo.l.2.ad fi.& per hoc dicit Pe. ꝙ ſi eſt conſuetudo in loco,ꝙ in cauſa non detur libellus: quòd hæc conſuetudo non aſtringit clericos.de fo.compet.c.quod cleri. & hoc generaliter de conſuetudine,vel ſtatuto no.Bar.eo.tit.c.poſtulaſti.¶ Item illa iura videntur ſeruanda cleri.litigantibus in iudicio ſeculari,quæ ſeruarẽtur,laicis litigantib. in Eccleſiaſtico foro.2.q.7.c.in ſancta.& c.ſe.28.q.1.c.omnis.de teſti. c. iudẽ.& eſt ratio,ne iuriſdictionum ordo turbetur, & ne altera iuriſdictio videatur de iure alterius vſurpare.96.diſtin.c.cum ad verum.10.diſt.c.quoniam.11.q.1.c.peruenit. ſed laicis in foro Eccleſiaſtico litigantibus ſeruarentur ſua iura.de integ.reſt.c.conſtitu.de eo qui mit.in poſſ.c.cum veniſſent.no.ff.de poſtula.l.ex ea.de teſta.c. Ray. ergo clericis in foro ſecula.debent ſua iura ſeruari.ad hoc. C.de epiſc. & cleri.Auth.clericus.& iura vulgaria,quæ volunt,ꝙ iura laicorum non ligent clericos,vel eorũ iura.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtitu.c.ſi.de re.eccle.non alie.¶ Quid ergo cõcludendum in iſta varietate?reſpondeo, & dico,ꝙ eſt materia de per ſe. vtrum clerici, & res eccleſiarum ligentur legib. & ſtatutis laicorum:vel econuerſo laici ligentur canonibus. de clarabo plenè in alia repetitione, quam Deo duce faciam in c.canonum.de conſtit.¶ Quantum verò ad quæſtionẽ propoſitam debetis ſcire,ꝙ D.Io.Cal. diſputauit qónem de ſtatuto:quo cauetur,ꝙ ſi ab actore non ſubdito iuriſdõni Cõis petatur ſatiſdatio de ſoluendis expenſis & ſi non fuerit præſtita, proceſſus non teneat. Item ꝙ ſi cauſæ ciuiles infra.10. dies vtiles non fuerint terminatæ,inſtantia pereat.Item,ꝙ ſi ſolutio alicuius debiti per teſtes probari non poſſit.Quibus ſtatutis præſuppoſitis,contingit,ꝙ clericus egit corã iudice ſeculari,& ſatiſdationem petitam præſtare cogitauit in cauſa infra decem dies vtiles, quibus tranſactis terminata non fuit.& cum illo iudicio eſſet ſup debito reconuentus, ſolutionẽ debiti per teſtes probauit.quæritur,an in prædictis caſib. ſtatuta debeant obſeruari.contẽdit n.clericus, ꝙ ſeruari nõ debeant rõnibus. ſ. proximè factis. laicus vero dicit ex aduerſo fore ſeruanda,ꝓ rõnes,& iura primo loco deducta.ipſe verò Io.Cald. poſt multa ar. pro ſolutione primò remittit ad loca: vbi de illa.q. tractatur, videlicet ſi diuerſa ſunt iura litigantium,alterius,vel amborũ,& iudi.circa proceſſum,& deciſionẽ litis,quæ iura ſint attendenda,& ſequenda.de qua plenè.12.diſt.c.illud.in vlt.gl.per Accur.C.quæ ſit long.cõſue.l.1.in Spec.de feri.§.1.ver.ſed pone, & de inſtru. edit. §. compendioſe.ver.quid ſi de conſuetudine.& de ſent.§. qualiter.ver.debet & formare.& vt ex ꝑdictis remiſſionib.apparere põt, varia ſentiunt.¶ Vera tũ,& cõis opi.eſt ſm̃ eum,ꝙ ſi contenditur de his,q̃ reſpiciunt proceſſum,& ordinationẽ litis,ſeruandũ eſt ius fori, vbi litigatur,per l.teſtiũ.in fi.ff. de teſt.dummõ illud ius ſit rõnabile.& ſic non ob.de teſt.c.cõſtitutis.ſi aũt cõtenditur de his,quæ reſpiciũt litis deciſionẽ: tunc ſeruabitur ius loci contractus,ſi naſcitur ex contractu. ff.de euic.l.ſi fundus.C. de vſu.l.1.& præallegatum. c.conſtitutus.de in integ.reſt.& c.cum veniſſent.de eo,ꝙ mit. in poſſ. ſi verò reſpiciunt rem,de qua litigatur:tunc ſeruãda ſunt iura loci,vbi ſita eſt res.de teſta.c.Raynutius.C.de ædi. priua. l.an in totum.& ꝑdictis concordat Cyn.C.de ſum. Tri.l.1.& ibi per Bar.in repetitione.¶ Ex ꝑdictis in ꝓpoſita qõne concludit,ꝙ in primis duobus caſibus illa prima duo ſtatuta valent de ſatiſdatione præſtanda, & lite infra certum tẽpus finienda,& in cauſa clerici,vel eccleſiæ agitanda in foro ſeculari debere ſeruari:aliàs proceſſus non teneat in primo caſu, & inſtantia pereat in ſecundo.& hoc ideò;quia dicta ſtatuta proceſſum,& litis ordinationem reſpiciunt, vt per ſe patet. nam in principali nihil reperit occaſione illorum, quare ſub ditus, & omnes ibi litigantes aſtringunt in tertio arti. qõnis de probatione debiti nõ admittenda per teſtes: tenet.n.hoc caſu,ſtatutum non ligare clericos, vel Eccleſiam. nam ſicut cum reſpiciat litis deciſionem,debet attendi ius loci contractus,vel delicti,vel rei, ſuper qua eſt quæſtio; ita & perſonæ, qualitatem reſpici oportet: nam cum de iure priuilegij perſonam tangentis agatur,ſcđm illud iudicari oportet, coram quocunque iudice agatur.facit.c.1.de iure pa.ſ.eo.lib. & de priui.c.porro.ſm̃ vnam lect.& ita eſt in caſu illo.nam probatio propriè reſpicit perſonam, quæ probationis onus habet ſubire:ius ergo ſibi competens ſeruari debet, in quocunque foro litiget.& ſic intelligi poſſunt.c.cum veniſſent. & c.conſtitutus.præalleg.& de foro compet. c.quod cleri.vbi patet, ꝙ cauſæ clericorum, quas habent contra aliquos (intelligo etiam laicos.& per conſequens in foro ſeculari) debent iure Eccleſiaſtico,& canonico terminari.¶ Sed ob.huic deciſioni quod tenet Ioan.Andr.in q. de primogenito,cui defertur hæreditas ex conſuetudine: an hæc conſuetudo præiudicet clerico ſecundo genito?& tenet,ꝙ ſic,in reg.facti culpa. ſed reſpondet ipſe, ꝙ ideò illa conſuetudine ligatur; quia ante clericatum (ſaltem quando natus fuit) dicta conſuetudine erat aſtrictus quò ad excluſionem ipſius à ſucceſſore clericatus:ergo ſuperueniens non reſtituit ſibi,quod reperit ademptum.l.ſpem ſucceſſionis primogenito iam delatam. ſed in caſu noſtro probationes habent ſuum principium, cum coram iudice producantur. nam ante non poſſunt dici probationes:tunc ergo,cum ſit clericus, ſeruari ſibi debent canones,& ius diuinum, quo cauetur.In ore duorum,vel triũ &c. c.in oĩ.de ver.teſti.& adde qđ dixi.ſ.in 2.q.5. Vt vnũ hic nõ omittam &c.¶ Et hæc dicta ſufficiant de mixtura eccleſiaſticæ,& ſecularis iuriſdictionis quò ad laicos in foro Eccleſiaſtico litigantes:& quò ad clericos in iudicio ſeculari eſt obſeruantia canonum,ac legum in prædictis caſibus. Extra iudicium verò quando laici,& eorum bona ligentur conſtitutionibus canonicis:& econuerſo clerici,& bona eccleſiarum ligentur legibus,& ſtatutis municipalibus,& de ipſorum efficacia in ſpiritualibus,& ab eis dependentibus, plenè proſequor in dicta repetitione c.canonum.Et hinc ſit laus Deo, & Virgini glorioſæ. Amen. ¶ Repetita dicta regula per me Petrum de Ancha.minimum vtriuſque Iuris Doctorem, regentem Cathedram Sexti,& Clementinarum in regia, atque alma ciuitate Bonon.ſtudiorum omnium vera matre. 1400. de menſe Decembris die Beatæ Luciæ Virginis.

ADDITIONES.

a ¶ Ex prædictis.Adde Dyn.hic,& in l.dominium.C.de decu.& in l.1.& fi. C.de iur.om.iu.l.vlt.& de offi.præfect.vrb.

b ¶ Rapinæ.Adde de materia rapinæ Spe.in ti.vi bo.rapto.& in tit. de fur. per totum.

BREVIS EPITOME OMNIVM, quæ ab auctore sunt in præsenti reg. Accessorium pertractata.

SVMMARIVM ferè omnium, quæ tangũtur plenè, & vtiliter in repetitione huius.c. accessorium. per me Petrum de Anch. minimũ vtrinsq; Iuris Doctorẽ. ¶ Et primò præmitto vnum euidẽtiale, qualiter multis modis plura inuicẽ coniunguntur: quandoq; vt totum, & pars: quandoq; vt vnita, sed diuersa: quædam, vt correlatiua: quædã vt cohærentia, & cõnexa: quędã, vt cõsequẽtia: quædã vt perplexa: q̃dã vt principale, & accessoriũ, vt in ista regula: q̃dã alijs modis. de quibus hic. ¶ Secundò exemplifico regulã tribus modis. primò de principali in esse producendo. in quo libet. n. ex prędictis accessorium naturam sequitur principalis, vt in exemplis videbitur. ꝯ. ¶ In tertio notabili tango plenè respectu iuris, si est dubium, qđ sit principale, vel accessoriũ. & pono exẽplum de facto, cum quis impetrauit ecclesiã, quæ habebat hospitale vnitum, de eo non facta mentione: quia erat ęquè principale, non accessoriũ ecclesiæ: sed cõtra ecclesia hospitali: & ꝓ cõsequẽs gra sua subreptitia: an de hoc incũbat onus ꝓbandi. ¶ In tertio no. de natura accessorij non est curandũ: sed de ipsa est necessaria exẽplio in lris ad bũficia: & ꝓ hoc infertur, q̃ in dignitate non curata põt eps dispensare. licèt hẽat annexas ecclesias parochiales. ¶ In quarto, & in quinto notabili induco regulam ad plures vtiles, & quotidianas quæstiones, quas not. ¶ In prima op. plures opi. ꝓsequor de iuramento, qđ venit tanquã accessoriũ ad cõtractũ. nã qñq; confirmat contractũ irreuocabiliter: qñq; tenet adímplere, sed reperit, vt c. debitores. & quare hoc, pulchrè & subtiliter. ¶ Vtrum iuramentum confirmet contractum à iure prohibitum, & retractabilem, qui aliàs prohibetur. & circa hoc de intellectu Auth. sacramenta pub. & de consideratione Bar. quam nõ ꝓsequor. ¶ Vtrum ꝓhibitio statuti sit concepta in rẽ, vel in personã. & quid si minor iurauit, & re ipsa enormiter, vel dolosè sit læsus: an habeat locum Auth. sacra. & deinde per modũ regularũ enumero multos casus, in quibus iuramẽtũ non cõfirmat actũ inualidũ: & an illum, cui ius non assistit. Itẽ vtrũ leges, & statuta possint reprobare iuramẽta, cum sint spũalia, & de foro ecclesiastico. ¶ In 2 op. qñ principalis obligatio tollitur pacto, iuramẽto, pscriptiõe, vel sña: an tollantur accessoria hypothecę. Itẽ pulchra distinctio Cy. de quadruplici accessione psonarũ, rerũ, obligationum, & actionum. & subijcio. q. disputatam. vtrum rescissa venditione per l. 2. C. de rescin. ven. sit rescissum, siue resolutum pignus hypothecæ ante resolutionẽ ab emptore cõtractũ: vł. q̃ non, cum fuerit dns. in cõmẽ. istius reg. accessorium. vide plenè. ¶ In. 3. op. si contractus initus à minore sit nullus, quid iuris de hypotheca contracta in proprijs bonis, & eius curatore super obseruantia talis contractus. Et induco ad quæstionem de laico, qui fideiusserit pro clerico, vtrum possit conueniri in foro ecclesiastico, vel in suo tãtùm: & est quæstio dñica. quã no. ¶ In 4. opin. remissiuè de obligatione pænali, an possit accedere obligationi præter legem, vel contra legem, & secundùm legem. ¶ In 5. op. vtrũ gesta per eũ, q̃ postea deponat ab officio, siue ꝑlatura teneãt, & remaneãt firma. & qd si postea detegatur inhabilis. vt l. Barbarius. ff. de offic. præto. vel superueniat inhabilitas; quia hæreticus efficitur, vel simoniacus. ¶ Et quid iuris, si quis erat excommunicatus, qui habebatur pro non excõicato. vtrũ ordinationes, collatiões, consecrationes, impetrationes literarum ad lites ad eum, vel ab eo suo noïe, vel gesta per eũ teneãt. q̃ disputata ꝑ Io. An. hic plenè relata. ¶ Et prosequor, vtrum excõmunicatio constituentiũ, vel ꝑlati obstet syndico constituto ab eis: vel excõmunicatio eꝓ obstet institutis ab eo; vel excõicatio adulti eius curatori: vel excõicatio filij patri agenti in aduentio. & not. istam. ¶ In 6. oppo. de tacita sequela bonorum mutato statu personæ. & primò de ingrediente religionem, & postea exeunte, an recuperet bona. & quid si ingressus personæ non tenuit. ¶ Et an tacita obligatio ex sequela bonorum habeat locum in minore ingrediente, cum non possit alienare. ¶ Et prohibitio alienationis bonorũ prodigo an extẽdatur ad bona extra territoriũ iudicis interdicẽtis. ¶ quid de sñia confessionis bonorum hæretici, vel alterius: an extẽdat effectum suum ad bona condemnati sita extra territorium iudicis sententiantis: & si extenditur, cui fisco applicabũtur: vtrum iudi. pronunciantis: an illius, vbi sunt bona sita. ¶ In 7. op. de personis, quæ veniunt accessoriè ad delictum, vt mandatores, & ratum habentes, fautores, cõsiliarij, instigatores, receptores, asistentes, & persuadentes qualiter teneantur. ¶ Et prosequor primò de mandante, & mandatario, an sit idem delictum numero: & an sententia absolutoria pro, vel contra vni prosit, vel noceat alteri. Et an in eodẽ libello possint accusari similiter testes de falso, & qui eos ꝓduxit. & an notario cõdenatio de falso noceat domino instrumẽti. Et vtrùm possit esse delictum in mandãte, & nõ in mãdatario. ¶ Prosequor vlterius de ꝑstante operã, siue auxilium, an dicatur teneri accessoriè. & ex quibus actibus dicatur quis ꝑbere auxilium ante delictum in ipso delicto, & vel post. Et an principalis teneatur ex delicto asistentium, & in istis accessoriè venientibus ad delictum: an vnus ex delicto alterius teneatur. Et vtrũ quilibet insolidum, vel pro virili. Et vtrùm consiliarij plures teneantur de dãnis datis à principali raptore liberaliter absoluto, an intelligantur absoluti consiliarij. ¶ In 8. op. de intellectu, siue ratione Clemen. statutum. de elec. vbi accessoria (vt sunt fructus iurisdictionis) non sequuntur iurisdictionẽ deuolutã ad Cap. sede vacante. Itẽ de eo, q̃ dẽt ꝓcurari in aliena ecclesia: eo tamen diuina officia illo die celebrante, q̃ celebrare non potest; quia ecclesia est interdicta, est q̃stio disputata. ¶ Item vtrum prębenda, quæ in tpalitate consistit, dicatur accessoria ad canonicatũ: vt sic collato canonicatu, videatur collata prębẽda illi canonicatui annexa. Et quid si impetrans nouum beneficium facit mentionem de canonicatu, non de prębenda: teneo contra decisio. Rotæ. Quid econuerso si prębenda vacans alicui conferatur: an videatur collatus canonicatus, cui illa prębenda erat annexa: & teneo, quod no. Arch. Et vtrùm traditio possessionis inducat collationem canonicatus, vel prębendę, quibus facta est missio: teneo cõtra Old. ¶ Descendo ad qõnes: & primò reassumo Mercuriale, in qua quæritur. si statutum arctat legentes disputare, & quæstionem disputatam ad stationem ponere sub pæna. Doctor priuilegiatus ad non disputandum, disputet, & non ponat ad stationem: an incidat in pænam. tenet. q̃ sic. ego cõtra pluribus rationibus. ¶ In 2. q. plenè, vtrum resoluta vnione ecclesiæ parochialis per reuocatoriam Bonifacij, siue resoluta perpetua vicaria vicarij ibidem intitulati: vel vtrùm titulus vicariæ alteretur in titulum rectoriæ. Cum ista cõiungo sibi similem disputationẽ. si quilibet archiepś Rauennas in dioc. Imolensi ex gratia apostolica potest conferre vnũ bũficiũ spectãs ad collationẽ epi Immolẽsis, cuius diœc. certa ps est nouæ cathedræ applicata: an in illa noua vacans beneficiũ conferre poterit & videtur, q̃ non: postquã talis mutatio, & alteratio superuenerit. ¶ In contrarium, quia ius quæsitum noua status mutatio nõ ꝓimit. & nota istas quęstiones; q̃a vtiles, & subtiles sunt; vtrũ dissoluant accessoria ipsius rei. ¶ In 3. q. vtrũ miles recognoscẽs castrũ in feudũ ab aliquo, videatur hoc ipso recognoscere territorium. ¶ Et an priuata ciuitate episcopo, remanebit episcopus in comitatu suæ diœc. vel quid erit de ipso. & alias quæstiones tango, qualiter iure accessorij aliqua veniant, & sequantur suum principale, vel non. ¶ In 4. q. de statuto, quo cauetur, q̃ nulla probatio vltra centum lib. possit fieri per testes. modò in instrumento obliganit

gauit se quis ad damna, & interesse: vtrùm ista poterunt probari per testes, si excedant dictam summam. & quia ista probatio est mixta, ex instrũ, quo probatur obligatio, & testibus qb' liq̃dat obligatio, tango de alia. q. disputata de duob' mixtis in vnum: an habeant naturam separatam à suis simplicib'. istę sunt quæstiones disputatę per Ia. Bu. & Io. Cal. ¶ In 5. q. vtrum iudex aliàs non suus, nisi rõne cõtractus, vel possessionis possit minori super dicta causa coram eo conuento dare curatorem in dicta lite, vel dari dẽat ꝓ ordinarium ipsius moris. ¶ In 6. q. ꝓsequor qõnem de facto in hac schismatis tẽpestate sup obligatione cõtracta inter istos duos cõtendentes tã damnabiliter de Papatu: quilibet. n. suis Cardinalibus promiserat voto, & iuramento cedere Papatui, si & qñ alter renunciaret, & nullus ex eis volebat incipere, asserendo sñm formam dictæ obligationis ad hoc non teneri, nisi alter primò cederet. & sic econuerso etiam ille alter dicebat. ibi plenè videas, quid respõderim tũc interrogatus. & cadit ista qõ sub materia de perplexis: similiter sequẽs adaptatur cõgruẽtius sub reg. frustra. ¶ In 7. q. refero duas. q. disputatas in dicta materia de perplexis. si statuto cauetur, q̃ bannitus non audiatur agendo, vel defendendo: si agit bannitus contra bãnitum, & opponatur exceptio banni, & actor replicet contra reum de banno: an audiat agentem, vel excipientem. Et si milis quæstio in duobus non soluentibus gabellam: an audiat actorem agendo, vel reum excipiendo, cum sub pœna neutrum per statutum debeat audire. ¶ In 8. q. si statuto cauetur, q̃ nulla propositio in consilio possit fieri, nisi per capitaneum. ¶ Alio canetur, quòd capitaneus desinat esse capitaneus ipso iure, si proposuerit de aliquo bannito eximendo à banno, qui proposuit, & obtentum fuit: an valeat. & videtur quęstio puncti, vtrum. s. in ipso actu desinat, an post eum firmatũ. similis est qõ: si eps ecõicat, si eligat, vel appellet: an statim, cum se parat ad eligendum, vel appellandum, sit excõicatus: vt sic videatur excommunicatio præcessisse: an demum electione, vel appellatione perfecta. & sic videatur excõmunicatio sequi. & istæ sunt vltiæ. Laus Deo. Et sunt circa quinquaginta dubia vtiliter discussa cum multis alijs.

SVMMAE.

1 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
2 *Accessorij natura non est criminosa.*
3 *Vacca vendita habente vitulum, iure accessorii venit vitulus.*
4 *Sententia lata contra principalem poęst mandari executioni contra fideiussorem.*
5 *Confessio facta à filiofamilias sine consensu patris non valet ipso iure.*
6 *Casus, in quibus iuramentum non firmat cõtractum irreuocabiliter.*
7 *Leges an possint reprobare contractus iuramento vallatos.*
8 *Obligatio principalis tollitur pacto.*
9 *Obligatio accessorij est efficacior, quàm principalis.*
10 *Obligatio fideiussoris est accessoria.*
11 *Acta, quæ gerit excommunicatus, an valeant.*
12 *Satisfactio mandatoris an liberet mandatarium.*
13 *Sententia lata contra vnum, an noceat alteri.*
14 *Traditio possessionis an inducat collationem.*
15 *Canonici si vocant non vocandum ad electionem, an valeat electio.*
16 *Interpretatio benigna in ambiguis est fienda.*
17 *Territorium castri subiacet castro.*
18 *Incestuosus an poterit dispensari cum nato ex adulterio, & incestu.*
19 *Iudex Ecclesiasticus de accessorio est index competens.*
20 *Clerici facientes schisma possunt comprimi, vt desistant, per principes seculares.*

CAP. XLII.

ACcessorium. a In repetitione huius regulę, ꝓ clariori intelligẽtia quædam pro euidentia præmittam, quæ latius postea per quæstiones prosequendo reassumam. ¶ Secundò vltra exempla, de quibus in glo. alia addam vtilia ad idem tendentia. ¶ Tertiò notabilia colligam. ¶ Quartò ad oppositiones gl. descendam, & alias q. extra gl. subijciã. ¶ Quintò de his, quæ præmisi in Euidentialibus, quædam ex eis per quæstiones vtiles latius declarabo. ¶ Reuertar ad primum, & præmitto, q̃ plura se habẽt adinuicem diuersimodè. Quædam enim se habent, vt totum, & pars. de his. ꝯ. eo. c. in tota. & ff. de rei ven. l. quæ de tota. & in l. insulę. de iud. & l. rectè dicimus. de ver. sig. & l. qui vsumfru. de ver. obli. per Bar. Quædã habent se vt vnica, licèt sint diuersa. & de istis, ne sede vac. c. 1. & l. 1. alias. 2. ff. de leg. 1. per Bart. Quædam se habent, vt correlatiua. de istis vt in l. fin. C. de indic. vidui. & l. 1. C. de sacr. san. eccle. per Bald. post Bart. in l. fin. de accep. Quædam habet se, vt cohærentia, & connexa, vt offic. & beneficium. & de istis in c. transl. ato. de consti. & Clemen. cupientes. de pæ. Quædam habent se vt consequentia: quia ad positionem vnius sequitur positio alterius, & similiter econuerso, ad destructionem, & corruptionem: exempla in l. illud. de acqui. heredi. Quædam habent se, vt perplexa. Quædam, vt contraria, & habent se, vt translata, siue alterata cum persona: vel res de vno statu transit ad alium. Quandoq; vt prorogata. exempla vt in ca. P. & G. de officio deleg. quandoq; vt subrogata, & est, cum vna persona, vel res loco alterius subrogatur. & de istis in ca prior. ꝯ. eodẽ. Quandoq; identitas rationis vel similitudinis diuersa complectitur siue coniungit. & de istis exemplum in ca. 1. s. de temp. ord. eodem libr. & l. fin. C. de sacr. san. eccle. & l. si quis seruo. C. de furt. Quædam habent se, vt incidentia, vel emergentia circa aliquod principale. & de istis in cap. 1. de ord. cog. & cap. tuam. eodem titu. Quædam habent se vt principale, & accessoriũ: & de istis in ista regula. ¶ Super cuius regulæ declaratione venio ad secundum, scilicet ad exempla. Et potest exemplificari regula tribus modis. Primò cum q̃rit de ipso principali in esse producendo. Secundò de ipso principali in esse producto conseruando. Tertiò de ipso principali perimendo, siue corrumpendo. ¶ De primo pono exemplum in iurisdictione commissa alicui. Nam videntur commissa oĩa, sine quibus expediri non potest. l. 2. ff. de iur. om. iudi. & cap. præterea. de offic. deleg. & glo. ponit exemplum de c. prudentiam. de dona. inter vi. & vxo. ¶ Circa scdm de principali interesse producto conseruando. pono exemplum in c. si super gratia. de offi. deleg. s. eo. lib. vbi in virtute principali accessorium sustinetur, quod aliàs expiraret. & huic exemplo concordat, quod not. Bart. in l. fundi venditor. de acqui. pos. vbi commissio executionis sententiæ non expirat re integra, mortuo mandatore, vel finito eius officio: quia executio venit accessoriè ad sententiam, cuius effectus durat, mortuo mandatore, vel eius officio finito. l. gesta. C. de re iudicata. ad idem c. cũ ex officio. de præscrip. ¶ De tertio in peremptione principalis pono exemplum cum gloss. in cap. & hoc diximus. 17. quæstio. 7. & cap. 2. de no. ope. nun. & l. eos. C. de vsur. vbi in cursu prescriptionis accessorium sumit sibi naturam sui principalis. pone etiam exemplum in obligatione bonorum accessoria ad personam, vt extinguatur etiam quæstio bonorum accessoria. l. 3. C. si pen. ap. mors inter. pone etiam exemplum in coadiutore, cuius officium finitur mortuo principali. c. grandi. in fi. de sup. neg. pla. s. eo li. & l. quæsitũ. ff. de tut. & cura. da ab his. pone exemplũ etiam in c. præsenti. s. eod. li. de offi. deleg. vbi finito legationis officio, expirant ꝓcessus pendentes, & gratiæ nõ fortitæ effectum. ad idẽ Cle. pastoralis. in fi. de re iud. Et ista exempla habent locum, cum principale tenuit à principio: sed postea est corruptum, siue extinctum. si verò principale à principio fuit nullum: tunc accessorium, & dependens ab eo simpliciter debet dici nullum. l. non dubium. C. de legi. l. cum principalis. ff. eod. & c. si diligenti. de foro cõpe. & c. cum inter vos. de re iudi. Ex istis & similibus exemplis potest casus in ista regula figurari. interim transeo ad tertium. s. ad notabilia. ¶ No. primò post Ioan. Andr. quòd accessorium ex principali productum, vel deriuatum illius efficaciæ, & naturę debet esse, cuius est producens

ducēs vel deriuās: & hoc ſiue loquamur quò ad eius in eſſe ꝓ ductionem, ſiue quò ad eius perēptionē, vt patet in iuri. pal.

pèr Io. An. post Inn. in c. de quarta. de præscrip. vbi de quasi possessione eligendi, & decimandi: & quibusdam alijs, an dicantur habere cãm continuam, an discontinuam: & quæ tẽpora requirantur in ipsis iur. præscribendis. facit. c. cũ ecclesia Sutrina. de cã pos & proprie. ¶ Quæro ẽt incidenter; qa. s̃. dixi, seruitutes habentes cãm continuam prędscribi minori tpe, q̃ alias non habentes: quæro quæ seruitutes dicantur habere cãm continuam, & quæ discontinuam, & quę quasi cõtinuam. ¶ Ad hoc dico, cp illæ dicuntur habere cãm continuam, vel quasi, ex quibus pcipitur commodum facto naturæ. pone exemplum in aquæductu non exigente factũ hoís, & stillicidio, vt l. 2. C. de serui. & l. foramen. de serui. vr. pdio. sed illæ, ex quibus non põt percipi commoditas sine facto hoís, & quatenus homo uitur, dicuntur habere cãm discontinuam. pone exemplum in d. l hoc iure. § ductus aquæ. & in seruitute viæ, & itineris; quia non potest hõ semper ire. & sic non habẽt cãm continuam, vt l. seruitutes. de serui. Et ratio differentiæ est; quia natura semper est, & esse potest in actu, & operatione: sed homo non semper est in actu, & operatione, vt d. l. foramen. & sunt hæc verba Bald. post Cyn. Iac. Bu. & Bart. in l. 2. de serui. & aqua. & per illa potest dici, cp quasi possessio iuris eligendi dicatur habere cãm continuam; quia naturaliter per mortem, & alijs modis potest ecclesia quoti die vacare, & per hoc ius eligendi in habitu potest in actum deduci, vt d. l. foramen. sed tamen, vt supra dixi, illa quasi possessio retinetur animo: ideò dicitur habere causam cõtinuã, vt in alijs supra dixi. ¶ Circa hoc etiam quæritur in ista præscriptione seruitutum, vtrum præscriptio procedat ex quasi possessione naturali: an ex quasi ciuili. In rebus enim corporalibus tenet hic Dy cp ex sola ciuili procedit præscriptio, vt latius infra dicam: sed in incorporalibus est dubium, quod mouet Iac. But. in l. 2. prędallegata. & ibi dicit, cp si seruitus habet causam continuam, procedit præscriptio ex ciuili, & naturali; quia vsus continuus in talibus habetur loco naturalis possessionis. Sed in his, quæ non habent causam continuam, refert opi. & tenet illam Dy. cp ex ciuili procedit prędscriptio: sed secundum hoc videtur, cp in non habentibus causam cõtinuam, deberet præscribi, sicut in alijs, cum ciuilis continuata sufficiat ad vsuca. vt hic plenè per Dy. Sed dicit Iac. cp ista mera ciuilis seruitus, si habeat causam discõtinuam, videtur quotidie interrumpi per dominum possidẽtem fundũ: ideò requiritur tempus, cuius contrarij memoria non existat. aliter dicit Bar. in l. 1. ff. de acqui poss. in alia qõne, vtrum possessio incorporalium diuidatur in ciuilem, & naturalem. dic vt ibi. ¶ Opp. decimò, & videtur, cp licèt ratione continuatæ quasi possessionis possint ista iura seruitutis præscribi: tamẽ alia rõne pscriptio impediatur. s. ratione malę fidei. cõstat. n. cp quælibet res præsumitur libera vsque ad cœlum, nisi probetur serua, vt l. altius. & l. si tibi. C. de serui. præscribẽs igitur seruitutem scit, vel scire debuit rem esse liberam. & sic in prę scribendo habet malam fidem. ergo &c. vt s̃. c. proxi. omnes enim scire debent, qđ suum non est, ad alios modis omnibus pertinere, vt l. cum quærebatur. C. vnde vi. in re igitur aliena non videtur licitum aliquid facere iure seruitutis. nam in rebus alienis &c. vt l. fi. C. de pact. & 1. dist. c. omnes leges. cum ibi no. in 6. q. 3. c. scriptũ est in l. ratione ergo præsumptæ malæ fidei videtur in istis corporalibus impediri præscriptio, vt s̃. c. proximo. & de præscrip. c. fi. nam aut incipit vti mala fide: & non præscribit. aut credidit sibi licere: & tunc errauit in iure, quod prohibet talem vsum, vt d. c. oẽs. & c. scriptum. In præscripcionibus autem iuris error nocet, vt l. nunquàm. ff. de vsucapio. & c. qui contra iura. ỹ. eo. Ad idem. s̃. eod. lib. de restitu. spo. c. ad decimas. vbi si quis posidet decimas in aliena parochia, præsumitur vsurpasse, nisi doceat de titu. vt enim dicit Compostel. cogitur possessor ostendere titulum, quando posidet id, quod ius negat. 100. distinctio. c. contra morem. de decimis. c. dudum. & ita not. in c. constitutis. s̃. de elect. Timore istius contrarij dicunt quidam, quòd præscriptione seruitutis requiritur titulus, sine quo abesse præsumitur bona fides, per ea, quæ dicta sunt. sed hæc opinio non est vera in seruitutibus realibus, in quarum præscriptione titulus requiratur, sed tantummodo bona fides, vt l. si quis diuturno. ff. de seruitu. vrba. prædio. & not. in d. c. de quarta. in nouel. Et quare magis requiratur titulus in præscriptione rerum corporalium, vel in seruitute personali vsusfru. vide per Cyn. in l. 2. C. de seruitu. in 5. quæstio. ¶ Vera ergo solutio est, quam ponit Cyn. in l. 1. C. de seruitu. in 4. qõ. & Barto. in l. 1. §. interdicto. ff. de itine. actuque priua. vbi dicitur, cp ille, qui nititr ex præscriptione, ꝓbare dẽt illud, propter quod ipse motus sit ad credendum sibi seruitutem competere, vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. sed si in re. puta erat de hoc fama in contrarium. per hoc enim potuit iustè credere, & per hoc habere bonam fidem. argu. eius, quod not. in l. 3. C. de proba. & l. atqui natu. §. 1. & quod ibi not. ff. de neg. gest. idem si erant signa viæ, & itineris, siue alia, quæ possent inducere animum ad talem credulitatem. facit ad prædicta quod leg. & not. in c. cura. de iure pat. ¶ Ex prædictis apparet differentia inter corporalia, & incorporalia quò ad præscriptionẽ. nam in corporalibus præsumitur bona fides, nisi probetur mala, vt s̃. not. de præscrip. c. sanctorum. & c. si diligenti. In incorporalibus non præsumitur, nisi probetur, saltem per ꝓbabiles coniecturas, vt dixi. Sed dices: cum in re aliena naturaliter libera præscribatur seruitus secundùm ius gentiũ, quo iure libertas agnatorum subsistit, videtur ad præscriptionem semper exigi tempus, cuius contrarij memoria non existit: vel saltem titulus, qui causam tribuat præscribendi, vt c. 1. s̃. eod. lib. de præscrip. Sed ego dixi pluries contrarium, & quòd minori tempore, & cum credulitate bonæ fidei, & si ne titulo præscribuntur. ergo male. ¶ Solu. quandoque dispositio iuris est certa in genere, & in specie (puta cp decimæ pdiorum intra Bonon. dioc. spectent ad Bonon. epis copum:) tunc, vt contra ipsum præscribatur, requiritur titulus, vel tẽpus, de quo in d. c. 1. Quandoque dispositio iuris est certa in genere, & non iure positiuo, sed gentium introducta, vt liber tas agrorum. & tunc, cum contra istam libertatem iura positiua, & vsus gentiũ introduxerint seruitutes, non potest dici, cp talis præscribat contra ius commune: propter frequentiã igitur seruitutum, & quia ius positiuum non resistit (sicut in decimis, & alijs prohibitis hoc facit) ideo legitimo tempore præscribuntur, nec in eis vendicat sibi locum illud c. 1. sed bene hẽt locum in vectigalibus exigendis. in iurisdictione, & alijs pluribus est specialis prohibitio, vt C. noua vecti. per totum. & c. super quibusdam. de verb. signifi. & d. c. contra morem. Vel potest dici, quòd præscriptio seruitutis est parui præiudicij; quia rei dominium, vel possessionem non aufert: sed rem ipsam cuidam oneri seruitutis supponit. vnde quia agitur de modico præiudicio, non exigitur tam solemnis ob seruantia, sicut de abdicatione totius dominij, & magno præiudicio, q̃ est rõ Dyn. in c. s̃. proximo. & Cyn. C. de serui. in l. 2. in 5. quæstio. ¶ Vndecimò, & vltimò oppo. & videtur, cp etiam vbi nulla est possessio, vel quasi possessio, procedat præscriptio, vt patet in obligationibus personalibus, contra quas præscribitur spacio. 30. anno. vt l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. anno. & tamen ibi nulla est possessio in persona debitoris præscribentis, vt patet ex not. plenè per Cyn. in l. fi certis annis. C. de pact. & Ioan. And. in c. peruenit. de censi. Solu. fatendum, quòd illa præscriptio non fundatur super aliqua possessione præscribentis, sed super negligentia non petentis, vt l. fin. C. de anna. excep. nam potius tu, qui petere negligis, perdis, quàm ego præscribam, cum penes me debitorẽ nulla sit possessio. & per hoc infert Bar. quòd. ca. proxi. quo cauetur, quòd malæ fidei possessor vllo tempore non præscribit, non corrigat iura ciuilia, quæ contra actiones personales statuunt præscribi spatio triginta,

vel.40.anno.quod dictum c. loquitur in præscriptione, quæ ex possessione procedit.ista vero ò contra personales actiones procedit sine possessione. ergo in ipsa lege remanent incorrecte. & idem credit in statutis, quibus cavetur, q̃ creditor non petens debitum infra certum tempus, cadat à iure suo, vel non audiatur. & hoc ipse no.in l.sequitur.§.si viam. ff. de vsuca.subijcit tamẽ illã suam opi.determinationi fori sanctæ matris Ecclesiæ,& theologorum. ¶Sed ista opi.non vr vera. primò quia omnis præscriptio ciuilis, quæ procedit cũ mala fide,corrigitur à canone,vt in c.fi.de præscri. vbi nulla valet absq; bona fide præscriptio tam canonica, q̃ ciuilis.& rõnem præmittit(quoniam oẽ, quod non est ex fide,peccatum est.) Istud ergo ca. & eius ratio complectitur omnem præscriptionem cũ possessione, vel sine.nam de possessione nulla fit ibi mentio. sed generaliter loquitur de quacunque præscriptione: vt quicunque præscribit, in nulla parte rei habeat conscientiam alienæ.& ponderat[rei]quod adaptatur ad omnes contractus,& obligationes, vt l.1.in fi ff si cer.pe.¶Præterea qui detinet alienũ, similis est prædoni,& ab eo parum distat quò ad periculum animæ,vt l.sæpe contingit. de resti.spo.& in illa materia præscriptionis,quæ currit cum mala fide, hic principaliter ponderatur,vt d.c.fi.& c.vigilanti. eo. tit. quia enim talis præscriptio procedit cum peccato, & cũ periculo animæ; ideò ius canonicum corrigit ius ciuile,vt no.in ca.s. proxi.¶Præterea secundum Bar.debilior est prescriptio possessione munita,quàm totaliter nuda:cum tamen debeat esse potentior.ar.l.1.in fi.ff.vti poss. non aduertit ergo Bar.ad rõnem cõstitutionis canonicæ, quæ tendit ad exclusionem peccati:sed ponderauit corticem verborum.c. præcedẽtis, dum dicit(possessor malæ fidei)&c.nec meminit de.c.fin. quod generaliter loquit.& pro constitutionis cã præmttit vitationem peccati.Item hoc esset nimis restringere mentem iuris canonici. nam non haberet locum in debitore certæ speciei actione personali obligato, cum ibi debitor non præscribat rem suam alteri debitam: sed contra personalem actionem, qua tenetur: & sic sine possessione. ¶Item perempta re,quã quis prescribebat cũ mala fide, etiam culpa possessoris, vel dolo, succedit obligatio ad interesse,siue æstimationem: & secundum eum cõtra istam obligationem succedat,an debitor malæ fidei præscriberet;quia nihil possidet:quia tamen non præscriberet,cum possideret, melior esset cõditio illius,qui plus delinqueret,& peccaret contra mentem iuris.argu.cap.cum haberet.de eo, qui dux. in matri.Ex illis etiam patet, q̃ sua illatio de statuto, quòd creditor non potest post certum tempus petere debitum,non est bona. nam quia tale statutũ fundatur super mera negligentia non petentis,non valet ppter peccatum,& animæ periculum,quod versatur in tali præscriptione, vt no.Io.An.in c.fi.de præscrip. secus si propter rõnabile odium,vel præscriptionem fraudis excluderet creditorẽ post certum tempus,vt disputando tenuit dñs Bal. & Bar. in l.omnes populi.de iusti.& iure.in prin.quorum dicta retuli in repe.s.c.proxi. ¶Cõcludo igit, q̃ c.malæ fidei. & constones canonicę dñt generaliter intelligi in omni præscriptione ciuili,quæ procedit cum mala fide.& intelligas.mala fides,vera, non ficta.vt no.Dy.in c.s. proxi.& Ioan.Andr. in ti. de præscrip.in addi.Spe.¶Item intelligas,cum intendit præscribere contra creditorem,cui actio competit.secus si nondum cõpetit,sed potest competere acceptando, vt in legatario quantitatis,uel speciei.ante enim, quàm acceptet,contra eum hæres præscribit,vt dicitur in præscriptione malæ fidei, postquam non apparet legatarium agnouisse legatum. quod est nouum dictum.& ita consuluisse se dicit Bal.¶His itaq; contrarijs declaratis, circa præscriptionem iuris incorporalium videndum est de materia quasi possessionis iurium incorporalium, quæ varijs locis, & confusè nimis traditur per Doct. iuris canonici, & ciuilis, eam plenius inferius declabo. ¶ † Primò quæro, quotuplex est possessio incorporalis. & circa hoc repeto latius, quod dixi superius in 8. contrario. & dico,quòd possessio incorporea reperitur in iure personarum:& in hoc iure duæ sunt possessiones extremæ, scilicet libertatis,& seruitutis,vt l.liberalis.§. fi.ff.de libera.cau. & l.ius eius.& l.fi de possessione.C.de proba.sunt & quædam aliæ quasi possessiones status personarum,vt clericorum, libertorum eorum,qui vocantur originarij,& censiti,& plurimorum aliorum,de quibus Inst.de iure perso. per totum. & C.de agri.& censi.& alijs titulis illius lib.11,& cap.2.de iud. & cap.si iudex laicus.supra eo.lib.cum si. quædam quasi possessio reperitur in iure rerum,sicut est quasi possessio seruitutum:quia seruitutes rebus cohærent,& sunt ius in corpore. l.2.ff.de vsucap.quædam reperitur in actibus hominũ;vt qua si possessio iuris eligendi,iuris præsentandi,& similibus,vt in cap.cum ecclesia Sutrina.de cau.pos.& proprie.& cap. consultationibus.de iure pa. quædam reperitur similis in iure personarum,& rerum;vt quasi possessio iurisdictionis,quæ concernit personas,& concernit territorium, tanquam iurisdictioni subiectum: & concernit actus hominum in sententijs proferendis,& decretum interponendum. harum autem possessionum quædam repræsentantur per res, quibus insunt, vt l.3 §.dare.ff.de vsufru.& ff.de seruit.l.fi cui.& ista est vera repræsentatio,quæ designat rem,prout est.quædam repræsentantur per signa episcopalis dignitatis,vel abbatialis per mitram,& alia dignitati insignia deputata, vt ca. vt Apostolicæ. de priui.cum enim hominum status, conditio, & fortuna sit multiplex,vt prædixi,non potest cognosci aliter,quàm per signa,vt clericꝰ à laico:miles à priuato:meretrix à matrona:iudeus à Christiano, & sic de singulis, vt per ordinem probat. ff.de contrahen.emp.l.quia difficile. & d.c.si iudex laicus. & l.si ignorãs.ff.loca.& l.ite apud §.fi qs virgines.de iniu.& de iudeis.c.in nõnullis.concor.ibi no.& ista signa sunt deputata istis incorporalibus quandoque à iure communi, quandoq; à consuetudine:circa quod omnino vide,quod no.in c.vt nostrum.s.de offi.archi.in nouel.facit.c.dudum.§.sed cum in iure.de elec. ¶Quædam quasi possessio repræsentatur pactus hominum, & constituitur ab ipsis,sicut per electionem constituitur quasi possessio iuris eligendi, & ex actu incipit creari quidã habitus,seu quasi possessio ciuilis.& sic in quasi possessione iurisdictionis iuris præsentandi,excommunicãdi, & similib,put.J.appatebit.¶Et ex his collige, q̃ in incorporalibus q̃dam quasi possessio adhæret reb.corporalib. vt in seruitute vsusfructꝰ & sim.quædã,quæ nõ adhæret alicui rei corporali;vt quasi possessio iuris eligendi, præsentandi, & simi. & videtur inter istas differentia, vt no. Io. And. in cap. cum nostris.de concess.præben. vbi plenius in commento Io. Cal. 6.& 7.q.& dicam infra.¶Et similiter est quædam quasi possessio,quæ cohæret quibusdam dationibus,vel factis, vt si alicui ecclesiæ debetur census, vel aliud in facto, vel in dando consistens annuum,vel menstruum signum subiectionis, vel fidelitatis.nam licèt fidelitas,& subiectio non sit plena seruitus,est tamen quædam species seruitutis,vt nota.ff. de vsufructu le,l.si vsusfru. & ista incorporea possessio nõ est fundata super aliqua re corporea: habet tamen multum iuris in amittendo, & retinendo habet;diuersam naturam à possessione rei corporalis,vt patet ex no. per Inno.in d. ca. cum nostris. & cap.olim.3.de restitu. spo.vt J.repetam. ¶Præmitto etiã, q̃ incorporalia ad similitudinem rerum corporalium rediguntur.& inuisibilia,vt sunt iura, per ea, quæ videntur, cognoscũtur. vnde sicut in rebus corporalibus aliud est res(puta fundꝰ:)aliud possessio rei:aliud perceptio cõmodi:& hæc quodam ordine se pariunt; quia ex possessione fructus acquiritur, & non ex causa: sed ex ciuili, ut not ff. de acqui. pos. le. 3. §. ex contrario. sic in rebus incorporalibus (puta in iure eligendi) aliud est ius, aliud quasi possessio, aliud est possidere, aliud est ire,& aliud est iter, ut Insti.de stipu. seruo.§.sed cum factum.possidere enim est actus ipse,qui est causa

causa possessionis:& licèt actus, scilicet eligendi sit momẽtaneus:tñ ipsa quasi possessio hẽt cãm continuam, & quasi naturalem, vt dixi.s. in 60. oppo. huic actui intrinseca vtilitas inest, q̃ appellatur fructus. & est in eligente,tanquam in eo, qui ferit, & in electo, tanquam in eo, qui metit voluntatem possessoris. aufert enim electo commodum: quia debet eius electio confirmari, & præsentatus institui, vt c. pastoralis. de iure pa.Verbum aũt præsentatus est semẽ eius,qui exijt semi nare semen suum.¶ Ex quo inferas, q̃ iste fructus, qui nascitur,vt prædictum est, potest dici fructus industrialis potius, quàm naturalis.nam homo,nõ natura dat sibi esse, & formã: quia de non esse deducit ad esse, & ad vsum esse: fructus autem naturales non seruntur manu,vt ff.de contrahen. emp.l. cum manu sata.& ista verba ponit dominus meus, dominus Bald.in l.2.C.de seruit.& aqua. & hoc vltimum (scilicet quòd fructus quasi possessionis iuris eligendi.sit industrialis) not. Innocen.& Ioan.Andr.in cap.in literis.de restit. spo. & ibi in commento Ioan. Cald. ¶ His igitur pro clariori intelligentia generaliter sic præmissis,quia(vt dixi) & in iure personarũ,& in iure rerũ,& i iure rerũ & psonarũ,& in actibus hoim istæ quasi possessiones reperiuntur plenè, de quibus ex multis inquirendum erit. nam de omnibus tractare laboriosum esset nimis.& ideò de illis,de quibus dicturus sum, circa quã libet quasi possessionem quæram de tribus modis principaliter. Primò qualiter quasi possessio acquiratur.Secundò qualiter retineatur,& de ipsius quasi possessionis effectu. Tertiò qualiter amittatur. ¶ Primò ergo quæro de quasi possessione,quæ est in iure rerum: puta seruitutum realium, qualiter dicta quasi possessio acquiratur. Ad hoc respondeo, quòd sicut supra proximè dictum est,possessiones rerum incorporalium ad similitudinem possessionis corporalium rediguntur. Vnde sicut in acquisitione istius veræ possessionis requiritur animus,& corpus,vt ff.de acquirẽ.pos.l.possideri.& l. quem admodum.eodem titu.& C.eod.titu.l.licèt. ita est in acquisitione quasi possessionis seruitutis, siue iuris incorporalis. & hoc no.Ioan. Andr.post Innocen.in c. literis. de re. spol. vbi circa hoc mouet dubium, vtrum incorporalia si adhærent rebus corporalibus, sicut est seruitus rustica vrbana, & decima ad acquisitionem quasi possessionis, sufficiat nuntio, & inductio in rem ipsam.videtur, q̃ sic.l.3.§.dare. ff. de vsuf. vbi dicitur, dare autem vsumfructum intelligitur, cum induxit in fundum legatarium, cum ue patiatur vti frui. exponitur enim,ve, pro ;. & nam sola traditio fundi non videtur sufficere,nisi interueniat vsus,vt ff.de publ.l.si ego.§.1. vel dic & melius, q̃ aliud est in vsufructuario fundi:aliud in habente seruitutem. vel decimam.vsufructuarius enim habet naturalem possessionem fundi, in quo habet vsumfructum, vt ff.de acquiren. pos. l. naturaliter. & l. possessio. decimarius verò nullo modo possidet fundum,in quo decimam possidet. nec is,cui competit seruitus, habet possessionem aliquam fundi seruientis.sola ergo traditio,siue inductio in fundum non sufficit ad acquirendam quasi possessionem decimæ in ipso fundo:sed per vsum quæritur.puta cum præstatur,& soluitur decima.& hoc fortè sufficit sine aliqua introductione in fundũ: sicut quasi possessio in annua præstatione, non in fundi traditione, vt in c. querelam. de elec. illud dico in seruitutibus, vt vsus pro traditione possessionis habeatur. Vnde dicit lex Nulla huiusmodi iur.vacua traditione in.l. quot.ff.de seruit. Ex vsu ergo quærere intendentis, & patientia eius, contra quem acquiritur, nascitur, & in esse producitur quasi possessio rei corporalis. puta si te sciente, & patiente ingredior fundum tuum causa acquirẽdi possessionem. secus si te ignorante,vt l.clam possidere.§.qui ad nũdinas. & l.peregre.§.fi. ff.de acqui.pos.& dixi.s.in prima charta.ver.idem si possidet clã.Est tñ differentia;quia obligatus ad traditionem rei corporalis liberatur,semel tradendo,vt l. in numerationibus.de sol.& de statuli.l.seruus si hæredi.sed traditio quasi possessionis incorporalis per actum patientię,siue pati, habet tractũ successiuum,& obligatus est perpetuò pati.facit.quod no.in l.corruptionem.C.de vsu.& hab.& not. Bart.in l.2. §. & harum omnium.de ver.ob.¶ Sed hic incidenter quæro,vtrùm quilibet vsus cum patientia alterius sufficiat ad quærendam istam quasi possessionem incorporalium.ad hoc dico, quòd quædam sunt seruitutes affirmatiuæ; vt posse ducere aquam per fundum tuum, & similia. & quædam sunt seruitutes negatiuæ: vt altius non ædificare. In affirmatiuis subdistingue. nam quædam inchoantur per modum facultatis: quædam per modum iuris debiti. ¶ Primo modo pone exemplum.p fundum tuum habeo potestatem, eundi, nisi prohibitus sim, vt l.per agrum.C.de serui.cum ibi not.& 1.di.c.omnes leges. & c.scriptum.6 q.3.& hoc casu dt lex,q̃ antequã sim in quasi possessione talis seruitutis,oportet,q̃.30.diebus iuerim,vt l.1.ff. de iti. actuq; priua. ¶ Secundo modo q̃n per modum iuris debiti.pone exemplum. cum duco aquam per fundum tuum.nam de hoc non licet in fundo alieno, nisi per modum iuris debiti,& hoc casu quæritur possessio talis seruituris per vnicum vsum tantùm,domino sciente, & patiente, vt l.2.C. de serui.& l.1.§.pe.de aqua plu.arc.& l.1.§.qui aũt.de aqua quoti.& q̃sti.¶ Quidam verò sunt actus indifferentes, inordinati,& vagi;vt ire per fundum alienũ. nã hoc iure familiar. fit,nõ iur.seruitutis,vt l.si locus.§.fi.ff.quẽad.ser.amit. & l. vt pomũ.de serui.& per istos actus nõ ,pbat quasi possessio,nisi ex verbis prolatis,vel alijs indicijs hoc præsumi possit.¶ Quidam sunt actus appropriati, qui non solent fieri citra ius, & nomen possessoris;vt facere aquæductum per fundum tuum, & interesse electioni:tunc per vnicum actum ritè factum probatur quasi possessio. & illam theoricam tradidit Cy. post Pet.in l.1.C.de serui.& ibi per Bart.& Bald. & fuit originaliter Innocen.in c.bonæ.2.de postu.prælato. & ibi in nouel. & c.cum ecclesia Sutrina.de causa pos. & proprie. vbi ex prædictis infert de semel admisso ad electionem: q̃ per hoc sit quæsita quasi possessio.alle.l.1.§.quæsitum.de aqua quoti.& æsti.Sed si vnus episcopus in domo alterius episcopi,vel vnus miles in domo alterius militis prandieret, vel hospitaretur, etiam mille vicibus,non præsumeretur per hoc ei q̃sita quasi possessio prandendi, siue hospitandi. nam talia consueuerunt fieri potius de gratia,& iure amicitiæ,quàm iure debiti. tales ergo actus ad communem vulgi intelligentiam referendi sunt,sicut & verba,vt c.ex literis. de spon. ¶ Aliud dicendum est,in eo,qui visitans suam diœce.& iure debiti exigẽs hospitia,& prandia recipiatur à subdito suo. nam quia tales consueuerunt recipi iure debiti,quæritur in talibus quasi possessio de facili.ar.de præscrip.c. cum ex officij. & de censi.c. sopitæ.facit l. qui iure familiaritatis. de acquiren. pos. ¶ In actibus ergo indifferentibus, & qui possunt fieri citra ius, & nomen possessoris,& etiam dicto nomine.scilicet æquirendi possessionem,dicit notabiliter Innocen. q̃ ex qualitate psonarum,& actuum,atq; frequentia,& modo petendi.& exercendi,& alijs circunstantijs arbitrabitur bonus iudex:& is tũc refundet in alterũ onus probandi. & ita no.Io.An. post Iun.in d.c.bonæ.sup gl.3.& in c. cũ ecclesia Sutrina.similiter sup.3.gl Bar.ponit exẽplum. si Cõs illius ciuitatis pateret te esse in cõsilio.nõ p hoc nõ esses in quasi possessione illius,nisi ex frequentia actuũ,ad minus.30.diebus,vt l.1.de iti.actuq; pri.sed si pateret te eẽ de priorib,vel te semel ,pponere in cõsilio,tanquã cõsiliarius,ex vnico actu illius iuris q̃ritur quasi possessio,vt l.1.§.q̃ ãt.de aqua quot.& q̃sti.& idẽ dt in certis iuribus:vt ex qualitate actuum requiratur vnus, vel plures in acquirenda illa quasi possessione.& ita no.in d.l.1.de iti.actu que priua. Cyn. etiam in d.l. 1. de ser. in 5. quæstio. ponit exemplum in peregrinis, qui licèt longissimo tempore euntes Romam, vel ad sanctum Iacobum fecerunt trãsitum per istam ciuitatem, non poterunt cogi de cetero ad eundum, si noluerint.Item si ad molendinũ tuum, vel furnum venit ali-

quis ad molendū, vel coquendum panem longo tpe, non potes eum ad hoc cogere in posterū, si recusauerit. & hoc rōne prędicta; quia consueuerunt talia exerceri iure facultatis, nō
9 iure debiti. facit. l. pro hærede. §. Pap. ff. de acqr. hære. ¶† Cōclude ergo, q̄ in acquirēda quasi possessione in seruitute affirmatiua requirūtur plura. s. animus acquirere intendentis, & congruitas actuum inferentium acquisitionem. Item patiē tia aduersarij ēt contra vnum, & si contra plures intendit q̄rere. vide per Inn. in d. c. bonæ. & ibi in nouel. sup gl. vbi si diuersa est iurisdictio in dioece. epi, & plebani: si intendo q̄rere contra vtrumq;, vtriusq; scīa requiritur. si verò cōtra alterū, illius tantùm scīa requiritur. dic vt ibi. & hoc de acquisitione quasi possessionis seruitutis affirmatiuæ. Possessio verò seruitutis negatiuæ (puta altius non tollendi) tunc requiritur, cum quis volēs altius tollere prohibeatur, & prohibitioni acquiescat: tunc enim ille, qui prohibet, quærit quasi possessionē seruitutis in illo ædificio, vt l. 2. C. de serui. & l. fi. ff. quēad. serui. amit. & ita no. Cy. in d. l. 1. & hæc sint dicta de quasi possessione seruitutum. ¶ Sequitur videre, qualiter dicta quasi possessio seruitutis retineatur, & de possessionis effectu. De prima quæstione tangit Cy. in l. 2. C. de serui. & 3. q. vbi dicit, q̄ ad exemplum rerum corporalium dicta quasi possessio retinet solo animo, vt d. l. 2. & l. licēt. de acqui. pos. & secundùm hoc ista quasi possessio diuiditur in ciuilem, & naturalem, sicut possessio rei corporalis, vt hic plenè per Dy. quod tenet Bar. in l. 1. ff. de acqui. pos. in prin. vt dixi. s. in 6. op. ad fi. de effectu etiam istius quasi possessionis tangit Cy. in d. l. 2. in 4. q. dicit enim, q̄ in iudicio possessorio releuat possessorem ab onere probandi, vt Insti. de interd. §. commodum. In petitorio autem distinguit. aut enim quæritur de seruitute personarum: & tunc adhuc releuat ab onere probādi, vt l. liberalis. §. fi. de libera. causa. & l. circa. de proba. si rerum (puta prædiorū) tūc in petitorio non releuat talis quasi possessio ab onere probationis, vt l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. de serui. vrba. prædio. ratio Dy. est, quia libertas rerum est fundata de iure gentium, cum omnia prædia præsumantur libera, donec probetur contrarium: quod probari debet per eum, qui habet psumptionem cōtra se, vt l. sue possidetis. C. de proba. sed in personis non reperitur illa libertas ab origine. nam plures nascunt̄ serui, secundū eum, vt Insti. de iure perso. §. serui aūt. ¶ Conclude ergo, quòd possessio, quæ tenetur contra ius commune, non releuat ab onere probationis, vt cap. ad decimas. de resti. spo. & cap. cum ecclesia Sutriua. de cau. pos. & proprie. cum verò ius commune possess. non resistit, nec contra eam præsumit, non incumbit probatio possessori, vt l. res alienas. C. de rei vendi. & l. 3. ff. vti possi. ¶ Illa tamen latius declarat Bar. in l. si prius. ff. de no. ope. nun. vbi plenè distinguit de illo effectu oneris probandi: an quasi possessio alicuius qualitatis, seu status transferat in eum, qui contradicit, onus probandi. de quo per Dy. in reg. semel malus. infra eodem. refert tamen Ioan. And. post Inno. & Host. in d. cap. bonæ. super glo. tertia. opi. quorundam distinguentium inter corporalia, & incorporalia: vt in incorporalibus qui possidet, præsumatur de gratia, & precariò possidere: nisi p̄bet, q̄ iure suo: sed in rebus corporalibus præsumatur iure suo. Vnde si canonicus dicat se spoliatum quasi possessione iuris elegendi, nō restituetur, nisi probet possessionem suam non esse precariam. idem in illo, qui prætēdit seruituté, vt d. le. si quis diuturno. ipse post eos tenet contrarium in possessorio. nam non impeditur restitutio, nisi probetur ex aduerso, quòd precariò possideret, nec de proprietate poterit sibi referri quæstio. de resti. spol. c. in literis. & l. 1. §. qui vi à me. de vi & vi arma. & hanc opi. sequitur Bar. in l. §. hoc interdicto. ff. de itinere, actuque priua. Si autem sit quæstio non de possessione, sed de proprietate iuris incorporalis (puta confessoria) tunc quasi possessio non releuat ab onere probationis. nam debet docere de iure suo, siue agat confessoria, siue interdicto vti possidetis. de cau. pos. & proprie. c. cum ecclesia. Sed secundum istam opinionem in istis seruitutibus requireretur probatio tituli contra. l. si quis diuturno. & ideo intelligas dictum Inno. & Host. sane, prout dixi. s. in opp. & hæc sufficiāt de effectu istius quasi possessionis quò ad onus probandi non subeundum. ¶ Secundus effectus est, quòd ille, qui est in quasi possessione, siue agat, siue conueniatur, debet ei cauere de non impediendo eum vti seruitute, pendente iudicio, vt est casus secundum verum intellectum in l. placet. ff. de aqua queti. & astiua. ¶ Tertiò prodest in alio; quia si turbaretur extra iudicium, de facto resisteret contra turbantem, vt l. 1. §. vnde vi. ff. de vi & vi arma. quod non esset, nisi possideret. & hoc no. in d. l. 1. & § hoc interdicto. & habet Bar. pro singulari, quòd & in istis quasi possessionibus iuris habet locum illa regula, vim vi repellere licet. de qua in cap. olim. de restitu. spo. & cap. dilecto. de sen. excom. supra eodem lib. ¶ Ex quo infert, quòd si vniuersitas, vel Capitulum coadunatum esset ad aliquid faciendum, & esset aliquis, qui non esset de corpore Capituli, vel vniuersitatis, qui vellet oīno ibi esse, posset per vniuersitatem, & Capitulum expelli: licèt impunè; quia turbat eos in iure, in quo sunt. secundum eum non meminit Bar. de no. per Ioan. And. post Inn. in ca. 1. de immu. eccle. vbi plenè prosequitur de his, qui prætendunt in re sua aliquam seruitutem, si prohibeantur: vel per appositionem obstaculi impediantur, quo minus vti possint: vtrum poterunt de facto resistere, & obstantia remouere? ponit plura exempla. Primo de illo, qui sibi reseruauit cēsum, vel hospitium in aliqua ecclesia tempore fundationis. quod potest. 18. quæst. 2. c. Eleutherius. & ca. quanto. cum ibi not. de censi. vtrum si existens in quasi possessione iurium non admittitur, poterit sua auctoritate domum intrare, & recipere ista consueta necessaria, etiam violenter: & ostia, quæ reperit clausa, frangere. Secundum exemplum est de habente iurisdictionem in loco, vel prælaturam ecclesiæ, & alius locum (in quo talis iurisdictionem exerceat, vel quasi possessionem eccl. siæ habet) violenter intrat, & super se ostia claudit: an possit talem vi expellere, & violēter intrare. Tertium exemplum est, nunquid liceat canonico frangere ostia eccl. siæ, & expellere violentum. Quartum exemplum est in abbate habente capellā subiectam quò ad temporalia: nunquid per violentiā, si non aperitur, poterit frangere ostia talis capellæ, & violenter ingredi. Quintū exemplum est: vtrū si nō liceat remouere violēter prædicta sibi obstācia in exercitio iuris sui: possit tamen illum, qui ei personaliter se opponit, & resistit, quò minus iure suo vtatur, per violentiā distringere, & expellere. Sextum exemplum est, quid iuris in rebus prophanis, siue seculārium priuatorum. puta si habens seruitutem in fundo impeditur ea vti per appositionem sepis, vel muri, vel alterius obstaculi: an possit ipsa impedimenta remouere propria auctoritate, & etiam contra resistentem sibi personaliter se defendere etiam violenter. ¶ Omnia illa exēpla ponit Inno. in d. cap. 1. & in primo exemplo. scilicet in eo, cui debetur census, prandium, vel hospitium: arguit, q̄ possit vim vi repellere, & ius suum defendere: & sic sua auctoritate domum intrare, & hospitari etiam violenter, & necessaria recipere. de resti. spo. cap. olim. ff. quod ui aut clam. l. si §. si ad ianuam. & C. quod cum eo. l. si seruus. & l. quemadmodum. §. 1. & 2. ad leg. Aquil. Ipse tenet cōtrarium: quia in ecclesia, uel ipsius domibus non est uiolentia committenda ratione alicuius iuris sibi debiti: unde qui in eis uiolentiam infert, sacrilegium committit. 12. q. 2. c. nulli liceat. & c. quicunque. no. de so. compe. cap. conquestus. Et si dicatur. cum illud debitum sit reale, quia rem concernit: ergo respectu iuris sui uidetur hoc licere, quia nemini facit iniuriā &c. de elec. c. cum ecclesia. respondet ipse, q̄ ad illud debitum ecclesia pōt dici personalit̄ obligata licèt præstatio concernat rem, arg. l. fin. ff. de contrah. empt. uel posito, q̄ esset obligatio realis, & ecclesia obligata: tñ propria auctoritate non licet inuadere res obligatas: quinimmo nec p̄prias sine magna pœna, vt l. si quis in tantam. C. vnde vi. & l. extat. ff. quod met. cau. quinimmo si cōuenit expresè, q̄ his non exhibitis, possit rem, quam tradidit, cum prædicto onere apprehendere, & occupare propria auctoritate, hoc ei non licet, secūdū Inn. qui ita no. de fo. comp. c. verum. licèt Host. in hoc contra per c. cum dilectus. de dona. & l. 3. C. de pig. Idem tenet Inn. in sexto exēplo: vt impeditus vti seruitute itineris per appositionem muri, vel sepis, non debet dictum murum diruere, vel sepem frangere propria auctoritate, quāuis contra impedientes vsum possit resistere violenter. ¶ Sed p̄dictis obstant leges prælegatæ, scili cet. l. quemadmodum. & l. si ad ianuā. & l. si seruus. Item obst. l. 2. ff. de vsufr. vbi dī, q̄ pro vsufructu inducitur legatarius in possessionē fundi, in quo est relictus vsusfructus, vnde habet naturalem possessionem, vt l. natura liter. ff. de acqui. poss. Item vt s. dixi in 9. oppo. ille, cui debetur seruitus, habet quandam possessionem ciuilem. quare ergo pro ipsa tuenda non habeat illud beneficium amouendi obstacula, per dictum. §. qui ad ianuam. & l. quemadmodū. ¶ Ad hoc respondet Inn. q̄ loquuntur in vero dño soli, cui cedit quicquid ædificatur, plantatur, vel seritur, vt Insti. de rerum di. §. cum in solo suo. & l. 2. C. de rei ven. non mirum ergo, si propria auctoritate potest diruere ædificium, siue murum, vel sepem, & oē obstaculum; quia vī tollere alienū, non in alieno, sed in suo: vsufructuario aūt non liceret; qa nō est dñs soli, vt ff. de vsufr. l. fi cuius rei §. vsufructuarius. & l. seq. aliàs incip. æquissimum. fatetur tñ, q̄ idem vsufructuarius, & quilibet alius, qui habet ius in re, pōt agere, vt murus remoueatur, vt paret. ff. si serui. vendi. l. si eo loco. & l. egi. pro hoc facit; quia isti habent seruitutem, vel debetur eis aliqua præstatio annua, non habent aliquam possessionem ipsius rei, vt dixi. s. in prin. huius principalis qōnis. pro Inn. facit l. 1. §. fi. cum l. seq. & l. qui viam. ff. de ope. no. nun. vbi contra facientem nouum opus isti non habent ius nunciandi nouū opus. multò ergo minus demoliendi auctoritate propria. fatetur tamen Inn. q̄ alij, q̄ tenent contra Host. & Io. An. nullam firmant, sed simpliciter in ore suo Ioan. An. eorum dicta, & verba Inno. ad contextum refert in d. c. 1. de immu. ecc. vbi contra opin. Innoc. tenui pluribus rationibus. prima, quia vsufructuarius habet naturalem possessionē: & similiter vtuarius, licèt magis modificatam, vt d. l. naturaliter. & l. poss. & l. fi. ff. vti poss. Item prædicti, & expulsus à quasi possessione viæ habent interdictum vnde vi, vt l. si plures. §. de certu. ff. de vi & vi ar. & l. 3. §. vnde vi. eo. tit. Item habent interdictum vti possidetis. vt d. l. fi. & no Bart. in l. sequitur. § si viam. ff. de vsuca. & de expulso ab vsu habitationis, vel ab vsu quasi possessionis incorporalis plenè not. per glo. in d. §. vnde vi. & probat̄ in l. Aquilius. ff. de dona. vbi quasi loco possessoris constitutus est, qui vsum cœnaculi accepit. si igitur isti habent interdicta possessoria pro dicta quasi possessione recuperāda, nō est dare rationē, quare nō possint remouere obstacula, quæ impediant vsum rei. videtur enim hoc difficilius debere concedi. quia.

Turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes.

vt in c. quemadmodum. s. de iureiur. vt in vsufructuario, & vsuario, qui habent naturalem possessionem rei, in qua habet vsum fructum, vt supra dictū est. Sed certè in istis incorporalibus quasi possessio nihil est aliud, quàm vsus quidam, habens ius cum patientia aduersarij, vt l. quotiens. ff. de serui. qui ergo impedit istum vsum, vel coerceat utentem, no vtatur, turbat, & expellit. quare ergo non possit habens vsum tollere obstacula, sicut potest agere interdicto vti possidetis, vel vnde vi, nō est dare rationem: præsertim cum facilius concedatur defensio, quàm actio, vt in c. intelleximus. de iudi. Secundò probatur; quia secundùm Inn. contra illum, qui personaliter se opponit, & impedit vsum seruitutis, pōt violenter resisti, vt ipse tenet in d. c. 1. & Bart. post glo. in d. §. si ergo permittitur propulsare violentiā personalem, quod est plus: multò magis obstacula remouere, quod fortè poterit sine vi, & strepitu. arg. eorum, quæ no. Bart. in l. iustè. ff. de acqui. poss. & l. non est singulis. de reg. iur. ¶ Non obst. q̄ non habeant possessionem rei; quia sufficit, q̄ habeant quasi possessionem vsus rei constitutā à domino per patientiam, vt p̄ ea tuenda possint vim vi repellere, protestando, q̄ non intēdit violentiam propulsare, nisi pro sua quasi possessione tuēda. facit quod no. in fi. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. Non obst. q̄ non possunt nunciare nouum opus, vt d. l. 1. in fi. & l. si viam. loquuntur. n. cū per factum domini, vel alterius vsus deterioratur, non in totum amittitur. nos verò loquimur, cū expellitur, vel turbatur. Item non est dare rationem differētiæ, quare magis iura istis concesserint, vt haberent interdicta, quàm possint violentiam propulsare. quod in rebus, & personis iure naturali videtur esse concessum, vt c. dilecto. s. eo. lib. de sen. excom. ¶ Et istam opi. credo veram, cum ista quasi possessio seruitutis concernit vsum ipsius rei, cui adhæret; vt quasi possessio hospitandi, siue habitationis; viæ, itineris, & si. fi verò non concernit vsum rei, sed ex re debetur alia quæ præstatio: puta pensio census, decima, & si. quia ista nullum habent vsum rei, ex quo hoc percipit: si sibi denegatur præstatio, non videtur, q̄ possit violenter ingredi in rem illā censualem decimalem, vel si. nam talis quasi possessio non est fundata in illa possessione, sed in præstatione possessoris. quod patet; quia solummodo denegando, videtur eum quasi possessione priuare, iuxta no. in c. querelam. de elect. in nouel. post Inno. & hoc casu opi. Inno. videtur vera in secundo exemplo, cum quis intrat locum, in quo alius iurisdictionem exercet: vel intrat ecclesiam, in cuius possessione est aliquis vt prælatus: vtrum possit talis, qui sic ingreditur, violenter expelli. tenet q̄ sic. & sic loquitur. c. olim. 1. de resti. spo. & de sen. excom. c. dilecto. s. eo. lib. & hoc facit pro eo, quod dixi superius. potest enim possessio territorij esse vnius, & alteri³ in eadem iurisdictio. & sicut seruitus viæ, vel itineris, vel habitationis fundatur super vsu rei immobilis: ita iurisdō adhæret territorio, vt C. vbi & apud quos. l. fin. sicut ergo iurisdictionem habens potest frangere ostia in loco, in quo iurisdictionem exercet: ita debet posse cui prædicta debentur. nam ambæ istæ quasi possessiones fundātur in alieno solo quò ad possessionem, & proprietatem, & eodem mō acquiruntur. s. per patientiam possessoris, vt d. l. quotiens. de serui. & infra subdā. ¶ In tertio exēplo de canonico tenet, q̄ non licet sibi violentū possessorem ecclesiæ, vel ipsius domorū expellere, vt de prab. c. cū s. eo. li. & qd no. in c. ex parte. de arbi. in nouel. non. n. possessio prædictorum est penes illū: vñ nō licèt sibi ius dicere. C. de iudi. l. nullus. Si verò aliqua domus ecclesiæ deputata esset pro sua habitatione, quā alius violēter intraret, posset ipsum vi repellere incontinenti, & sic possessionem suam defendere. Ego credo, q̄ inuasorē ecclesiæ, vel domorum ipsius possit incontinenti de facto repellere, & cōtra violentos de facto resistere. nam si iniuriam illatā proximo dēt q̄s propulsare, cū pōt, vt in c. dilecto. de sen. exc. s. e. li. multò magis iniuriā illatā ecclesiæ, à qua peepit stipēdiū, & quæ ipsum dño sociauit. 2. q. 6. c. ad Romanam. de pe. c. 2. ¶† Item oīa iura clamant, q̄ clerici dñt defendere res ecclesiarum suarum, & resistere occupare volentib. vt in c. gñali. de ele. li. 6. & qd no. in c. si qs presbyterorū. de re. ec. nō alie. maritus tenetur defendere vxorem, pf filium, & econtra, & p̄pulsare violentiā cōtra eos illatā, vt no. in l. vt vim. de iusti. & iu. ergo & clerici ecclesiam suam, velut matrem, vt c. sicut de simo. ¶ In quarto exemplo. s. de abbate habente ecclesiā subiectam quo ad temporalia. credo Inn. bene dicere: posteā enim ibi est alius per episcopum institutus, vt c. 1. de capell monā. s. eod. lib. & c. extirpandæ. §. qui verò. de præben. ab ipso debet Abbas petere rationem de temporalibus, vt

cap. cum & plantare. §. in eccleſijs. de priui. & iſta ſufficiant dixiſſe de effectu iſtius quaſi poſſeſſionis. De tertio autem articulo qualiter dicta quaſi poſſeſſio ſeruitutis perdatur. dicam infra. ¶ Tertiò principaliter quæro de quadam quaſi poſſeſſione, quæ reperitur in actibus hominum, vt eſt quaſi poſſeſſio dignitatis, quæ ſicut hereditas, iur. intellectum habet, & voluntatem, vt c. ſi gratioſe. de reſcri. ⁊. eodem libr. Item eſt capax iurium, & poſſeſſionum: & ipſa res ſuas dicitur poſſidere, vt no. Ioan. Andr. poſt Inno. ⁊. de cau. poſ. & proprie. c. cum eccleſia. & l. ſicut. ff. quod cuiuſ. vni. no. & ibi not. facit. l. mortuo. ff. de fideiuſſo. & l. hereditas. de acqui. re do. ſicut enim hereditas obtinet vicem perſonæ, ita & dignitas: & ſicut illa ſine vllo corpore iuris intellectum habet, vt l. hereditas. ff. de peti. here. ita & dignitas ſine vllo corpore ſubſiſtit, & voluntatem habet, & iniuriam pati poteſt, vt d. ca. ſi gratioſe & c. tarta de exceſſi. præla. & de epi. qui renun. epiſco. c. 1. ¶ Ex quibus patet, ꝙ alia eſt quaſi poſſeſſio dignitatis: alia rerum, & poſſeſſionum ad dignitatem pertinentium, qualiter ita q; dicta quaſi poſſeſſio acquiratur, eſt videndum. ¶ Ad hoc reſpondeo, & dico, ꝙ Io. An. poſt Inn. proſequitur de quaſi poſſeſſione dignitatis epiſcopalis, canonicalis, præbendalis, archidiaconalis, & cuiuslibet alterius dignitatis, vt in c. in liis. de reſt. ſpo. & ſubtilitates Inn. ſup his vitupat Ho. cui⁹ Inn. dicta dicit nimis ꝓlixa, & cõfuſa, & gl. ſuã minus vtilẽ, q̃ ſubtilẽ. & iõ ꝺt Ho. ꝙq̃ñ; prior cõfirmat electionẽ: q̃ñ; qui ꝓt cõfirmat. ꝓt ét ꝓudere, vt inbũficijs deuoluris: q̃ñ; ad diœceſanos ſpectat collatio: quandoq; inſtitutio tantũ, & ad inferiores electio. omnibus enim iſtis modis per confirmationem conſequitur quis ius adminiſtrandi, & poſſeſſionem beneficiorum ipſorũ propria auctoritate apprehẽdẽdi, & contra inuaſores agendi, vt ⁊. de elec. c. tranſmiſſam. & de cau. poſ. & proprie. c. cum ſuper. ver. plenè vtrobiq; in nouel. facit. l. cum heredes. ff. de acqui. poſ. ſed certè licèt per ſolam confirmationem prædicta conſequantur ſecundum eum, & Io. An. cuius contrarium infra ſubdam. tamẽ commodius eſt poſſidere, quàm agere, vt Inſti. de interdi. §. cõmodũ. ¶ Item non ſiue ratione Inn. laborauit, qualiter acquiratur: vt ſic ſi moleſtentur, vel ſpolientur, vtãtur beneficijs poſſeſſorum. & ſic Iuriſconſultus conſuluit faciendum, vt l. is qui deſtituauit. ff. de rei vendi. fateor tamen, ꝙ Inn. in hac materia confuſè, & obſcurè loquitur. & ideò pro clariori intelligentia repetendum eſt hoc, quod dixi. ⁊. in. 1. q. ſicut enim dicimus in rebus, ꝙ quædam habent fines ſuos à natura: quædam facto hominis, vt no. in l. legato generaliter. ff. de le. 1. ita in iſtis dignitatibus vſu hominum aduenientium reperiuntur actus, & ſigna deputata à iure communi, vel conſuetudine. ¶ Item quędam fundantur merè in perſona, & perſonæ exercitio: quædam merè ſuper rebus: quædam in perſonarum exercitio, & in rebus. proſequor per exempla. & primò de dignitatibus cohęrẽtibus perſonæ; vt clericatus, militia, doctoratus, tabellionatus, & ſimilia. In creatione. n. in ſignum talis quaſi poſſeſſionis quædam traduntur ſigna, in quibus eorum officium deſignatur. 23. di. c. diaconus. cum quinq; c. ſeq. in quibus patet, ꝙ illis perſonis, de quibus ibi, traduntur illa loco quaſi poſſeſſionis officij, in quo deberent miniſtrare: & ſimiliter cum priuantur, auferuntur, vt in c. degradatio. de pe. ⁊. eo. lib. ſimiliter & militi inſignia militaria, ꝓut ibi patet. Doctoribus etiam certa inſignia traduntur, vt liber, cathedra, biretum, annulus, & benedictio cum poteſtate legendi, interpretandi ſacros canones, vt prædicta officia exercere valeant. aliàs ſi inſignijs non legitimè traditis, vel officio vterẽtur, eſſent puniendi, vti falſarij, & prohibiti ab vſu, vt l. eos. §. qui ſe pro milite. ff. de fal. & de iſtis inſignijs plenè dixi poſt Bar. in c. vt apoſtolicæ. de priui. ⁊. eo. lib. facit. c. ad honorem. cum ſeq. ⁊. de aucto. & vſu pal. & c. 1. vt lite pẽden. ¶ Dixi ſecundò, ꝙ eſt quædam quaſi poſſeſſio fundata merè ſuper rebus, vt ſeruitutes reales, & vſusfructus: & in iſtis vſus cum patiẽtia aduerſarij habetur loco quaſi poſſeſſionis, vt l. quot. de ſeruit. ¶ Quædam eſt quaſi poſſeſſio dignitatis, quæ cohæret perſonæ. & quò ad exercitium ſuper rebus, vel perſonis concernit eas vt ſubiectum. hoc patet in epiſcopo, ad quem ſpectat exercitium illorũ, quæ ſunt leg. dicęce. vel iuriſdictionis, quæ multa ſunt, & enumerantur in c. conquerente. de offi. ordi. & c. dilectus. in iſtis ergo qualiter quaſi poſſeſſio acquiratur, dicam infra in 7. q. hic autem proſequor, qualiter acquiratur quaſi poſſeſſio ipſius dignitatis epiſcopalis, vel alterius. & qualiter res temporalium, quæ ad ipſam dignitatẽ pertinent. nam, vt ⁊. dixi, poteſt quis eſſe in quaſi poſſeſſioue dignitatis epiſcopalis, abbatialis, & ſimi. abſq; tamen prædictis bonis, vel exercitio prædictarum legum, vt patet in epiſcopo, qui renunciauit epiſcopatui, ſed non ordini. patet in aliis, qui ſunt veri prælati, & proprietarij prælaturę: tamen nõ habent poſſeſſiones, cuius commodo potiuntur poſſeſſores, & non ipſi veri prælati, iuxta no. in c. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſio. & proprie. in nouella. & c. conſultationibus. de iure pa. & ex hoc, ſcilicet quòd prædicta ſunt diuerſa, & ſeparata, acquiſitio bonorum non infert acquiſitionem dignitatis prælaturæ; quia in ſeparatis de vno ad reliquum non infertur. l. ſi maritus. ff. de dona. inter virum & vxo. qualiter igitur acquiratur quaſi poſſeſſio dignitatis (non dico dignitatis affixæ oſsibus) nam illæ quæritur traditis inſignijs deputatis illi dignitati, vt dixi: ſed loquor de quaſi poſſeſſione dignitatis, ſiue prælaturæ; à qua habet titulum, & quæ habet perſonam fictam, & repræſentatam, abſtractam ab omni viſibili ſubiecto ¶ In iſta acquiſitione Inn. tradit tres modos in d. c. in literis. Primò modum conſuetudinis. dicit enim, ꝙ de generali conſuetudine, quæ pro iure obtinet, & ſeruatur, gñaliter poſſeſſio iuris epiſcopalis, vel archidiaconatus, vel alterius cuiuſcunq; dignitatis, acquiritur per inſtallationem in ſede, vel in loco ad hoc deputato, vt ⁊. de renun. c. cum inter. per. Goffre. & de prębẽd. c. dilectus. in § 1. & c. dilecto. primo reſponſo. verſic. dictus legatus. & hoc verum, ſi fiat inſtallatio per illum, ad quem ſpectat. de offic. or. c. vt noſtrũ. & c. dilecto. de præbendis. nam per iſtos modos fictos poteſt quęri poſſeſſio rei corporalis, vt ⁊. de conſuetu. ca. 2. multo fortius iuris incorporalis, in quibus vt plurimum per actus, & ſigna extrinſeca quęritur dicta quaſi poſſeſſio, vt ⁊. dictum eſt. Subdit, ꝙ ſi non poteſt inſtallari in loco ad hoc deputato, forte propter violentiam aliquorum, an poterit fieri in alio. quidam, ꝙ non; quia conſuetudo præter ius inducta non debet extendi, vt l. qđ verò. ff. de leg. i. Alij cõtra. qđ eſt verius ſecundùm Inn. & Hoſt. arg. eius, quod legitur, & no. vt lite pendẽ. c. eccleſię. 1. & 2. & hoc dicunt verũ, ſi ille alter locus ſpectet ad illam dignitatem. facit. 23. diſtin. ca. in nomine Domini. poſt medium. ¶ Secundo modo quòd per alios modos traditur quaſi poſſeſſio iuris canonicalis, & præbendalis, quando ſi is, ad quem ſpectat, ſignat alicui ſtallum in choro, & locum in Capitulo. ex hoc enim omnium iurium ad canonicatum pertinẽtium videtur quaſi poſſeſſionem acquiſiuiſſe. ¶ Item ſi quis inducitur in poſſeſſionem alicuius domus, vel fundi ad ipſam præbendam pertinentis, quæritur quaſi poſſeſſio, non ſolum illius loci, in quo pars ponitur: ſed etiam aliorum bonorum omnium, & iurium ad ipſam pertinentium, dummodo hoc animo, & intentione fiat, vt l. poſſideri. §. 1. ff. de acqui. poſ. & de acqui. here. l. pro herede. & l. gerit. ¶ Subdit, ꝙ tertio modo generaliter acquiritur quaſi poſſeſſio iuris canonicatus, præbendæ, vel cuiuſcunq; dignitatis, ſi quis vtitur aliquo iur. canonici, intendẽs generaliter, & aduerſario hoc ſciente & patiente vt no. in ca. 2. de capel. mo. & de poſtu. pla. c. bonę. 2. vel ſi apprehendatur poſſeſſio caſtri, vel villæ, vel fundi ad præbendam pertinẽtis: vel ſi legat, vel cantet, tanquam canonicus. & idem de apprehenſione iuris epiſcopalis, & cuiuſcunq; alterius dignitatis. hoc tamen caſu nõ intelligitur poſſeſſio extẽdi, niſi ad ea, quæ ſunt appre-

apprehenſa, vt ſi tantùm legit, vel cantauit, poſsidebit tantũ illum fundum, & erit tantummodo in quaſi poſſeſſione legẽdi, vel cãtandi, & non aliorum iurium ad canonicatum pertinentium. ¶ Et idem dicunt iſti de alijs iuribus epiſcopalib⁹, & ſimilibus. vnde ſi talis ſpolietur, non poteſt petere reſtitutionem ſpoliationis, niſi quantùm ad illos actus, quos poſsidet. iſtos tres modos acquiſitionis electio. no. Inn. in d. c. ex literis. & primus modus inductus à conſuetudine eſt clarus: ſed vbi non viget hæc conſuetudo, vel cum difficultate probaretur ex alijs duobus modis prædictis, non remanet mihi clarus intellectus. nam per ſecundum modum per acquiſitionem tertij actus, vt dixi, inducitur acquiſitio quaſi poſſeſſionis omnium aliorum. per tertium modum inducitur ſolùm acquiſitio alterius actus geſti, vel poſſeſſionis apprehenſæ. Sed non video rationem, quare magis extendatur inductio in poſſeſſionem certæ rei, vel aſsignatio chori, vel Capituli, vt in 2. caſu, quàm patientia in tertio. nam videtur iſta paria, tradere, & pati alium poſsidere, vt l. munus inſtructus. C. de acqui. poſ. de hoc tamẽ articulo, an acquiſitio vnius rei extendatur ad aliam, dicam ⁊. in 8. q. Sed in prædicta. q. qualiter acquiratur quaſi poſſeſſio dignitatis canonicatus, vel prębendæ. ſaluo iudicio cuiuslibet melius ſentientis, dico, ꝙ apprehenſa poſſeſſione corporis eccleſiæ cathedralis collegiatæ, monaſterij, & alterius cuiuſcunq; videtur quæſita poſſeſsio dignitatis, & prælaturæ, & omnium poſſeſsionum, & iu-
11 rium earundem. ¶ † Primò hoc probo per id, quod not. Io. Cal. in commento ſuo. d. c. in literis. in 1. q. in qua quærit, qualiter acquiratur poſſeſsio a beneficiorum, & aliorum incorporalium. dicit enim, ꝙ ſi incorporalia cohærent corporalibus, ita ꝙ habeantur plenè per inductionem in poſſeſsionẽ talium corporalium, aliàs ſi ſub ſpecie, & figura corporaliũ non poteſt acquiri poſſeſsio incorporalium (vt in iure eligendi, & præſentandi) tunc requiritur vſus ipſius iuris cum intentione quærendi: cum ergo in caſu noſtro quaſi poſſeſsio dignitatis prælaturæ ſub forma, & ſpecie rei corporalis poſsit apprehendi, dicamus per inductionem in poſſeſsionem ipſi⁹ eccleſiæ acquiri. ar. l. 3. § dare. ff. de vſufru. habet enim prælatus plenè poſſeſsionem corporis eccleſiæ, poſt quam apprehendit. nam dicit canon, ꝙ prælatus eſt in eccleſia, & eccleſia in prælato. 7. q. 1. c. ſcire debes. & ideò maxima eſt cõiunctio inter eos, vt c. requiſiſti. de teſta. conſentur nanq; ſuus maritus, & ſponſus eccleſiæ, vt c. ſicut. 7. q. 1. ipſius igitur eccleſiæ poſſeſsione apprehenſa, videtur quæſita quaſi poſſeſsio dignitatis: vt ſic in eccleſia repræſentetur dignitas prælaturæ. ¶ Secundò principaliter hoc probatur: quia penes ipſam eccleſiam dicuntur conſiſtere poſſeſsiones, & iura; ita ꝙ ipſa eſt perſona ficta, & repręſentata, vt no. in c. cum ſuper. de cauſa poſ. & proprie. per Inn. & fungitur iure minoris, vt c. 1. ⁊. de reſtitu. in integ. quæſita igitur ipſius poſſeſsione, videtur quæſita poſſeſsio dignitaris, & bonorum omnium. ar. optimum. l. ſi adoptauero. ff. de adopt. per quam. l. reſponderur ad l. cum heredes. ff. de acqui poſ. vbi poſt aditam hereditatẽ non quęritur poſſeſsio bonorum ipſius ſine apprehenſione. nam ipſa hereditas non poſsidebat ipſam, vt l. 1. §. Scæuola. C. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſuer. ſed eccleſia etiam vacans poſsidet bona ſua, vt d. c. cum ſuper. & quod no. in l. ſicut. ff. quod cuiuſq; vniuer. no. facit quod no. Io. An. in c. in præſentia. de proba. ¶ Tertiò probo per locum ab abſurdo, prout arguit Iuriſcõſultus in l. diuortio. ff. ſo. ma. Et præmitto, ꝙ ſola intentio, ſiue animus non ſufficit ad quærendam poſſeſsionem, ſed requiritur actus corporeus, etiã in incorporalibus, quæ adhæ-
12 rent corporalibus, vt d. §. dare. ¶ † Item ꝙ eccleſia hẽt multa iura, & poſſeſsiones maximè cathedralis. nam epiſcopus exercet nomine dignitatis ſuæ vtranq; legem, quæ in multis conſiſtit, vt d. c. conquerente. & c. dilectus. de of. or. ſi ergo in acquiſitione ſingulorum capitulorum, & poſſeſsionum eſſet neceſſaria apprehẽſio, ſiue vſus ad acquiſitionẽ poſſeſsionis, eſſet quodammodo difficile vnquam quærere, ſicut glebã fundi circuire, vt l. 3. ff. de acqui. poſ. oportet ergo oẽm acquiſitio. quò ad poſſeſsionem referri ad certum ſubiectum; cuius poſſeſsione apprehenſa, videatur quæſita quaſi poſſeſsio omniũ rerum, & iurium ipſius eccleſiæ, & dignitatis. hoc aũt ſubiectum eſſe debet eccleſia, prædictarum oium dña, & poſſeſſor: nec eſt probabile dictum, ꝙ acquiſitio vnius capituli, ſiue certæ rei cum intentione alia acquirendi inferat aliorũ acquiſitionem. requiritur enim, vt dixi, actus corpore⁹ in acquiſitione. & ſic præſentia ipſius rei, vt l. hoc ſi præſes. ff. de rei vend. nec per medium vnius rei poteſt quæri alia. eiuſdem conditionis. nam vna res carens anima in acquiſitione alterius nihil præſtat, & ſolus animus intendentis acquirere non ſufficit, vt d. l. licèt. facit quod not. in l. 1. §. veteres. ff. de acquiren. poſ. alleg. quod not. gloſ. ff. de acquiren poſ l. 3. § 1. in glo. quãlibet. Non ob. qđ no. in l. reſtituta. in prin. ff. ad Treb. vbi reſtitutio, quam facit heres in vna re, extenditur ad omnes alias res ſub eadem vniuerſitate, ſiue hereditate contentas. nam illud verum, quantùm ad translationem iurium in omnib. ſi in mente vna fuerit reſtituta: ſecus quò ad translationem poſſeſsionis, vt ibi no. Barto. & bona eſt æquiparatio hereditarię ſucceſsionis ſucceſsioni eccleſiaſticę quò ad hoc: quia quælibet eſt vniuerſalis ſucceſsio, ſed non quò ad retentionem poſſeſsionis: quia eccleſia vacans poſsidet res ſuas, ſed non hẽditas iacens, vt d. l. Scæuola. ¶ Concludo igit, vt ꝓ dixi, ꝙ dignitas prælaturæ repręſentetur in eccleſia, cuius poſſeſsione quæſita, intelligitur acquiſita poſſeſsio dignitatis, & omnium iurium pertinentium ad eandem. idem dico in acquiſitione poſſeſsionis iurium, & beneficiorum inferiorum eccleſiarum: vt quærantur, quæſita poſſeſsione, arg. d. l. ſi adoptauero. de adop. ¶ In acquiſitione autem poſſeſsionis iur. canoni. quæ multa ſunt, vt notant Doct. in c. cum M. de conſt. requiritur inſtallatio in locis illis iuribus deputatis. ad tractandum enim facta eccleſiæ aſsignatur canõico locus in Ca. ad canendum, & intereſſendo diuinis officijs aſsignatur ſtallus in choro: vt ergo dicatur eſſe in quaſi poſſeſsione iur. canonicatus, requiritur (vt dixi) inſtallatio in prædictis locis. poſtquam enim actus, qui per canonicos fiunt. habent loca deputata, ſtat regula, de qua. ⁊. dixi. ꝙ ad acquiſitionem quaſi poſſeſsionis incorporalium requiritur apprehenſio corporalium, quibus adhærent, vt d. l. 3. §. dare. de vſuf. ¶ Aduertendum, quia hæc ſunt vera, quando poſſeſsio rei corporalis ad illum pertinet, ad quem ſpectat quaſi poſſeſsio incorporalium adhęrentium illi rei; vt in eccleſijs, & locis canonicis deputatis. exempla poſui. Si autem ad vnum ſpectat poſſeſsio rei corporalis adhærentis illi rei: vt in fundo decimali, cenſuali, vel de quo annua penſio debetur: tunc ad acquiſitionem quaſi poſſeſsionis decimæ, penſionis, vel cenſus non requiritur remiſsio in re illa: ſed ex præſtatione annua penſionis, decimæ, ſiue cenſus cauſatur, & in eſſe producitur iſta quaſi poſſeſsio, vt dixi. ⁊. in 2. q. prin circa prin. ¶ Proſequuntur Doctores etiam de quaſi poſſeſsione iurium, & poſſeſsionum pertinentium ad prębendam, qualiter acquiratur. Hoſtien. & Inn. videntur inuicem contrarij in d. ca. in literis. de reſtit. ſpo. Hoſt. n. dicit, poſſeſsionem iuris prębendalis, & etiam canonicalis non extendi ad alia, niſi ad apprehenſa, & poſſeſſa. Inn. ibi contra. dicit. n. ꝙ in quaſi poſſeſsione canonicali, & prębendali vſus vnius actus canonicalis, vel per apprehenſionem vnius poſſeſsionis prębendæ, ſcientibus & patientibus his, ad quos ſpectat, videtur quæſita poſſeſsio oim. & hoc idem no. Inn. in c. ex parte. de reſt. ſpo. & idem videtur ſentire in c. auditis. de præſcrip. & c. venerabilis. de excep. in pen. gloſ. & idem in deciſionibus Rotæ reperio iſtam deciſionem Inno. approbatam, quæ eſt. 270. ſed caret ratione, ꝙ acquiſitio poſſeſsionis vnius rei extendatur ad aliam penitus ſeparatam, & ab illo remotam, vt no. ff. de acquir. poſſ. l. 3. §. 1. nam clauium traditio, ſub quibus poſſeſsio cuſtoditur, non

inducit acquisitionem possessionis, nisi in ipsa possessione sit facta, vt l. claruibus. ff. de contrahē. empt. non teneo ergo istā opin. Innoc. nec illam Hostien. vt in omnibus sit fienda missio, sicut in hac quasi possessio. dignitatis, & cuiuslibet beneficij: vt apprehensa possessione corporis ecclesiæ, sit quæsita possessio omniū, vt probatum est supra. ¶ Et quia hæc possessio præbendalis repræsentatur in canonicatu, credo saniori iudicio, quòd apprehensa quasi possessione canonicatus per modum, de quo. s. sit q̄sita quasi possessio præbendalis, hoc est iurium, & possessionū pertinentium ad præbendam. Primò probat ratio connexorum. Præbenda enim succedit canonicatui, siue titulo canonicatus, qui sine temporalibus non debet creari, vt c. cum secundùm apostolum. de prebē. & quod not. in c. cum M. de consti. facit 1. q. 3. c. si quis obiecerit. quæsita ergo quasi possessione principalis rei, non mirum si quæritur alia, quæ cohæret sibi iur. necessitate, vt in c. accessorium. j. eo. & c. si super gratia. de off. deleg. & l. si adoptauero. de adop. & quod no. Ioan. Andr. de possessionibus professi, vt transeant in monasterium sine alia apprehensione, vt c. in præsentia. de proba. præterea, vt ibi etiā dicit Ioā. 13
Andr. possessiones præbendæ vacantis dicitur ipsa ecclesia possidere, licèt ipsa diuiserit per præbendas. facit quod not. Innoc. in c. ex literis. de proba. Si ergo canonicus est adeptus quasi possessionem canonicatus in ipsa ecclesia, iustum est, vt possessiones, & iura præbendalia tali canonicatui assignata quæsita intelligantur sine alia traditione. facit. l. cum delanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. ibi [in infinitum primis qui busque proximè copulata procedunt] & l. vulgaris. in prin. ff. de fur. ¶ Ex his infero, q̄ si canonicus post adēpram possessionem ecclesiæ, siue canonicatus reperit occupantem, pōt eum violenter repellere, sicut posset possessor reuersus à nūdinis inuasorem talem: & dicitur ipsum canonicum spoliasse illa possessione, quam intelligitur quæsiuisse per apprehensam possessionem canonicatus, vt dixi. facit l. clam possidere. §. qui ad nundinas. de acqui. poss. Si verò ante apprehensam possessionem canonicatus fundum prebendæ aliquis occupasset nō nocet suo, sed nomine suæ præbendæ, expelleret. super quo vide quod not. Ioan. Andr. post Innoc. in c. cū super. de causa poss. & proprie. ¶ Item particula quasi possessionis, quam habent intitulati in ecclesia legitimè acquisita, idem debet operari quò ad acquisitionem iurium, & possessionum spectantium ad ipsam: quod operari dixi possessionem corporis ecclesiæ quæsitam quò ad possessiones suas. ar. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. ¶ Pro confirmatione prædictorum addūco, quod no. Bart. in l. 2. in princ. ff. de acq poss. vbi si vna res (puta castrum) continet sub se plures possessiones diuisas: tunc si capio possessionem castri, videor capere possessionem omnium: nam illa diuisio fit gratia melioris gubernationis, vt l. Gaius. ff. de leg. 2. & l. prædia. & l. patronus. ff. de leg. 3. & ita est in ecclesia, quæ licèt diuidat per præbendas possessiones suas: tamen ipsa intelligitur possidere, vt no. in d. c. ex literis. de proba. Si ergo vnum recipit ad possessionem canonicatus pēr modum, de quo. s. non mirum si videtur sibi quæsita possessio accessorij, hoc est præbendæ illi canonicatui deputatæ, vt l. si adoptauero. & hæc mea opi. vt mihi videtur, est iuri consona. & ista acquisitio quasi possessionis dignitatis prælaturæ, vel canonicatus, & possessio ipsius est magis expedita, & plana, quàm per modos, quos tradunt prædicti patres canonum inter se contrarij, vt patet ex iam dictis. ¶ Subsequenter quæro, vtrùm ista acquisitio, & apprehensio possessionis corporalis ecclesiæ, vel particulæ (prout dixi) sit adeò necessaria, quòd ea non habita, non posset electus, & confirmatus, vel per annulū inuestitus administrare, super hoc dixit Innoc. quòd post confirmationē sine alia possessione, installatione, vel inuestitura statim pōt administrare in spiritualibus, temporalibus, in iudicio, & extra. allegat. c. transmissam. de elect. & c. nouit. & c. qualiter. de iud. & de transla. c. 1. & hanc partem tenet Innoc. & Hostien. in d. c. transmissam. vbi Ioan. And. post eos dicit hoc habere locum in omnibus ecclesiasticis personis administrationem habentibus: quarum aliquę confirmantur, si aliquid interuenit. quod loco confirmationis habeat, sicut institutio, vel inuestitura, quam recipiunt ab episcopo, vel alio inferiori prælato, ad quem spectat. de concess. præbē. c. proposuit. & quod ibi not. in nouel. post Innoc. & de his, quæ fi. à ma. par. Ca. c. ex ore. hoc idem not. Innocen. in c. cum super. de causa poss. & proprie. & multum vrgent iura prædicta. s. c. nouit. c. qualiter. & c. transmissam. de elect. & c. 1. de transla. quæ expressè innuunt, q̄ ex sola confirmatione competat istud ius administrandi: sed quòd sola confirmatio non sufficiat, nisi sit apprehensa possessio prælaturæ per installationem, vel modum, de quo dixi, tenet Archid. in c. eum qui. de præben. eo. lib. & hanc opi. credo veriorem de iure, primò per tex. quos allegat. de offi. Archid. in c. ad hoc. §. in quadam. vbi tex. dicit, quòd institutio corporalis spectat de iure ad Archid. ad idem. c. vt nostrum. eo. tit. ibi [ponere abbates, & abbatissas in sede.] ¶ † Secundò quia confirmatio habet vim sententiæ diffinitiuæ: licèt minoris efficaciæ quò ad quædam, iuxta no. in c. fin. s. eod. lib. de elect. sed licèt quis habeat pro se sententiam super beneficio, non debet propria auctoritate possessiones occupare: sed à iudice debet peti executio, vt c. veniens. de testi. quinimmo furti, vel vi bonorum raptorum punitur qui auctoritate sua occupat bona sibi adiudicata, vel alio titulo concessa, vt l. miles. §. qui iudi. ff. de re iu. & de acqui. poss. l. si ex stipulatione. cum concor. ibi not. Ex quibus patet, quòd quātuncunque quis habeat titulum canonicū, siue legitimum in aliqua re, nunquàm tamen propria auctoritate poterit illam occupare. qualiter igitur magis possit confirmatus, non video rationem. ¶ Tertiò probo. certum est, q̄ auctoritas confirmationis non tribuit possessionem ecclesiæ, vel dignitatis; quia nec sententia hoc facit. nam post ipsam debet fieri executio per iudicem, vt in d. §. qui iudicati. & c. cum secundùm leg. s. eo. lib. de hære. nec etiam ius possessionē solet transferre, licèt priuet ipso iure titulo, & dñio q̄nque, vt ibi, & not. in l. fi. C. de sacrosan. eccl. & l. si tibi mandauero. §. is cuius bona. ff. mand. administratio autem competit ratione possessionis, non tituli, quantuncunque legitimi, vt in c. cum ecclesia Sutrina. de causa poss. & proprie.
¶ Quartò pro hoc facit. c. grandi. de sup. negli. præla. vbi Papa mandat illi obediri, postquam ad locum accesserit. ad idē l. obseruare. de offi. procon. vbi qui nudam possessionem aprehēdit, non administrat in prouincia sibi decreta. ¶ Quintò probatur ex similitudine, quam habent rectores ecclesiarum cum tutoribus, & alijs administratoribus, vt c. fi. 7. q. 1. & c. 2. de dona. sed illi non accedunt ad administrationē, nisi inuentario confecto, & decreto iudi. eis administratio concedatur, vt l. legitimos. & ibi per Bart. ff. de legi. tut. ergo nec isti. facit. c. manifesta. & capi. sint manifestæ. 2. q̄. 1. Item sunt prelati similes vsufructuarijs, vt plenè not. in cap. præsenti. de offi. ord. li. 6. sed illis debet tradi quasi possessio vsus fructus per inductionem in fundum, vt l. 3. §. dare. ff. de vsufru. ¶ Sextò, & vltimò hoc tenet Dyn. in c. s. proxi. vbi dicit, q̄ per inductionem in possessionem tribuitur ius possessionis, & administrationis, vt d. c. ad hæc. & c. vt nostrum. & alia similia, de tuto. nam ponderatur in testamento secundo illa datio, q̄ confirmatur à iudice, vt patet. ff. & C. de confir. tuto.
¶ Tertiò sequitur decretum iudi. administrationem concedentis. C. arbi. tutel. l. fi. & in Authen. vt hi, qui ob. §. pen. idē in feudo. Nam primò feudi concessio. Secundò inuestitura, quæ est præcedentis cōcessionis confirmatio". Tertiò in possessionem inductio, quæ est concessionis, & inuestituræ realis executio, vt in tit. quid sit inuestitura. coll. 10. ¶ Ex his ergo concludo, quòd opin. Archid. est ipsa veritas: vt non minus in administratione patrimonij ecclesiastici requiratur in possessionem inductio, & ipsius apprehēsio quàm in alijs. s. dic. Opi. enim Innocen. Hostien. & aliorum infert, quòd ille, qui nunquàm fuit adeptus possessionem ex solo titulo confirmationis, patiatur commodum possessoris. quod non posset iur. defendi. Non obst. contraria, quæ innuūt administrationem competere ex sola confirmatione. nā debent supleri per alia, quæ expressè volunt, q̄ possessio apprehendatur, & legitimè, hoc est de manu eius, qui habet potestatem, vt d. c. ad hæc. & c. vt nostrum. Non ob. q̄ hæres statim adita hereditate, & vniuersalis fideicōmissarius facta restitutione, ēt solo verbo consequitur potestatem administrandi, & iura omnia in eos transferunt, vt l. cum hæredes. ff. de acqui. poss. & l. restituta. & l. facta. ad Trebel. nam aliud in hæreditate, & hærede: aliud in rectoribus ecclesiarum, & bonis ecclesiasticis. Isti enim, anteq̄ ad administrationem accedant, adeunt iudicē pro confirmatione, adhibetur causæ cognitio, & sīa fertur, vt d. c. fi. de elect. s. eod lib. non ergo iudex debet exequi sīam, sed ille, qui sīam obtinuit, vt d. §. qui iudicati. hæres ergo, & fideicommissarius nō tenētur adire iudicē, sed solo aīo hæres adibit, & verbo fideicōmissario restituet, vt d. l. facta. & l. gerit. de acq. hære. Item possessiones rerum iacentis hæreditatis non sunt apud aliquem, vt l. 1. §. Scæuola. C. si quis test. li. esse iuss. fue. possessio verò ecclesiæ vacātis possidetur per ipsam ecclesiam, vt d. §. cum super. de causa poss. & per Inn. non ergo ita debet esse facilis occupatio rerū ab alio possessārū, sicut si à nemine possideantur. facit q̄d no. Inn. in c. veniens. de test. & maxime, vt dixi, quia postq̄ confirmatio est obtenta in figura iudicij, debet à iudice executio iudicij postulari. nam post confirmationem pōt cōtra cō firmatum talis exceptio opponi, quæ impedit confirmationis effectum, vt c. accedens. de ac. saltem ergo propter hoc. s. q̄ pōt executio retardari, non debet, suā auctoritate apprehendere possessionem. & sicut in ea auferenda post priuationem ipso iure iudex dēt possessorem citare, vt c. licèt eps. de præben. s. eo. li. ita & in ea acquirenda dēt auctoritas iudicis accedere: vt sic cum illa maturitate tradatur, cum qua aufertur, & ēt vt eadē sit rō acquirendi, & amittēdi, vt l. quemadmodum. de acq. pos. & q̄d operatur propositum in proposito, ita oppositum in oppositō, vt l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ¶ Ex prædictis patet decisio. q. quam format Io. And. post Compo. s. de consti. c. cum super. gl. hoc ponit. vbi q̄rit, an canonicus non installatus debeat vocari ad electionem: sicut si est in loco, vnde vocari debuit, & contemptus fuit, an possit impugnare electionem rōne contemptus. Compo. q̄ fi. quia licet in alijs nō transeat dominium sine possessione, tū in ecclesiasticis bene transit, iuxta illa, quæ plenè no. in c. si tibi abtenti. de præben. s. eo. li. nam ex sola collatione habuit ius in re, vt ibi, & c. fi. de concess. præben. eo. li. Archi. tenet cō trarium. s. talem installatum non debuisse vocari. & ita no. in c. eum qui. de præben. s. eo. li. & dicit ibi hoc probari, cū non habeat possessionem iuris sibi collati: q̄ possessio nō datur per inuestituram, vt no. in c. auctoritate. de insti. p Dy. s. c. 1.
¶ Præterea, vt dicit, eligere est fructus possessionis, non proprietatis, vt no. Io. An. post Inn. s. de elec. cū ver. quid si duo. & ex prædictis apparet, q̄ illa opi. est vera. ¶ Iuxta prædicta quęro de effectu possessionis prælaturæ, vtrūm sola possessio tueatur illum, qui est in quasi possessione dignitatis. & quid iur. si debitores dignitatis soluant illi, qui apparet postea fal sus prælatus. Bald. dicit, q̄ q̄nq; ille, qui est in possessione, est funditus falsus prelatus: & talis possessio non patrocinatur, vt no. in l. 2. C. q̄ ex facto tut. debitores etiam sponte tali falso prelato soluentes non liberantur ab ecclesia. ff. de cōdi. ob causam. l. procu. falsus. & l. si quis vxori §. item apud Labeonem. de fur. tu dic de hoc plenius per Io. An. post Inn. in c. in literis. de resti. spo. in gl. magna. ver. quid ergo si aliquis intrusit se, &c. ¶ Q̄nq; non est funditus falsus, quia hēt confirmationem superioris: & tunc aut ipsa confirmatio est nulla ipso iure: aut valet, licèt confirmatus sit indignus. Primo casu aut est vitium patens: & repellitur. aut latens: & non repellitur. ff. de mino. l. verum. §. ex facto. & C. de peti. hære. l. si putas. Secundo casu non repellitur, q̄diu est in possessione auctoritate superioris, ar. ff. de offi. præto. l. Barbarius. & de præscri. c. fisicatus. per Inn. facit. ff. fami. herc. l. his consequenter. & q̄d ibi no. ex quo. n. superior habet eū pro tali: ergo à quolibet alio dēt haberi. ff. q̄d fal. tu. aucto. l. 1. §. idem Pōpo. ¶ Et prædicta vera sīa eum, qui agit nomine dignitatis: sed ſi nomine suo contraxit, indistinctè præiudicatur sīa Inn. in d. c. in literis. sed certè si ipse contraxit nomine dignitatis, cum ius sit quæsitum ecclesiæ, nō potest sibi præiudicare, ar. C. qui. cau. in integ. rest. non est necesse. l. si tutor. & ff. de sol. l. filiæ. & l. optimam. C. de contrah. stipu. per Iac. de Are. & Cyn. ¶ Sed cōtra prędicta ipse opponit, & videtur, q̄ semper ille, qui est in possessione, agere pōt: quia talis p̄sumitur, qualis possessio eum ostendit, vt no. C. de fi. instru. l. si solemnibus. & l. nō nudis. C. de proba. & C. vbi causa stat. l. 1. per Cyn. sol. quædam est possessio, quæ sui aptitudine cum natura concordat, vt possessio maternitatis: nam & ipsa maternitas est. ff. de capi. dimi. l. eas. & natura communis. ff. de accu. l. hos accusare. §. fi. & huiusmodi possessio (quia naturalibus conuenit) veritatis præsumptionem inducit. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. filium. idem si quasi naturalis iurigentium conueniat possessio; quia est tale quid, quod de iure cōi potest à quolibet possideri, & quilibet est capax, vt no. in l. ficuti. §. fi quærāt. ff. si ser. ven. facit de agri. & censi. l. litibus. si autem possessionis qualitas exorbitet à regulis permissiuis, & exigit titulum expressum, nec aliter potest conformare se iuri: tunc sola possessio non inducit præsumptionem veritatis, nisi publica vtilitas cum cōi errore concurrat. hinc est, q̄ non præsumit̄ q̄s prælatus, vel maritus. de resti. spo. c. ex parte. per Inn. l. 1. §. si ea. de ven. in pos mit. neq; tabellio, vt no. Azo in summa de fi. instru. & de ver. sig. c. veniens. per Inn. & g̃naliter nemo p̄sumitur priuilegiatus, nisi doceat de priuilegio: & nemo præsumitur confirmatus, nisi doceat de cōfirmatione. C. de mā. prin. l. 1. & de hoc p Inn. in c. trāsmissam. de ele. nisi fortè fuerit in longa possessione. de adop. l. post mortē. & de vsur. l. cū de in rem verso. Et ita dicit Bald. plenius cū Bar. in l. si prius. ff. de no. ope. nun. nā in hoc vlt. membro. s. cum quasi possessio est fundata in priuilegio, nec aliter obtineri pōt, vtrū releuet ab onere p̄bandi: dic, vt in c. cum p̄sonæ. de priui. s. eo. li. & p̄ Dy in d. l. si solemnib. Item q̄n p̄sens quasi possessio non concordat, immo discordat à iure naturali (vt seruitutes agrorum) an releuet ab onere probandi, & quid iur. de ila, quæ concordat cum iuregentium, sed discordat cū iure naturali, vt seruitutes hominum, dic vt d. l. si prius. p Bart. de quasi possessione militiæ dic per Dy. in c. semel malus. j. eo.
¶ Item vtrùm releuet ab onere probandi, dēt intelligi, cum agitur ad priuationem iur. super quo sustentatur illa quasi possessio: interim verò, donec sup hoc in iudicio discutitur, debet in dicta possessione defendi. q̄d dic, vt d. c. cum persona, & dixi. s. in 2. q. ver. sequitur videre. nec per viam exceptionis, cum agit p̄ iuribus deputatis illi quasi possessioni, vt posse excludi: sed expedit, vt principaliter agat ad priuationē, vt d. c. trāsmissam. & p̄ illas remissiones p̄cedēs distinctio p̄ceptoris mei declarari pōt: & adid, q̄d vltimò dixit de diuturna possessione, q̄ fundat in priuilegio, vel in vsu hoīm: vt si diu duo tractauerunt se, vt vir, & vxor, vel diu tenuit beneficium, vel gessit se p̄ clerico: si aliter nō constat de veritate, an præsumatur ita esse, si est contentio inter eos, vel cum eorum aliquo, & tertio, vel inter alios. dic, vt c. veniens. per Innoc. in d. c. innotuit. de eo qui fur. ord. su. & d. c. ex parte. de restitu. spolia. & c. illud. de præsumpti. ¶ Per ista potest decidi quæstio, quam ipse scribit de obedientia, & iurisdictione, an sit obediendum minus iusto prælato, qui est in possessione pacifica officij sui, & an possit exercere iurisdictione

tionem in rebelles: & videtur, q̃ sic in l. Barbarius. in hoc pas su perfectius loquitur Io. An. post Inn. in d.c. in literis. in glo. mag. vers. quid ergo si aliquis intrusit se in aliqua dignitate & c. dic vt ibi dixi. ¶ Vltimò circa istam quasi possessionem dignitatis canonicatus, & prębendæ esset tractandum, qualiter admittatur. dicam. j. q. proxi. vbi de ipsa, & alijs multis succinctè dicam. ¶ Quartò principaliter quæro de quadam qua si possessione, quæ consistit in iure rerum, in iure personarũ, & actibus hominum, vt est quasi possessio iurisdictionis, qualiter acquiratur. Ad hoc dico, q̃ Inno. & post eum Doct. tangunt de ista materia in multis locis: sed plenius in c. dilecta. de cap. mo. cuius dicta reassumit D. Bal. in l. 2. C. de ser. & aqua. Ex dictis Inno. quatuor mębra elicio. primum est, qualiter acquiratur iurisdictio in causis. secundum qualiter in personis. tertium qualiter in vna ciuitate, vel populo. quartum qualiter acquisita perdatur. Reuertor ad primum, in quo dicit Inn. q̃ generalis possessio iurisdictionis acquiritur, etiam si vnicus actus iurisdictionis exerceatur: puta cognoscit de aliqua causa criali, vel ciuili: vel quia excommunicat aliquẽ, vel suspẽdit, vel aliud quodlibet facit, qđ tũ pertinet ad iurisdictionẽ. Si enim istos actus exercet animo quærendi iurisdictionem vniuersaliter, sic eam quærit, vt in animo suo gerit. de quo animo quomõ cõstare possit, vide. s. in 2. q. prin. Cy. illud dictum Inn. reprobat in l. 1. C. de emanci. libe. nam secundùm eum acquisitio iurisdictionis certæ speciei non infert acquisitionem alterius penitus diuersæ, & separatę. nam sic est in rebus corporalibus separatis: vt vnius possessione acquisita, alia non veniat, vt l. 3. in prin. ff. de acqui. pos. & qđ dixi. s. in 3. q. prin. ver. nec est probabile dictum. cum ergo diuersæ sint species iurisdictionis, ciuilis, & crialis: qa vna, ẽ sim plicis iurisdictionis, alia meri imperij, per acquisitionem possessionis alterius alia spẽs non vĩ queri. ff. quemad. ser. amit. l. si stillicidij. § fi. & l. si prius. ff. de aqua plu. arcen. ¶ Pro illa op. allegat Bal. dictum Phi. q̃ in habentibus symbolum facilior est transitus. & prorogatio, siue extensio fit ad similia, nõ ad diuersa, vt no. Cy. in l. testa. C. de testa. & istam op. Cy. contra Inn. tenui in c. dilectus. præal. ¶ Nunc verò dico Inn. recte sensisse. accepit enim iurisdictionem, prout sumitur in genere, includente sub se merum, & mixtum imperium, & simplicem iurisdictionem. quod patet ex verbis suis, dum se retulit ad intentionem intendentis acquirere vniuersaliter &c. vnde quia acquisitio generis infert acquisitionem omnium spẽrum sub genere inclusarum, vt l. si chorus. ff. de leg. 2. & l. si duo. de admi. tu. videtur Inno. bene dicere, & cum eo sentit Io. An. in d.c. dilectus. qui dum respondet ad dictum Cy. dictum Inn. sic exponit. Aduerte tamen ad id, quod statim dicã in secundo membro. quod fuit, qualiter acquiratur iurisdictio in personis. In hac dicit Inno. q̃ quasi possessio iurisdictionis acquisita in vna persona non extenditur ad aliam persona, etiam si hoc gerat in animo ille, qui iurisdictionem exercet. Sed tunc post eum quæro de ratione dr̃ę, quare magis acquisitio talis extenditur de vna re ad aliam, vt s. proximè dictum est, quàm de persona ad personam. dicit ipse, quia sub iurisdictione comprehenduntur omnes partes, & actus iurisdictionis: sed sub vna persona non comprehenditur alia. nam diuersi sunt homines. & quod fit in vno, non extenditur ad alios, vt l. sæpe, de re iud. & c. quamuis. eo. titu. adducit simile de gleba, q̃ vna apprehensa, omnes contignæ apprehensæ intelliguntur. separatæ verò nõ. de acqui. po. l. 3. post princi. & c. 1. de consue. ec. vel alta. s. eo. libr. & sic dicendum est secundùm eum in hac materia, q̃ apprehensa quasi possessione iurisdictionis in vno capitulo, videtur apprehensa in alijs, dummodo apprehendens hoc intendat: secus est in personis, vbi non est talis connexitas, secundùm eum: cuius op. in hoc sequitur Cy. in d. l. 1. C. de eman. li. Ego, prout dixi in d.c. dilectus. non bene capio istud dictum Inno. nec facio differentiã inter causas, & personas. nam aut Inn. intellexit de acquisitione iurisdictionis in certis personis, siue vna sine territorio: & talis acquisitio non procedit; quia priuatus iurisdictione nõ exercet iurisdictionem in certas personas, si non habet territorium, vel non præest collegio, iuxta no. in c. cum contingat. de foro compe. Si autem ratione territorij iurisdictionẽ exercet in vna persona, vel pluribus: tunc credo, q̃ istud exercitium extendatur ad aliud. quod etiam sentit Innoc. dum subdit, qualiter acquiratur iurisdictio in vno populo. dicit. n. si exerceo iurisdictionem in vna tantùm vnius populi parte, sciente domino & patiente: q̃ super toto populo acquiro; qa quasi vna, & continua est gleba. s. vnus populus. loquitur tamen Inn. cum in isto populo, in quem intendo possessionem acquirere, alius exercebat. & sic non quæro nouam iurisdictionem in personis illorum de populo: sed iam acquisitam per alium, & ab eo possessam. sed certè si in eis nullus alius iurisdictionem, quam intendo quærere, possidebat: videtur, q̃ sit idem iur. vt s. quæram in alijs, si acquiro in illo, in quem exerceo cum intentione quærendi in omnibus. hoc credo verum, si adeptus sum possessionem soli, siue territorij, cui iurisdictio cohæret, cum voluntate domini, & hanc acquisitionem magis considero, quàm exercitium in persona istius, vel illius. si verò iurisdictio exercetur non ratione territorij, sed dignitatis: tunc considero acquisitionem illius dignitatis: vt sic videatur iurisdictio quæsita, velut accessoria dignitati. & hoc per ea, quæ dixi. s. in 3. q. prin. Præterea videtur bona differentia inter causas, & personas. nam sicut vna persona differt ab alia numero, non specie: ita vna causa ab alia, & respectu iurisdictiõis pariter subij ciunt cãæ, & psonæ. nõ ergo est rõ, quare magis fiat extensio in causis, q̃ in psonis: sed vt indiuidua includuntur sub acquisitione iurisdictionis, quę contingit per acquisitionem quasi possessionis dignitatis, vel territorij: vt prædixi, altero nõ concurrente, non capio quo modo in istum hominem, vel in illum possim iurisdictionẽ quærere. Bart. tamen dicit, q̃ in acquirenda iurisdictione uniuersaliter in uno castro: si accedat consensus domini, quæro ipsam per unicũ actũ: si aũt non accedat, per acquisitionem unius actus nõ quęritur in alijs: ita no. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuq; prina. & l. 3. in princi. ff. de acquirẽ. pos. in hoc satis concordat cum Inn. inquantum loquitur de acquisitione possessionis iurisdictionis in uno populo alteri subiecto. In non subiecto uerò uidetur tenere Inn. q̃ acquisitio iurisdictionis in vna persona non extendatur ad aliam. Ego autem dico, q̃ aut in omnibus acquiritur, aut in nullo, vt patet ex prædictis. ¶ Subsequenter quærit Inn. qualiter iurisdictio generalis in vna ciuitate, vel prouincia acquiratur. & distinguit, q̃ aut nullus ibi iurisdictionem possidebat: & quæritur per generalia banna, & præconia pænalia transmissa per partes ciuitatis. & est hoc verum, etiam si nullus inciderit in edictum. nam hęc edicta ponere, iurisdictionis est. si autem alius ibi iurisdictionem possidet: tunc qui mittit dicta præconia, non acquirit iurisdictionem, nisi in illis capitulis, & hominibus, quos apprehendit, vt l. quod in eo. §. vlt ff. de acqui. pos. ¶ Subdit Inn. q̃ licèt primo casu sit quæsita generaliter iurisdictio in singulares personas: quia obligatio, quæ concernit vniuersitatem, non ligat singulos. ff. de in ius vo. l. sed si hac. §. qui manumittitur. canõizata. 12. q. 2. c. qui manumittitur. ¶ Ego in d.c. dilectus. non approbo illud dictum. nam iurisdictio sine coercitione nulla est, vt l. 1. ff. si quis ius di. non ob. & l. fi. ff. de off. eius, cui mã. est in. sed licèt vniuersitas possit obligari ex cõtractibus, & delictis, vt l. 1. §. fi. ff. quod cuiusq; vniuer. no. & quod no. Bar. in l. aut facta. de pæ. & c. dilectus. de simo. tamẽ de facili hoc non contingit, vt ff. de dolo. l. ti ex dolo. in §. 1. ergo nimis stricta est ista acquisitio ꝓter formam banni, quam ponit Inno. q̃ talis dominus Ciuitatis mandat, q̃ quicunq; sic fecerit, incurrat talem pœnam & c. Illud bannum potius concernit illos de vniuersitate, vt singulos, quàm vt vniuersos. non est ergo rationabile, q̃ singuli non ligentur, vel in

vel in singulos iurisdictio non quæratur: licèt enim verba quã doq; referantur ad vniuersitatem: tamen complectuntur illos de vniuersitate vt singulos, si natura dispositionis non potest congruè ferri ad vniuersitatem, vt in sententia excommunicationis, & interdicti patet per cap. si sententia. in fi. de sen ten. excommu. s. eodem lib. & quod no. in cap. tanta. s. de ex
35 cess. præla. ¶ † Ex prædictis potest in summa redigi, & distin gui, cum quæritur, qualiter iurisdictio acquiratur. quandoq; enim quæritur, qualiter acquiratur in causis generaliter: quãdoq; qualiter in personis: quandoq; qualiter in ciuitate, vel castro: quandoq; qualiter in vno populo. & quid iuris in quo libet membro, superius patet, vbi ista extensio, siue prorogatio iurisdictionis in causis, & personis potest ad similia applicari, maximè ad not. per Inno. in cap. dilecto. supra de offic. archi. & ibi Ioan. Andre. relata glos. Innocen. ad contextum subijcit, quòd ex ea eligas qd boni poteris. & vt credo, ideo sic dixit, quia visa sibi est confusa, & difficilis, prout verè est. Ego autem dictam glos. ordino, distinguendo sic. cum quæritur, vtrùm fiat extensio exercitij alicuius actus de personis ad personas, vel de iuribus ad iura, vel de locis ad loca. distingue: aut quæris de extensione consuetudinis, aut præscriptionis. aut concessionis, siue priuilegij. ¶ Primo casu aut consuetudo inducitur contra iura, vel est ecclesijs onerosa: & non est extendenda. de consuetu. cap. 1. de deci. cap. tua. & cap. cum contingat. neq; ad alia iura. de præscri. cap. auditis. & de cap. mo. cap. 2. neq; ad alias. 12. distin. cap. omnia. & 11. distin. cap. catholica. Aut est laudabilis, & super re de facili concessibili, qualis est, vt archidiaconus iurisdictionem exerceat in monasterio: nam hoc episcopus de facili sibi debet concedere, vt sic diuidat onus suum in cap. mandata. de præsump. & cap. fin. de offic. archidia. & cap. cum ecclesia Vulterana. de elec. & cap. in his. 11. distin. & 12. distinc. cap. consuetudo. & de censi. cap. sopitę. & hoc est verum, vbi maior pars ecclesiarum, & personarum eiusdem conditionis hanc seruet, vt ibi, & ff. de iusti. in. & l. pe. ¶ Item hoc est verum non solum de ecclesia eiusdem diœce. sed etiam eiusdẽ prouinciæ, adeo quòd illæ ecclesiæ, quæ hanc communem consuetudinem recusarent obseruare, possent ad hoc cogi. qđ patet; quia ecclesię, q̃ de nouo constitutę sunt, eã obseruare tenentur. de censi. cap. ecclesijs. ponit Innocen. exemplum in officijs ecclesiasticis, in quibus vnum modum debent obseruare, vnam mensam communẽ habere, & prærogatiam eiusdem dignitatis seruare, vt probatur per ordinem. 12. di. c. pe. in fin. de censi. c. ex parte. de consue. c. cum olim. & hæc sunt iura. q̃ tenẽtur obseruare, nisi habeãt cõtrariã certã laudabilẽ consuetudinẽ, & præscri. de cõsue. c. fi. de præscrip. c. auditis. & 12. dist. c. illud breuiter. vel nisi alius hæc iura in illo monasterio exerceat. de præscrip. cap. cum ex officij. vel nisi pro illa aliam habeat: puta vna ecclesia ieiunat die Sabba. alia de Mercurij. 12. dis. cap. illa. tunc enim minor pars non cogitur sequi maiorem. Alij dicũt, quòd in his, quæ sunt iurisdictioni annexa, fit prorogatio de personis ad personas, dummodo maior pars populi vtatur tali consuetudine. ff. de iusti. & iur. l. pe. & l. quod maior. ff. ad̃muni. & de testi. l. testium. §. fi. nisi consuetudo sit contra legem inductа, vt l. quod non ratione. ff. de le. In his verò, quæ consistunt in prestationibus, & similibus, non est extendenda consuetudo. Non ob. ff. communia prædi. l. venditor. §. si constet. quia ibi non fit extensio de vna re ad aliam, sed ad eandem tantùm, quæ nunquàm debet diuerso iure censeri, vt d. c. cum in tua. de deci. cum concor. Alij indistinctè dicunt, q̃ consuetudo non est extendenda ad alia monasteria, siue ecclesias, vt in Archid. q̃ iurisdictionem exercuit de consuetudine in nouis, vt c. cum contingat. de deci. Non ob. c. cognouimus. 12. quęstio. 2. quæ ibi ideò dẽt solui, quia sic debebatur de iure cõi, non ex eo, q̃ de cõsuetudine cõsueuit solui. Nõ obs. de censi. c. sup eo. de consue. c. cum olim. quia ibi loquimur de his iur. de quibus nihil est certum in iur. statutum. in talibus enim satis est æquum, q̃ consuetudo prouinciæ, siue vicinarum ecclesiarum dẽat obseruari. ar. 12. di. c. diuturna. & c. cõia. & se. sed q̃ Archidiaconus in monasterio iurisdictionem exerceat, est contra ius cõe. & facilius fit extensio in his, quæ non pertinẽt ad alium de iure cõi, vt c. 1. de reli. do. Alij dicunt in præscriptionibus, q̃ aut ille, qui exegit annuam pensionem, vel certã partem oblationũ in oĩbus ecclesijs, vel monasterijs ex consuetudine, vel præscriptione, & vult exigere in vno, quod non soluit; quia erat eps, cui subsunt oẽs ecclesiæ: & poterit exigere etiam in isto. Aut est alius: & non poterit, vt d. ca. dilecto. versi. cum in huiusmodi. & est rõ; quia de iure cõi epo omnia subesse videntur. 10. q. 1. c. regenda. 12. q. 1. c. præcipimus. & c. ecclesiarũ. ¶ Sed dices. si illa ecclesia nõ est passa cõtra se consuetudinem induci in exercitio iurisdictiõis respectu præstationis, imò semp violenter restitit, qualiter ei debet præiudicare negligentia aliarum. nam & res inter alios acta & c. de re iud. c. pen. rndet Inn. q̃ hoc est ideo, ne vna, & eadem ecclesia diuerso iure censeatur. 12. q. 2. c. cognouimus. ex quo argue secundùm Host. q̃ si eps à subdito petit aliquid nouũ, vel insolitum à iure, non tũ omnino improbatum (puta censum, vel charitatiuum subsidium, & similia) ex quo ꝓbat, q̃ id hẽt, & percepit in alijs conuicinis, conuincitur is, à quo petit, nisi aliud probet. ad hoc allegat Io. And. iura. quę allegat gl. fi. in c. dilecto. de offi. arch. Fit eriã extensio iurisdictionis ad locum, de quo non constat, q̃ ad alium pertineat. de reli. do. c. 1. & fit ista extensio maximè in iuribus archidiaconalibus, & consimilibus, quę per consuetudinem acquiruntur sm̃ Inn. & hæc sint dicta de extensione consuetudinis de personis ad psonas, de locis ad loca, & de iuribus ad iura. ¶ Secundum membrum fuit de acquisitione per præscriptionem. & in isto dicit Io. An. post Inn. q̃ non est extendenda, sed potius tanquam odiosa restringenda. c. vigilanti. de præscri. ¶ Tertium membrum est de cõcessione, an extendatur ad alias ecclesias, si concessa est iurisdictio in quibusdam. dicit, q̃ nõ. rõ differentiæ est inter concessionẽ, & consuetudinem; quia eo ipso q̃ concedit in aliquibus, in alijs prohibetur, ar. 55. di. c. disciplina. de deci. c. 1. & c. ex parte. ¶ In consuetudine verò, ex quo hoc permittit in alijs, hoc idem & de illo præsumitur tacitè cõsentire sm̃ eum. dns Bal. de ista extẽsione ꝓsequitur in quadã sua disputatione, q̃ incipit. Apostolus. & sicut fit ꝓrogatio iurisdictionis p consensum quatuor modis, de tpe ad tps, de re ad rẽ, de psonis ad psonas, de locis ad loca: Ita de ista extensione q̃rit ipse in materia ꝓscriptionis. & ex dictis suis in summa colligo primò in tpe, q̃ qui ex ꝓscriptione hẽt ius cognoscendi de cã. j. certa tpa, postea nõ cognoscet, ar. l. statuli. §. Stichũ. ff. de le. 2. hoc verũ, nisi partes prorogent. nã quod prorogatur, dicitur esse idẽ cũ primo, si fit eiusdẽ formæ. & naturæ. secus si diuersæ, vt no. in o. hi q. de ꝓben. s. e. li. ¶ In sedã spẽ. s. de psonis ad psonas refert dictũ Inn. de quo. s. s. in c. dilectus. de capel. mo. vbi dicit, q̃ non extendit: sed, vt vidistis in c. dilectus. de off. arch. multum variæ in acquisitione, quæ fit per cõsuetudinẽ, nam multas op. quas ponit. s. retuli, quæ sunt vel contrariæ, vel distinctione ad concordiã reducendæ. In acquisitione, quæ fit ꝓ ꝓscriptionẽ, & etiã per concessionem indistinctè q̃ non fiat extensio. considerat tamen Bal. potius causam actus, quã ipse actũ: vt si est intentio vniuersalis, vniuersaliter acquiratur, licèt exercitium fuerit in vno actu, & in uniuersalibus licita est extensio, iuxta no. in l. mandatum. C. manda. per Pe. & Cyn. plenius hoc dixi. s. post Innocen. ¶ De tertia specie prorogationis parum dicit, licèt tangat vnam quæstionem, quæ est talis. Archidiaconus præscripsit iurisdictionem in patronalibus ecclesijs: an si patroni non eligunt, videatur præscripsisse collationem? & videtur, quòd postquam præscripsit episcopalem iurisdictionem in suo archidiaconatu in principali: quòd præscripserit etiam in accessorio, quod secum rapit ex vi attra-

ctiua. nam iura præſcripta habent tacitas acceſsiones, vt ff. cõia prædio.l.refectionis. §.fi.¶ Item illud ius eſt conſecutiuũ ad iuriſdictionẽ.præſcriptam.& à primordio tituli poſterior formatur euentus.C.de imponẽ.lucra.deſcrip.l.1.li.10. cõtrariũ tenet Bal.qa ex duobus iuribus eſs non perdidit,ni ſi vuũ.ſ.ius inſtituẽdi. reliquũ remãſit in calamo:ergo ſtat in iure cõi in præſcriptione,ſicut in priuilegio,qđ non extẽdit. ff.de vul.& pu.ſubſt.l.ex facto.& ceſſante priuilegio, remanemus in iure cõi,vt l.ſed & milites.in prin.ff.de excuſ. tut. nec dixerit aliquis,iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis. ergo eſt extendenda:quia hoc eſt odium in modum acquiſitionis,ſcilicet per ꝓſcriptionẽ, quæ eſt odioſa,in ſuis terminis reſtringenda,vt ſ.dcm̃ eſt.& eſt ſimile in c.ſede vacante.ſuccedit.n. in naturali.iuriſdictione,nõ in præſcripta,vel priuilegiata,vt no.in c.verũ.de ſo.cõp.in nouel. pro parte hac allego qđ no. Io.An.poſt Inn.in d.c.dilectæ.in fi.gl. magnæ.vbi dicit, ꝙ ſi archidiaconus acquiſiuit per conſuetudinem viſitationem:ſi poſtea amittat ipſam per deſuetudinẽ,ꝙ epiſcopus, qui per centum annos nõ viſitauit,viſitare volens admittetur.de præſcrip.c.cum ex officij,& de cenſi.c.cũ venerabilis. reuertitur enim res faciliter ad naturam ſuam. & quod per præſcriptionem acquiritur, ſi perdatur res,ad priorem dm̃ redit, vt c. cum dilectus.de or.cogn.& l.ſi quis emptione.de prꝛſcip.30. an.& l.filio quem pater.de li.& poſthu.& omnino vide qđ circa hoc no.ſ.eo.li.de inſti.c.2. in nouel.& quod ibi dixi.¶ In quarta ſpecie,cũ. ſ. quæritur, vtrùm fiat extenſio de loco ad locum:& dicit, ꝙ quidam eſt locus finitiuus,ſiue circunſcriptiuus:& non licet hos terminos tranſgredi. de ædic. edic. l. qđ ſit fugitiuus.§. idẽ Celicius, ali⁹ eſt locus occaſionatiuus; vt quia fuit delictum commiſſum in caſtro,non extra,vel intra vnum miliare,& non vltra.& ille locus non circunſcribit iuriſdictionem,ſed delictum, vt l.libellorum. ff. de acc. & in dubio locus particularis non attenditur: ſed limites territorij,intra quos delictum commiſſum punitur.ar.l.3. de acquiren. poſſeſ. & ita dicit in dicta diſputa. ¶ Prædicta omnia procedunt, cum quis iuriſdictionem acquiſitam vult extendere altero ex prædictis modis contra inuitum.hoc enim iure acceſsionis,vel in conſequentiam regulariter eſt permiſſum,vt plenè not.in cap.1.de offi.deleg.Item quando eſt permiſſum iure præuentionis. vt in cauſa reconuentionis.cap.1. & 2. de mu. peti. principaliter verò ad aliam rationem, vel perſonam penitus diuerſam ad diuerſa loca, ſiue tempora non extenditur,niſi de partium voluntate,vt plenè legitur,& not.in cap.P. & G.de offic. dele. quæ autem dicatur diuerſa res penitus,vel eadem,contigua,vel connexa, vel acceſſoria, vide ad hoc.l.rerum mixtura.ff.de vſuca.& l. ſtillicidij.§. fin. cum l. ſequen.& l.Labeo.cum ſequen.ff. quemad.ſer.amit. & l. fundi. per totum & de act. emp. l. ſi quis cum totum. de exc.rei iud.& l. ſi prius. de aqua plu. ar. ¶ Iuxta prædicta quæro.quidam fecit quoſdam homines alteri ſubiectos abiurare iuriſdictionẽ prioris dſi, & ab eis iuramentũ fidelitatis exegit,& confiteri fecit, quòd homines ſui ſunt: an per illud iur. acquiſierit quaſi poſſeſſionẽ iuriſdictionis in eos, & prior dominus eam amiſerit. & dicendum eſt, quòd non ſecundùm Inno. in c. dilectus. de capel.mona. iſti enim,ſecundum eum non ſunt actus, per quos iuriſdictio acquiratur. & intellige hoc ſanè,prout ipſe intelligit,ſcilicet cum homines, qui ſic fatentur,alij ſunt ſubiecti,non enim ſe alij ſubmittendo priuant poſſeſſorem dominum quaſi poſſeſsione: ſicut nec alij,qui rem poſſident alieno nomine,vt l.fina. C. de acquiren. poſſeſſi. nec videtur quis poſſe quaſi poſſeſſionem, quam alius in eo poſſidet, ſic transferre, maximè eo, qui poſſidet, ignorante. vt c.olim. 1. de reſt. ſpol. Item illa non eſt vera traditio, quæ non cadit in incorporalibus,ſed ficta. quæ facta ab eo,qui poſſidet nomine alieno,non nocet. facit quod not.in cap. inter quatuor.de maio. & obe. in nouel. & quod no.Ioan.Andr.in d.cap.olim.ſuper glo. vt ſcias.& Bar. in l.ſi colonus. de acquiren. poſſeſ. ſi verò nullus poſſidebat in eo ſubiectionem:videtur, ꝙ poſſit in tali cõſtitui talis qua ſi poſſeſſio:nam in rem meam poſſum alieno nomine poſſidere:quod dic, vt no.in l.ſi rem aliquam.ff. de acqui. poſ.per Bar.& l.qđ meo.eod tit. & l.cum falſa.ff.de iur.& fac.ignor. ¶ Quæro ẽt, vtrum poſſit quæri iſta quaſi poſſeſſio per conſtitutionem precarij: pone enim, ꝙ exiſtens in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis caſtri, quod alteri concedit, conſtituit ſe eius nomine poſſidere.dicit Bar.ꝙ ſic: quia tranſfert iuriſdictionem miniſterio ſuo,vtendo pro alio:ſed ruſtici, qui nulla iuriſdictione vtebantur, ſed alius vtebatur in eos, concedunt iuriſdictionem loco,& ſubmittunt ſe: tunc conſtituendo ſeipſos illius nomine poſſidere,non tranſferunt quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis,cum apud eos nullus eſſet eius vſus, & per iſtam conſtitutionem precarij vſus non inducitur ſecũdum eum,qui ita no.in d.l. qđ meo. vbi etiam p eum videas, quid iur. in alia quaſi poſſeſsione incorporaliũ, an tranſferatur,& inducatur per cõſtitutionem precarij:dic vt ibi. ¶ Subſequenter eſſet hic examinandum de effectu huius quaſi poſſeſsionis iuriſdictionis acquiſitæ: vtrùm talis quaſi poſſeſſio tueatur geſta per talem poſſeſſorem. de hoc non proſequor: ſed remitto ad nota.per Ioan.Andre.poſt Docto.in c. quod ſicut electi.& per legiſtas in l.Barbarius.ff.de offic. præto. & quod dixi ſupra in 3.quæſtio.principali.verſi.Iuxta prædicta quæro de effectu poſſeſsionis prælaturæ &c. & quod etiam dixi in repetitione cap. ſupra proximè. ¶ Poſtremò videndum eſt circa iſtam quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis, qualiter amittatur.Inno.& Io.An.poſt eum aliquid tangũt, qualiter perdatur quaſi poſſeſsio dignitatis in d. c. in literis. de reſt.ſpo.in gloſ.magna.verſi. Sed quæro qũo amittatur poſſeſsio &c.de amiſsione autem quaſi poſſeſsionis iuriſdictionis tangit in d.cap.dilectus.de capel.mo. vbi inter cætera illud notat,ꝙ ſi caſus vtendi ſe non exhibet, nunquam quis iuriſdictionẽ pdit.,ꝙ quo allego l.arboribus.ff.de vſufruc.¶ Itẽ illud etiã ibi nota,ꝙ vtendo pro parte, retinet quis totam iuriſdictionem ſecus in acquiſitione,quæ non extenditur. facit quod notat Bar.in l.1.§.hoc interdicto.ff.de iti.actuq; priua. ſi autem me exiſtente in quaſi poſſeſsione iuriſdictionis alius vtatur,an perdam ipſam.dic,quòd non,ſi hoc ignoro, vt plenè not.Ioan.Andr.in cap.conquerente.de offic. or. ſi autem me ſciente,tunc ſi patior illum vti,& ſubditi illi obtemperãt, videor perdere: ſecus ſi reſiſto, & ſubditos ſibi obedientes punio,vel aliter coerceo per ſententias cenſurę, ne ſibi obediant. ſic enim reſiſtendo nunquam perdo dictam poſſeſsionem,vt c.olim.3.de reſtitu.ſpo.per Inno. & Ioan.And.vbi illud not.ꝙ poſſeſsio incorporalium, quæ non poſſunt tangi, difficilius perditur, quàm poſſeſsio rerum corporalium, vt ibi ſubtiliter not.Inn.Et ibi etiam quid iuris,ſi ſubditi patiuntur, & obediunt ei,qui fructus percipit: an ex hoc quæratur quaſi poſſeſsio.diſtinguit notabiliter,an mandatum conſiſtat in faciendo,vel in non faciendo. facilius enim quæritur, ſi cõſiſtat in faciendo,quàm in non faciendo. rationem differentiæ ibi vide.Vide etiam quod nota.Ioan.Andre.in cap. querelam.de elec.in nouel.in glo.verſi. quid ſi eram in poſſeſsione &c.& quod ipſe no.de reſcrip.c.ſuper literis.in vl. col.vbi omnino vide. Ignorans autem alium exercere iuriſdictionẽ, cuius eſt in quaſi poſſeſsione, nunquam eam perdit. nec mirum eſt;quia nec poſſeſsionem rei corporalis., vt dixi. ſupra in 1.col.ver,idem ſi poſſidet.& not.Innocen.in cap. conquerente.de offi.ord.Et cuius ſcientia requiratur, ſi ſunt plures, qui habent iuriſdictiones diſtinctas; puta vnus epiſcopalem, alius præbendalem. vide in d. cap. conquerente. & cap. bonę. de poſtu. prælat. in nouella. nam, vt ibi dicit, illius ſcientia requiritur, cuius quaſi poſſeſsionem alius ſibi quæ rere intendit. facit quod nota. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. ¶ Sed incidenter quæro, vtrum in caſibus, in quibus quis perdit quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis, illa quaſi

quaſi poſſeſsio acquiratur occupanti, ſiue ſpoliatori. Ioan. And. poſt Innocen. in iur. proximè allegatis videtur ſentire, quòd ſic: ſed Bar.notabiliter diſtinguit,& dicit, quòd aut iuriſdictio cohærebat territorio: tunc quicunq; vtatur iuriſdi. retinetur, vt l.qui fundum.ff. quemad. ſeruit.amit. aut iuriſdictio competebat perſonæ in loco: & tunc ille, qui non vtitur,licèt deiectus,perdit,vt l.ſi plures.§. deiectum. ff. de vi & vi ar.tamen hæc iuriſdictio non quæritur ei, qui per vim, & ſine titulo vſus eſt, ſed reuertitur ad eum, cui competit de iure communi; vt ad præſidem, vel præfectum, vt l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic. præſi. ille tamen, qui deiecit, tenebitur deiecto ad intereſſe, tanquam re perempta. caſus eſt,qui probat illa.ff. de vi & vi.ar.l. ſi de fundo. & hoc not. Barto. in l. ſequitur. §. ſi viam.ff. de vſuca. ¶ Subſequenter quæro, vtrùm quis poſsit à ſe abdicare iſtam quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis, ei renunciando? videtur, quòd non: quia hoc debet fieri in manibus ſuperioris, vt l. penul. ff.de offic. præfec. vr. & cap admonet. & cap. quod in dubijs. de renun. & cap. 1. de renun. ſupra eodem libr. Barto. tenet contrarium in l.ſi quis vi. §. differentia. ff.de acquiren. poſſeſ. & dicit ſic ſentire Innocen. in d. cap. quod in dubijs. & hęc de iuriſdictione ſufficiant. ¶ Quintò quæro principaliter de quaſi poſſeſsione iuriſdictionis eligendi, qualiter primò acquiratur.ſecundò de eius effectu. quartò qualiter perdatur. de primo & ſecundo dic, vt tactum eſt. ſ. in 2. quæſtio. princi. ver. vbi ex prædictis &c. & verſi. ſequitur. &c. ¶ Et circa eius effectum addo prædictis vnam quæſtionem, vtrùm probata ſolummodo quaſi poſſeſsione iuris eligendi, debeat electio confirmari? de hoc not. Ioan. Andr. in cap. cum veniſſent. de reſtitu.in integr. vbi dicit, quòd non ſufficit petenti confirmationem electionis probare ſe eſſe in qua ſi poſſeſsione iuris eligendi:ſed debet probare etiam bonam fidem per probabiles coniecturas. ff. de libe. cauſa.l.igitur. §. 2. vel quòd longo tempore fuerit in hac quaſi poſſeſsione,vt l.poſſidere. §. ſi ſeruus. de acquiren. poſſeſ. & quod dicatur longum, relinquitur arbitrio iudicis. l. 1. ff.de iure deli. & notat Innocen. de elec. cap. querelam. cum ergo iſta quaſi poſſeſsio iuris eligendi de iure debeat eſſe penes Capitulum.vt cap. 1. ſupra.de elect. extraneus, qui dicit ſe eſſe in dicta quaſi poſſeſsione,debet probare, quòd bona fide:aliàs præſumitur mala,vt dixi ſupra in 10.contrario.& illa eſt vna opinio Innocen. vt refert Ioan. Andr. in d. cap. cum veniſſent.in gloſ. magna.ſuper verb.monachis.q̃ videtur hoc confirmare.dicit enim,quòd quantuncunq; conſtet aliquem fuiſſe in quaſi poſſeſsione iur. eligendi: tamen non eſt electio confirmanda, ex quo ante confirmationem objicitur, quòd poſſeſsio ſit violenta, vel vitioſa, niſi hoc primo diſcuſſo, & diffinito.vt d.cap.cum veniſſent.vbi verò nihil objicitur, tenet facta confirmatio. & ſic intelligitur cap. ex literis.de iure pa. & eſt ratio ſecundùm eum; quia qui petit electionem confirmari,vel infirmari,potius videtur agere petitorio, quã poſſeſſorio, niſi aliud exprimatur: vnde vires electionis, & formæ perſonæ veniunt in hoc iudicio, vt patet ex notatis de elect.cap. poſtquam.& cap.nihil. Ioan. Andr. poſt Innocen. videtur ſentire,quòd ſufficit facere fidem de quaſi poſſeſsione pacifica iuris eligendi: puta quia elegit bis prædeceſſores immediatè præcedentes, ſicut not. de cauſa poſſe. cap. cum olim.idem ſi elegit illum,qui immediatè præceſsit, vt ibi no. nec ibi exigit Ioan. Andr.quòd probetur aliter bona fides, ſed ſufficit probatio actus pacifici.& hoc dicit verum, quando poſſeſſorio tantùm agitur: ſed ſi petitorio ageretur, neceſſe eſt probare bonam finem per titulum, vt patet ex not. in cap.ſi diligenti.de præſcrip.& de cauſa poſſeſ.cap. cum eccleſia. ſed ex his non remanet intellectus clarus, vtrùm ad confirmationem obtinendam ſufficiat probare ſolùm quaſi poſſeſsionem abſq; titulo, vel alia bona fide. ¶ Et quæſtio conſiſtit in eo,quod dictum eſt,an illa petitio accedat ad naturam petitorij, an poſſeſſorij. nam in iſtis iur. incorporalibus,quæ poſſidentur ab alio, contra quem eſt iuris præſumptio:ſi agatur poſſeſſorio retinendæ,vel recuparandæ,ſufficit ſola poſſeſsio, & in ea tuendus eſt poſſeſſor. ſi verò agatur poſſeſſorio:tunc ſecus eſt, vt dixi ſupra in 2.quæſtio. ver. ſequitur videre qualiter &c. ¶ Et mihi videtur, quòd electionis confirmatio petita fundetur principaliter in poſſeſsione eligentis:incidenter verò veniat proprietas.quo caſu cum ſci licet dominium deducitur in iudicium incidenter, præſumitur ex poſſeſsione,vt not.in l.ſicuti.§. ſi quæratur. ff. ſi ſerui. ven.& l.quidam.de condit.inſtitu.per Barto.¶ Item communis doctrina Doctorum eſt,quòd eligere ſit quidam fructus, ex quaſi poſſeſsione proueniens, vt cap. conſultationibus.de iure patro. non videtur ergo quaſi poſſeſſor ab effectu huius modi remouendus per exceptionem; ergo non habet titulum:ſed oportet, quòd agatur contra eum negatoria. ſic dicimus in poſſeſſoribus dignitatum,& beneficiorum, qui ſi agunt pro iure dignitatis, vel beneficij, non poſſunt remoueri per exceptionem.tu non es prælatus, &c.vt no.in cap. tranſmiſſam.de elect.nam, vt dixi,actus eligendi, & præſentandi fundatur in poſſeſsione,non in proprietate, adeò quòd ſi vnum præſentat poſſeſſor,alium ille, ad quem ſpectat proprietas iuris eligendi,qui non eſt in poſſeſsione, confirmabitur electio poſſeſſoris,non proprietarij,vt no. Innocen.in c. cum eccleſia Sutrina.de cauſa poſ.& proprie.& d.cap. cum veniſſent.& per Ioan.And.in cap.in literis.de reſti. ſpo. poſt prin. in nouella.& d. cap. conſultationibus. & vtrobiq; idem dicit in ſententijs latis à bonæ fidei poſſeſſoribus dignitatis, & alijs actibus,prout plenè not.in d.cap. in literis. De quaſi poſſeſsione tamen excommunicandi vide quod no.Ioan. And.poſt Innocen.in c.olim. 3. de reſtitu. ſpo. ¶ Poſtremò quæritur, qualiter iſta quaſi poſſeſsio iur.eligendi amittatur.dic, quòd quandoq; quis prætendit quaſi poſſeſsionẽ inſolidum: qnq; vt vnus in Cap.ſi inſolidum, & tunc aut quæris, an poſsit eã perdere,etiam eccleſia non vacante; quia viuit ille, quem elegit:& tunc quantuncunq; tertius, vel ẽt ipſe electus neget ad illum, qui eſt in quaſi poſſeſsione eligendi, ius illud elig.pertinere, non per hoc perdit dictam quaſi poſſeſsionem. electus enim, & inſtitutus in beneficio non poteſt quaſi poſſeſsionem iu.eligẽdi,quæ ſpectat ad alium,interuertere, nec mutare ſibi cauſã poſſeſsionis,vt l.nemo.de acquiri poſ.nec quaſi poſſ.dicti iur.eſt penes eum, ſed penes electorem habitu, licèt non actu,vt no.in c.de quarta.de præſcri.in antiq. poſſet tamen, viuente inſtituto, talis poſſeſſor perdere dictam quaſi poſſeſsionem:puta ſi ei renunciet, vel in alium verbo tranſferat,vel per ſententiam abdicetur ab eo,vt not.in ca. cum noſtris.de conceſ.præben.in nouel.poſt Inno. mortuo verò inſtituto in quaſi poſſeſsione iur. eligendi, qualiter hæc quaſi poſſeſsio amittatur.dicit Ioan.Andr.poſt Inn. ꝙ non ſtatim, cum alius eligit:ſed tunc demum,quando de poſſeſsione expellitur.quando autem dicatur expelli, dicunt ipſi, quando propter timorem iuris,vel facti non eligit: pone exemplum, quando propter timorem iuris; quia non credit ius eligendi ad ipſum pertinere: vel quia eſt lata ſententia contra ipſum, vel alia ratione;& ideò ad illam ſe intromittere non intendit. propter timorem autem facti perdit eam;quia non audet eligere propter potentiam illorum, qui hoc ius eligendi ſibi vendicãt:vel qui de facto poſſeſsionem nacti ſunt, & ideo ſuſpicatur ſe poſſe repelli; qui eſt vnus de mod.s perdendi poſſeſsionem.ff.de acquiren. poſ.l.ſi id quod.§.ſi.quouſq; igitur ignorat illam quaſi poſſeſsionem eligendi occupaſſe, ipſam non perdit: nam ſolo animo retinetur, & ſine eo non perditur: ſicut nec poſſeſsio rerum corporalium. C. de acquiren. poſſeſ.l.licet.& ff.eodem titu.l. quemadmodũ. & l. clam poſſidere.§.qui ad nundinas.eo. tit. In illa enim poſſeſsione iurium acquirenda eſt neceſſarius cõſenſus expreſſus, vel ſaltẽ patiẽtia poſsidẽtiũ illud ius,aliàs nõ q̃rit̃,vt l.2.C.de ſerui.&

aqua.& quod not. Ioan. And. post Innocen. in c. bonæ. 2. ℣. de postu. præla. ¶ Sed hic quæritur. cum electio habeat plures partes, vt not. in c. publicato. de elect. & c. 2. de restitu. in integr. in nouel. vtrùm si ignorauit electionem factam à tertio, sciuit tamen confirmationem, vel ignorauit vtrũque, sciuit tamen postea electum, & confirmatum à tertio administrare; an perdat dictam quasi possessionem eligendi? Ioã. And. post Innocen. sentit, quòd sic, si hoc patitur, postquàm sciuit: & sic patientia in actibus consecutiuis ad electionem inducit priuationem quasi possessionis in actibus præcedentibus, & in tota electione secundùm eum. & si dicatur, iniusta possessio non debet extendi ad partes non acquisitas, vt l. quod meo. §. fin. de acqui. possess. & not. Innocen. in c. super literis. de rescript. & c. in literis. de restitu. spol. Solu. hic loquimur de quodam toto integrali indiuisibili. sicut homo, qui vno spiritu continetur, vt l. rerum mixtura. de vsucap. & l. vulgarem, de fur. in hoc ergo toto, ex pluribus partibus cõposito, negligentia, & patientia in sequentibus priuat à possessione totius: sed non ita in fundo, qui facilè diuiditur, & de vno plures fiunt, vt l. quod in rerum ff. de leg. 1. ¶ In hoc enim, & similibus potest quis perdere possessionem in parte, & aliam retinere, vt d. §. fin. facit ad prædicta quod no. in l. legato generaliter. ff. de lega. 1. & d. l. rerum mixtura. ¶ Iuxta prædicta quæro. si quis solum eligit prælatum in ecclesia, in qua spectat ad me quasi possessio iuris eligendi: an contra talem debeam intentare interdictum vnde vi, vel vti possidetis. & an contra electum, qui consensit: vel contra superiorem, qui electionem confirmauit? & videtur, quòd ex sola electione, alio non secuto, non possit agi cõtra talem per eum, qui quasi possidet: vtrũque enim interdictum, scilicet vnde vi, & vti possidetis. exigunt factum, scilicet turbationem, vel expulsionem, vt patet in l. vim facit. ff. de vi & vi arma. & per totum. & ff. vti possidetis, per totum. Sed ille, qui verbo eligit, nihil facit, sed labia sua solum mouet. facit l. si quis vxori. §. neque verbo. ff. de furtis. satis enim videretur delusorium, quòd quicunque diceret. eligo talem in prælatum talis ecclesiæ, teneretur interdicto. Contrarium tenet Innocen. & post eum Ioan. Andr. in c. 2. de restitut. in integ. vbi contra talem dicunt competere interdictum vti possid. quia per electionem factam per eum, qui non possidet, posset magna turbatio prouenire, & præiudicari priori. & idem dicit in eo, qui excommunicat, vt possit contra eum agi. Nõ obst. §. neque verba. & quæ dicta sunt supra. habent enim locum, quando quis extra iudicium, & cum amicis assereret ad se pertinere ius eligendi; non tamen ad actum electionis procederet. ex solis enim illis verbis enunciatiuis fatetur Innocen. quòd non oritur aliquod interdictum. Ex sola ergo diffamatione non dicitur quis turbari, nec competit interdictum secundùm eum ibi. quod est verum, quando solus possessor non læditur: sed quando læderetur; quia propter talem diffamationem non reperit laboratores: vel in electione nullus à possessore electus vult acceptare; quia dubitat de illo tertio diffamante: tunc contra talem bene competit interdictum vti possidetis. vt notat Barto. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti possidetis. & in dicta l. vim facit. de vi & vi arma. ¶ Sed quærit Bartol. quid iur. si non tertius, sed ille, qui tenetur recipere eum, quem eligo, turbat me: an competat interdictum, & ponit exemplum in ciuitate Spoleti, vbi Commune Perusij erat in quasi possessione iur. eligendi ibi Potestatem, dicit ipse, quòd illud turbare, potest contingere diuersis modis. Primò non admittendo electum, & non obediendo sibi. & hoc casu non turbatur Commune Perusij in possessione iuris eligendi: sed turbatur ipse electus, vel dictum Cõmune in exercitio iurisdictionis, & esset agendum confessoria, vel vtili in rem. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vendi. ¶ Secundo modo potest turbari dicta quasi possessio, si ipsi de Spoleto eligunt. in hoc aduertendum, quòd si quem eligunt, sciente Commune Perusij, & negligente eligere; tunc perderet quasi possessionem, quam habebat; quia in istis incorporalibus non est aliud quasi possessio, nisi quædam patientia aduersarij, vt l. quod. ff. de ser. & l. 2. C. eodem titu. ¶ Sed si non obstante tali electione Commune Perusij eligit, non priuatur illa quasi possessione; quia non suspicatur se posse repelli, sed habet animum retinendi. & ita dicit, quòd Innocen. not. in dicto cap. 2. Contra electum autem, vel confirmatorem tenet cum Innocen. quòd non competat interdictum vti possidetis; quia ipsi non turbant me in possessione iur. eligendi. quod putat verum, si per talem acceptationem electi, vel per confirmationem non turbet in possessione iuris: aliàs secus, & adde ad prædicta quod notat in fin. Innocen. in c. olim. de restitutio. spolia. & hæc sint dicta, cum vnus prætendit quasi possessionem iur. eligendi insolidum. sed si vnus de Capit. tunc qualiter istam possessionem amittat, prosequitur Ioan. Andr. post Innocen. in c. querelam. de elec. ex cuius dictis colligo tria membra. Primum est, cum quis veniens ad electionem non admittitur. Secundum, quando expellitur. Tertium, quando contemnitur. In primo membro primò dicit, quòd aut iste vendicat sibi vocem de iure communi; puta quia de Capitulo; aut quando iure singulari; quia extraneus. ¶ Primo casu si Capitulum non admittit eum, non per hoc perdit quasi possessionem, & Capitulum non retinet suo nomine. & hoc dicit ibi in gloss. magna. ver. si verò is, qui erat. sed in versic. dicitur autem possessor spoliari &c. dicit, quòd possessor dicitur spoliari possessione iuris eligendi, si fiat electio sine ipso animo spoliandi, vt cap. cum ecclesia. de causa poss. & proprie. & per hoc idē sentit Host. qui ibi dicit, quòd si canonicus ex eo admittitur; quia sibi refertur quæstio de titulo, dicitur spoliari, vt cap. dilecto. de præbendis. Ad hoc facit quod not. de elect. cap. in Genesi. ¶ Et hanc opinionem credo veram, & præcedentem etiam vno casu, quando scilicet certa persona impedit canonicum, ne accedat ad Capitulum: vel metu eius non audet accedere, vel eligere: tunc enim credo, quòd possessionem eligendi retineat per Capitulum, nec perdat eam, post quam tertio non quæritur, nec Capitulum habet animum cum spoliandi. facit quod not. in l. 1. §. sue autem. ff. de vi & vi arma. & quod not. Ioan. Andr. in d. c. querelam.

¶ Secundo casu quando extraneus vult admitti iure singulari, sine dubio eo ipso quòd nõ admittitur, possessionem perdit, si electum ab alijs in sua dignitate pacificè agere patiatur. facit quod not. Ioan. And. de postu. præla. c. bonæ. 2. super tertia glossa.

¶ Secundum membrum, cum expellitur, non habet dubium; quia perdit dictam quasi possessionem: & multò fortius; quia facta magis patent, quàm non facta, vt not. Innocen. in cap. extirpandæ. de præbendis. facit l. si mora. ff. soluto matrimonio. & l. si seruum. de verborum obligatio.

¶ In tertio membro, cum scilicet contemnitur, aut simplicitate, vel ignorantia, aut ex certa scientia. ¶ Primo casu non videtur spoliari, nec poterit agere tanquam spoliatus: sed bene tanquam contemptus, poterit petere electionem irritari. de electio. cap. quod sicut. idem cum ex certa scientia contemnitur. iste enim actus non uocationis non infert necessariò animum spoliandi ex parte non vocantis; ideo agit potius de contemptu, quàm de spoliatione, vt d. c. quod sicut. ¶ Est & quartum membrum, quando scilicet vocatus semel, vel pluries, venire contemnit; an ex hoc perdat quasi possessionem, dicerem hoc casu perdi, vel nõ perdi ad similitudinẽ rei corporalis, q̃ perditur p nõ vsum cũ spatio tpis arbitrando, vt no. Io. An. post Inno. in d. c. querelam. ita dicerem in prædicta quasi possessione, quæ oritur ex qua si annua præstatione pensionis, de qua in capi. querelam. ℣. de

℣. de elec. & ibi in nouel. post Innocen. qualiter dicta quasi possessio amittatur. & vtrum pro ea amissa competat possessorium recuperandæ. de qua per Cyn. in l. si certis annis. C. de pac. per Ioan. Andr. in cap. peruenit. de censi. per Barto. in l. 1. in fin. qui bo. ce. pos. & l. cum de in rem verso. de vsur. corũ dicta non refero: quia longũ foret. & circa retentionem huius quasi possessiõis vide qd no. Bar. in l. si prius. ff. de aqua plu. arcen. Et si tertius inuasit rem tributariam, censualem, & emphyteuticariam, & soluit canonem semper ille, cui erat illa res debita cum prædicto onere: an per talem solutionem retineat ius suum. vide per Bal. in l. si solemnibus. C. de rei ven. ¶ Sunt & aliæ plures quasi possessiones in iure personarũ; vt quasi possessio matrimonialis, quæ videtur ab alijs differre in eo, quòd non potest cognosci per actus sibi specialiter conformes, & necessariò inferentes dictam quasi possessionẽ, vt subtiliter no. in c. ex parte. de resti. spo. & cap. illud. de præsum. ¶ Est etiam quædã quasi possessio clericatus, de qua in cap. si iudex laicus. de sent. excom. libr. 6. circa quam vide quod not. in cap. innotuit. de eo qui fur. ordin. su. vbi de quasi possessione beneficij, de qua etiam in d. cap. ex parte. ¶ Est & quasi possessio filiationis. & de ista in cap. per tuas. de proba. & cap. Michael. de fil. presbyte. & in l. [illegible] in fin. cum seq. de lib. agno. vbi de quasi possessione fraternitatis, & consanguinitatis. ¶ Est etiam quasi possessio multiplex in iure personarum, siue statu hominum, vt patent exempla in d. cap. si iudex laicus. de quasi possessione tabellionatus, vel alia, quæ iure singulari, siue priuilegio nascitur, vide per Cy. in l. si solemnibus. C. de fide instru. & per Innocen. in cap. veniens. de verbo. sign. in l. 1. §. familiæ. de publi. vbi de quasi possessione familiatus. & in c. semel malus. infra eodem. vbi per Dyn. de quasi possessione militiæ per istas remissiones poteris videre: sed qa ista repetitio fieret plixior, si de qualibet singulariter voluissem prosequi, & excederẽ metã solitã aliarum repetitionum mearum; ideò omitto. Vnum tamẽ vlti mò scias, quòd circa amissionem istarum quasi possessionũ, quæ non adhærent rebus corporalibus, vel adhærent, Innocen. dicit aliqua vtilia, & subtilia in cap. cum nostris. de concess. præben. & cap. qualiter. 2. de acc. vtrobiq; enim tangit, si per sententiam ius eligendi, seruitus, decima, vsusfru. & similia adiudicentur: an statim sit in ipsis quæsita possessio sine aliqua missione. & quid iuris, si per sententiam priuatur quis dictis iuribus, an amittat statim dictam quasi possessionem. dic vt ibi. & hic finem facio ad laudem, & gloriam Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, qui est in sæcula benedictus. Amen. ¶ Repetitum per me Petrum de Ancharano, vtriusq; iuris Doctorem in magnifica, atq; alma Ciuitate Bonoñ. studiorum matre ibi regentem cathedram Sexti, & Clementinarum. 1398. 21. mensis Februarij.

ADDITIONES.

a ¶ Præscriptio. Adde Io. An. in regula possessor. in Mercu. Et q̃ præscriptio procedat in foro conscientiæ, vide But. & Abba. in c. vigilanti. de præsc. Inn. in c. fi. eo. tit. & ibi Abb. & in ca. cura. de iure pa. & in c. quia plerisq. de iure immu.

b ¶ Incorporalia. Adde Dy. hic Alb. de Rosa. in l. 1. ff. de seruit. & ibi Bar. Flo. de sancto Pet. in l seruitutes. eo. ti. gl. in l. quotiens. ff. e. tit. Abbas Sicu. in c. conquestus. de foro. compe. Ang. Insti. de rebus cor. & incor. Inn. & Panor. in c. querelam. de elect. Inno. in c. bonæ. de postul. præla. & in c. in literis. de resti. spol. in c. peruenit. de censi, dominus Boeri hic.

c ¶ Possessio. Adde secundùm communem vsum loquendi, q̃ possessio est proprietas. Bar. in l cum antiquitas. C. de vsufr. in l interdum. ff. de ver. sig. Bar. in l. 1. §. si vir ff. de acqui. pos. no. in cap. ad. sedem. de restitu. spo. in l. 2. C. de vsufr. Inno. in c. cum aliquibus. de re iud. A exan. in rub. de ope. no. nunc. Ludo. de Tisa in consilio inci. Tanta est scitia patris. in fi. locorum. de omni agro de ser. libro. 11. Benedi. de Plumbino in l. 1. ff. de ope. noui nun. & quæ ibidẽ dicit dominus Boherij in apost. & quæ postea tetigi.

d ¶ Possessio. Adde q̃ possessio canoniæ, vel præbendæ non acquiritur per procuratorem sine mandato speciali. ita decidit in dec. Rotæ. dec. 293. Bal. in l. 2. C. de seruit. 10. co. ver. sed si vsusfructus. & Innocẽ. in c. literis. de rest. spo. in ver. vltimò autem.

EPITOME BREVIS OMNIVM, quæ sunt ab auctore in hac præsenti reg. nemo potest. ingeniosè pertractata.

INCIPIT tabula sub breui compendio omnium contẽtorum sub ista reg. nemo potest.

¶ In primis ponit, vtrum impossibilitas vitiet dispositionem. Et etiam quærit incidenter, quo cognoscam, vtrũ principaliter, an in pœnã ipm dispositũ inducatur.

¶ In secundo quærit, quare impossibilitas circa executionẽ vitiet contractũ: sed non vltimã dispositionẽ, siue voluntatẽ.

¶ In tertio quærit, qd si admittit turpis cã de pterito, & futuro: puta dabo tibi centũ; quia feci homicidium, vel ex eo, quòd promittis facere: an talis stipulatio ipso iure valeat. Et quærit. quidã religt fratribus mendicantibus aliq̃d podere, pone cum onere, q̃ ibi debeant construere locum: vbi morentur certi fratres, aliàs perdant relictum: vtrùm valeat istud onus: vt sic, si non impleant, perdant dictum relictum.

¶ In quarto dicit. pone, q̃ reliquit centum Titio, vel Seio, si monasterium intrauerit: vel reliquit monasterio centum sub conditione, si Gaium receperit: vtrũ istud onus habeatur pro non apposito.

¶ In quinto dicit, pone. testator reliquit filiæ suæ mille pro dote. & si monasteriũ intrauerit, non debeat habere, nisi quin quaginta: vtrùm teneat ista diminutio.

¶ In sexto dicit, pone. testator mandat hæredi suo, q̃ faciat vindictam armata manu à Titio: aliàs priuat eum, tanquam indignum: an illud præceptum possit sperni, tanquam iuri naturali contrarium.

¶ In septimo dicit, pone. testator reliquit aliquid fratribus pro sepultura, tandem decessit excõicatus; ita q̃ sepeliri non potuit: an legatum debeatur fratribus.

¶ In octauo ponit. vtrũ reseruatio vitiet ingressum, vel ecõtra reseruatio vitietur, & remaneat ingressus purus.

¶ In nono ponit qõnem, quã Bar. disputauit. quidã reliquit, vel donauit aliquam rem monacho ea condicione, & eo pacto, q̃ monasterio suo nullũ ius queratur. queritur, an valeat.

¶ Vltimò ponit (quod Io. An. tangit) quæstionem, q̃ annus appellationis prosequendę non currat, nisi à die interpositionis ipsius. & prosequitur illam quæstionem, vtrùm lex, vel cõstitutio legati, siue epi non scripta prohibens actum, & contra facientem excõmunicans valeat; ita quòd contra faciens excommunicatus sit.

SVMMAE.

1 *Impossibilitatis ratione perplexitatis quare vitiat vltimã volũtatẽ.*

CAP. VI.

NEmo potest. Ad impossibile obligari. Gl. post Dy. exemplificat regulam, siue eã ponit in triplici impossibilitate, naturæ, iuris, & facti, & in qualibet ponit exẽpla. vide gl. q̃ dicit, in omnibus dispositionibus regulam aptari. Bart. dicit reperiri quatuor species impossibilitatis. nam quædam est impossibilitas de iure: quædam de natura: quædam de facto: & quæ dã de ratione perplexitatis. & de qualibet, vtrum vitiet, per eundem plenè in l. 1. ff. de condi. insti. & adde, quòd illud, qd̃ non potest fieri salua bona fama, dicitur impossibile. nam il la possumus, quæ salua honestate, & honore nostro possum̃: vnde miles insultatus à rustico licèt posset fugere: si non fugit, sed expectat, & percutit, non tenetur, vt l. si filius. de condi. institu. per Bal. & per Bar. in l. pecuniæ ff. de ali. & cib. & aduerte, qa in qualibet specie exẽpla per gl. & Doc. ponuntur, cũ qd dari, vel fieri ẽ impossibile in suo gñe. ff. nõ fit impossibile in suo genere, sed difficile promissori; vt dare.

10. millia, vel ſcribere librum nõ habenti manum. iſta enim potius dicitur difficultas, quàm impoſsibilitas: quia ſi non à promiſſore, tamẽ ab alio iſtud, quod eſt in oblig. deductum, eſt poſsibile adimpleri: & ita vtrum à principio obligationis vitium exiſtens, vel ex poſtfacto ſuperueniens impediat obligationis ſubſtantiã, vel iam natã perimat, vel committi impediat, plenè per Bart. in l. continuus. §. illud. de verb. oblig. & declarabo. ✝ latius per exempla. Primò tamen redigo materiã, quæ eſt longa, examinando eã per oppo. vt facit Bart. in d. l. 1. ad quãdam breuẽ diſtinctionẽ, quam ponit ibi Bal. cum ergo quæritur, vtrum impoſsibilitas vitiat diſpoſitionem. diſtingue: nam. Aut ipſum diſpoſitum eſt impoſsibile: & non valet contractus. ff. de verbo. oblig. l. inter ſtipulãtem. §. ſacram. Aut non eſt impoſsibile diſpoſitum, ſed eius executio: & tunc aut eſt impoſsibilitas emergens poſt factum: & non vitiat, ſi eſt temporalis: ſecus ſi eſt perpetua, vt l. Celſus. §. idem ait. ff. de arbi. & l. 2. §. quod diximus. ſi quis cau. Aut eſt impoſsibilitas à principio: & tunc refert, aut loquimur in iudicijs, aut in arbitrijs, & tunc non vitiat; quia videntur duo præcepta. c. cum dilecti. de dolo, & contum. Aut in contractibus bonæ fidei, & idem, vt in l. inſulam. §. 1. ff. loca. Aut in contractibus ſtricti iuris: & tunc impoſsibilitas circa executionem vitiat, vt Inſti. de verbo. oblig. §. loca. niſi ex partium ordinatione ſit prouiſum contra impoſsibilitatem. ff. de verb. oblig. l. vlt. §. inter eos, cuius caſum hic vide in glo. Aut loquimur in vltimis voluntatibus, & tunc ſi ipſum diſpoſitum eſt impoſsibile: & tunc non valet diſpoſitum. & ita intelligitur l. ſi mihi, & tibi. §. ſi quis ſeruos. de lega. 1. Aut ipſum diſpoſitum non eſt impoſsibile, nec eius executio, ſed eſt impoſsibilis conditio: tunc refert, aut ipſum diſpoſitũ diſponitur in pœnã: & non valet diſpoſitio, vt Inſt. de leg. §. fi. Aut non diſponitur in pœnã, ſed principaliter: & tũc valet diſpoſitio, vt d. l. 1. de condi. inſti. ¶ Sed hic incidenter quæro, quomodo cognoſcam, vtrum principaliter, an in pœnam ipſum diſpoſitum inducatur: & optimè reſponde, ꝙ qñ delictum incipit à conditione neceſſaria: puta ſi hominem mortuum non dederis, decem dabis: & tunc in 10. valet diſpoſitio, tanquàm pura. ff. de noua. l. ſi pup. §. ſi ſub conditione. & per Cyn. in l. 1. C. de his, quæ pẽ. no. Quandoque diſpoſitio incipit ab impoſsibili præcepto: & tunc non valet; quia tunc non fit in pœnam, & odium grauati: ſed grauatus non meretur pœnam, nec odium, non faciendo impoſsibile, vt l. in teſtõ. vbi plenè. de condi. & demõ. hic etiam incidenter q̃ro de duobus. ¶ ✝ Primò quare impoſsibilitas ratione perplexitatis vitiat vltimam voluntatem, & non alia impoſsibilitas, quæ deſcendit ex leg. na. vel iur. reſpondeo quia impoſsibilitas perplexitatis contingit vitio teſtatorum, vt in l. ſi Titius. de condi. inſt. ſed non ita aliæ. ¶ Secundo quæro quare impoſsibilitas circa executionem vitiat contractum, ſed nõ vltimam diſpoſitionem, ſiue voluntatem, vt d. §. loca. coniunc̃to. §. ſi quis ſeruos. vtrũ ergo vitiet, vel non, donatio cauſa mortis, quæ participat de cõtractu, & vltima voluntate. l. Seia. in fi. & quod ibi. no. de dote præleg. die, ꝙ nõ. caſus eſt no. in l. quę ſub conditione. §. & in mortis. ff. de condi. inſti. facit qđ no. in l. cum pater. §. nemo. de leg. 2. ¶ Quæro ẽt qd ſi diſpoſitum eſt pro parte poſsibile, & ꝑ parte impoſsibile? dic quòd pro parte poſsibili valet, tam in contractu, q̃ in vltima voluntate. & pro parte impoſsibili vitiatur. ff. de dona. inter virum, & vxo. l. ſi ſeruus cõis. & l. 1. C. de ſecũ. nup. & l. qui dotem. ff. de dote præl. & idem Bar. & Bal. in d. l. 1. de cõdi. inſti. & hæc dicta ſunt, qñ impoſsibilitas concernit ipſum diſpoſitum, vel ipſius executionem, vel cõditionem. quid de modo poſsibili? dic idem. ſ. ꝙ non vitiet. l. Lucius. §. quiſquis. & l. cõdicillis. in princ. de leg. 2. ¶ Quid ſi admittitur turpis cã de præterito, & futuro, puta dabo tibi centum, ꝙa feciſti homicidium, vel ex eo, ꝙ promittis facere. dicunt quidam, ꝙ talis ſtipulatio ipſo iure valet. quidam ꝙ non. ſ. ob excep. Bar. tenet primam, ſi dicta turpis cauſa exprimitur, ſecus ſi hæc ſit cauſa tacita, vel expreſſa. quod dic per Bar. in l. gñaliter. ff. de ver. obl. & l. ſi plagij. eo. ti. & l. iuriſgen. §. ſi ob maleſi. de pac. Circa difficultatẽ, in qua dixi, ꝙ non vitiet diſpoſitionẽ regulariter. dicas hoc verũ, niſi ſit tãta difficultas, quæ habeat ꝙ impoſsibili: puta qa pendet de ſolius principis poteſtate. nã tunc impedit, ſicut impoſsibilitas. l. apud Iul. in fin. de leg. 1. de ver. obl. l. continuus. §. ſi quis ſub hac. & hoc verum, niſi eſſet conditio, quæ eſſet de ſubſtantia, vt ſi pater relinquit ſpurio ſub conditione legitimitatis. ff. de hære. inſti. l. in tempus. ¶ Sed hic quæro. pone, ꝙ relinquitur fratribus mendicantibus aliquod podere cum onere, ꝙ ibi debeant conſtruere locum, vbi morentur certi fratres. aliàs perdant relictũ: vtrum valeat hoc onus: vt ſic ſi non impleant, perdant dictum relictum? dubitationem facit, ꝙ ſine ſpeciali licentia Papæ non poſſunt dicti fratres ad noua loca tranſire, vt in c. 1. de reli. do. lib. 6. Et ex hoc ſequitur, ꝙ cum iſta licentia conſiſtat in poteſtate vnius tantum, habeatur pro impoſsibili: & per cõſequens remoto impoſsibili onere, fratres poſsint capere relictum, ſi eius aliàs ſint capaces, iuxta not. in c. in præſentia. de proba. & hoc conſuluit Bar. prout refert Bal. in l. rem alienam. C. de leg. vbi dicit, ꝙ licèt non valeat illud onus adiectum: tamen debet transferri in alium vſum, ſuperioris arbitrio. Cle. quia contingit. de relig. do. & ff. de vſufruct. l. legatum ciuitati. puta in conſtructione vnius capellę in eius eccleſia, vbi pro anima teſtatoris celebrentur diuina officia, & in hoc reſidet in d. l. rẽ alienam. ſed in l. 1. C. de his, quæ pœno. dicit iſtud idẽ in effectu. & ſubdit, ꝙ illa. l. loquitur. de diſpoſitione incogitabili: & quòd ibi creſcit circa vſum viridarium apud licitam perſonam aliter legatum: ſed hic loquimur in relicto ad pias cauſas, vbi eſt veriſimile Papam prouidere, ne legatum ad pias cauſas pereat, quod de facili non contingit, iuxta not. per Bar. in l. pater filium. §. Tuſculanus. de lega. 3. refert tamen D. Fede. de Senis determinaſſe ſimpliciter, ꝙ non valet relictum, nec eſt expectanda Papæ diſpenſatio, conſi. ſuo. 375. quod incipit. Viſo inſtrumento certæ dona. ſubdit Bald. quòd prima opin. æquior eſt in d. l. 1. de his, quę pœ. no. vbi aliqua exempla tangit, in quibus quid iur. cum diſpoſitio eſt impoſsibilis de iure. ſed ſubiungitur pœna, quã poſsibile eſt dari, ſi illud factum non fuerit. refert ex ipſis quædam vtilia, Et primò pone. in fideicomiſſ. relicto ſpurio ſub iſta conditione: quòd ſi hæres eum moleſta uerit, cadat ab hæreditate. dicit enim, quòd non valet pœnæ adiectio, ſicut nec ipſum principale. l. Seius & Augerius. ff. ad leg. fale. Secundò pone, quòd pater reliquit filiæ mille, mandans, quòd non poſsit nubere ſine conſilio, & conſenſu matris, vel fratrum: aliàs cadat à dicto legato. vtrum poſsit adijci illa pœna, cum matrimonia debeãt eſſe libera abſque metu pœnæ? dicit, ꝙ ſi dixit. cum conſilio, honeſtum eſt requiri conſilium: aliàs perdit relictum: ſed ſi dixit, ſine conſenſu: & tunc in vidua valet appoſitio pœnæ, ſed non in virgine. in Auth. cui relictum. de indicta vidui. tol. & vide quod no. in c. ſtatutum. de hære. lib. 6. & in nouel. & certè ſupra legitimã videtur adijci illud onus, quòd ſi non vixerit, vt teſtator diſpoſuit, non admittatur ad legatum: & aliud eſt pœnam apponere: aliud à relicto repelli. propter factum nuptiarum, vt l. Titio centum. §. 1. ff. de condi. & demonſt. Tertiò ad idem. pone, ꝙ pater inſtitutis filijs maſculis, & fœminis ita dixit: præcipio, & volo, atque mando, ꝙ filij, & filiæ meæ non contrahãt matrimonium, niſi cum filijs, vel filiabus mercatorũ: aliàs ſi ſecus fecerint, exhæredo eos, & priuo oĩbus bonis meis vſq; ad legitimam tm̃, in qua eum, vel eos mihi hæredes inſtituo, & nihil de hæreditate volo habere, quod vtrùm facere potuerit, ſtante, quia ſi nubant alijs, ſint priuati: & vſ. ꝙ nõ; quia matrimonia debent eſſe libera, tam in contrahẽdo, q̃ in diſſoluendo. & tam inter ipſos principales, quàm inter alios, quorum interpoſitio. poſsit dictis iuribus fieri fraus, iuxta

iuxta no. plenè in ẽ. gẽmma. de ſponſa. & l. Titia. ſolu. matri. C. de ſpon. l. vlt. Contrarium tenet Ol. in ſuis. q. dicit enim, ꝙ licèt matrimonia debeant eſſe libera, vt in iuribus præallegatis. tamen ſub huiuſmodi lege relinqui, non eſt prohibitũ, quaſi ſub ſpe cuiuſdam lucri ad certas, & honeſtas nuptias in uitari. ff. de cond. inſti. l. vter ex fratribus. de inſt. & ſubſti. l. 2. & l. Titio centũ. §. Titio cẽtũ. 1. ff. de cond. & demon. & licèt tale præceptũ videatur pœnã continere. C. de his, quę pę. no. l. 1. tamen veritate atenta, pœna non infligitur, per quam aliquid abſit, vel abſturũ ſit: vnde propriè pæna non eſt. ff. de damno infecto. l. damnum. & l. Proculus. ſed eſt quędam lex, & conditio appoſita rei, qua datur, quod eſt relictum. de pado. l. ob res. nec refert, vtrum à principio ſub huiuſmodi conditione relinquatur purè relictum, vel ſub conditione adimatur. ff. de adi. le. l. & ſi transferam. & l. legatum purè. & hoc dicit verum, cum nuptiæ, quæ ſint cum mercatoribns contrahendæ, conueniant conditioni, & ſtatui mulieris, de qua quę ritur: ſi autẽ tales nuptiæ ſint ad dedecus mulieris, dicendum eſt id præceptum quaſi inhoneſtum. & per conſequens impoſsibile. l. 3. §. ſi emancipatus. de contratab. & l. ſi filius. de condi. inſt. & de verb. ſign. l. Nepos Proculo. & quaſi in fraudem appoſitum debere contemni. de cond. & l. demon. l. hoc modo. & in hoc reſidet Oldra. quæſtio. 16. ibi etiam quærit in caſu, quo veniat priuanda, cui applicabitur. & videtur alijs cohæredibus, qui ſeruarunt voluntatem defuncti. l. cum pater. §. libertis. de leg. 2. Auth. de hæredi. & falc. §. is igitur iur. vbi videtur, quòd debeat applicari fiſco, tanquam ablatum ab indigno. de his qui. vt indig. l. cum quidam. & de iure fi. l. Lucius. ¶ Quartò pone, quòd reliquit centum Titio, vel Seio, ſi monaſterium intrauerit: vel reliquit monaſterio centum ſub conditione, ſi Gaium receperit. & videtur, quòd iſta onera habeantur pro non appoſita, quaſi contineant ſimoniam. c. dilectus. & cap. quoniam ſimoniaca. de ſimo. Bald. tenet contrarium in l. 1. C. de inſtitu. & ſubſtitu. & dicit, quòd iſta non eſt ſimonia, ſed iudicij pietas. nam tale relictum abſque dubio videtur relictum pro anima ad pias cauſas, cum ad turpẽ cauſam non referat, ſed ad piã: vnde officiũ illud piet. dẽt ad effectum perduci. de au. & arg. leg. l. Quin. §. Pompo. ſicut ſi teſtator iuſſiſſet monaſterium fundari pro decem monachis. l. ſeruos ad cuſtod. de au. & arg. leg. facit capit. nos quidem. de teſta. & in Authenti. de eccle. titu. §. ſi quis oratoriũ. demum multum ob. prælle. cap. dilectus. vbi ad iſta ſpiritualia videtur prohibitum aliquem principaliter inuitari. & vide bonam glo. in ſim. in cap. 1. de cle. non reſi. & vide Bald. in l. 1. C. de his, quæ pæ. no. vbi dicit, ꝙ non eſt ſimonia, quando relinquitur loco, ſecus ſi perſonæ. puta abbati, ſi receperit talem in monialem in Auth. de ſan. ep. §. ſi quis autem. coll. 9. vbi eſt tex. no. & vide Barto. de iſta. q. in l. Titia centum. §. 1. de condi. & demon. ¶ Quintò pone. teſtator reliquit filiæ ſuæ mille pro dote. & ſi monaſterium intrauerit, non debeat habere, niſi 50. vtrum teneat iſta diminutio? & videtur, quòd non. quia eſt quædam pœna contra vitam contemplatiuam, & ſpiritualem in Authen. de ſan. ep. §. ſed hoc de præſenti. ad hoc igitur, vt in caſu profeſsionis minus percipiat, quàm ſi nubat. dicit Bal. verba aliter concipienda, videlicet quòd teſtator debet incipere à legato ſub conditione, ſi intrauerit monaſterium, hoc modo. ſi filia mea intrauerit monaſteriũ, loco eleemoſynæ relinquo ei centum: ſi verò nupſerit, ei pro dote relinquo. 200. nam hic non reperitur aliqua conditio pœnalis. Non ob. §. ſed hoc de præſenti. nã ibi illud ex interpretatione, cui interpretationi derogatur: ſed hic patet expreſſè de intentione contraria teſtatoris. & iſta eſt communis opin. & ita ſeruatur de facto, ſecundùm eum. quod credo verum: duntamen quod relinquit ratione ingreſſus, non ſit minus legitima: aliàs monaſterium poſſet agere ad ſupplementum per l. quoniam in nouel. & l. eam. ff. de inoffi. teſta. non enim quia efficitur monialis, perdit iura filiationis, & ſucceſsionis. facit quod no. Bal. poſt Bar. in l. vlt. C. de pac. ¶ Sexto pone. teſtator Titio mandat heredi ſuo, ꝙ faciat vindictã armata manu, aliàs priuat eum tãquam indignum. dicit. Bal. quòd illud præceptum poteſt ſperni, tanquam iuri naturali contrarium. facit l. iuriſgen. §. ſi ob maleſi. de pac. & l. ſi plagij. de ver. oblig. & idem dicit in quocunq; alio iuſſu teſtatoris: quia iuſſui, qui inducit peccatum, non eſt obediendum: puta teſtator mandat heredi, quòd mutuet ad vſuras ſub pœna priuationis hereditatis. ſed quid dices, ſi teſtator mandat heredi, quòd ſoluat mihi centum, adijciens, quòd ſi non ſoluat anno quolibet ſoluat. 10. nomine intereſſe legati: vtrùm valeat dicta diſpoſitio? Bal. dicit, conſiderando perſonam legatarij, vtrum ſit mercator; ita quòd veriſimiliter potuiſſet tantum annuatim lucrari, valeat: aliàs videtur hoc adiectum in fraudem vſurarum. de hoc l. 1. de his, quæ pæ. no. vbi finaliter concludit præciſè non valere illud præceptum: quia ſemp poſſet fingi intereſſe; quia conuertiſſet in emptionem prædij eiuſdem redditus, ſcilicet annuatim. 10. facit quod no. Cy. in Authen. ad hæc. C. de vſu. ¶ Septimò pone. teſtator reliquit fratribus pro ſepultura. tandem deceſsit excommunicatus, ita ꝙ ſepeliri non potuit: an legatum debeatur fratribus? dic, ꝙ ſic: quia ſtetit per teſtatorem, quominus conditio implere tur. & ita no. in d. l. miles. §. fi. aduerte quia dic. Bal. eſt no. in l. 1. de cond. inſtit. ſiue enim fuerit impoſsibilis conditio, ſiue modus, ſiue cauſa finalis, non vitiat legatum. l. ab adminiſtratione. C. de leg. pone etiam, ſi relicta ſint alicui mille, ſi vicerit in colluctatione, vel iaciẽdo lapidem, vel ſagittã: non vicit, ſed fecit quod potuit per eum, nec remanſit, an vicerit? dic quòd non ſequitur: quia talis eſt natura conditionis, vt requirat factum, non conatum, vt no. ff. de ver. obl. l. in executione. §. fin. & hæc exempla ſufficiant, per quæ iſta regula vtiliter declarata patet. ¶ Sed tangã vltimò quæſtionem glo. circa ingrediẽtem monaſterium cum aliqua reſeruatione regulæ monachali: vtrum talis reſeruatio vitiet ingreſſum, vel ecõuerſo reſeruatio vitietur, & remaneat ingreſſus purus? puta, tempore profeſsionis paciſcitur cum abbate qui ingreditur, quòd ſibi liceat retinere proprietatem bonorum ſuorum, quod eſt directè contra regulam, vt c. cum ad monaſterium. in fin. de ſta. mo. & c. nõ dicatis. 12. q. 2. & videtur, ꝙ talis reſeruatio non vitiet ingreſſum, ſed quòd reijcieẽ, tanquã exceptio impoſsibilis, vt l. ſi ita qs heres, excepto fundo. de here. inſtit. & hoc tenet glo. in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. idem ibi Pe. quia iſta reſeruatio non reſpicit ſubſtantialia. in Authent. de mona. §. illud. Iaco. de But. dicit hoc verum, niſi per modum cõditionis eſſet monaſterio facta reſeruatio: puta, vt mihi liceat reſeruare proprietatem fundi. l. non ſolum. de ac. & ob. idem ſi proteſtatur, quòd volo profiteri, hoc pacto, & non aliter, vel alio modo: quia illa verba habent vim conditionis, vt l. cũ quidã. & ibi no. C. de cond. inſ. Cyn. in l. ſi pater. ff. de adop. dicit, quòd reſeruatio contra naturam actus aut eſt ad diminuendũ: & vitiat actũ regulariter, ſi fit, antequam actus ſumat eſſe perfectum. fallit fauore religionis. & ob hoc concludit, quòd valeat ingreſſus. & ſit ſpeciale: ſed ſi fit ad augendum, nunquã vitiat. ff. de preca. l. cũ precario. Bar. tenet op. Ia. Bu. in d. l. ingreſſt. nã qñ cõditio adijcit profeſsioni, ideò vitiat ingreſſum; quia facit deficere volũtatẽ, & intelligãt gl. Bar. in d. l. cũ quidã. C. de condi. ap. & c. 2. de ſta. mona. vbi vtrobiq; tenet, ꝙ vitiet ingreſſus. & hoc dicit Bar. verum, cum apponatur per modũ conditionis: ſed ſi per modum cuiuſdam modi: tunc vitiatur modus, ſiue pactum. & ita intelligatur glo. in Auth. ingreſſi. ſed Cyn. in d. Auth. indiſtinctè tenet gloſ. Accu. ſcilicet quòd reſeruatio vitietur, & non ingreſſus. Non obſtat d. c. vltimò Deus. vbi vitiatur matrimonium carnale contractum contra ſubſtantiam matrimonij: quia in matrimonio ille, qui contraxit, conditioni impoſsibili conſenſit; ni mirum ergo, ſi non poteſt prætendere contrahentem ſecum ſibi obligatum: ſed in profeſsione quis

